Les Bibliothèques Virtuelles Huıanistes


Extrait de la convention établie avec les établisseıents partenaires :

- ces établisseıents autorisent la nuıérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de ıanipulation des docuıents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les iınages résultant de la nuıérisation seront dûıent référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré coııne une « oeuvre » (nuıérisation, traiteıent des iınages, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et adıinistrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est souınise à autorisation.
- toute utilisation coıınerciale restera souınise à autorisation particulière deıandée par l'éditeur aux établisseıents détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques coıpétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Secoſi Cælij

Cras mortem latura venio
Albe iam fuerant rosæ, sed vt te
Compexere puer, repente versæ
Sunt in purpureas, ita prosolenter
Pastino bibulis colore vinci.

De Adonide Marmoreo.

Hunc cæli vidisset amorem olim Cypria fidicinem
Immisso Tales fudit ab ore sonos
Cygnæ quos, Tmne ille puer, cui per juga montis
Primus Letaj vulnere rupit aper?
Quare te quis superus, quis nam mortalibus umbris
Tam desperatæ te mihi restituit?
Hæc ipsa, et fusco pugnantia ora cruenta lingui
Vix parcit. Gemitu murmur sensit, et erubuit.

De Hyella.

Cur tantum tu primo mihi cum foret Hyella
Sed sibi candidulas uxserit ille comis
Proh dolor exclamat Venus alma: Sic mea vere nostra
Non solvere fides, et solvere mores.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

In reverentiam Sedis concivis Burgus.

Pater, spiritus ecce vtr rubigine
fruſtra vt conciliaret, immicuere.
Sed mentem simul et locum occupauit
Infirmus Timor, ac potens livido.
Ah quare dubitasti? o pudendus,
Paccedat fuga nostra, non petecat,
vacuos in mortem lapsuros Maduci

Imposuit cui te Cæsar miserande Maduci
Cerneret lachrimis Cæsar, circumq; videret
Et spolia, et victis erepta ex hostibus arma,
Et modo victricem circum micrere phalanges.
Quantum fugæ tua mors nostris fuerit Triumphis
Lætitiæ, decorisq; admit spes prima futuri
Tecum Aliprande calet, sed non tua vivida virtus,
Vt te Cæsar aspiceret, tua non promeruit opus:
Sed fore fore tui solymis mecum, atq; Oriente subacto,
Barbaricis regum spoliis et mille Tropæis
Olim magna tui decorare Templa tridenti.
Invidit mors tanta tibi, vos nobile corpus
Forte ducis vestri fumere, et reddite matri
Exanimi: sed. o Hec misera ablata parenti.
Tantus ille fuit virtutis, tui Cæsaris vsq;,
Et Comes et bene gestarum pars maxima rerum
Cæsaris ex animo nullo delebitur ævo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

C R 3681 OU

THEMISTII
PERIPATETICI LVCIDISSIMI
PARAPHRASIS IN ARISTOTELIS

POSTERIORA, &
PHYSICA. In Libros item de
ANIMA,
MEMORIA ET REMINISCENTIA,
SOMNO ET VIGILIA,
INSOMNIIS, &
DIVINATIONE PER SOMNVM.

Hermolao Barbaro Patricio Veneto Interprete.


ADDITIS LVCVBRATIONIBVS, QVAE
THEMISTII OBSCVRIORA QVÆDAM LOCA
apertissima reddunt. Additoq; INDICE, Necnon contradi-
ctionibus ac solutionibus MARCI ANTONII
ZIMARRÆ in dictis eiusdem THE-
MISTII, Quæ oĩa a studiosis
desiderabantur.



Venetijs Apud Hieronymum Scotum.

1542

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours




© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CONTRADICTIONES AC SOLVtiones Marci Antoni Zimarræ in dictis Lucidiſſimi Themiſtij.

IN LIBRO PHYSICORVM.

Contradi. in quarto phyſi. ſuper tex. 130.



LVCIDISSIMVS Themiſtius reprehendit Boethum opinantem numerum remanere poſſe abſq; eo qđ numerat cõtra Plim ſicut ſenſile poteſt remanere abſque eo qđ ſentit, ſed Themiſtius inquit ipſum falli, quia ea quæ referuntur adinuicẽ ſimul ſunt, vt quæ poteſtate poteſtate, & q̃ actu actu. ſed Themiſtius in reprehendendo non caret reprehẽſione, quia tunc dãnando Boethum dãnat Ariſto. in prædicamentis qui hac ratione aſſeruit ſenſum, & ſenſibile nõ referri mutuo, qa poteſt ſenſile remanere ſine ſenſu. ℙ Soluitur non eſt intelligendum Plim voluiſſe ſenſile remanere ſine ſenſu, inquantũ ſenſile eſt ſine ſenſu deſtructo actu & potentia, ſed actu tantum, quia bene poteſt aliquid eſſe ſenſibile in potentia ſine eo qđ actu ſentiat, ſenſibilis enim in actu, & ſenſus in actu eſt vnus & idem actus, vnde bene Ariſto. vult ſenſibile in potentia referri ad ſenſum in potentia & non ad ſenſum in actu, quia ad illum refertur ſenſatum in actu, vt patet ſecũdo phyſi. tex. cõmẽ. 38. ꝙ cauſæ in potentia referuntur ad cauſam in potentia, & cauſæ in actu ad cauſam in actu, & licet cauſæ in potentia non ſint ſimul cum cauſatis in actu, ſunt tamẽ ſimul cuius cauſatis in potentia, ſicut patet. vnde Ariſto. ibi intentio eſt ꝙ ſenſibile in potentia non refertur mutuo cum ſenſu in actu propter antiquos, vt fuit Democritus qui ſenſibilia nullũ eſſe habere opinabatur niſi à ſenſibus, vt. d. Themiſtius quarto phyſi. in expoſitione tex. 71. & idem aſſerit Simplicius in. 2. de anima de antiquis in expoſitione tex. 146. & per hæc patet ſolutio ad cauillationes Porphyrij in prædicamentis contra Ariſto. quia nullius ſunt roboris, ſicut vides.

Contradi. in quinto phyſi. ſuper tex. 7.

THEMISTIVS exponens qũo generatio ſit mutatio ex non ente ſimpliciter quid nomine non entis ſimpliciter intelligatur inquit, voco autem non ens ſimpliciter non omnino quod omnino & vſquequaq; ſit nihil, ſed id qđ nuda & mera potentia eſt, cuiuſmodi eſt originalis, & prima materia. Sed huius oppoſitũ habeẽ ab eodẽ p̃ phyſi. in digreſſione de priuatione & potentia materiæ, vbi dicit expreſſe materiam in prima ſui notione eſſe aliquod ens actu, igitur non eſt pura potentia, & eſt etiam contra Auerroem quinto phyſi. cõ. 8. vbi dicit ꝙ in prima materia nõ eſt actus omnino. ℙ Soluitur materia prima eſt pura potẽtia, quia nõ eſt forma, nec formam habens, ſed eſt capax omnium formarum ſubſtantialium & accidentalium, tñ in ſe eſt ſubſtantia quædam & natura quę ſpeciali nomine dicitur materia in qua fundaẽ illa potentia reſpectu omnium formarum, & ſic dicitur aliquid actu in ſe, quia materia actu eſt materia, & prius eſt actu materia q̃ ſit potẽtia ad formam, & ſic eſt aliquid in actu vt diſtinguitur contra nihil, ſed non dicitur aliquid in actu, quia actus exiſtendi ſit in ea ſine forma, aut eſſe poſſit, vt quidam ſomniauerũt.

Contradi. in ſexto phyſi. ſuper tex. 44.

THEMISTIVS d. in preſenti loco quod licet iſte propoſitiones ſint recepte, homo audit, homo guſtat, homo olfacit & videt, nõ tñ ſunt primariæ, quia hæ affectiones primo cõpetunt ſenſorijs & internuntijs eius, vt auribus/oculis/naribus/linguę. Sed obuiabã ex prohemio metaphyſice, actus & generationes ſunt ſuppoſitorum. Et confirmaui, quia cuius eſt actus eius eſt potentia ex libro de ſenſu & ſenſato, ſed actus ſunt coniuncti, igitur & potentię: cõfirmatur. quia primo de anima dicit, ſi quis dixerit animã iraſci aut gaudere eſt, ac ſi diceret animã texere, aut edificare. ℙ Soluit intelligitur dictũ Ariſt. qđ actiones & generationes ſunt ſuppoſitorum, quia. 7. meta. non generatur es, neq; ſphera, ſed ſphera enea, diuiſibile enim opus eſſe id qđ per ſe fit, & ideo ſi forma aut materia fieret per ſe, tunc formæ eſſet forma, & materiæ eſſet materia in infinitũ qđ eſt impoſſibile, ſimiliter ly forma ſit principium agendi & mouendi, tñ non eſt ſine materia, aut extra materiam operans, & ideo actiones ſunt coniuncti ex hoc, tñ non ſequit quin ſint alique operationes per ſe primo cõpetentes partibus & toti ratione partiũ, ſicut enim. d. Ariſt. in quinto phyſi. alĩ qua attribuũtur toti per partẽ, vt ſanatur corpus, quia oculus ſanatur, aut thorax, & ſimiliter in propoſito videre per ſe, primo attribuit oculo qui eſt pars totius hominis, homini vero per ſe non primo, vnde homo nõ eſt p̃ ſe primo videns in eo qđ homo, ſed in eo qđ hñs oculos, nec eſt p̃ ſe primo audiẽs, ſed in eo qđ habẽs aures, & Auer. ẽt huic aſtipulatur in cõmẽ. magno p̃ poſter. in cap̃. de vniuerſali, vbi dicit qđ homo nõ eſt ambulans inquantum homo, ſed inquantũ habẽs pedes. Bene igitur Themiſtius dicit qđ licet hmõi ꝓpoſitiones ſint in cõi vſu, homo videt, homo olfacit, non tñ ſunt primariæ ſm inductiuum modũ, & ſic patet ſolutio, quia ly viſio non cõpetat virtuti viſiuę ſine organo, nec organo ſine virtute viſiua, tamẽ cõpetit coniuncto ex vtroq;, & ideo denominaẽ hõ videre in eo qđ eſt habens oculum, non in eo qđ homo eſt abſolute.

IN LIBRO DE ANIMA.

Contradi. in primo de anima. ſuper tex. 6.

THEMISTIVS & Auer. per paſſiones animę ꝓprias exponunt, ſicut eſt intelligere & contemplari. Sed huius oppoſitum hꝫ ibidem tex. cõ. 12. vbi. d. ꝙ ſi qđ opus eſt animæ propriũ maxime videẽ eſſe intelligere, ſi autẽ hoc eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, nec hoc vtiq; contingit ſine corpore eſſe. Et confirmaẽ quia Ariſto. primo de anima. text. cõ. 42. & 43. probat neq; ſentire nec intelligere motus eſſe, nec eſſe animæ motus, vbi Themiſtius expreſſe. d. ꝙ intellectio non eſt propria animæ, quia pendet tota ex ſenſibus, quia ſinẽ viſus & imaginibus non perficitur. Et hoc eſt achilles illorum qui tenent animam intellectiuam ſm Ariſto. eſſe mortalẽ. ℙ Soluitur operatio animæ propria poteſt intelligi bifariam, aut quia ipſa prorſus dependet ab anima, ita ꝙ nullo modo corpus concurrit, nec vt ſubiectum, nec vt obiectum, & ſic anima intellectiua, ſeu intellectus materialis nullam hꝫ propriã operationẽ, aut quia dependet à corpore, vel ab aliquo exiſtẽte in corpore vt ab obiecto non vt à ſubiecto, & ſic intellectus materialis hꝫ aliquam operationẽ ſibi propriã, & talis ſtat cum inmãlitate, & immortalitate ſubę intellectus, vnde Auer. expreſſe teſtatur in p̃ de anima cõmẽ. 12. & 13. qđ iſta eſt ſententia Ariſt. in intellectu materiali qđ eſt abſtractus à corpore, & qđ impoſſibile eſt, vt intelligat ſine imaginatione, vnde locus p̃ntis decepit iſtos, non enim animaduertunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ordinem in natura entiu3,nec vidét in latitudine abſtracto⁹ eſſe gradus, ſed ſciunt qõ diſtantię entiu3 ſunt valde diuerſe, vt ſcribit Cõmen. in.2. cęli ⁊ mundi. in tex.cõ.64. & natura in ſuis operibus non facit ſaltum, vt.d. Ariſtote. in.8.de natura animaliũ, vnde non omne ens abſtractum ſm eſſentiam eſt abſtractũ ſm operationé omnino. Fallit enim in ente medio cuiuſmodi eſt intellectus mãlis q̃ mediat inter abſtracta & mãlia,& ideo participat quodãmo do vtriuſq3 extremi cõditiones, ſicut aer dicit eſſe cõpoſitus ex grauitate ⁊ leuitate ſm cõparationez ⁊ ſm ſimilitudinem, vt dicitur.4.cęli & mundi.tex.cõmen.16.

Contradi.in primo de anima.ſuper tex.44.

¶THEMISTIVS ponens dr̃iã inter actionẽ & motũ, poſt nõnulla ſubdit q⁹ motus eſt ſpecies actionis, nã ſi motus eſt,actio eſt,ſi actio eſt,non ſequitur vt motus ſit. Sed huius oppoſitum legimus in primo de genera. & cor. tex.cõ.43.vbi dicitur q⁹ actio eſt ſpecies motus. ℞ Soluitur actio proprie ſumpta fit cum abiectione contrarij ⁊ fundatur in motu & fit in tẽpore,⁊ de hac agit̃ primo de generatione.Cõmuniter vero ſumi ſolet pro operatione in communi quæ eſt tanquam genus ad operationem immanentem ⁊ tranſeuntem, ⁊ ad actionem quæ fit cum abiectione contrarij ⁊ fine,⁊ ſic eſt tanquam genus motus, & ſic ſumpſit Themiſtius hic & Ariſtote. in ſecundo de anima.textu commenti.54.vbi habet q⁹ motus eſt actus quidam, actus eniz duplex eſt,imperfectus ⁊ perfectus,& ideo actio, vt dicit Themiſtius ibi, cuz fuſius ſit motu tm̃ diſtat ab eo,quãtũ genus diſtat à ſpecie. & vt inqt in ℔ ſenſu ſepiſſime vſurpatũ à Platone cõperitur,actio enim pro operatione eſt genus ad verum motum & ad alias actiones inſtantaneas, vt eſt viſio ⁊ auditio.Sed Ariſto.ſumpſit nomen actionis ſpecialiter pro illa quæ eſt cum abiectione contrarij,& ſic eſt ſpecies motus,quia motus inquãtuz motus abſtrahit ab hoc, quia poteſt eſſe etiam ab eodem ad idem, vt eſt circularis, & motus eſſe poteſt de contrario in contrarium, vt eſt motus rectus & alij motus. vnde vt inquit Themiſtius in pręſenti loco nõ eſt diſſenſio de nominibus,licet enim unicuiq3 pro arbitratu ſuo uocabula interpretari & fingere,& generibus abuti ſpecierum loco.⁊ Cõmen. in primo phyſi.cõmẽ.primo. inquit de nominibus modica eſt ſollicitudo apud Philoſophos.

Contradi.in primo de anima ſuper caꝑ.10.

¶DICIT Themiſtius hic quod non plus albedinis habet quod bipedale albuz eſt/q̃ quod pedale,neq3 tripedale/q̃ bipedale.Sed huius oppoſitum habet̃ ab Ariſtote. in prædicamentis in caꝑ. de quanto. ubi dicit q⁹ quanta ſuperficies fuerit tantam albedinez fore dices. ℞ Soluit̃ qualitates ſunt formæ indiuiduæ quod ſi diuiſionem capiunt eſt per accidens ratione magnitudinis & ſubiecti in quo ſunt,unde ut inquit præfatus expoſitor illud,ad cuius cõſtitutionem abſolutionemq3 nullus eſt uſus magnitudinis ſuapte natura expers magnitudinis eſſe dicit̃ etiam ſi diuidi aut diſtrahi ex accidenti poſſit,& ideo eſſentia qualitatum conſiſtit in ratione indiuidua, & ęque bene ratio albedinis eſſentialiter ſaluatur in pedali albo, ſicut in bipedali & tripedali,⁊ illo modo non plus albedinis eſt in pedali/q̃ in ſemipedali,ſicut nõ plus humanitatis eſt in puero/q̃ in infante/nec plus in uiro/q̃ in puero, ſpecies eniz ſunt,ſicut numeri. Sed loquendo de diuiſione per accidẽs, ſic plus albedinis eſt in pedali/q̃ in ſemipedali. & ita loquitur Ariſtote. & quod ille ſit ſenſus Themiſtij manifeſtant uerba eius ibidẽ,inquit enim quod amplitudo & mẽſus ad eſſentiam ⁊ ſubſtantiam qualitatum nihil pertinet, ſed albedo quatenus albedo eſt/indiuidua eſt, & in re diuidua. ideſt in magnitudine continetur, inde collige ex mẽte Peripateticorum, aliud eſſe totum eſſentiale aliud integrale.

Contradi.in primo de anima. ſuper caꝑ.14.

¶THEMISTIVS habet quod animæ ſingulorum hominum non poſſunt eſſe ab animabus ſeparate, quia ille non poſſent diſtingui abinuicem, cum omnis diſtinctio rerum in eadẽ ſpecie fit participatione materiæ.idem habet Cõmenta.in libro deſtructionum diſputatione prima,in ſolutione ſeptimi dubij. idem videtur velle Ariſtote.ſeptimo metaphy.tex.cõmen.18. ſortes quidem differt à Platone propter materiam.Oppoſitum tamen videtur ſentire Cõmenta.in ſecundo de anima cõmen.2.⁊.7.& primo de anima cõmen.90.vbi videtur dicere formam eſſe principium vnitatis materialis,& per cõſequens diſtinctio potius indiuiduorum eſt per formam q̃ per materiam. Dic reſolute ſecundum Peripateticorum fundamenta, natura nihil fruſtra facit formæ quæ poſſunt perpetuari in vnirate numerali non ſunt niſi vna in vna ſpecie, quia natura non abundat in ſuperfluis, tales autez ſunt quæcunq3 ſunt abſtracte ſecundũ eſſe à materia.in formis autem quę hoc non habent ibi multitudo eſt indiuiduo⁹ in eadem ſpecie ſimul ſucceſſiue, ⁊ hoc non eſt niſi in formis exiſtentibus in materia,quia per materiam res poteſt eſſe ⁊ non eſſe,& illo modo dixerunt Peripatetici cauſam multiplicationis indiuiduorum in eadem ſpecie originem habuiſſe à materia, vnde in via ipſoruz omnia quæ ſunt numero plura in eadem ſpecie ſunt formæ in materia vel habentia formaz in materia,& non poteſt eſſe ſine materia. ſi vero comparatio fiat materiæ ⁊ formæ ad compoſitum ex materia & forma à quo iſtorum cõpoſitum habeat principalius eſſe & vnitatem materialem an à materia vel à forma,& ſimiliter diſtinctionem diço q⁹ à forma principaliter, ſed non à materia.Sic igitur quia Peripatetici non viderunt neceſſariam talem multiplicationem in eadem ſpęcie niſi in rebus materialibus abſolute enuntiauerunt diſtinctionez indiuiduorum in eadem ſpecie eſſe participatione materiæ, ſed non negant qõ etiam talia diſtinguantur per ſuas formas immo intenſius & principalius,& iſto modo ꝯcordãda dicta ſapientum,ſicut in ſimili dicit Ariſto.in ſecundo de anima.tex.cõmen.26.anima non eſt corpus,ſed non eſt ſine corpore, ſic diſtinctio principaliter nõ eſt à materia, ſed eſt à forma,tamen non eſt ſine materia.

Contradi.in ſecundo de anima ſuper tex.147.

¶THEMISTIVS dicit in pręſenti loco q⁹ ipſa vis ſentiendi,ideſt ſenſus cõmunis ipſas contrarias qualitates non patitur,ſed ante ſe poſitas,& ad pedes genuaq3 aduolutas iacenteſq3 contemplatur, vbi videtur ſentire ſenſum cõmunem non eſſe paſſiuum ⁊ receptiuum. Sed huius oppoſitum habet Cõmen.ſecundo de anima cõmen. 142. vbi dicit q⁹ vltimuz ſentiens eſt patiens tantum. Debes ſcire q⁹ Ariſto. ad queſtionem ibi propoſitam an idem ſenſus ſit qui de contrarijs ſenſibilibus iudicet duas reſponſiones dedit,prima dicit ipſum eſſe vnuz numero,ſed ratione diuerſa, vnum quidẽ quia eſt loco & numero vnũ plures vero ratione,quia plura recipit. ℞ Sed iſtam ſolutionẽ ſtatiz improbat, quia licet potentia aliquid poſſit dici idẽ reſpectu contrariorum, actu tamen hoc implicat. Et ideo datur aliam ſolutionem quæ eſt melior quod ſenſus communis eſt vnus, vt eſt centrum unum in circulo, ubi Cõmenta.ẽlicit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cit ſubtiliter de intentione Ariſtote. quod recipere aliquid aliud eſt à iudicare illud, vnde iudicium attribuitur formæ & actui, & receptio potentiæ & materiæ, ⁊ ideo melius eſt dicere ipſum eſſe unum, ut eſt iudex qui eſt copulatus cum pluribus inſtrumentis aliorum ſenſuum particularium qui ſunt ſicuti ſatellites & exploratores, vnde non inconuenit unum iudicem de duobus litigantibus & aduerſantibus in eodem inſtanti iudicare, iudicium autez refertur ad agere, & receptio ad pati non inconuenit actum agentis & tranſire in diuerſa ſimul etiam in actione reali, ut ſol liquefacit ſimul & indurat lutum & ceram, multo magis in actione ſpirituali, ⁊ hoc vult dicere lucidiſſimns Themiſtius. nam Commenta. eſt eius interpres in preſenti loco, ſenſus igitur cõmunis non recipit contrarias qualitates, quia eius iudicium non formaliter conſiſtit in receptione, quia iudiciũ & comprehenſio ſimultanea contrariorum obiectorum non eſt ipſa receptio, quia ſtat eſſe receptionem in potentia in qua non ſubſequit̃ iudicium, ad alia enim fortiter intenti delata ſub oculis non uidemus, ut dicit Ariſto. in libro de ſenſu ⁊ ſenſato. ubi aduerte qõ obiectum in potentia cognoſcente non eſt, ſicut forma in materia nec ſenſus ꝓprie materia eſt ipſius ſenſibilis, quia forma afficit materiam & ipſam qualificat, ut albedo quæ formaliter eſt in pariete facit ipſum eſſe album, & denominat ipſum album, ſed albedo in uiſu non reddit uiſum album, neqz nigredo nigrum. Et hoc etiam eſt uerum de intelligibili cum intellectu quod eſt perfectio eius, ſicut forma, ſed non eſt ſicut forma perficiens formaliter ⁊ per inherentiam, nam ſi obiectum ſenſibile illo non perficit modo ſenſum multominus intelligibile, ſic intelligis dictum Auerrois in. 12. primæ philoſophiæ cõmen. 44. tunc enim eſt illic cauſa & cauſatum, ſicut intellectum eſt cauſa intelligentis, intelligibile auté eſt cauſa formalis intelligentis, ut eſt declaratum in tertio de anima, ut ſcribit Cõmen. in paraphraſi metaphy. tracta. 4. in. 9. colũna. Sic igitur Themiſtius dicit ſenſum cõmunem̃ preferre iudicium de formis ad genua eius aduolutis adiacentibuſqz, quia iudiciũ eius tranſit ſuper obiecta relucentia in ſpeciebus receptis in ſenſorijs exteriorum ſenſuum, ⁊ tandem in organuz ſenſus cõmunis deductis, & ipſe inſpicit obiecta ibi relucentia quæ non ſunt per modum inherẽtiæ formalis, ſed ſunt ineſſe abſtractionis, & ſicut cognitum in cognoſcente, & iſta eſt ſententia abſtruſa Ariſtote. quam expoſitores eius attinxerunt. Bene igitur dicit Cõmen. ꝙ primum ſentiens eſt patiens tantum quo ad organi receptionem, ſed tamen quo ad iudicium non. d. Commentator ſenſum eſſe materiam, ſed actum & formam.

IN LIBRO DE INSOMNIIS.

¶ ARISTO. in libro de inſomnijs qui immediate eſt poſt librum de ſomno & uigilia, & ante librum de diuinatione oſtendit uiſum eſſe digniorez tactu, quia quod tactui apparent duo re exiſtente una, uiſui apparet unum ex permutatione digitorum, ubi Themiſtius expreſſe dicit uiſum eſſe acriorem & certiorem tactu, ſed eadem ratione ſequitur tactum eſſe certiorem viſu, quia baculus in aqua iudicatur fractus per uiſum, & per tactum minime, igitur tactus eſt certior uiſu. Niſi eſſet ꝙ uiſus abſolute eſt dignior & ex modo imutandi qui eſt ſpiritualior, ⁊ ex alijs cauſis poſitis in ſecundo de anima. Ad obiecta autem dicẽdum eſt, vt Themiſtius ait in ſecundo de anima, in expoſitione textu cõmen. 134. & ſecundum diuiſionem Themiſtij & græcoruz eſt, in tertio de anima. cap̃. 2. ꝙ ſenſus cõis ex triplici cauſa pót decipi. prio ſi de aliquo obiecto iudicauit de diuerſis formis per diuerſos ſenſus in aliquo tempore, vt de pomo colorem per viſum, ⁊ ſaporẽ per guſtum, ſi alio tempore velit ſolum ex colore de conſimili obiecto iudicare, de ſapore per viſum tantum cognito non guſtato ſapore, põt errare. ſcõo ſi ex ſolo ſenſibili proprio ⁊ per ſe velit iudicare de ſenſibili per accidẽs, vt ſi ex colore velut iudicare de Cleonis filio, quũ hoc pluribus indicijs veſtigijſqz quibus vnus non ſufficit ſenſus forteqz hoc ꝓ vi3 aliquam præſtantioré ſenſu quæ animalibus brutis adiuncta non ſit. tertio circa cõmunia ſi vni ſenſui tantum inſtiterit inixuſqz fuerit, vt ſi vni viſui de figura concredat quum viſui ⁊ tactui ſit cõmunis, vnde in caſibus prænarratis deceptio & culpa temeritatis eſt ſenſus communis & non proprij. Et ideo bene contingere poteſt vtrũqz in aliquo caſu, vt tactus certius iudicet q̃z viſus de figura ⁊ fractura, quia hoc conuenit propter medium, vt dicunt perſpectiui, in alio vero caſu conuenit ecõtra, vt in caſu Philoſophi, abſolute tamen viſus certior eſt.

Iſta contradictio eſt notanda in. 2. phyſi. in cõ. 1.

¶ THEMISTIVS & Cõmẽ. dicũt in principio ſcõi phyſi. qõ corpora ſimplicia non hñt principiũ intrinſecuz actiuũ ſuę alterationis, ſed paſſiuũ tm̃. Et Alexan. referente Simplicio illum eſſe ante iſtos, dixit enim elementa non habere principiũ effectiuũ niſi motus localis tm̃. Sed opponebaẽ de aere condenſato qui ſeipſuz rarefacit. ℞ Soluit Burleus qõ hoc eſt ꝓ accñs, quia per ſe mouet ſe localiter, quia eſt ꝑter naturaz diſpoſitus, quia non eſt in loco conueniẽter locatus, eſt eniz in anguſtiori loco q̃z ſua forma requirat, & ideo mouendo ſe localiter rarefacit ſeipſum ꝓ accñs. Sed obijciebat Gaetanus, quia tunc videẽ oppoſitũ, qa aer ille illud per ſe acqrit, quo näliter eſt priuatum, ſed priuatus eſt ille aer ꝓ ſe raritate ⁊ non loco, quia cũ ſit idẽ locus totius ⁊ partis ille locus eſſet nälis alicui aeri eiuſdẽ ſpeciei cum iſto, ⁊ ideo potius eſt naturaliter priuatus raritate q̃z loco, & ideo dicit qõ aer ille per ſe rarefacit ſeipſuz ⁊ mouẽ localiter per accidens, qa talis rarefactio non poteſt induci ſine motu locali. Sed tunc niſi aliud dicatur Gaetanus cõtradicit Auerroi qui vult qõ elemẽta nõ hñt principiũ intrinſecũ effectiuũ alterationis, & iſte cõcedit oppoſitũ. Alij aũt dixerunt qõ accidẽtia in elemẽtis reperta ſunt in duplici dẽia, quędam enim ſunt accidẽtia ꝓpria ad quoz variationẽ & deperditionez ſequitur deperditio ſubę, vt ſunt quatuor qualitates primæ, ⁊ de iſtis dicũt Cõmentatorez intellexiſſe. qõ elementa non habẽt principiuz alterationis intrinſecũ actiuuz, ſunt itez alia accidentia cõmunia, vt raritas/⁊ dẽſitas/figura/⁊ id genus, & iſti talibus poteſt eſſe alteratio in elementis abſqz tranſmutatione in ſuba, & ſic dicunt qõ aer condẽſatus in propria ſphera rarefacit ſe ꝓ ſe, ⁊ per accñs mouet ſe localiter, ſed aer extra propriã ſpheram exñs mouet ſe per ſe localiter, ⁊ per accñs ſe rarefacit. Sed iſta poſitio eſt purus error qa Cõmen. abſolute & Themiſtius aſſerunt elementa non habere principiũ actiuum intrinſecũ alterationis. Et Alex. dixit qõ non hñt principiũ actiuũ intrinſecuz niſi reſpectu motus localis tm̃. Amplius qualitates attribute alterationi ſunt duobus modis, vt ſcribit Cõmen. in. 7. phyſi. in cõ. 11. primæ. vt ſunt caliditas/frigiditas/humiditas/& ſiccitas. & ſecundæ vt raritas ⁊ denſitas. Et idem hz ibidẽ in cõmen. 15. vbi habeẽ qõ raritas & denſitas ſunt rerum qualitates inſequentes calidũ ⁊ frigidum, ſi igitur elementa poſſent per ſe rarefacere aut cõdenſare ſeipſa, ſequeretur qõ poſſent ſeipſa calefacere ⁊ infrigidare, quia raritas & denſitas inſequuntur caliditatẽ ⁊ frigiditatẽ, vnde Cõmen. in lib. de ſubſtãtia orbis. d. cap̃. ꝑ. qõ qñ aqua tranſmutatur in aerem per calefactionem peruenit ad tantam raritatẽ cum qua non poteſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours


ſtare ſua forma, ⁊ econtra qñ frigiditas condenſat aerem peruenit ad tantaꝫ denſitatē qꝫ forma aeris ſtare non poteſt, & ſic conuertitur in aquam. Amplius Cōmen. & Phīs in quarto cęli ⁊ mūdi in tex.cō.24.dicunt qꝫ alterans maxime in ſimplicibus ſemper dicit̄ eſſe extrinſecū ab alterabili. Et Phīs p̄ de gene. & corru.tex.cō.78.dicit qꝫ cōtinuuꝫ & vnum ⁊ idem ens ipſum à ſeipſo eſt impaſſibile, naꝫ cuꝫ alteratio fiat per contactuꝫ.7.phyſi.tex.cō.12. contangētia autē ſunt, quoꝝ vltima ſunt ſimul, ſequitur qꝫ alterans & alteratum dñr eſſe loco ⁊ ſubiecto diſtincta, iſta enīꝫ eſt ratio quare ethicus non ſentit ſuam febrem, ⁊ tñ alij febriētes febre humorali aut effimera ſentiunt, quia ſentire in qꝺam pati & moueri conſiſtit, & ſenſatio ēt fit per cōtactum, ⁊ ideo quia febris humoralis dependet ab humoribus, ⁊ effimera à ſpiritibus quæ ſunt corpora loco ⁊ ſubiecto diſtincta à mēbris in quibus fit alteratio, ideo ibi eſt motus & ſenſatio, ſed in ethico calor ille eſt infixus ⁊ impreſſus in mēbris, ⁊ calor innatus eſt corrūptus, ⁊ non eſt ibi mala cōplexio diuerſa, ſed eſt facta ⁊ radicata in membrīs, habitibus aūt exiſtētibus in materia ceſſat motus, amplius ſtante eadē cā dicit̄ eſſe idē effectus, ſed cā quare elemēta non pñt ſe alterare ſm alterationē factam in primis qualitatibus eſt, quia alterans dicit̄ eſſe diſtinctuꝫ loco & ſubiecto ab alterato & eſt vniformitas, quia ſunt corpora conſimiliū partiuꝫ, ⁊ iſtę cauſę ēt ſunt in raritate ⁊ denſitate quare ⁊c. ¶ Dicamus igit̄ nos ſentētiaꝫ verā, ⁊ quadrantē ſenſatis ⁊ vię Auerrois, dico qꝫ equiuocatio plerunqꝫ decipit intellectus nobiles. Iō ſcire debes qꝫ raritas ⁊ dēſitas qñqꝫ ſunt qualitates de tertia ſpecie qualitatis, ⁊ conſequūtur qualitates primas. vꝫ. caliditatē ⁊ frigiditatem, ⁊ tales acquirūtur per veraꝫ alterationē, de iſtis loquitur Phīs ⁊ Cōmen.in.7.phy.11.⁊.15. vt fuit allegatum. qñqꝫ aūt raritas ⁊ denſitas ſumunt̄, vt ſunt accidentia pertinentia ad p̄dicamentum ſitus. De his loquit̄ Cōmen. primo meta. in cōmen.15. vbi inquit denſitas ⁊ raritas non faciunt tranſmutationē in ſubſtantia, neqꝫ in qualitate cuꝫ ſint de ſitu. Et videt̄ eſſe de intentione Ariſto. ibidem arguentis contra Empedoclem aſſerentē generationē ⁊ corruptionē fieri per congregationē ⁊ ſegregationeꝫ. Et tunc dico qꝫ eſt magna differentia, vt raritas ⁊ denſitas ſunt qualitates, & vt ptinent ad p̄dicamētū ſitus, quia vt ſunt qualitates acquruntur per ſe per motū alterationis ⁊ conſequūtur caliditū ⁊ frigidū, & præcipue in iſtis corruptibilibus qꝫ dico, ppter raritatē ⁊ denſitatē in cęleſtibus corporibus quæ ęquiuoce dicuntur cū iſtis, vt.d.Cōmen.in.2. ca. de ſubſtantia orbis. ſed raritas ⁊ denſitas vt pertinent ad p̄dicamētū ſitus, ſic acquirūtur per motum localē ſaltem per accidens, quia ad ſituꝫ non eſt per ſe motus. vt.d.Phīs in.5.phy.tex.cō.10. & Cōmen. contra Auic. ſexto phyſi.cō.85. & 4.phy. cō. 43. ſtante iſta diſtinctione dico qꝫ ſi loquamur de raritate ⁊ denſitate quæ ſunt qualitates tertię ſpeciei, elementa non hñt principiū intrinſecum actiuū alterationis talis, ſed ſolum paſſiuū. nam ſi haberent, poſſent ſe calefacere ⁊ infrigidare, ſicut ſupra dictū, immo talis rarefactio ⁊ talis condēſatio inducuntur ab extrinſeco agente alterante ipſa, ſicut ⁊ alię alterationes quæ ſunt ſm qualitates primas. Secūda cōcluſio elementa quo ad raritatē ⁊ denſitatē, vt raritas ⁊ dēſitas importāt diſtantiaꝫ partiū ⁊ approximationē, & per ꝓñs vt ſpectant ad p̄dicamētū ſitus iniciatiue ēt dependent ab extrinſeco agente tranſmutante ea per motum localē. nam motor extrinſecus per motum impulſionis condēſat aerē ⁊ aquam, ⁊ per motum expulſionis in talibus inducitur raritas, ⁊ iſti ſunt motus locales. vt patet 7.phy.tex.cō.10. vt videmus de motu proiectoꝝ, vnde lapillus proiectus in aqua condēſat aquam in loco in quo cadit fit centrū circuli parui, & ille facit alium maiorem donec deueniat ad latera continentis. vnde Cōmen.in.8. phyſi.in cōmen.32. dicit qꝫ elementa innata ſunt recipere denſitatem ⁊ raritatem ab extrinſeco ⁊ patiuntur quandā penetrationem in ſuis partibus, vnde iſta penetratio nihil aliud eſt, niſi quia qñ mouentur ⁊ impelluntur ab extrinſeco mouente, tunc conſtringuntur ⁊ condēſantur inquantum occupant minorem locum, ita qꝫ talis denſitas nihil aliud eſt, niſi reductio partiū in minorē ⁊ anguſtiorem locum. Et quia eſt ſententia Auer. & Ariſto. in.3.cęli. tex.cō. 28. qꝫ elementa in motu violento ſunt talis nāę, quod vbi ſumpſerunt initium motionis ab extrinſeco, poſtea mouētur ex ſe, tūc dico qꝫ aer qui fuit condēſatus in principio ex impulſione facta ab extrinſeco motore, ille poſtea impellit alium, ⁊ ad illam impulſionē ſequitur denſitas illa ⁊ penetratio in ſuis partibus modo declarato. Alter vero vim paſſus expellit alium, ⁊ ex illo motu in expellente acquiritur rarefactio. i. diſtrictio partium in impulſo acquiritur condēſatio, ſic igitur in iſto modo condēſationis & rarefactionis elementa poſtq̄ aſſumpſerunt impedimētuꝫ ab extrinſeco ex ſe per motum localem ſe condēſant ⁊ rarefaciunt, ſed iſta non eſt alteratio, ſed eſt motus localis p quem elementum vim paſſum reſpectu motus localis per ſe querit locum, aut loci diſpoſitionem naturalem, & per accidēs acquiritur ſitus. Et iſto modo non ſequitur quod elementa habeant principium intrinſecum actiuum per ſe motus alterationis, vnde æquiuocatio decepit expoſitores, ſicut vides.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EPISTOLA.

HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI

Zachariæ Equitis filij in Paraphraſin Themiſtij Peripatetici Præfatio. Ad Sixtum. IIII. Pont. Maximum.



VI TIBI *ſtudiorum ſuorum opera nuncupant*, Pontifex ſumme Sixte *quarte: aly id agunt: vt te vtcunq; ſibi promereantur: aly/ vt ſuctum aliquem ſentiant iudicij tui de ſe: aly/ vt abs te tantũ probentur: aly ob alias cauſas. Ego vero hæc tibi dedico: tum vt meam in te obſeruantiam præſertimq; Zachariæ patris, qui iſtic ad te pro Venetis agit legatus, agnoſcas, tum vel maxime vt te pro fide ea, quæ a me tibi vt principi meo debetur, ſumma inſtituti illius tui præclari & diuini commoneam: quod protinus quàm creatus Pontifex es flagrãtiſſime amplexus videris adiuuandi prouehendiq; literas: quæ proculdubio ſine auctoritate & diligentia doctiſſimi Principis aut interituræ penitus videbantur: aut ad priſtinam barbariem reditureæ. Nam & ingenia vndiq; conduxiſti: & bibliothecam opulentiſſimam ære tuo impenſaq; publicaſti. Nunc te obſecrant obteſtanturq; bonæ omnes artes: ne (quæ tuæ maximæ occupationes ſunt) negligentiuſcule in poſterum habeantur. Errant qui credunt grauius eſſe cum quibuſuis hoſtibus: quàm cum imperitis & indiſertis bellum. Inteſtinum hoc: & intra parietes: ac perpetuum. Illud externum temporariumq;. In eo libertas: imperium: vita ſub alea eſt. In hoc labes animi certa. Per illud deſinas viuere vt res peſſime cedat. Per hoc viuas omnino: ſed viuas non homo. A barbaris/ a feris/ a uulgo/ differimus: quod literas habemus: illi non habent. Cæteris vincimur. Tolle hoc diſcrimen: deteriores ſimus quàm ferè quàm vulgus. Hoc tibi (quod cæpiſti) ſpectandum identidem præmendumq; aſſidue propoſitum eſt. Nullæ ſint cogitationes tuæ tam multæ: tãardue: quæ curam tibi hanc aut excutiant aut offundant. Sub Nicolao Principe exerere ſe ac reuireſcere ſtudia cœperunt. Niſi tu (quod facis) facere perſeueres: neceſſe eſt conſeneſcant denuo atq; decedãt. Igitur Themiſtium è familia Ariſtotelis elegantem Philoſophum: ad te in latinum ſermonem conuerti: ratus non ingratiſſimam tibi rem me facturum: ſi philoſophia ea (quæ de natura eſt) latinis literis quanta modo legitur in ſcholis contineretur. Videbam nihil incultius, horridius: ineptius: quàm partem iſtam litteraturæ haberi. Placuit periclitari in Themiſtio, an iſtæc quoq; proprietatem & lucem Romanæ linguæ reciperent.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



PPIDO quàm laboratum mihi in hac interpretatione eſt: non tam quod nihil iuuari ab his auctoribus potui: qui Ariſtotelem commentati fœde ac barbare pridem ſunt, quã quod ne ab illis quoq; qui ætate noſtra latinã eloquentiã profeſſi: græca eius Philoſophi commẽtaria tranſtulerunt. Horum pleriq; dum alienam inſcitiam inſectantur: ſuam prodidere. Adeo omnia ab his peruerſe deprauateq; ſunt perſcripta: vt ſi quis interpretationes eorum cum illis veteribus conferat quas reprehendunt: vel in aliqua Ariſtophanis libra aut Critolai appenſas examinet: vtræ earum vergant internoſci non poſſit. Percenſerẽ ſigillatim quęcũq; peccaſſent, niſi plura eorũ eſſent errata quàm verba. Alioquin nõ inceſſendi quẽquã lacerãdiue ſtudio, ſed iuuandi bonas mẽtes hęc ſcribimus. Magnã incõparabilẽq; iacturã nõ pridem fecimus Pontifex maxime in Theodoro Gaza, qui vir græcus latinos omnes in hoc munere ſcribẽdi interpretandiq; ſuperauit. Is ſi diutius vixiſſet: linguã latinã hac quoq; parte locupletaſſet. Quot & fecit i libris illis abſolutiſsimis de animalibus Ariſtotelis: & Theophraſti de ſtirpibus. Hic vnus mihi certare cũ vetuſtate ipſa viſus eſt: hunc mihi quẽ colerẽ quẽ imitarer propoſui: ab huius ſcriptis adiutũ me & fateor & prædico: hunc ego non magnopere incurioſius legi: quã. M. Tulliũ/ Plinium/ Columellam/ Varonem/ Senecam/ Apulegium: & cæteros: quos in hoc genere cõmentandi diligenter euoluere neceſſarium eſt. Ne ille quoq; minimus labor noſter fuit: quod in his libris vertendis: non modo nõ expreſſimus verbum e verbo: quod interpretes in indiſertos ſolere Cicero meminit: ſed libere & tranſlationibus & figuris & tropis vſi ſumus ad morẽ Romanum ſenſibus ſtantibus. Luſimus arbitratu noſtro: ſed ſententiã integrã dedimus auctori. Tantũ vero abeſt, vt aliquid pretermiſerimus diſſimulauerimuſue: vt illud periculũ ſit: ne quod eruditioni impenſe ſtuduimus addidiſſe aliqua potius quàm detraxiſſe inuiſoribus videri poſſimus. In plenũ nõ tam latinũ reddere Themiſtiũ quã certare cum eo volui. Hęc enim laus (vt ille ait) linguę latinæ eſt: vt græcã proprietatem & gratiam in tranſferendo aut æques: aut etiã antecellas. Hoc me non dico aſſecutũ fuiſſe: ſed crimen meum confiteor: laboraui plane hoc ambitu: ſed an effecerim quod quærebam, alij iudicent, ipſe certe mea nec magnifacio nec probo. Sed quid te Princeps humaniſſime oratione longa detineo: finem faciam ſi quædã de Themiſtio dixero. Is Libanij ſophiſtæ & Iuliani Cæſaris temporibus floruit. A quibuſdam abbreuiator creditus Alexandri ex Aphroſia de eſt, ſed falſo. Nam & ab eo diſſentit haud timide, quom collibuit, & ab ordine ac ſerie eius euariat. Prętera ipſemet ſe paraphraſten Ariſtotelis facit. Eſt autẽ paraphraſis exercitamenti apud rhetoras genus. Ea finitur a græcis hoc modo, vt ſit quæ narrationi proportione reſpondeat, aut ſic in qua vertimus aliorum ſcripta. Non in alia quę humiliora grandioraue ſint, vt a metaphraſi differat, ſed in paria ſenſu modo ſeruato, quod & Fabius duobus locis ſic explicat. Tum mutatis verbis interpretari. Tum paraphraſi audacius vertere, qua & breuiare quędam et exornare ſaluo modo ſenſu dimittitur, quod opus conſumatis profeſſoribus difficile qui commode tractauerint cuicunq; diſcendo ſufficient. Alio item loco. Sed & ipſis inquit ſententijs addicere licet oratorium robur: & omiſſa ſupplere: & effuſa ſubſtringere. Neq; ego paraphraſin eſſe interpretationẽ tantum volo: ſed circa eoſdem ſenſus certamen atq; æmulationem. Dictus eſt & a quibuſdam ecphraſtes. Eſt autem ecphraſis mera puraq; enarratio. Quod ergo diximus inter initia doctiſſime Pontifex ſuſcęptum abs te patrocinium literarum ne deſere, cum dico literas: philoſophiam intelligo: quę coniuncta cum eloquẽtia ſit. In te eruditio ſumma: & ſumma fortuna. Facile ſuper poſſumus temporibus tuis futurum, vt recta ſtudia volente te (nam potes nec alius poteſt) ad dignitatem priſtinam reuocentur. Vale. Venetijs. M. CCCC. LXXX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

INDEX OMNIVM CAPITVLORVM PRIMI LIBRI POSTERIORVM.



NTEQVAM qd ſcia/ tur prȩnoteſcere aliqd oportere. Caput 1.
Duas eſſe prȩmotiones ut ſit & quid ſit. Caput 2.
Concluſionem antequam demõſtrationes: partim ſciri: partim neſciri. Ca. 3.
Quid ſit ſcire: & quid ſit demonſtratio. Caꝑ. 4.
Quid ſit propoſitio immediata. Caꝑ. 5.
Plus credi propoſitionibus quã cõcluſiõibus. Caꝑ. 6.
Nec ſciri demonſtratione omnia nec circulo. Caꝑ. 7.
Neceſſarias eé propoſitiões in demonſtratione. Caꝑ. 8.
Quid ſit dici de omni. Caput. 9.
Quid ſit dici per ſe. Caꝑ. 10.
Qui modi eorum: quæ per ſe dicuntur, ad demon/ ſtrationem pertineant. Caꝑ. 11.
Quid ſit uniuerſaliter dici. Caput. 12.
Quemadmodum circa uniuerſale in demonſtrando error contingat. Caput. 13.
In demonſtrationem neceſſaria ingredi. Caput. 14.
Quæ ſunt per accidens demonſtrationis rationem non ingredi. Caput. 15.
Demonſtrationem ex propriis non ex extrariis con/ ſtare. Caput 16.
Demonſtrationẽ non cõſtare cõmunibus. Caput. 17.
Demõſtrationis concluſionem eſſe perpetuã. Caꝑ. 18.
Demonſtrationem non eſſe caducorum. Caput 19.
Quid ſit principium cõmune: quid propriũ. Caꝑ. 20.
Quot modis principia prȩnoſcantur. Caput 21.
Differre proloquia a poſtulatis ſubiectiõibuſq;. c. 22.
Qui uſus primorum principiorum in demonſtratio/ nibus ſit. Caput. 23.
In quibus communicent ſcientiæ & quemadmodum prima philoſophia a dialectica differat. Caput 24.
An interrogatio aliqua demõſtrationi cõueniat. ca. 25.
Commendatio Matheſeos: & quid ſit ſyllogiſmũ am/ pliari in directũ: in latus: per media. Caput 26.
Quemadmodum una ſcientia utraq; demonſtratio/ ne utatur: & quamobrem ut ſit. Caput 27.
Alius modus: quo in una ſcientia utraq; demonſtra/ tio eſt. Caput 28.
Quemadmodum altera demonſtratio in altera ſcien/ tia habeatur. Caput 29.
Qui modus ſit: quo in diuerſis ſcientiis demonſtre/ tur ut ſit: & quamobrem ſit. Caput 30.
Quæ figura ſyllogiſmi aptiſſima demonſtrantibus ſit. Caput 31.
De ſyllogiſmo imperitiæ ignorantiæue. Caput 32.
Quemadmodũ ſyllogiſmo imperitiæ occurrat. ca. 33.
Abolito ſenſu aliquo: ſciam illius ſenſus a boleri. c. 34
Quid ſit prȩdicari p aliud: ſeu per accidens. Caꝑ. 35.
An demoſtrationes in infinitum euadant. Caput 36.
Infinita non eſſe media: & ſi in affirmatiuis hoc uerũ: in priuatiuis uerum. Caput 37.
Terminos prædicatos infinitos non eſſe rationibus lo gicis probatur. Caput 38.
De eodem rationibus propriis: terminosq; ſubiectos non exire in immenſum. Caput 39.
Demõſtrationẽ uniuerſalẽ prȩſtare particulari. ca. 40.
Demõſtrationẽ affirmatiuã prȩſtare negatiuæ. ca. 41.
Demonſtrationem aſſertoriam potiorem eſſe ducẽte ad incommodum. Caput 42.
Quot modis ſciẽtia prior & certior alia ſit. Item quæ una: quæ diuerſa. Caput 43.
Plures demonſtrationes eiuſdem rei eſſe. Caput 44.
Fortuita non ſciri. Caput 45.
Senſum non eſſe ſcientiam. Caput 46.
Non omnium eadem principia eſſe. Caput 47.
Scientiã differre ab opinione rebus ſubiectis. Caꝑ. 48.
Scientiã differre ab opinione genere approbandi. c. 49.
Quid ſolertia ſit. Caput 50.

INDEX SECVNDI LIBRI.

QVATVOR eſſe quæſtiones. Caput 1.
In omnibus quæſtionibus cauſam quæri. Caput 2.
Non eſſe eiuſdem omnino demonſtrationem finitio/ nem q;. Caput 3.
Non poſſe demonſtrari finitionem per ſyllogiſmum duplantem. Caput 4.
Non poſſe definitionem probari per ſyllogiſmum di/ uidentem. Caput 5.
Diuiſionem conferre ad finiendum. Caput 6.
Per ſyllogiſmũ finitiuũ nõ probari finitionẽ. Caꝑ. 7.
Neq; a contrariis: neq; per inductionem probari fini/ tionem. Caput 8.
In uniuerſum finitionẽ demõſtrari non poſſe. Caꝑ. 9.
Quantum aliquid ualet demonſtrandum rem eſſe: tantum ualet ad demonſtrandũ quid ſit res. Item demonſtratione non ſciri finitionem: ſed innote/ ſcere. Caput 10.
Quæ cauſam non habent: eorum finitionem non in/ noteſcere per demonſtrationem. Caput 11.
Tres eſſe ſpecies finitionum. Caput 12.
Quatuor cauſas eſſe poſſe media demõſtrari. Caꝑ. 13.
Idem effectus per plures cauſas monſtratur. Caꝑ. 14.
Quemadmodum effectus coȩui cum cauſa demon/ ſtrentur. Caput 15.
Quemadmodum effectus non coȩui cauſam demon/ ſtrent. Caput 16.
Quemadmodum cum hoc poſt hoc oritur: conti/ nuatio hæc accipienda ſit. Caput 17.
Quando demonſtrationes reciprocæ: circulares q;: ſin/ gulares q; locum habeant. Caput 18.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



Effecta quæ maiore ex parte eueniant: probari per media eiuſdem generis. Caput 19.
Quemadmodum finitio indiuiduæ ſpeciei inueſtiganda ſit. Caput 20.
Quemadmodum definitio generum inueſtiganda ſit. Caput 21.
Facilius ſpecies quàm genera definiri. Caput 22.
Quemadmodum diuiſio utilis finientibus ſit. Ca. 23.
Contra Speuſippum: qui putabat ſcire oportere omnia eum qui recte finiret. Cap. 24.
Tria præcepta diuiſionum. Caput 25.
Solum uniuerſalia definiri. Caput 26.
Ex ratione diuiſionum: & commentatione diſſectionum uberem copiam diſſoluendis queſtionibus comparari. Caput 27.
Quæ ſint eadem quæſtiones. Caput 28.
Quæſtiones quaſdam ſub quibuſdam quæſtionibus contineri. Caput 29.
Demonſtrationes ex reciprocis conſtare. Caput 30.
Medium ſequi conditionẽ maioris extremitatis. ca. 31.
Quemadmodũ reciprocent ſubiectũ & affectio. ca. 32.
Eiuſdem effecti plura eſſe media: ſed non prima omnia. Caput 33.
De habitu principiorum: & quemadmodum cognitio uniuerſalium in homine uariatur. Caput 34.
Vniuerſale a ſenſu ortum habere: & ab intellectu formari. Caput 35.
Quemadmodum uniuerſale per inductionem accipi intelligendum ſit. Caput 36.
Principia in nobis non natura eſſe inſita: ſed creari ab intellectu. Caput 37.
Intellectum eſſe habitum principiorum: quemadmodum ſcientia habitus eſt ſcitorum. Caput 38.

INDEX OMNIVM CAPITVLORVM PRIMI LIBRI DE ANIMA.

DE VTILITATE & præſtantia ſcientiæ de anima. Caput 1.
De difficultate ſcientiæ de anima & definitionis. Caput 2.
De quæſtionibus pertinentibus ad ſubſtantiam animæ cognoſcendam: & quæ ſint in definitione animæ adhibenda. Caput 3.
Vtrum una definitio uniuerſalis ſit omnibus animis queręda: an ſingulæ ſingulis generibus accommodandæ. Caput 4.
Vtrum in animali uno multæ animæ contineantur: an una tantum: quæ tamen diuerſis partibus: ac uiribus conſtet. Caput 5.
Vtrum de membris prius quàm de integritate agendum ſit: & de actibus quàm de membris & partibus: & de ſubiectis quàm de actibus. Caput 6.
Accidentia cognita conferre ad cognoſcendam naturam ſubſtantiæ. Caput 7.
Perquirendum eſſe: utrũ omnes affectiones ſint communes animæ & corpori: an alteræ alterius ꝓprię peculiareſq; habeantur. Caput 8.
Animæ definitionem eſſe cum materia coniungenda: & quid ſit definitio phyſica & dialectica: & quæ ſcientiæ: quibus modis definiant. Caput 9.
De ſententiis ueterum de anima & de opinione Democriti. Caput 10.
De opinione quorundam Pithagoreorum de anima. Caput 11.
De opinione Empedoclis & opinio. Timæi ſiue Platonis in Timęo. Caput 11.
De opinionibus multorum: qui de anima male ſenſerunt. Caput 13.
De opinione Thaletis, Alcmeonis, & aliorũ. Cap. 14.
Epilogus generis: quòd omnes uno ex tribus animã definierunt, aut motu: aut cognitione: aut tenuitate: ideſt incorporeo. Caput 15.
Generaliter contra omnes: qui putant animam eſſe corpus mouens & motum. Caput 16.
Contra Theophraſtum: qui rationes Ariſtotelis repræhenderat. Caput 17.
Sentire & intelligere nec motus eſſe nec animæ motus. Caput 18.
Si motus ſit eſſentia animæ: futurum ut anima mouendo ſe pereat. Caput 19.
Specialiter contra Timęum: ſiue Platonem. Caput 20.
Item contra eundem. Caput 21.
Animam non immigrare cuilibet corpori contra antiquos: qui nihil de corpore dixerunt. Caput 22.
Animam non eſſe harmoniam: & de anima mundi. & utrum anima noſtra ſit uita potius quàm anima appellitanda. Caput 23.
Declaratio exactior opinionis animam eſſe harmoniã aſſerentis. Caput 24.
Animam nõ moueri: ſed corpus per animã: & quod corpus mouetur per animam dupliciter: ideſt per animam a qua & ad quam. Caput 25.
Vtrum anima intelligendo contemplandoq; mouea/tur: & dubitationes ſuper uerbis illis Ariſtotelis ubi dicit intellectus nobis ut ſubſtantiam quandã accidere. Caput 26.
Contra Xenocratem dicẽtem animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Caput 27.
Contra Andronicum dicentem Ariſtotelis uerba contra Xenocratem non intelligi. Caput 28.
Contra eos qui dicunt animam ex elementis eſſe coalitam. Caput 29.
Contra Empedoclem dicentem: ſimilia cognoſci ſimilibus: & tamẽ ſimilia a ſimilibus pati nõ poſſe. c. 30
Veteres neq; de uniuerſa anima: neq; de humana perfecte loquutos. Caput 31.
Superfluo uideri aliquibus animam ex utroq; contrario cõcretam eſſe; ſufficiat enim alterum quia eadẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ratio pollet in contraria. Caput 32.
Animam non esse per omnia corpora inuectam & fusam. Caput 33.
Veteres de anima nihil bene dixisse. Caput 34.
Contra Platonem qui partes anime discludebat locis. Caput 35.
Plantas & stirpes sine dubio animatus esse. Caput 36.

INDEX SECVNDI LIBRI.

DIVISIO ENTIVM & qui sit perfecti habia & quotuplex. Caput 1.
Animam esse formam & perfectionem corporis naturalis uitam habentis. Caput 2.
Animam non esse corporis: sed formam corporis perfectionemq;. Caput 3.
Animam esse actum primum & secundum: sed primum magis. Caput 4.
Animam esse perfectionem organici corporis. Cap. 5.
Declaratio per exempla definitionis allatæ de anima: & quòd organicum idem est quòd uitam habens potentia. Caput 6.
Animæ partes alias abiunctas esse a corpore: alias non abiunctas. Caput 7.
A notionibus esse incipiendum: & definitionem assequendam: quæ causam quamobrem contineat: & omnia per animam uiuere. Caput 8.
An definitio animæ communis ad intellectū: & uim motricem pertineat. Caput 9.
Per animam & corpus uiuere animalia: sed per animā primum: nec per quidlibet corpus: sed per certum & dispositum. Caput 10.
Omnibus animalibus tactum ineſse & appetitionem aliquam. Item ex quibus rebus omnia nutriantur. Caput 11.
Ordo potentiarum animæ & differentia definitionum: quæ per notiones: cognominis: & quæ per essentiam constituuntur. Item singulas definitiones accommodandas esse ad singulas animæ species. Caput 12.
In definitionibus particularibus a rebus subiectis incipiendum. Caput 13.
Initium præceptionis declarationisq; partium animę. Item omnia desiderio immortalitatis teneri. Item duplicem haberi finem. Caput 14.
Animam esse animanti causam triplici genere. Item contra Empedoclem & alios qui causam augumenti: aut elementa: aut ex elementis ignem constituebant. Caput 15.
De ui animę altricis: & de natura alimenti. Caput 16.
Quæ differentia sit inter altricem, auctricem, & procreatricem uirtutem. Caput 17.
De instrumentis concoquendi cibi. Caput 18.
De ui sentiendum generatim: & sensum esse passionem quādam. Item simile pati tum a simili: tum a dissimili. Item actionem & passionem genera esse comparatione motus. Caput 19.
Adhuc generalia quædam in sensu. Item de sensu actu & potentia. Item differentia inter scientiā atq; sensum. Caput 20.
Aliqua esse sensilia communia: aliqua propria: aliqua per se: aliqua ex accidenti. Caput 21.
De uisu: & de incidentibus subiectisq; uisui: & de perspicuitate. Caput 22.
De lumine & natura luminis. Ité lumen esse ad quēdam modum uisile. Caput 23.
Quot modis accipiatur uisile: & quemadmodum astra & reliqua genere hoc tum noctu tum interdiu uideantur. Caput 24.
Vt uisus constet opus esse intermedio perspicuo corpore. Caput 25.
De auditu & subiecto & sono & de sonantibus. ca. 26.
De Echo. Caput 27.
De intermedio in auditu. Caput 28.
Vnde oriatur sonus & quemadmodum exaudiatur. Caput 29.
De differentiis & discriminibus soni. Item exanguia & pisces uocem non mittere. Caput 30.
De uoce. Caput 31.
De olfactu: quem homo hebetissimum habeat: eoq; odorum nomina propria non haberi: sed a saporibus transferri. Caput 32.
Cognitionem subiecti & subiecto oppositi pertinere ad eundem sensum. Item quot significatus sint in odori & inuisilis & talium. Caput 33.
De intermedio sensus olfactus: & quemadmodum animalia odorentur præsertim insecta. Caput 34.
De gustu qui exteriore intermedio careat. Item saporem in humido haberi. Item quot modis ingustabile dicatur. Caput 35.
Quot sint gustabilia: & quod instrumentum gustus & quale item differentiæ saporum & genera. ca. 36.
De tactu quæstio an sit unus: solutio non esse unum. Item carnem non esse sensorium tactus: sed intermedium & operimentum sensorii. Caput 37.
Vtrum duo corpora solida de concursu se inuicē tangant: & in quo differat aut non differat gustus et tactus a reliquis sensibus. Caput 38.
Epilogus eorum quæ de tactu dicta sunt: hoc est tactum intermedio uti. Item tactum multos sensus esse. Caput 39.
Contra Alexandrum qui putauerit carnem esse sensorium tactus. Caput 40.
Sensum tactus maxime corpulentum uideri. Item tactum mediocritatem esse & quoddam alio modo quàm sensus cæteri. Caput 41.
Communia sensuum hoc est sensum recipere res sensiles citra materiam. Item sensum non proprie pati. Item exuperantias sensilium omnibus officere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſenſibus. Caput 42.
Plantas expertes ſenſus eſſe: & ratio quamobrem ſint expertes licet ſint compotes animæ. Caput 43.
Non ſentire omnia: quæ recipiant ſenſile. Item repe/titur carnem non eſſe ſuum ſenſoriū tactu. ca. 44.

INDEX TERTII LIBRI.

OMNES quinq; ſenſus animalibus perfectis tribui nec plures haberi. Caput 1.
Nullum ſenſum proprium eſſe: quo ſenſilia communia cognoſcantur. Item illa per ſe & non per accidens ſentiri. Item quemadmodum ſenſus circa propria ſenſilia & communia: & quæ per accidens ſunt fallatur. Caput 2.
Non poſſe unum tantum ſenſum eſſe ſenſilium omnium. Caput 3.
Quæſtio an eodem ſenſu: quo ſentimus percipiamus non ſentire. Caput 4.
Idem eſſe ſubiecto ſenſum in actu & genus ſenſile. Itē utriuſq; actū in ſenſu haberi. Item ſenſilia eſſe etiā cum non ſentiuntur actu. Caput 5.
Senſus omnes eſſe rationes quaſdam proportioneſque. Caput 6.
De ſenſu communi quemadmodum unus ſit: tum in ſe: tum per reſpectum ad tempus: in quo multa cognoſcit atq; diſcriminat. Caput 7.
Quemadmodum ſenſus communis contraria cognoſcat: & quemadmodum ſit ſimilis centro. Item ſenſum communem merito principem ſenſuum uocari: ut cui ſenſus cæteri ancillentur. Caput 8.
De mente intellectuque quem ueteres exiſtimauerūt idem eſſe cum ſenſu. Item in quo differat intellectus a ſenſu. Caput 9.
Intellectu non eſſe ſenſum: neq; item imaginationem. Caput 10.
Imaginationem eſſe uirtutem diuerſam a ſenſu. ca. 11.
Imaginationem a ſcientia: intellectu: opinione differre. Caput 12.
Contra Platonem qui imaginationem dixit eſſe complexionem opinionis & ſenſus. Caput 13.
Imaginationē habere ſimilitudinem cum intellectu. Item quæ ſit definitio eius & quot modis diſtinguatur a ſenſu. Caput 14.
Imaginationes quot modis & cur ſint falſæ. Item cur dicatur phantaſia. Item abſolutio definitionis eius. Item cur animalia maiore ex parte uiſis & imaginatione ducantur. Caput 15.
De intellectu potentiæ qui ut ſenſus a ſenſilibus: ita ipſe ab intelligibilibus patitur: nec ullam propriam formam obtinet. Caput 16.
Intellectum neq; corpus eſſe: neq; corpore pro inſtrumento uti. Item intellectum eſſe locum & conceptaculum formarum. Caput 17.
Quemadmodùm intellectus poſſit: & quando incipiat perfici: & ſeipſum agnoſcere. Caput 18.
In rebus materialibus aliud eſſe res ipſas aliud rerum eſſentiam: & quemadmodum intellectus utrūq; intelligat per ſimilitudinem ad lineam rectam: & flexam. Caput 19.
In mathematicis aliud eſſe rem: aliud eſſentiam rei: & quemadmodū ab intellectu noſcantur. Caput 20.
Anaxagoram imperfecte de intellectu dixiſſe. Item pariter patiatur. Item intellectum ceu nudam tabulam eſſe. Caput 21.
Cur idem intellectus & intelligibilis ſit: & cur aſſiduitas contemplandi laborem, & ægritudinem afferat. Caput 22.
De intellectu agente qui neceſſarius ſit ad perficiendum intellectum potentiæ. Caput 23.
Intellectum agentem facere ut res materiales intelligibiles intelligantur actu. Item quo modo & quando intellectus poteſtatis agat ope intellectus agentis. Caput 24.
Intellectum agentem haberi coniunctum cum intellectu potentiæ: & quare & quoties collibitum eſt ſpeculari poſſimus. Itē intellectum agentem eſſe ad ſimilem deo & nobiliorē intellectu potentiæ. ca. 25.
Nomine priorem eſſe intellectum poteſtatis quàm agentem. Item agentem ſemper intelligere & ſine diſcurſu. Item æternum & immortalem eſſe. Item eius ſubſtantiā merum actū intelligendi eſſe. ca. 26.
Nominis eſſentiam eſſe intellectū agentem. Item agentem indiuiſiliter intelligere: intellectum potentiæ diuiſiliter. Caput 27.
Ariſtotelem ſenſiſſe hominem eſſe intellectum agentem. Item quid ſit intellectus patibilis: qui & corrumpitur & aboletur in nobis: & cur primo mortem recordemur. Caput 28.
De eodem ex quibus uerbis animaduerti poſſit quid Ariſtotelis de intellectu agente ſenſerit. Caput 29.
De eodem uerba Theophraſti de coniunctione utriuſq; intellectus: & cur non ſemper intelligit: cur obliuiſcitur: cur fallitur. Caput 30.
Contra eos qui dicunt intellectum agentem eſſe deū: aut proportiones primas. Item intellectum agentē eſſe ſpeciem animæ ceu partem. Caput 31.
Quæſtio an intellectus agens unus in omnibus hominibus ſit: & cur ſolus homo & intelligat & intelligatur ab aliis. Caput 32.
Melius quæri utrum omnes homines & omnes intellectus ſint unus: quàm utrum omnes animæ ſint una: & quod intellectus docentis & addiſcentis eſt unus. Caput 33.
Vtrum intellectus potentiæ immortalis & impatibilis ſit. Caput 34.
Intellectum patibilem differre ab intellectu potentiæ. Caput 35.
Quid differat intellectus agens ab intellectu poten/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tiæ: uter prior uter præſtantior. Caput 36.
Platonem quoq; poſuiſſe in homine intellectum aliū mortalem alium immortalem. caput 37.
De eodem intellectu mortali. Itē quo modo affectus humani cum ratione iungantur. caput 38.
Quid Theophraſtus de tribus intellectibus ſenſerit. caput 39.
Primam actionem intellectus eſſe ſimplices terminos uerſari: deinde circa compoſitionem in qua iam ſit ueritas falſitas. caput 40.
Non modo in rebus: ſed in temporibus quoq; ueritatem aut falſitatem adeſſe. Item tempus non a ſenſu: ſed ab intellectu cognoſci. caput 41.
Quotuplex ſit indiuiſile. Item intellectionem & tempus pari iure indiuiſilia & diuiſilia eſſe. Item intellectum per ſe in non tempore intelligere: ſed ex accidenti in tempore: & quid ſit eſſe accidenti diuiſile. caput 42.
Omne continuum indiuiſiliter intelligi: ſed & quantitatem diſcretam quadamtenus. caput 43.
Quemadmodum intelligantur puncta & momenta & priuationes. caput 44.
Potentiam & imperfectionem eſſe rationem qua intelligantur priuationes & malum. Item neq; deū: neq; intellectum agentem intelligere priuationes: ſed ſeipſos: ideoq; ueritates eſſe. caput 45.
Quando & quemadmodum intellectus intelligendo fallatur. caput 46.
Quod in ſenſu uoluptas & dolor eſt hoc intellectui eſſe bonum & malum. Item quo modo & quando tam ſenſus quàm intellectus perſequatur aliquid aut fugiat. caput 47.
Quid differat ſenſus a ſecunda concupiſcentia & intellectus a uoluntate. Item eandem eſſe potentiam quæ perſecutionem dictet & fugam. Caput 48.
Intellectum mouere: tam præſente quā abſente ſenſu. Item intellectum actiuum non ſpeculatiuum mouere. Caput 49.
Mathematica intelligi citra materiam abſq; mendacio. Caput 50.
Vtrum & quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatæ intelligantur ab intellectu potentiæ. Caput 51.
Repetitio eorum quæ hactenus dicta de animo ſunt: quemadmodum ſcit omnes res & quemadmodum anima dicatur eſſe forma formarum. Caput 52.
Nihil ſciri aut intelligi poſſe niſi uia ſenſuum. Item quemadmodum uiſa & phantaſmata intelligendo fingantur: formenturq;. caput 53.
Aliud eſſe ipſa uiſarum phantaſmata ad propoſitiōes, quæ de phantaſmatis componuntur. caput 54.
Differentiam eſſe inter phantaſma rerum & notionē ſiue conceptum. caput 55.
De anima motrice ſecus locum. Item quæſtio utrum plures partes habeantur animæ quā tres illæ; quas Plato exiſtimauit. caput 56
Vim altricem eſſe cauſam animalibus inceſſus & motus. caput 57.
Vim ſenſualem nō eſſe cauſam motus animalium localis. caput 58.
Intellectum mentemue nō eſſe cauſam motus animalium localis. caput 59.
Animam in qua iraſcentia: & cupiditas continetur: non eſſe cauſam motus localis. caput 60.
Intellectum actiuum & appetitiuum iunctim cauſam eſſe animalium motus. Item quæ differentia ſit inter intellectum actiuum & ſpeculatiuū. Caput 61.
Vnum & idem genus eſſe quod intelligitur & appetitur: de quo oritur localis motus. caput 62.
De appetibili. Item de quo appetibili intelligamus: & de quo non. caput 63.
Appetitum inter potentias animæ connumerandum eſſe. Item quēadmodū unus appetitus ſit & actus tres. Item contrarios appetitus in homine reperiri: & cur reperiantur. caput 64
Plures numero appetitus haberi. Itē plura appetibilia. Item ad motum animalium localem neceſſaria eſſe quatuor. caput 65.
Quod & quale inſtrumentum ſit: quod motui animalium locali præſeruiat. caput 66.
Imaginationem eſſe ubi ſit appetitus. Item imaginationem rationalem ad ſolum hominem pertinere. Item aliquid eſſe ceu menſuram per quam intellectus iudicat & ſeligit melius quod eſt. caput 67.
Animalibus imperfectis imperfectam imaginationem & appetitionē adeſſe per quas mouent. caput 68.
Quemadmodum uniuerſalis & particularis propoſitio moueat. caput 69.
Animam altricem ineſſe omnibus uiris. Item tactum eſſe in aliquibus ubi reliqui ſenſus non ſit nō econtrario. Item terroſa a cognitione & ſenſu altera eſſe. Item quæ ex uno elemento conſtant uacua eſſe ſenſu. caput 70.
Quamobrem perfectis animalibus neceſſarii ſenſus ſint: & quamobrem celeſtibus animalibus nō ſint neceſſarii: neq; plantis. caput 71.
Quamobrem tactus animali neceſſarius ſit: & quia plantæ nec tactu utantur nec guſtu: & quia ſenſus cæteri per exterius internūtium ſentiant. caput 72.
Nullum animal ortus occaſuſq; particeps ex uno elemento conſtitui. Item quemadmodum cœleſtia animalia cognoſcant res ſenſiles ſine ſenſu. cap. 73.
Tactum attingere animalis uitam eſſentiamq; cęteros ſenſus ad cultum & ornatum adiunctos. Item quę tactum corrumpunt uniuerſo animali abolitionē afferre. caput 74.

FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

INDEX.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI PRIMI DE MEMORIA ET REMINISCENTIA.

NON EOSDEM facile meminiſci qui facile reminiſcantur. Caput 1.
Futura & præſentia ad memoriam non pertinere. Caput 2.
Sola ꝑterita eſſe ſubiecta memoriæ. ca. 3.
Quemadmodū in omni memoria adhibere tempus oporteat. Caput 4.
Quæ bruta habeant memoriam: & quæ differentia inter memoriam brutorum & hominum ſit. caꝑ. 5.
Quemadmodum memoria intelligibilium rerum ſit & in quo diſtet memoria rerum ſenſibilium. ca. 6.
Qui uſus quantitatis intelligentibus ſit quom res etiam non quantæ intelliguntur. Caput 7.
Quomodo res quantæ intelligantur: quæ differentia inter id ſit quod ſibi intellectus fingit: & id quod imaginatio ſibi præſentat. Caput 8.
Quas ad res intelligendas utilis imaginatio ſit: & ad quas inutilis. Caput 9.
Quot memoria non ſit uis & affectio intellectus ſed partis dumtaxat ſenſilibus. Caput 10.
Quamobrem recordemur rerum abſentium, item imaginatione proprie non eſſe ipſum ſimulachrū ſed actum uirtutis imaginantis. Caput 11.
Quæ temperaturæ ingeniorū recordari idoneæ ſint: & quæ non idoneæ. Caput 12.
Quæſtio quot quoties meminimus non eius potius ſimulachri meminimus quod habet in nobis præſens: quàm eius quòd a ſimulachro refertur. caꝑ. 13
Vnde eueniat ut ea quæ quis meminit aliquando meminiſſe ſe neſciat. Caput 14.
Vnde ſit ut ea quæ quis imaginatur fingitq; aliquando meminiſſe & recordari ſe putet. Caput 15.

INDEX SECVNDI LIBRI.

REMINISCENTIAM non eſſe apprehenſionem diſciplinæ neq; renouationem uniuerſæ memoriæ: ſed partis eius cuius quis eſſet oblitus. Caput 1.
Reminiſcentiam ſimplicium nō eſſe niſi perraro. ca. 2.
Reminiſcentiam induci per multos motus qui ordinem & conſecutionem habeant. Caput 3.
Quædam ſimulachra neceſſario ſequi: quædam ex aſſuefactione. Caput 4.
Ex principio ſimili uel diſſimili aut proximo reminiſcentiam oriri. Caput 5.
Reminiſcentiam aliquando prodire ſine principio: aliquando ex principio non poſſe erui. Caput 6.
Eandem rationem eſſe reminiſcendi uetera & recentia: item ordinem rerum uſui eſſe reminiſci uolentibus. Caput 7.
Aliud eſſe reminiſci aliud iterum diſcere: item ultimum motum eſſe per quem reminiſcentia elicitur. Caput 8.
Ex qualibus locis principii ſue memoria rerum amiſſa facile reuocetur. Caput 9.
In reminiſcendo id quod medium eſt maximum habere momentum. Caput 10.
Quot interdum reminiſcamur interdum non: item cur aliquando plus mouent ueteres quàm recentes imagines. Caput 11.
Quot erret interim reminiſcentia: & quomodo faciat ſoloeciſmum. Caput 12.
Communia memoriæ & reminiſcentiæ: in omni memoria & reminiſcentia neceſſario adhiberi tempus aut certum aut incertum. Caput 13.
Vim ſenſualē eſſe quæ intus iudicet de pluri minori q; tempore. Caput 14.
Quæ differentia inter memoriam & reminiſcentiam totius & partiū ſit: itē uniuerſalis & ſingularis. c. 15.
Semper reſpondere conceptioni rerum conceptionem temporum ſiue certū id ſit ſiue incertū. Caput 16.
Dupliciter falli eos qui meminerunt aut reminiſcuntur: item tria adhiberi ad ueram memoriam & reminiſcentiā: rem, tempus, animaduerſionem. ca. 17.
Hactenus communia memoriæ & reminiſcentiæ: nūc differentia & diſcrimen earum: item quot ſolus homo reminiſcendi uim habeat. Caput 18.
Memoriam & reminiſcentiam eſſe corporeas affectiones. item non eſſe illas in noſtra poteſtate. item melancholicos potiſſimum hoc genere tentari. caꝑ. 19.
Quibus ex cauſis pomiliones, pueri, ſenes, immemores ſint. Caput 20.
Peroratio. Caput 21.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI DE SOMNO ET VIGILIA.

QVESTIONES ad ſomnum & uigiliam pertinentes. Caput 1.
In eadem particula ſomnum & uigiliam collocari. Caput 2.
Somnum & uigiliam affectiones eſſe corpori & animæ communes. Caput 3.
In animalibus omnibus ſomnum & uigiliam uitibus contingere. Caput 4.
Quamobrem animalia omnia dormiant, plantæ non dormiant. Caput 5.
In ſomno omnes ſenſus haberi immobiles. Caput 6.
Soporem tactus & immobilitatem ſenſus communis cauſam eſſe ſomni. Caput 7.
Impotentiā omniū ſenſuum non eſſe ſomnum: etiā ſi omnes ſenſus in ſomno impotentes reddunt. ca. 8.
Quis finis, quod agens, quæ forma, quæ materia ſomni ſit. Caput 9.
De cauſa finali ſomni & neceſſitate eius. Caput 10.
De cauſa agēte ſomni. Itē omnis motus principiū eſſe cor habētibus ſāguinē & carētibus qdā uice cordis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& ſpiritum interiorem. Caput 11.
In corde uigiliam & ſomnum oriri eiuſq; affectiones eſſe. Caput 12.
Quemadmodum cibi conuertantur in ſanguinem: de quo ſcire oportet: quia præcipua ratio ſomni ſunt cibi. Caput 13.
An imaginatio eorum qui linquantur animo uideri in ſomnum poſſint: & an morbus ipſe ſit ſomnus. Caput 14.
Quando incipiat dormire animal: & quando perfecte conſopitum dicatur. Caput 15.
Labores & morbos ſomnum inducere. Item paruulos plurimum dormire: ideoq; frequenter incidere comitialem morbum. Caput 16.
Quot qui uenas conditas habent. Item quot nani & pueri ſomnolenti ſint. Caput 17.
Quot melancholici parum dormiant & multum cogitent. caput 18.
Quot contemplantes ſomnus inuadit. caput 19.
Quemadmodum animal dum dormire incipit alteraſcat. caput 20.
Quot ſomnus refrigeratio quomodo ſit: cauſas tamẽ calidas habeat: & quot homo ſolus quom dormit: ſternatur iaceatue. caput 21.
Non omnes cauſas ſomni calidas eſſe: ſed aliquam eſſe frigidiſſimam. Item partem cibi fluctiones mouere partem ſomnum facere. caput 22.
Quando animalia expergiſcantur: & quemadmodũ alentis ſanguinis efficiatur diſcretio. caput 23.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI DE INSOMNIIS.

INSOMNIA ſenſu non percipi. cap. 1.
Inſomnia non eſſe opinionem nec actum intellectus. Item quid præter ſomnium. caput 2.
Non omne quod dormiẽti apparet ſomnium eſſe. Item quid ſit proprie inſomniũ & quid uiſum. caput 3.
Qua ratione dormiendo in ſomniis fallimur. cap. 4.
Quamquàm in ſomnio nihil ſentiant ſenſus: tamen afficiuntur intus. caput 5.
Quot imaginibus ſomnii modo fallimur modo non fallimur. caput 6.
In ſomnium eſſe potentie ſentientis affectionem: non qua ſentiens eſt: ſed qua imaginatrix. caput 7.
cauſa producens inſomnia: & iterum quando erremus aut non in ſomniis. caput 8.
Poſt receſſum rei ſenſilis imagines & affectiones in ſenſu manere. caput 9.
Senſus differentiis leuibus pelli: nec ſolũ pati ſed agere. Item de ſpeculo quod aſpectu ſordeſcit. cap. 10.
Facile decipi qui morbo aut affectu tentantur. Item aliquando decipulum intelligi: quia iudicium animi a iudicio ſenſuum diſcrepat. caput 11.
Iudicia ſenſuũ inter ſe contraria eſſe deſidereq;. ca. 12.
Quot dormientibus & noctu magis quàm interdiu & uigilantibus uiſa occurrant. caput 13.
In ſomnio quot imagines multæ occurrant. Itẽ quæ primæ, quæ mediæ, quæ nouiſſimæ motiones dicantur in ſomno. caput 14.
Quot ſtatim a cibo nõ ſomnient animalia. Item quot nec pueri. Item quot modo ſomnient animalia: modo non ſomnient. Item deturbatis & tranquillis in ſomniis. caput 15.
Quot ſinceris in ſomniis animus modo obſiſtat modo conſentiat. caput 16.
Motiones in ſenſibus factas inducere ſomnia. Item quæ actu earum: quæ potentia ſint. Item ſomnia explanatiora ultimis ſomnis afferri. caput 17.
Animum ſopiri ui alimoniæ: nec tamen ſemper ſopiri. Item non idem eſſe aliqua apparere & uideri. caput 18.
Imagines rerum abſentium modo in ipſis ſenſoriis: modo in corde uerſari. caput 19.
Definitio inſomnii & quæ inſomnia uideantur cum non ſint. caput 20.
Quamobrẽ aliqui nunquam ſomnient: & quamobrẽ quidam ſomniare ſero incipiant. caput 21.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI DE DIVINATIONE PER SOMNIVM.

ANEXISTIMANDVM ſit aliquam diuinationem haberi per ſomniũ caput 1.
Somnia alia cauſas rerum eſſe: alia ſigna alia fortuita: & quemadmodum ſint ſigna. caput 2.
Quemadmodum ſomnia poſſint eſſe cauſæ actionũ noſtrarum. caput 3.
Quæ ſint fortuita & temeraria ſomnia. caput 4.
Somnia non uenire a deo. Item quot melancholici ali quando præſagiant. caput 5.
Quot pauca ſomnia euadant. Item non ſequi ſemper quorum ſigna præceſſerint. caput 6.
Democritum ſomnia imaginibus a corpore fluentibus tribuiſſe: peripateticos motionibus quibuſdam. caput 7.
Quot præſcita noctu potius & ſtolidis quàm ſapientibus præbeantur. caput 8.
Quod ecſtatici futura præuideant: & quot de amicis uera ſint ſæpe ſomnia. caput 9.
Quot melancholici & phanatici futura preſentiant. caput 10.
Quis artificioſiſſimus ſomniorũ interpres ſit. cap. 11.

FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LIB. PRIMVS POSTERIORVM

THEMISTII EVPHRADAE PERIPATETICI NOBILISSIMI, PARAPHRASIS IN POSTERIORA ANALYTICA ARISTOTELIS, INTERPRETE HERMOLAO BARBARO PATRITIO VENETO, VIRO CLARISSIMO.

IACTVRVM Me superfluo iuxta perambitioseq; sentio, si Aristotelicarum cõmentationum, post tales, tantosq; authores interpretationẽ iustam aggrediar: præsertim quomodo haud te mere multa inuenias, quæ illi perinde nõ dixerint: alioquin, ut omissa pauca sarcias, tantum laboris à capite retexere, simile fecerit, ac si Phidiæ Mineruã reformare de integro uniuersam instituas, ut aut amentum soleis, aut ansulam crepidis, aut ligulã basseis, aut quid aliud pauxillum, quod subsultet, reponas. Quòd si prætermissa morositate disputationis, summas rerum per cõsectaria collegero, iisq; limatam & cõpendiariam ennarationem adiunxero, breuitatemq; & seriem Philosophi ex summis uiribus persecutus imitatusq; fuero, uidebor utiq; rem nec uulgatam, neq; admodum inutilem nescentibus hæc parasse. Quod genus exploratæ utilitatis iis erit, qui aliquando libros Aristotelis legerint, ut quomodo propter prolixitatem explanationum repetere semper atq; adire illas non possint, habeant saltem aliquid quò se conferentes, in memoriam facile reuocent, quorum se repens fortè obliuio tenuisset. Hac igitur forma (qua dixi) primum institutionem, eam quæ Posteriorum analyticorum, id est, resolutoriorum inscribitur, ingressi sumus exponere: quod quidem laboris nostri auspicium statim tibi dicauimus, nuncupauimusq; cum ut ad exquisitiorem doctrinam tibi aliquid operis ususq; conferremus, tum uel maxime, ut hoc quasi donario, admonitus esses amoris erga te nostri. Equidem in commentariis iis neq; dissimulatum iri opinor, neque ignoratum, sicubi decessum de uia est. Quomodo enim pleraq; omnia Aristotelis scripta, quasi de composito, caligine quadam offusa oppletaq; habeantur, illud potissimum opere hoc intelligitur, cum ob ipsum genus elocutionis, quod (si aliubi) maximè pressum hic, præcisumq; est: tum ob capita quæ nullo ordine usuntur disposita. Quamobrem ab iis qui hæc cognoscent, impetranda uenia est, uti ne damnent, siqua liberius exornauero ampliaueroq; (nec enim totidem uerbis exigi possunt obscura) aut siqua paulo audacius uertero, commutauero ue: quod facere oportet, ut capita rerum continentius & cohibilius collocentur. Quòd si quædam quoque breuiauero, causæ sunt quibus in eo coargui aut taxari non possim. Nam quæ tametsi artificiosam seorsum contemplationem habere possunt, nõ multum tamen conducunt. Ad peritiam demonstrandi ineptissimus sim, si oratione longa circumloquar: alioquin cui propositum sit, quæ ad hoc negotium pertinent, non scrupulosè & anxie, sed leuiter & commode persequi.

Omnia fere Aristo. scripta sunt de cõposito caligine offusa.

Paraphrasis modus.

¶ Antequam quid sciatur, prænoscere aliquid oportere. Caput I.

QVicunque ad aliquam intellectualem doctrinam aut disciplinam accedunt, necesse est principia quædam naturalia teneant, per quæ aliquid de iis, quorum amplexuri scientiam sunt, prænoscant. Non enim omnia accipere possumus à docente: sed aliqua sunt quæ quasi suppetias ad discendum, domo afferre oportet, sine quibus frustra aditum in scholas feramus. Proinde docemur à geometra punctum esse quoius nulla pars sit: sed antequam doceremur, compertum habuimus, quid nomine partis indicaretur. Arithmeticus monstrat numerum imparem esse, qui secundum inæqualia diuidatur, sed nos quid esset inæquale præsciuimus. Non solum autem doctrinas, disciplinasq;, sed artes quoq; anticipatione ista consequimur. Discimus ædificare, sed non, antequam quid lapides, quid intritum, quid maceries esset, nossemus. Discimus dempsare pelles, & sutoriam facere, sed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tum demum quomodo, & quid eſſet corium, & quid culter, & quid ſubula, perceptum nobis eſt. Eodem modo fabrica nauium, excuſſoria, ſtatuaria, textoria: poſtremo omnis utenſilium peritia, ſuis quæq; præſumptionibus & antegreſſionibus condiſcuntur. Maxime [a] uero ratio hęc manifeſta in eorum artibus eſt, quæ Sermocinales dicuntur, quales qui rhetores & dialectici profitentur. Dialectici ſyllogiſmo agunt & inductione: Rhetores, qui & Sophiſtæ uocantur, commentationibus & exemplis: in utroque genere nec ſſe eſt quædam aut ſingularia, aut aſſumptiones, aut ſimilia cognoſci, antequam explorata concluſio ſit. Cæterum [b] non modo qui ab aliis inſtituuntur, ſed & qui ipſi à ſe inueniunt, ex initiis quibuſdam non dubiis, ad id quod dubitatur, quærendum & demonſtrandũ mouentur. Quòd ſi hæc uera ſunt, neceſſe eſt omnem [c] rationalem doctrinam, diſciplinamq; ex notitia aliqua antecedenti, & quaſi præcurrenti contingere. Nec perturbent nos quæ ſenſu percipiuntur, quippe quæ nulla cognitio præeat: quandoquidem hæc neq; per diſciplinam, neq; per aliquam inſtitutionem intellectualem noſcuntur.

[a] *Ea Themiſtij, verba ἐπὶ τῶν διαλόγουτί διδασκόντων interpretatus eſt: quę ſermocinales dicuntur: ſed ęg alio fortaſsis modo latine ex primi poteſt: quod The. voluit: hoc eſt maxime vero ratio hæc manifeſta in eorum artibus eſt: quæ dum docent ratione vtuntur: λόγος enim rationẽ etiam ſignificat: quibus, vero rationibus vtantur ipſemet exponit. Dialectici ſyllogiſmo agunt ęg c.*

[b] *Hic videtur Themiſtius alludere expoſitioni Philo. vt tum de inuentione: tum de ſcientia quam ab aliis docemur: ſeparatim loquatur Ariſto. in hoc principio.* [c] *Quod noſtri intellectualem expoſuerunt: id rationalem The. dixit, ęg recte quidem: quaſi dixerit: quæ ratiocinatione ęg diſcurſu conſtet. nam eam vim habere videtur grecum illud verbum διανοκτικὴ apud Ariſto.*

¶ *Duas eſſe prænotiones, vt ſit, ęg quid ſit.* Caput II.

IN quibus itaque prænoſcere neceſſe eſt, in iis dupliciter contingit prænoſcere: aliqua enim quòd ſunt (ſiue ut ſint) neceſſarium eſt præſumere. Aliquorum quid nomen ſignificet, oportet præſcire. Nam quærentibus quamobrem à magnete ferrum trahatur? prænoſcendum eſt, ferrum à magnete trahi, & mores pati ſolere. Quærentes item, quidnam motus tempus ue ſit? exploratum habere debemus, cognitione quòd ſunt. In quibus uero id ſciſcitamur docemurq;, ſint, nõ ſint (uerbi gratia: ſint, non ſint, dii: ſit, non ſit, prouidentia) in iis neceſſe eſt quid uocabulo indicetur prænoſſe. Adeo ſcire rem eſſe impoſſibile eſt, niſi ſcierimus, quid eius rei nomine deſignetur. Contrà fieri poteſt ut ſciatur quidé, quid nomen rei ſignificet, ſed neſciatur an ſit. Nemo enim eſt qui ignoret, quid Scillæ, quid Hippocentauri appellatio denotet, ſed an ſit dubitare & ignorari omnes uidentur. Nec enim putandum eſt, idem eſſe ſignificatum nominis, & id quod ſub hoc uerbo quid ſit rei eſſe, intelligitur. Sed duo hæc interſtitio inſigni diſſentiunt: nam ſignificata omnium uocum etiam imperitiſſimis, & uulgo ſunt perſpecta. Neq; enim ullum tam ſtupidum mancipium eſt, modo eadem nobiſcum lingua ſit, quod audiens hominem rogari, equum adducat, aut arculam poſci caligam afferat. Quid tamen illæ res ſint, & quod illis eſſe non niſi exercitatiſſimis, facile traditu depromptuq; eſt.

¶ *Concluſionem antequam demonſtrationes, partim ſciri, partim neſciri.* Caput III.

EX iis quæ modo diximus, patere intuitu poteſt inter cognoſcere & diſcere nõnullam conſtitui differentiam oportere. Qui cogniturus aliquid eſt, pręnoſſe aliquid debet: qui condiſcit, poteſt contingere ut nihil prænoſcat. Pręterea cognoſcuntur, quæ prius quodam genere ſcieris: Diſcuntur ſæpenumero quę neſcieris, ſed ſimul atque diſcuntur, obiter & ſciuntur: quoiuſmodi ſunt ea quæ ſub uniuerſali aliquo, quoius noticiam ante habueris continentur. Nam qui ſcit omne triangulum duobus rectis pares habere angulos interiores, nec ſciat hoc triangulum eſſe, quod hac ſcheda deliniatum ſit: quom primum oculos ad hoc triangulum coniecerit, ſtatim utique agnoſcet & diſcet. Non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tamen eodem modo agnoſcet & diſcet,ſed diſcet triangulum eſſe, agnoſcet duobus rectis pares habere. Nam triangulum eſſe nunc demum uidit,didicitq;:ſed habere hoc duobus rectis pares, in illo uniuerſali pridem cognouit. Quom enim cognitio deſignati huius trianguli duo hæc requirat,& ut triangulus eſſet,& ut duobus rectis æquales habere intelligatur, primũ,id eſt triangulum eſſe,uſurpamus conſpectu atque ita diſcimus:alterum, id eſt duobus rectis æquales habere ſyllogiſmo complectimur. Quippe ad quod ſenſus aliquis non poſſint attingere, ſed mens & demonſtratio. Demonſtratio autem citra cognitionem uniuerſalis nõ conſiſtit. Quum enim omni triangulo affectio illa inſit duobus rectis pares habere treis angulos: quoniam hoc quod cernitur,eſt triangulus,continuo duobus rectis pares habeat,neceſſe eſt. Proinde ſi deſcriptus in abaco triangulus occulatur, partem fateberis neſcire, hoc eſt an hic duobus rectis pares angulos habeat:quia neſcias utrum uſpiam triangulus ſit. partem non fateberis:quia de illo in communi & uniuerſaliter noueris. Quapropter captiones illæ quæ ab authoribus ſuis ſenticoſæ confragoſæq; appellantur,pertimeſcendæ aut defugiendæ nõ ſunt,ſed iis fidenter conferendus pes eſt. Noſtin omnem binarium parem eſſe? Annuente hoc te:at hic (inquiunt) quem intra pugnum condimus,nec binarium noſtin eſſe,nec parem. Eo fieri ut eãdem rem ſcire & neſcire dicaris. Sed poſtremum hoc concedi poteſt,neq; abſurdum eſt:Noui uniuerſalem affectionem binarii:tan uero uſquam binarius ſit,ignorare poſſum. Non quòd id,quod ſcio,ignorem,ſed quod ſciam quidem in uniuerſum,ſed ſigillatim ignorem. Exempli gratia: ſcio omnem hominem animal eſſe, ſed eum qui Sardis inambulet, neque hominem eſſe neque animal ſcio. Non enim eo modo diluendum ſophiſma eſt, quo multi conantur, qui negant ſe binarium ſcire parem eſſe, ſed fatentur ſcire omnem quem binarium eſſe intelligant. Solutio hęc periculoſa controuerſaq; eſt. Nam illa proculdubio nobis ſciuntur, quorum approbationem demõſtrationemq; aut habemus aut accepimus. At accepimus non cum iſta adiunctione, uidelicet eum binarium eſſe parem, quem nos binarium eſſe nouerimus: ſed ſimpliciter abſoluteq;. Nam demonſtrationes de omni binario & de omni triangulo promiſcue ſolent conſtitui. Et Hercules,quantum mea fert opinio,nihil uetat,quin ea quæ diſcimus,partim ſcire,partim ignorare poſſumus. Item ex his partim præ noſſe,partim quærere & ſcrutari contingat. Eadem ratione ratio Platonis refellitur,quæ poſita eſt in illo libro qui ab eo inſcribitur Memnon. Ibi nititur oſtendere omnem inquiſitionem impoſſibilem uideri. Argumentor quod neceſſe ſit eum qui inquirit,id inquirere quod neſciat,in quod ſi caſu aliquo inciderit,offenderit ue,non animaduertat nec recognoſcat id eſſe,quod quærebat:quòd ſi omnis inquiſitio gratia diſcendi ſuſcipitur,inquirere uerò nemo poſſit niſi cognoſcat,alterum duorum relinquitur,aut nos nihil omnino diſcere,aut ea diſcere,quæ antea ſcieba mus. Ita enim demum uenire quem in cognitionem rei aliquoius liceret,ſi intelligatur ea res eſſe,quam quærebat. Quemadmodum & ſeruum fugitiuum,quoius nec formam,nec indicia aliqua,quibus habeat cognoſci,detineas nunquam neque inueſtigare poſſis, neque à fuga retrahere. Quem uero de facie cognoſcas,& inquirere & inuenire facile ſit. Huic rationi,uel cauillo potius,uidetur Plato manus dediſſe. Nam & fatetur ea nos diſcere quæ ſciamus,atque [a] hoc quod quis uidetur doceri,nihil aliud eſſe,quàm recordari,& reminiſcendo cognoſcere. Nos uero differre iſta plurimum dicimus: Nam poſſunt addiſci, quæ prorſus ignores: cognoſcuntur quæ ante cognoueris. Nec quicquam prohibet,quo minus is,qui diſcit,ſciat ea quæ diſcit,ſed alio uti que atque alio modo:ut dictum prius eſt. Sicut nihil obſtat,quin omnis doctrina diſciplinaque ex principiis quibuſdam confeſſis & compertis euadat,quæ ad id quod inconfeſſum,incompertumq; eſt,perducant. Ac per hæc docuimus an quæri & demonſtrari aliquid poſſit. Nunc quid ſit demonſtratio perſequendum.

Memnon Platonis.

Apertiora eſſe uidentur hoc in loco græca Them. verba:ipſe enim ſic ait δῆλον δὲ ὅτι τὸ γνωρίζειν καὶ τὸ μανθάνειν μικρὸν διαφέρει, εἰ γε τῶν μὲν προγινωσκομένων ἡ μάθησις καὶ γνωρίζειν μέν, ἃ πρότερον τὶς ἐπίσταται καὶ τοι γένια καὶ γνωρίζειν ἐστὶν εὐθὺς καὶ πρῶτον μανθάνοντα οἷ ὀνόματα. *&c. quorum hæc uidetur eſſe fidelis interpretatio: poteſt paruam intercedere differentiam iter adiſcere & cognoſcere, ſiquidem diſciplina eorum eſt quæ prænoſcuntur. ea etiam aliquis cognoſcit quæ ſciuit prius: uerum fieri poteſt ut quis nunc primum aliqua cognoſcat. eaque didicerit prius: quoius modi ſunt ea quæ ſub uniuerſali &c.* [a] *Themi. uero græce hoc in loco ſic ait.* καὶ τὸ μανθάνειν, οὐδὲν ἕτερον τοῦ γνωρίζειν *cuius hæc poteſt eſſe fidelis interpretatio. atque adiſcere nihil*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aliud prorſus eſſe quam agnoſcere. nos uero &c. Id *quod Ariſto. ſimpliciter dixit exponere uidetur Themi. proprie ſicuti etiam Ioan. Gramma.* Nota *qui ſint alij ſciendi modi de quibus poſterius agendum eſſe dixit Ariſto.*

¶ *Quid ſit ſcire, & quid ſit demonſtratio.* Caput IIII.

VErbum ſcire bifariam dicitur, latius, preſſius: Latius, quum omnem noticiam, qualiſcunq; ſit, ſiue de ſolis accidentibus rei, ſiue alia ratione quæſita, ſcientiam uocamus: Preſſius, quum cauſam illam tenere credimus à qua res, ut ſit habet, & quæ cauſa eſſe cognoſcitur. Nec putamus id aliter eſſe poſſe ac ſit: hęc propria, hæc ſimplex & abſoluta ſcientia eſt. Indicium quòd omnes qui aliquam ſcientiam profitentur, conditiones has aut habere ſe cogitant, aut uero iam habent. Sunt & alii modi ſcientiæ eius quæ propria eſt. Nam & definitionum noticiæ & ſumptorum, quæ quòd prima ſunt, demonſtrari non poſſunt, ſcientiæ appellantur. Nec diffitendum eſt cognitionis hoc genus contineri ſub ſcientia proprta ut ſpecies. Eam uero ſcientiam qua de modo agitur, demonſtrationem uocamus. Eſt enim demonſtratio ſyllogiſmus ſcientiam pariens. Porro ſi neceſſe eſt in ſyllogiſmo propoſitiones cauſas eſſe concluſionis, illi uero qui ſcire ſe arbitratur, conuenit ut cauſam rei cognoſcat: nimirum utrunque in propoſitionibus demonſtrationis exigitur, & ut efficaciam habeant concludendæ conficiendæq; rationis, & ut cauſam rei demonſtrandę contineant. Nam quamuis cauſam concluſionis huius: ignem hic deurere, ſit cinis pridie relictus, non tamen cauſa rei dicendus cinis eſt, quia cinis ignium cauſa eſſe non poteſt, ſed ignes cineris potius. At in demonſtratione utrunq; requiritur, ut cauſa concluſionis cauſa etiam rei ſit, quæ concludatur. Sed quia cauſa omnis & prior & potior effectu eſt, neceſſe eſt, propoſitiones quoque & proprias & priores & potiores eſſe concluſione. Et quoniam ſcire conuenit, quando credimus eſſe aliter non poſſe, quàm ſit, iccirco ueras haberi propoſitiones oportet. Si enim falſum aliquod continerent, ſequeretur ſcientem opinari eſſe, quę non eſſent: ueluti ſi ex falſis propoſitionibus induceretur diametrum eſſe cōmenſurabilem coctæ. Sed ſi omnis doctrina & diſciplina pręnotione anticipationeq; paritur, neceſſe eſt & in demonſtratione hoc probari. Hac de cauſa oportet notiores eſſe propoſitiones, quàm concluſionem concedi. Prænoſci uero has neceſſe eſt non ſolum uno modo, id eſt cognitione, quid indicent nomina: ſed etiam illo, cognitione quòd ſint. nam in hoc ſita ueritas eſt. Sed teſtemur breuiter, quæ propoſitionibus demonſtrationis neceſſaria diximus. Ea ſunt hæc: Vt cauſæ ſint, ut priores, ut potiores, ut propriæ, ut ueræ, ut notiores. Plane demonſtratio omnis non ſolum ex prioribus, ſed etiam ex primis conſtat. Si enim ſumpta demonſtrari per alia ſumpta poſſunt, priora quidem concluſione uidebuntur eſſe, ſed non prima. Si uero aliqua omnino demonſtratione non egent, ſed per ſe probabilia manifeſta ue ſunt, hæc prima & ſumma intelligantur neceſſe eſt. Quod genus ueteres profata & proloquia, & enunciationes ut ſic dixerim, immediatas, & dignitates appellant, in quæ reliqua conferentur, & per quam ſumptiones quæ ſyllogiſmum optimatem conſtituunt, approbarentur. aſſererenturq;, eoq; & principia demonſtrationis uocantur. Quòd ſi quæ propoſitiones ita primæ & ita priores habentur, palam eſt eas priores eſſe non nobis, ſed naturæ. Nam nobis priora ſunt ſingularia, & quæ ſub ſenſum cadunt, naturæ uniuerſalia, & à ſenſu longiſſime poſita. Nam & quum notiores dicuntur, id referendum ad naturam eſt. Nec enim demonſtratio ad menſuram ſe ingenii noſtri ſumittit, ſed rectam tenet ad ueritatem uiam: nec quid ipſi poſſimus, attendit, ſed in ſolam rei naturam incumbit, illam ueſtigat, illam explorat, etiam ſi nobis ignota inconſpectaq; ſit. Nam ſyllogiſmus ſcientiam in eo maximè à reliquis euariat. Quod illi tum uerum ex falſis poſſunt oſtendere, quod apud rhetores frequens eſt, tum priora ex poſterioribus: qualis uidetur ſyllogiſmus, qui ex ſigno conſecturaq; ducitur. Iam cæteri, ut concedamus, ex ueris, non tamen ex propriis formantur. Sed ita ut ſi aliquis medicus uulnera orbicularia difficilius curari & coaleſcere eo comprobet, quòd figura ea capaciſſima omnium ſit. Nec enim medico propria ea ratio eſt, ſed geometriæ. Et hæc omnia obſeruanda in iis propoſitionibus ſunt, quæ ad demonſtrationem exquiſitam & ſtabilem adhibentur.

κἂν ἡμῖν μὴ δόκτεῖ etiam ſi nobis nequaq; ſic uideat dicit ipſe græce.

¶ *Quid ſit propoſitio immediata.* Caput V.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PRopoſitio itaque ſumma immediataque dicitur, qua nulla ſuperior eſt, & quam nemo demonſtratione alia confirmare poteſt. Atque omnes hæ complexu uniuerſalium conſtant. Sunt enim nonnullæ, quæ ex ſenſilibus nectantur. Nam tunicam eſſe candidam, propoſitio immediata eſt, ſed non eius generis, quoius eſſe principia demonſtrationis requirunt: quippe quę uniuerſalia eſſe neceſſe ſit. Quoius rei cauſam poſt uiderimus. Immediatarum propoſitionum quæ demonſtrationi aſſeruiunt, aliæ ea natura ſunt, ut neceſſe ſit omnes homines, qui doceri quicquam uelint, noticiam & informationem earum impreſſam & ante captam habere ſine doctrina: & hęc, ut dixi, Proloquia, & Pronunciata dicuntur. Conſurgunt enim & conualeſcunt notiones: quædam & ſenſus commutant in homine, ſuapte natura, citra docentem, ſine quibus nec intelligi quicquam, nec quæri poſſit. Quamobrē Theophraſtus illas ita finit: Proloquium ſiue dignitas perſuaſio quædam eſt. Quoius duæ ſunt ſpecies: Vna impromiſcua, & ad ea tantum pertinens, quæ certo genere continentur: qualis illa, ſi ab æqualibus æqualia demas. Altera uaga & in omne genus fuſa: qualia ea, in quibus aut etiam aut nō ponitur alterutrum eſſe uerum oportet. Horum cognitio perinde uti congenita & communis omnibus uidetur. Ab hac ratione dignitates uocantur, & merito. Nam quorū uſus aut ſimpliciter in omnibus conſtat, aut particulatim in iis, quæ unius generis ſunt, digna proculdubio iudicantur, quibus potiſſimum credatur, & quæ inter ea, in quibus poſita ſunt, principem locum obtineant. Atque hæc una ſpecies immediatę propoſitionis eſt. Altera poſitio dicitur, quæ quāquam demonſtratione alia ſtabiliri nō poſſit, nō tamen neceſſario à diſcente præſcitur, ſed accipienda à docente eſt. Poſitionis aliud genus definitio eſt, aliud ſubiectio. Definitio eſt oratio, in qua nec eſſe, nec nō eſſe rem dicimus, ſed tantum quod ſit rei eſſe: quamuisq; ſequi poſſit, ut ea res ſit, quoius definitionem afferimus. nō tamen hoc finiendis rebus principaliter accuramus. Nam, ut ſit res, per accidens eſt: per ſe uero quidnam res ſit, definitio exprimit. Definitiones porro ſolas ſcire oportet. Proinc ambigitur utrum definitio aliqua propoſitio uideatur eſſe: & hercule nō uidetur, quū definitio quadrare & reſpondere debeat nomini, quod definiatur: alioquin in eo nobis Ariſtoteles clara uoce teſtatur: Definitio inquit, rem eſſe uel nō eſſe non ſumit. Econtrario ſi nō ſit propoſitio, quamobrem ut ſpecies propoſitionis immediate affertur. Sed hoc aliis penſiculandum & explicandum relinquo: mihi in trāſcurſu admonuiſſe, & locum monſtraſſe ſat ſit. In duas itaque ſpecies (ut dixi) poſitio ſecatur: in definitionem & ſubiectionem. Commune autem cuiuſq; ſubiectionis eſt, primum nō contingere hominibus à natura, ſed ab artifice præceptoreq; imprimi. tum deinde propoſitionem eſſe. Conſtat enim quicquid in ſubiectione collocatur, de eo aut ut ſit, aut ut nō ſit, ſemper afferri: quoiuſmodi illę ſunt: Motum eſſe ex nihilo nihil fieri: A quocunque puncto ad alium punctum lineam rectam educi. Ac ſubiectiones quidem potiſſimum appellamus, quæ uel à ſe nobis perſpicuæ ſunt, uel ſimul atque didicimus, aſſertione etiam noſtra facile comprobātur. Quæ uero nō ita perſpicuæ ſunt, hæ poſtulata, ſiue Petitiones dicuntur: ut apud geometram, lineas quæ à minoribus angulis extrahuntur conuias fieri. Atque hæc ſimpliciter proprieq; poſtulata & ſubiectiones uocātur. Sed aliud genus poſtulatorum & ſubiectionum habetur, quę neque immediatę ſunt, neque demonſtrationis aſtructu indigent: quòd ſi quis illas citra explicationem in ſyllogiſmo conſtituat, neq; ſubiectiones neq; poſtulata omnibus & ſimpliciter dicentur, ſed illi uni duntaxat, qui conſtituerit conceſſeritq;. Demonſtrationes uero nō ex talibus, ſed ex prioribus certis & confeſſis exiſtit. Quid ſit immediata propoſitio quæ demonſtrationi conueniat, quid poſitio, quid ſubiectio, quod poſtulatum, executi iam ſumus.

Theophraſtus

Diffcilis admodum eſt hæc ambiguitate & plurimum noſtris fuit moleſta. cauſa tamen uidetur diluere uoluiſſe. quoddam pacto in uerbis illis quæ modo preceſſerunt: quamuis diſſimulauerit.

¶ *Plus credi propoſitionibus, quam concluſioni.* Caput VI.

NVnc uideamus priuilegia ea, quę principiis demonſtrationum tribuimus, recte an perperam ſint tributa. Id fiet commodiſſime, ſi à capite ſingula percenſebuntur. Diximus aſſumptiones in demonſtrationibus notiores concluſione haberi, nec iniuria, quando per illas & ſcire & credere concluſionem oportet. Semper enim id

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quod pluribus tribuitur,ita ut alteri per alterum tribuatur,neceſſe eſt ut illi plus competat, per quod alteri cõmunicatur. Si igitur concluſiones merito propoſitionum & creduntur & cognoſcuntur:profecto neceſſe eſt,ut propoſitiones amplius credantur & cognoſcãtur. Qui enim præceptorem ob diſcipulum diligit,nimirum neceſſe eſt,ipſum magis diſcipulum diligat. Ita propoſitiones illæ neceſſario notiores ſunt:interim omnes ex quibus ſyllogiſmi conficiuntur,interim nõ omnes, ſed quædam omnino. Sunt porro aliquæ, quibus quòd admodum euidentes non ſunt,ita demum utimur,quom demõſtrare per alias fuerint. Quod ſi uerum eſt propoſitiones, quàm concluſionem plus cognoſci:duorum alterum dabitur,ut aut illas per demonſtrationem ſciamus, aut ut in iis noſcendis melius & locupletius affecti dicamur, quàm quom per demonſtrationem quid ſcimus. Atque hoc modo circa dignitates & enunciationes primas afficitur. Nõ ſolum autem credibiliores oportet propoſitiones quàm concluſionem concedi, ſed etiam ut nihil ex iis quæ propoſitiones iis contrariæ continentur, credibilius ſit. Nam ſi nihilo magis propoſitionibus quàm contrariis credas,neque cõcluſioni utique credideris potius, quàm huic contrariæ. Eo credere etiam continget,poſſe aliter eſſe quàm ſit confectum. Ita fiet ut complexionis ſcientia inuariabilis eſſe non uideatur.

¶ Nec ſciri *demonſtratione omnia,nec circulo.* Caput VII.

OMnulli autem ſunt,qui male utentes iis quæ à nobis recte dicuntur,demonſtrationem de medio funditus tollant. Ac nos quidem putamus,ſi ulla demonſtratio ſit,ſumpta eius oportere amplius ſciri, quàm concluſionem. Illis uero hoc nõ uidetur,ſed arbitrantur nihil ſciri à nobis poſſe,niſi quod per demonſtrationem ſcitur. Nõ igitur concedent propoſitiones amplius ſciri,niſi fides iis per demonſtrationis lucem acceſſerit. Quod ſi aſſumptiones neceſſe eſt demonſtrari per alias, atque has rurſum per alias ſemper,aut in infinitum caſura inquiſitio eſt (Infinita autem exigi aut abſolui qui poſſunt?) Aut ſi defatigatus proceſſu deſiſtas,ſine dubio relinquere ignotas ſaltem illas oportebit,quibus demonſtrandis præ faſtidio ſuperſeſſurus ſis. Ex ignotis autem principiis qui poſſit quicquam cognoſci? nam quorum principia ignorantur,ipſa quæ de principiis profluunt, ſciri non poſſunt,niſi forte per hypoteſim,id eſt ſubiectionem a diunctionemq; illorum. Sane poſtremum hoc ueriſſime dicitur,prioribus ignoratis, poſteriora cognoſci nõ poſſe:illud perperam,ſciri nõ poſſe,niſi quod per demõſtrationem ſciatur:nam plurima ſunt,quę & ſciantur nec demonſtrationem capiant. Profecto idem peccant & qui nihil ſciri,& qui omnia ſciri per demonſtrationem defendunt. Sed quemadmodum notiſſimum eſt pleraq; huiuſmodi eſſe, ut fidem aliunde & probationem requirant:ita nihilominus conſpicuum uidetur,complura eſſe, quæ ſuopte ingenio cognita exploratáq; ſint. Immo magis etiam quàm quę cõfirmatione alterius addicuntur. Iam principia demonſtrationis demonſtrationes eſſe nõ poſſunt, ſed propoſitiones indubitabiles immediatæq;,& luce ſua perſpicuæ. His prçfecta mens eſt,quæ terminos comprehendit,quorum complexu dignitates,& præſata concipimus. Melius hoc modo dicitur, quàm conceditur, ea quæ noſcantur omnia uideri per demonſtrationem quæſita: alioquin dum infinitam illam progreſſionem declinant,uidentur in circularem & reciprocam demonſtrationem incidere. Hoc autem eſt errorem errore alio operire: ita quom ea ſumant, quibus nitantur demonſtrationem ſeruari:nihilominus conceſſis his neceſſe eſt demonſtrationem excidi. Nam ſi ex prioribus & notioribus conſtitui demonſtratio debet, impoſſibile autem eſt eiſdem eadem eſſe priora poſterioraq;,fieri nullo modo poteſt,ut quicquam circulo demonſtretur. Nam circularis demonſtratio eſt,in qua id quo demonſtrandis aliis utimur per illa ipſa retro aſtruimus. Ac poteſt quidem accidere, ut eadem eiſdem priora poſterioraq; habeantur, non tamen ſimul nec uno reſponſu, ſed diuerſo,ut ſi alia ad nos,alia ad naturam referri dicantur. Demonſtratio uero ſemper priora,quę ſecundum naturam ſint,priora deſiderat. Quod ſi ex prioribus ſecundum nos demonſtratio aliqua nectitur, ut demonſtratio appellari poſſit, nõ tamen ſimpliciter, ſed ſecundum nos demonſtratio fuerit. Non ſolum autem ratione hac demonſtratio reciproca euertitur,ſed ob deridiculum quoq;,quod ex ea conſequitur. Id tale eſt,A eſt,ſi A eſt:nam ſi per A oſtenditur B,per B uero aſſeritur C,per C rurſum communitur A,manifeſtum eſt A demonſtrari per A: à quo enim cœpta eſt,in id reſilire ac referri uidetur oratio. Hoc autem ambitu, nihil ſit demonſtratu & ex-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

plicatu difficile. Multa alia incommoda iis eueniunt, quæ nos in cõmentationibus de ſyllogiſmo collegimus: quare relegandi illuc ſunt, quibus ea noſſe accuratius, ſtudium eſt. Nos hoc loco repetere non eſt neceſſe, ſed plura fortaſſe, quàm uſus poſtulabat, extra negotium diximus.

¶ *Neceſſarias eſſe propoſitiones in demonſtratione.* Caput VIII.

REdeamus ergo unde ſumus deducti. Dicebamus ſupra ueras eſſe propoſitiones ſcientiæ oportere: nec ſolum ſimpliciter ueras, ſed etiam quæ aliter eſſe non poſſent: quod nihil aliud eſt, quàm propoſitiones neceſſarias facere, atq; hoc rectiſſima ratione. Quom enim id quoius fides per demonſtrationem accipitur, neceſſarium ſit. Neceſſarium autem id dicitur in artificio demonſtrandi, quod aliter eſſe non poteſt: atq; hoc ita etiam nõ aliunde cognoſcitur, niſi ex demonſtratione & ſyllogiſmo ſcientiæ. Nimirum neceſſarias oportet habere propoſitiones, per quas illud efficitur.

Hæc tamen ratio non eſt ſine aliqua ambiguitate. uidetur enim uim habere. ut ait hoc in loco Ioan. Gramma. ex quoddam principio: quod tamen ualde eſt dubium: quamuis ipſe aſſerat tanquam notum fuiſſe ab Ariſto. relictum principium. hoc eſt: non poſſe aliquod neceſſarium ex non neceſſarijs concludi.

¶ *Quid ſit dici de omni.* Caput IX.

DEinceps enumerandæ quæſtiones ſunt, quæ ad demonſtrationem pertinent, edu cendaq; ratio eſt, quemadmodum abundare copia propoſitionum earum poſſimus, quæ ad hoc genus quęſtionum accommodantur. Initium autem à ſermone de propoſitionibus inſtituto ſumatur: ex illis enim ſyllogiſmus conſurgit. Quoniam itaque omnis propoſitio ex ſubiecto aliquo & prædicato connectitur, ſcire oportet Prædicatum in propoſitionibus demonſtrandi, non utcunq;, ſed per ſe de ſubiecto dici afferriq; oportere. Sed quid nam ſit hoc, quod per ſe uocamus, declarabitur mox. Sed prius eſt, ut ſciatur quid ſit prædicare de omni: nam ſine hoc, uerbum per ſe explicari probe non poteſt. Prædicare de omni eſt, nõ quod in aliquo ſit, in aliquo nõ ſit, aut quod modo ſit, modo non ſit. Aliud enim genus hoc ab eo cuius in libris de ſyllogiſmo habita mentio eſt: ibi nanque de omni appellabatur quod nõ ſemper, ſed aliquando omnibus ineſſe diceretur. At hic aliter audiendum eſt, quod de omni affirmatur. Exempli gratia: de omni homine animal dicitur: de quo enim uerum eſt hominem dici, de eodem uerum alterum eſt animal: & ſi nunc unum eſt uerum, alterũ quoq; uerum eſſe neceſſe eſt. Quòd autem tale ſit id quod nuncupatur de omni, conſtat argumento eo, quòd ii qui inductionem afferre & reprehendere hoc genus uolunt, ſolent alterum probare: aut quod alicui uni non inſit, aut quod aliquando non inſit. Atque hoc eſt quod de omni dicitur, ſiue de toto.

¶ *Quid ſit dici per ſe.* Caput X.

PEr ſe prædicari uidentur ea, quæ quomodo de omni dicantur, in eo quod ſit rei eſſe de ſubiecto dicuntur, ut de homine animal, de platano arbor, de triangulo linea. Eſt enim triangulus qui directis tribus lineis continetur. Porro non omne quod prædicatur de omni, prędicatur etiam per ſe: nam de omni cygno cãdidum prædicatur, quia & ſemper, & omni cygno candor ineſt: non tamen in eo quod ſit cygno eſſe. Sane modus hic unus eorum eſt, quæ per ſe prædicari dicuntur, quoius uſus in demonſtratione primarius & maximus eſſe ſolet. Secundo modo accidentia illa, in quorum definitionibus collocantur ſubiecta, per ſe ineſſe dicuntur iis ſubiectis, quę in definitione ſumuntur, declarante quid ſit: proinde ſimitudo per ſe naſo ineſt, quia definitio ſimitudinis naſi cauitas eſt. Ineſt per ſe & rectitudini linea, quia in finitione eius linea adhibetur. Nihil enim aliud directio eſt, quàm menſus is, qui ſuper puncta lineæ indecliuis & æquiremus eſt. Ineſt & imparitas numero. Quid enim eſt impar, niſi numerus in partes inæquales diductus. Inſunt & animo uirtutes, quia in finibus earum aut pars aliqua animi, aut potentia ſemper adiungitur. Tertia forma eorum quæ per ſe adſunt, pertinet ad accidentia, quæ ita ſubiectis ſuis inſunt, ut non aliis prius,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quomodo ſuperficiei color. Ea igitur quæ tribus iis modis de aliquo afferuntur, per ſe afferri dicuntur. Eſt & quartus modus uerbi huius per ſe, non in iis quæ de alio prędicentur, ſed in iis quæ neq; per aliud ſunt, neq; in alio continetur: atq; hæc indiuiduæ ſubſtantiæ ſunt, Callias, Socrates, Plato. Sunt & cauſæ quædam per ſe, quæ non ex accidenti, nec forte fortuna ſunt cauſæ, ut ſi inambulante me fulſerit: non enim propterea quòd inambulabam, fulſit, ſed temere contingit. Item ſi paſtinando in theſaurum quis offendat, non iccirco paſtinabat ut theſaurum inueniret, ſed ita cecidit. Si uero uigilante te, Socrates moritur, eueniſſe id caſu non dicimus, quia iugulatio illa per ſe cauſa interitus eſt.

Themiſtius modos quinque enumerat: quibus dici poteſt aliquid per ſe, cæteri vero omnes relicto hoc tertio quatuor tantum explicant. in ſecundo etiam de anima lib. cap. 22. huius tertij modi per ſe meminit ipſum, eiuſque rationem ibi legere potes. Duo tantum priora ſignificata eius quod per ſe dicitur: ad demonſtrationem attinent.

¶ *Qui modi eorum, quæ per ſe dicuntur, ad demonſtrationem pertineant.* Caput XI.

ATque hæc poſteriora ſignificata eius quod per ſe appellauimus, adiecta ſunt amplificandi exornandiq; gratia. Priora autem duo manifeſtum eſt ex neceſſariis conſtare. Non enim poſſunt non eſſe, quæ in definitione de nominibus, in eo quod ſit rei eſſe, dicũtur: nec quæ ita ſubiecta accidentibus ſunt, ut in definitionem eorum addantur. Cæterum ſine aliqua ratione intelligi poteſt, neceſſario eſſe ea, quę in definitione nominum collocantur. Illud nõnullam controuerſiam habet, utrum accidentia quoq; ipſa neceſſario ſint, quæ ſine ſubſtãtia ſui ſubiecti definiri nõ poſſunt. Verum hoc facilius fiet intellectuq; capietur, ſi prius quęſtiones quaſdam quæ huic uidentur attingere, ſoluerimus. Nullum igitur tale accidens poteſt ex ſua natura omni aliquoius ſpeciei indiuiduo ineſſe. Nam ſimilitas omni naſo nõ ineſt, neq; omni numero paritas. Ex hoc ſequitur, ut dicere bono periculo liceat, nõ ineſſe neceſſario ſimilitudinem naſo, neq; numero paritatem: atq; hoc ueriſſime dicitur, ſi quis accidentia hæc ſeorſum acceperit. Quod ſi de accidentibus iis ita ſermo fiat, ut quibus contraria ſua reſpondeant, paritati imparitas, ſimo reſimum, & ſingulis ſingula: tunc alterum contrariorum neceſſario prædicabitur de ſubiecto. Omnis enim numerus par uel impar eſt, & omnis linea arcuata uel directa. Proinde negatio unius confirmatio alterius eſt: nam numerus, qui eſſe nõ impar dicitur, ſtatim cognoſcitur par: & naſus qui neq; rectus, neq; reſimus ſit, continuo intelligitur ſimus. Sunt enim aliqua quorum contrarietas pluribus quam duobus conſtet: atq; hæc ſunt quæ inter ſe exceſſu defectuq; differunt: quoniam in his & medietas cernitur. Quamobrem ſi de quaque re aut affirmatio aut negatio uera eſt: negatio autem talium accidentium, alterum ponit in ſubiecto habili determinatoq;, manifeſtum eſt alterum illorum neceſſario ineſſe omnibus, quę ſubiecti generis natura participant. Quid ſit de omni, quid per ſe, diffinitũ iam ſit.

¶ *Quid ſit vniuerſaliter dici.* Caput XII.

NVnc de uniuerſali agamus. Vniuerſale appello, quod de omni, & per ſe, & quatenus ipſum eſt, dicitur. Quare ſi quid per ſe eſt, nõ continuo ſequitur ut uniuerſale etiam ſit: nam ſecundus modus eorum quæ dicuntur per ſe, & ſequentes duo, uniuerſaliter eſſe nõ poſſunt. Neque enim propterea quòd de omni dicuntur, ſtatim neceſſe eſt ut uniuerſaliter ſint: nam album de omni cygno affertur, & atrum de omni coruo, nõ tamen uniuerſaliter, quia neq; per ſe. Vtrunq; igitur adeſſe neceſſe eſt iis, quę uniuerſaliter prædicãtur, & ut per ſe, & ut quatenus ipſa ſunt, prædicentur. Hæc duo nobis hoc loco audienda ut eadem ſunt. Eſt enim alterum alterius ita conſentaneum connexumq;, ut ſeparari alterum ab utroq; nõ poſſit. Exempli gratia: ineſt per ſe longitudo lineæ, quia in definitione eius affertur: ineſt etiam quatenus ipſa eſt. Rectitudo quoq; ineſt lineæ tum per ſe, tum quatenus ipſa eſt. Nam ſine linea rectitudo definiri nõ poteſt. Sed quæro num omnia quæ definitionem aliquoius cõminuunt, uniuerſaliter prædicentur, ut genera, ut differentiæ, quę & de omni, & per ſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& per ſe afferri prædicariq; conuenit. An ſi definitionem uniuerſalis reddere accuratiſſimam uolumus, adiiciendum eſt non modò ut per ſe, & ut de omni dicatur, ſed ut primum adſit, huic, & nulli alii prius. uerbi gratia: Habere duobus rectis pares primo adeſt triangulo: hæc enim affectio & per ſe triangulo ineſt, & omni triangulo, quia per eſſentiam primumq; adeſt. Habere igitur duobus rectis æquales uniuerſale in figura nõ eſt, quia omni figuræ nõ adeſt. Nam quadrãtali nõ adeſt, ſed nec ut uniuerſali ſcalario: adeſt enim quamuis omnis ſcalario, & omni æquilatero, & omni æquipedo adſit, non tamen iis adeſt ut primis, quia prius adeſt in cõmune triangulo. Illud ergo quod omni & primum ineſt ineſſe uniuerſaliter dicitur, & demonſtratio ex hoc genere affectionum, ſiue uniuerſalium conſtat: quamuis ad ea quoq; uſum ſui demonſtratio porrigat, quæ ſub uniuerſali habentur. Nam qui triangulum continere duos rectos oſtendit, æquipedum quoq; continere duos rectos obiter demonſtrat, Geometra tamen explicationem ſuam nõ ad æquipedum, ſed ad triangulum generatim accommodat. Nec deterreri hoc exemplo quenquã uelim, quum uniuerſale ſubiecto æquipollere, & cum eo reciprocare conueniat. Scire licet genera quanquam in plura ſe quaſi fundunt, hiantq;, tamen differentiis proximis ineſſe uniuerſaliter, mox & differentias ſpeciebus: alioquin ſi quis hoc negauerit, cogetur fateri demonſtrationem ad ſolas pertinere definitiones.

Caput hoc multis videtur ſcatere difficultatibus. Primo enim nullam video rationem cur ſecundus modus eorum quæ dicuntur per ſe: vniuerſaliter etiam eſſe non poſſit: nam exempla quæ explicantur magna ex parte. Secundo modo per ſe dicuntur: mihi etiam videtur Themi. ea dicere: quæ pugnent inuicem: a principio enim negauit ſi aliquid per ſe ſit: ſtatim etiam eſſe vniuerſale. deinde vero velle videtur per ſe: & quatenus ipſum eſſe audienda vt eadem. vbi animaduerte Theophra. (ut refert Ioan. Gramma.) dixiſſe per ſe communius eſſe quam ſit quatenus ipſum.

Ea etiam quæ hic Themi. aſſerit ſunt dubia ualde: ex eis enim ſtatim ſequitur genus per ſe prædicari de proximis differentijs: quod tamen omnes reclamant: nam & contrarium uidetur Ariſto. docuiſſe ſeptimo primæ philoſophiæ libro.

Quemadmodum circa uniuerſale in demonſtrando error contingat. Caput XIII.

HAudquaquam autem ignorãdum eſt circa uniuerſale frequenter errari. Fit enim ſæpenumero, interim ut qui demonſtrent, demonſtrare non credant: interim contrà, ut qui nõ demonſtrent, demonſtrare ſe putent. Tres adeo cauſas allucinationis huius noſcuntur: Prima eſt, quom id de quo aliquid demonſtramus, ſingulare & indiuiduum eſt, ut Sol, Luna, Mundus: nam quom nil ſit iis ſuperius aut cõmune, ſed mera indiuidua ſint, tantum unus eſt Sol, & Luna una, & una Tellus, & Cœlum unũ. Quotiens de iis demonſtrationem aliquam nectimus, ut de terra, quòd in meditullio orbis ſit locata, aut de cœlo, quod circumagatur, tum id quod uniuerſale eſt, demonſtraſſe nõ uidemur. An eſt qui neſciat de iis, ut ſingularia & particularia ſunt, demonſtrationem componi nõ poſſe? Non enim de Sole ut unus eſt demonſtramus, deliquium eius, Lunæ interuentu contingere: ſed ita ut etiam ſi multi ſoles eſſent, idem probaſſe demonſtraſſeq; uideremur. Verbi cauſa: ſi ex omni triangulo ſolus æquipes haberetur, quem duobus rectis æquales angulos continere demonſtraremus, nihil ad rem faceret, æquipes eſſet nec ne: ſed attineret eum eſſe triangulum, etiam ſi æquipedem ſolum extare ſubiectum ſit. Ita quom Solem probamus maiorem terra, non in eo quòd unus eſt, ſed in eo quòd ſol probamus, eoq; neceſſe eſt demonſtrationem non ad hunc ſolem referri, ſed ad omnem ſolem ſi plures illuceſcerent mundo. Quare quom de ſingularibus rationes aliquæ aſtringuntur, admonendi ſumus, nõ de ſingularibus, ſed de uniuerſali, quod mente concipitur aſtrictum & demonſtratum intelligi. Altera decipuli cauſa eſt, quom ſpecies multæ differentesq; ratione una conueniunt: ſed illud in quo conueniunt innominatum eſt. Differunt diſcriminibus ſpeciei numerus, magnitudo, tempus: ſed in illo conueniunt, quòd ſicut quatuor comparabiles numeri commutatis uicibus eiſdem proportionibus reſpõdent, ita magnitudines quatuor & tempora quatuor. Porro de ſingulis demonſtratio ſeorſum fieri ſolet, quia res cõmu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ne nomen nō habet,neq; natura aliqua ſuperior eſt numero,magnitudini,tempori,de qua poſſit illa uniuerſalis effectio demonſtrari. Ac eſt quidem generaliter uerum,ut quęcunq; ita compari lia ſunt,cōmutato ordine eiſdem proportionibus congruant:quia uero nomen aliquod eius rei cōmune & certum afferre non eſt,ſoluitur demonſtratio una in multas,atque ita de ſingulis de/ monſtratum uniuerſaliter uidetur: quod tamen ſecus eſt, quia nec numerus uti numerus eſt, neq; magnitudo quia magnitudo,neq; tempus in eo quòd tempus in demonſtrationes illas ſuffi ciunt.Pari pacto falli contingeret,ſi ſeparatim de ſcalario probaretur duos enim rectos habere,ſe paratim de æquipede, ſeparatim de æquilatero. Nunc quod in iis nominatum commune habe/ tur,ut triangulus,falli non facile eſt:in quibus uero nō habetur, facile. Tertia erroris cauſa eſt, quom is qui aliquid ineſſe omni demonſtrat,credit ſe id ineſſe uniuerſaliter demonſtraſſe.Verbi gratia:Probet Geometra ſi linea recta quæ ſuper duas lineas rectas ceciderit, rectum utrinq; fe/ cus angulum faciat,duas illas lineas rectas nunquam coniunctim iri. Hoc omnibus lineis conue nit, quæ rectos angulos faciunt. Non tamen per hoc primum æque diſtantes ſunt: nam ſi non utrunq; facerent rectum, ſed duo, qui ſimul iuncti æquales duobus rectis eſſent, nihilominus æque diſtantes probantur. Illa ergo demonſtratio,quæ confirmat duas rectas non coniunctum iri,primum & uniuerſaliter concepta eſt. Illa uero quæ utrunq; angulum committi rectum de/ monſtrat,non uniuerſaliter,ſed de omni duntaxat concludit. Sed quoniam diſcerniculo intelli/ gitur de omni, an uniuerſaliter conſtituta demonſtratio ſit. Sed conſtat,ſi idem eſſet triangulo, eſſet & ſcaleno:quemadmodum ueſtimēto & tunicæ, is qui ſcalenum habere duos rectos oſten deret, uniuerſalem affectionem nouiſſet Quāuis enim ſcalenos duos rectos contineat,qua trian gulus eſt,tamen ex ſubiectione idem eſſe triangulum & ſcalenum conceditur.Quod ſi nō idem, ſed alterum eſt,nec qua ſcalenus, ſed qua triangulus affectionis eius particeps eſt:profecto ii qui demonſtrationem eam de ſcaleno qua ſcalenus eſt, conditam arbitrantur, ignorant affectionem illam uniuerſalem eſſe. Sed quæro qua ratione ſcrutari poſſimus duos rectos,ut ſcalenus,an ut triangu us habeat.Hoc enim ſolum nobis reliquum eſt ad mētionem pręſentem. Igitur affectio uniuerſalis per illud adeſt habeturq;,quo adempto, quia primum inter illa eſt, quæ inſunt ipſi, continuo & prædicatum adimitur. Verbi gratia:huic triangulo inſunt omnia hæc:eſſe æneum, eſſe ſcalenum,eſſe triangulum,eſſe figuram,finibus claudi.Quæritur per quod ex his,quæ mo/ do numerauimus,affectio hæc,duos rectos habere prædicetur,de triāgulo. Tolle æneum:Num propterea duos rectos demeris,nequaquam. Tolle ſcalenum: Adhuc duo recti ſuperſtites ſunt. Tolle triangulum:Iam hic oportet prædicatum tollatur.Nec enim præterea duos rectos habere aliquis triangulus poſſit,ſi triangulus eſſe deſierit. Sed dicet quiſpiam,ratione illa effici, ut affe/ ctio hæc,ad figuram,ad ſuperficiem,ad extremitates pertineat.Nam ſi aut figura,aut ſuperficies, aut extremitates tollantur,nonne duos rectos ſublatum iri neceſſe eſt? Ego uero cōfiteor abiun cta figura,ſuperficie,terminis,abituram affectionem illam commorituramq;:ſed nō quia figura, ſuperficies,termini,ſed quia triangulus,abiunctis his,neceſſario tollitur. Si enim ſine figura,ter/ minis,ſuperficie,incolumis eſſe triangulus poſſet,utiq; ſublatis etiam is duos rectos haberi con/ tingeret. Sed hoc impoſſibile eſt.Tu uero id ita cōtemplare:Manentibus,figura,planicie,clauſu lis,triangulum deme:ſtatim duo recti demuntur. Ergo habere tres,huic primo & uniuerſaliter dicendum eſt ineſſe: nam aliis cæterorum abolitis non aboletur, qualia ſunt,æneum eſſe, ſcale/ num eſſe. Aliis manentibus non manet,qualia ſunt figura,planicies,termini. Poteſt enim figura duos rectos non habere,qualis eſt quadrangula, & multangula. Triangulo certe ſeruato ſerua/ tur,perempto perimitur.Quamobrem recte dictum uidetur,uniuerſalem affectionem per illud conſtare,quo primum abiuncto,prædicatum abiungitur.Abiungitur & abiuncta figura,ſuper/ ficie,terminis,ſed non primis.

* *Si hoc in omnibus uerum ſit:ut abolito ſubiecto prædicatum aboleatur:& eo manente maneat quando uniuerſaliter & primo ineſt. neſcio qua ratione defendi poſſit Themi. qui in præcedenti capitulo affirmabat,non ea ſolum quę equipolent ſubiectis:& cum eis reciprocant uniuerſaliter in eſſe: ſed genera etiam proximis differentys. nam perempta differentia genus nequaquam peri/ mitur.*

¶ *In demonſtrationem neceſſaria ingredi.* Caput XIIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

HIs ita cognitis, palam eſt ex uniuerſalibus, & ex iis quæ per ſe adſint, demonſtrationem exiſtere. Nam ſi noticia per demonſtrationem quæſita ex principiis neceſſariis, & quæ aliter eſſe non poſſint, conſurgit: ſola autem ea neceſſaria ſunt, de quibus dicuntur, quæ per ſe in iis & uniuerſaliter continentur, manifeſtum eſt demonſtrationem ex illis conſtitutam uideri. Hanc rationem aliqui cauillantur & comparant huic: Si animalium corpora ex ſiccis & humidis conſtant, cibus & potus ſiccum & humidum eſt: ergo ex cibo & potu corpora animalium conſtant. Sed uir ſapientiſſime non probaſti ſola hęc eſſe humida ſiccaq; Ariſtoteles uero ſola ea eſſe neceſſaria primum oſtendit: quam uisq; nonnulla accidentia ſint, quæ ineſſe ſubſtantiis ſuis neceſſario uideantur, ut albedo niui: quia tamen natura horum eiuſmodi eſt, ut aliquibus ſubiectis non inſint neceſſario, efficitur ut neceſſaria ſimpliciter credi non debeant. Quemadmodum ſimpliciter illa neceſſaria ſunt, quæ & per ſe, & uniuerſaliter prędicantur. Porro ex iis quæ uera tantum ſint, conſtituere ſyllogiſmum poſſumus: ſed qui tamen demonſtratio non dicatur. *Exempli gratia*: Callias inambulat, qui inambulat mouetur. mouetur igitur Callias. Demonſtrare non poſſumus, niſi ad demonſtrationem neceſſaria principia conferantur. Quàm uero omnis demonſtratio ex neceſſariis ſit, argumento eſt, quòd quom demonſtrationem euertimus, infirmatione illa uti ſolemus, quòd ea quę ſumuntur neceſſaria non uidentur. Vnde ridendi ſunt, qui propoſitiones quæ demonſtrationi præſeruiunt, poſſe accipi de ueriſimilibus & credibilibus arbitrantur: quod Protagoras contendit, qui propoſitiones in demonſtrationem probabiles & ueriſimiles tantum addebat, quas qui nouiſſet ſcientiam conſecutum putabat. Qui uero ſcientiam conſecutus eſſet, proculdubio ſcire quid eſſet ſcientia. Sed ſi demonſtratio non ſolum ueris ſumptis contenta eſt, ſed proprias cauſas & alias conditiones, quas retro aſſeruimus, requirit, facile datur intelligi, demonſtrationem ex probabilibus non coaleſcere. Nunc quàm uerum ſit omnem demonſtrationem ex neceſſariis conſtare, probabimus. Primum nemo ſcierit quamobrem neceſſaria concluſio ſit, niſi propoſitiones neceſſarias cognoſcat. Nam concluſionem ſeorſum facile eſt, neceſſariam intelligere: unde nam autem neceſſaria ſit ſciri non poteſt, ſi propoſitiones neceſſarias eſſe non conſtet. Animal in homine neceſſario continetur, ſed ſi quis in homine propterea contineri animal credat, quia deambulet: rem quidem neceſſariam cognoſcit, hoc eſt in homine contineri animal, ſed rationem quòd animal in homine contineatur, ignorat. Præterea tale medium, ſalua concluſione poteſt extinguit: quando autem medium concluſionis extinguitur, tollitur cauſa propter quam neceſſaria concluſio uidebatur. At nonne mirabile eſt? re incolumi, ſaluo qui ſciat, ratione quæ non exciderit, manente, nihilominus ignoratum id uideri. Sane concluſionem demonſtrationis neceſſariam eſſe conſenſum ferè omnium meruit: ſed ſunt qui putent fieri poſſe ut concluſio neceſſaria per medium ſequioris generis confirmetur. Ac poteſt quidem ex iis quorum uſus nihil conceditur, neceſſaria concluſio effici, & ex non ueris uera: nam licet ex neceſſariis non niſi neceſſarium ſequatur, non tamen commeat ut neceſſarium ex non neceſſariis euenire poſſit. Non enim quemadmodum contingens ex contingentibus: ita æternum ex æternis ſemper concluditur. Pluribus de hoc alio opere in mentione de ſyllogiſmo egimus. Verum qui ita ſentiunt, ignorant utrunque in concluſione demonſtrationis requiri, & quòd ſeorſum neceſſaria ſit, & quòd per demonſtrationem id habeat. Habere autem id per demonſtrationem, nihil aliud eſt, quàm per medium tale aſtringi, quo ſublato neceſſarium ſit concluſionem nec perfecte nec abſolute cognoſci, ſiue de cauſa ſiue de effectu agatur. Quamobrem ſi medium, per quod demonſtras, neceſſarium putabis, nec tamen neceſſarium ſit, perſuaſionem quidem ſcientiæ habebis, ſed ſcientiam non habebis. Quòd ſi uim medii huius infirmam proindeq; non neceſſariam noueris, tunc nec ſcientiam, nec ſcientiæ perſuaſionem habueris. Quæ autem differentia ſit inter demonſtrationem, quæ ab effectis, & quæ à cauſis ducitur: quarum priorem quia expoſitionem continet rei, quòd eſt ſub hoc uerbo ut ſit: alteram quòd cauſam quòd ita ſit declarat ſub hoc nomine quamobrem, audire Philoſophis in more eſt: ſatis hoc loco erit exemplo monſtraſſe. Quando probamus quintum corpus eſſe quod orbiculari motu conuertitur, ipſum, ut ſit, addicimus. Quando lunam deficere interpoſitu obiectuq; terræ oſtendimus, ipſum quamobrem explicamus. Horum utrunque ſi quis per media non neceſſaria comprobet, per demonſtrationem ſcire non poterit.

Hæc ob id di cunt, ne ratio Ariſt. uideatur ex duab⁹ affirmatiuis cõſtare in ſecunda figura.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Quæ ſunt per accidens, demonſtrationis rationem non ingredi.* Caput XV.

IGitur accidentium eorum, quæ per ſe non adſunt quemadmodum definiuimus uerbum per ſe, ſcientia per demonſtrationem conciliari non poteſt. Non enim hic concluſionem neceſſariam nectere eſt: nam accidens, de quomodo loquimur, contingere poteſt uti non ſit. Sed quæro quos tales proportiones, quæ de contingentibus conſtant, interrogare perconctariq; ſoleamus, ſi concluſio neceſſaria ſequi non poteſt. An quamuis de propoſitionibus contingentibus concluſio ſeorſum, & à ſe neceſſaria non euadat, tamen neceſſario ſequitur quatenus propoſitiones illas admittimus. Verum ad demonſtrationem artificium interrogandi non pertinet, quia ſyllogiſmum ſcientiæ ab eo, quòd propoſita concedantur aut negentur, pendere non conuenit, ſed ex ipſa plane rerum natura. Spectare autem illa ſolum oportet, quæ quoiq; generi per ſe inſunt, de quibus demonſtrationes ducantur, utpote quæ ſola ſyllogiſmum ſcientiæ pariant. Cætera accidentium neceſſaria non ſunt, non ſolum ea quę adiungi & ſeparari contingat, ſed aliqua etiam quæ ſemper innexa adiunctaq; habeantur, ut quæcunq; non inſunt per ſe. Nam ſyllogiſmi qui proficiſcuntur à ſigno ferè media ſumunt, quæ firma & perpetua ſint: nam & lacteſcere ſemper ineſt mulieri quæ peperit, & ignibus ſumare. Sed media hęc accommodata demonſtrationi non ſunt, quia in hoc genere priora ex conſequentibus concluduntur. Dictum eſt pluribus forraſſe quàm res poſcebat: propoſitiones demonſtrationis corrogari neceſſarias oportere. Nunc illas & peculiares & proprias requiri docebimus.

¶ *Demonſtrationem ex proprijs, non ex extrarijs conſtare.* Caput XVI.

SI neceſſe eſt medium ſummo, & primum medio ineſſe per ſe, manifeſtum eſt demonſtrationes de genere uno in aliud migrare, aut conferri non poſſe. Verbi gratia: ut Geometricæ Arithmeticis congruant. Illa enim quæ aliquoi per ſe inſunt, ex eodem genere & natura cenſentur, quia de ſubſtantia rei prodeunt. Quod ut facilius capiatur, pauló altius petendum nobis eſt. Quom in demonſtrationibus uiſantur: Vnum, id quod aut adeſſe, aut non adeſſe oſtenditur: atque hoc prædicatum illud eſt, quod in concluſionem confertur. Alterum ipſa proloquia è quibus demonſtratio cõmunitur: atque hæc complexu eorum, quæ per ſe ſunt, conflantur. Tertium eſt genus ſubiectum, & natura ea de qua affectiones, & quæ per ſe inſunt, monſtrantur, ut magnitudo, ut numerus. His ſubiectis, uideamus quando & quemadmodum de genere in genus tranſitum facerè demonſtrantibus liceat. Palam eſt quom genera omnino abiuncta diſcrepantiaq; habẽtur, qualia inter ſe ſunt ea, circa quæ Arithmetici & Geometræ uerſantur, tum de genere in genus demonſtrationes referri non poſſe. Hoc tale eſt: Fieri nequit ut Arithmeticæ probationes accidentibus magnitudinum conueniant accommodentur'ue. Accommodare accipimus pro eo, quod eſt uti iis, quæ in alia ſcientia demonſtrantur. Quando uero genera illa quaſi communicant, & natura quæ ſubiectis ſcientiis ſunt ſocietate aliqua continentur, tunc alteri alterius pręſidio uti conceditur, & pro nunciata alterius ad cõmodum ſuum transferre. Hoc fœdere perſpectiua cum Geometrica coniungitur. Confinia enim & cognata utrique genera ſunt: immo ut uerius loquar, alterum ſub altero continetur. Nam lineas rectas eſſe, & angulos rectos, & lineas æque diſtantes, & lineas concurrere, & omnia quorum uſus perſpectiuo eſt, Geometria demonſtrat. Ab hac igitur perſpectiui principia ſua præcario poſſident. Idem ordo inter Muſicem & Arithmeticem cernitur. Nam duplio, ſexquitertium ſexquiplum, unde ortum habent: mox à numeris ad melica & menſus canoris tranſlata. Sed & medicina ſępiſſime probationes à natura deſumit: quoniam corpus humanum circa quod negocium arti ei eſt, ſub corpore naturali cõprehenditur. Sed uel inde adſtrui euidenter poteſt, quod dicimus, Geometra de nullo genere geometrica ratione monſtrauerit, quod à lineis & ſuperficiebus ſit abiunctum, ut de hoc, Contrariorum eandem rationem haberi: Aut de illo, Contraria eſſe conſequentia: immo ne de iis quoq;, quæ tametſi à lineis ſeparata non ſunt, non tamẽ per ſe inſunt: neq; in eo quòd lineæ ſuperficies'ue, ſed extranea ratione, & quę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ab earum ſubſtantia longe abſit. Exempli cauſa: utrum pulcherrima linearum ſit recta: uel utri magis, orbiculari opponatur an arcuatæ. Non enim de pulchritudine iis, neque de oppoſitione contrariorum, qua Geometræ ſunt, agitur. Præterq; promiſcua hæc uidentur, & in pluribus generibus reperta.

Quomodo intelligatur id quod dici conſuetum eſt, ſcientiam unam in aliam deſcendere: & demonſtrationes alterius alteri accommodari.

¶ *Demonſtrationem non conſtare communibus.* Caput XVII.

LOcos igitur omnes uagos perinde uſitatiſſimosq; à demõſtratione reiicimus, quales in tractatibus Dialecticis executi ſumus, ut qui à contrariis, à conſequentibus, à ſimilibus, à coniugatis uocatur. Iactati hi ſunt & tranſlatitii: nihil ut proprium & aliis generibus nõ conueniens, præferant. Sed quæſtio eſt: ſi proprias eſſe oportet propoſitiones, quibus demonſtratio ſarcitur, quamobrem dictum eſt prolo/quia & dignitates, quæ cõmunibus uerbis ſunt conceptæ, in demonſtrationem uenire? ut illa, ſi ab æqualibus æqualia demeris: item illa, de quacp re aut affirmatio aut negatio uera eſt. Soluitur. Sunt hæc quidem cõmunia, ſed quom utuntur iis, qui demonſtrant, non ut cõmunibus ſi pro qualitate & natura ſubiecta cum adiunctione & præſcriptione quadam utuntur. Quamob rem geometra poſtulatum illud: Si ab æqualibus non ſimpliciter tractat, ſed cum aſtrictione, ſi ab æqualibus magnitudinibus demas. Et Arithmetica: Si ab æqualibus numeris. Enunciatum quocp illud diſparatorum omnibus artibus præſeruit, ſed cum adiectione accõmodationeq; generis eius circa quod uerſantur. Verbi gratia: Numerus omnis aut eſt, aut non eſt. Nõ ergo ſatis in demonſtratione eſt, propoſitiones ueras conferri: neq; item immediatas, aut quæ præ ſua claritate probari aliunde non poſſint: ſed præter omnia hæc, neceſſe eſt proprias, & generibus aliis impromiſcuas corrogari. Quapropter quadraturam Bryſonis, demõſtrationem Geometricam nemo appellet, quòd is pronunciato utitur quidem uero, ſed communi. Eſt ea huiuſmodi: Illa inter ſe paria ſunt, quæ eiſdem maiora minoraq; habentur. Hoc præfatum non modo in magnitudinibus, ſed etiam in numero tempore & compluribus aliis uerum eſt. Sed quidnam illud eſt? quo aſſumpto uiſum Bryſoni eſt, quadrari circulum poſſe. Sane quanquam hoc perſequi in loco non eſt, prælibandum tamen tantiſper uidetur, contemplatione eorum qui auidiuſculi ſint noſcendi. Omnis inquit, circulus maior eſt omnibus figuris multangulis, quæ intra circulum deſignentur: & minor omnibus quæ deforis circunſcribantur. Figura porro multangula, quæ inter exteriores, & interiores figuras magnitudine media ſit, ſine dubio maior iis erit, qua intrinſecus conduntur, & minor iis, quæ extrinſecus ambiunt. Eiſdem igitur maior & minor circulus uidetur, quibus & media hæc figura. Ita ex illo proloquio uincitur, ut figura multangula cum circulo, pari magnitudine ſit. Sed ut proloquium hoc uerum ſit, & ſi ita uis, etiam immediatum & euidentius, quàm ut ſit uendicandum, ſyllogiſmus certe totus iacet, quia principio nititur uago communiq;, nihil rei quam docebat priuatim addicto: quoniam id neq; ut ad circulum, neq; ut ad magnitudinem proprium ſumit. Eodẽ modo falluntur, qui ex accidentibus demonſtrant: propterea quòd aſſumptiones afferunt, à genere ſubiecto longe remotas. At qui non accidentariam, ſed ſtabilem ſcientiam obtinet, illam ex principiis rei, & ex iis quæ per ſe inſunt, cõſecuti uidentur. In hac neceſſe eſt ut medius terminus, & propoſitio ea quę ſyllogiſmum intemperat, aut ex eodem penitus genere habeatur, aut ex aliquo huic cognato uicinoque non longe petito aut quæſito, quoius exemplum ſuperius nobis expoſitum eſt, quom diximus proportiones ad interualla & conſonantias uocum à numeris perfectas, eoq; duas illas artes proximitate quadam ſi nitimas exiſtere. Nam muſice iccirco propoſitionibus arithmeticis uti poteſt, quia ſcientiæ omnes quæ conſtitutæ ſub alia ſunt, ipſum (ut ſit) cõmonſtrant: ut Muſica, diateſſaron cõſonantem menſum eſſe, quod genus in muſice tantum penſat, quantum epitritus in numeris & perſpectiua. Lineas æque diſtantes, ſi procul ſint deſitæ, coniunctas uideri. Sed ipſum quamobrem, id eſt quòd ita ſit, à ſuperioribus ſcientiis mutuantur. Nam collatio ſexquitertia, ratio eſt ut diateſſaron conſtantia ſit, & minores anguli faciunt, ut lineæ æqualiter diſtantes, ſi eminus ſpectentur, uideantur coire. Differunt autem demonſtrationes hæ ab iis, quæ uno tantum genere continentur, in eoq; in his termini tres conſpirant, & quaſi populares gentilesq; inuicem ſunt. In illis diſ/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſentiuncula quædam habetur, quia concluſio inferiori ſcientię eſt, medium ſuperioris. Nam ſexquipla per ſe in numeris perhibetur, & cauſa eſt quamobrem diapente in melicis interuallum conſonans ſit.

In his duobus cap. eum ordinem mutat quem ſeruauit Ariſto. cur autem id effecerit in exordio huius operis legere potes.

¶ *Demonſtrationis concluſionem eſſe perpetuam.* Caput XVIII.

Illud[a] etiam perſpicuo liquet, ſi propoſitiones, ex quibus cõſtituitur ſyllogiſmus, uniuerſaliter ſumantur, concluſionem eiuſdem demonſtrationis perpetuam euenire. Nam propoſitiones neceſſariæ ſempiternæq; ſunt. Ex neceſſariis autem & ſempiternis neceſſaria & ſempiterna ueritas oritur. Sed hic ſpectandum eſt: Concluſio primum dici uniuerſalis poſſit, nec ne, ubi propoſitiones priores uniuerſales eſſe noſcuntur. Ac uidetur quidem id concluſioni adeſſe primum non poſſe, quod prius aſſumptionibus conuenit. Reſponſio eſt prima. quòd nõ ſemper neceſſe eſt propoſitiones haberi uniuerſales, unde ſupra dictum Ariſtoteli eſt, non abſolute uniuerſales ſumi, ſed ſi uniuerſaliter ſumantur: quaſi eſſe aliquæ poſſint, quæ uniuerſaliter nõ ſumantur. Altera reſponſio eſt ut dicamus, nihil uetare quo minus in concluſione primum ſit, non id quod ſimpliciter uniuerſale eſt, ſed id quod primum inter ea uniuerſale eſt, quæ demonſtrari poſſint: atque hæc ſolutio ea eſt, quam Alexander priore improbata cõmunit. Commodius enim dici ita, quàm putari Ariſtotelem differentiam tam ſubtilem deſignauiſſe, ut uerbum uniuerſaliter concluſioni, uerbum per ſe propoſitionibus cooptaret. Sed hoc nuſquam aperte ab eo proditum legitur: alioquin nec impoſſibile uidetur. Quomodo enim uniuerſale primum in concluſione fuerit, ſi ex uniuerſalibus demonſtrata res ſit. Nam palam eſt quòd prędicatur primum medio ineſſe: prædicatum porro, id eſt quod primum demonſtrari poteſt, ita concluſionem uniuerſalem euadere. Ac forte hęc de concluſione ea probabiliter dicerentur, quæ de propoſitionibus immediatis prima deducitur. De ſequentibus utiq;, aut iis quæ ex probatis & demonſtratis probantur, non uideo qui poſſint intelligi. In illis enim quæ prima demonſtrari poſſunt, non uiſuntur. Quamobrem aut demonſtrationes generis huius reiiciendæ circũſcribendæq; ab iis ſunt, qui neceſſarium arbitrantur, ut uniuerſale in concluſionibus primum ſpectetur: Aut fatendum eſt quemadmodum per ſe, ita & uniuerſaliter concipi propoſitiones etiam primorum, & quę demonſtrari nõ habeant, & ad quas propoſitio omnis reducitur ac refertur. Nam euidentia demonſtrationis, & firmitas in propoſitionibus primis & concluſionibus, quæ ex talibus propoſitionibus conficiantur, poſita eſt: unde ſyllogiſmus neceſſarius conſiſtit. Hoc Ariſtoteles docet quom inquit: Si propoſitiones[b] uniuerſaliter ſumantur, ceu neceſſe non ſit omnino uniuerſales ſumi, ſequitur concluſionem haberi perpetuam oportere. Aut ergo ita dicendum eſt, aut conſtituendum utrunq; uniuerſaliter accipi, & id quod in concluſionem demonſtrationis adiungitur, & id per quod demonſtratio neceſſaria concluſione aſtringitur. Verbi gratia: In triangulo, & id quod eſt duos rectos habere, quod quidem in concluſionem demonſtrationis refertur, & id quod eſt exteriorem angulum parem duobus iis eſſe, qui reſpondent intrinſecus, per quod duos rectos in triangulo contineri addicitur: atq; in hæc utilitatis cauſa nobis hactenus ſecedendum fuit. Quod uero dicitur (inquit Ariſtoteles) demonſtrationem ex uniuerſalibus & perennibus conſtare, ideo non ualet ut ideas inferri neceſſe ſit: nam qui ideas comminiſcuntur, non contendunt uniuerſales eas eſſe, neque tanquam uniuerſalia quædam in ſingularibus poſitas. Sed ſingulas ad numerum conſtituunt, & à particularibus ſeorſum abiungunt: ita tamen ut particularia per illas eſſe intelligantur. Quom itaq; uniuerſalia de ſingularibus ſinonyme afferantur, id eſt conſortio appellationis & rei: Ideas omonyme, id eſt ſocietate nominis ſola participari à ſingularibus cõſtet, certe nullus earum uſus demonſtrandis rebus comparet, uniuerſalium comparet, ut ſine quo medium teneri nõ poſſit.

[a] *Si recte animaduertis Themiſ. vna cum Ariſto. circulari videtur vti demonſtratione. nam cap. 8. quia concluſio neceſſaria ſit, ex propoſitionibus neceſſarijs demonſtrationem conſtare probauit. ex hic concluſionem ſempiternam neceſſariamque, quia propoſitiones ſint neceſſarie.*

Si vera ea ſunt quæ ſuperius ſunt probata, negare non poſſumus demonſtrationis concluſio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nem vniuerſalem eſſe & per ſe. nam cap. 14. dixit Themiſt. Ariſto. probaſſe, ſola ea eſſe neceſſaria: quæ per ſe & vniuerſaliter ſunt: vel igitur fatendum eſt concluſionem vniuerſalem eſſe: vel non eſſe neceſſariam eſt affirmandum: omnes etiam errores: qui circa vniuerſale cõmitti poſſunt fere concluſioni accommodauit. quare recte videtur Alexan. reſpondiſſe: neque illud obſtat: quod Themiſt. in contrarium afferre videtur, de ea enim tantummodo loquimur demonſtratione: cuius definitionem ſuperius dedimus: quæ ex immediatis principijs conſtat. hæc veriſſima eſt & propriſſima eſt demonſtratio: cæteræ vero ſunt ſecundo loco. neque alia ratione demonſtrationes appellantur: niſi qua in primam hanc referuntur. iuniores dicerent primum. quod in premiſſis quæritur eſſe quo ad cauſam: quia ſcilicet nulla ſit prior cauſa per quam illud monſtrari poſſit. in concluſione vero quo ad ſubiectum: quia nullum ſit prius ſubiectum de quo illud prædicatum poſſit demonſtrari. [b] *Sic dixit ipſe græce.* ἐὰν ὦσιν αἱ προτάσεις καθόλου, οὐχ ὅτι ἐστὶ καθόλου καὶ τὸ συμπέρασμα ἀνένεγκεν ἀλλ' ὅτι ἀίδιον *hoc eſt: cum enim dixit ſi propoſitiones uniuerſales fuerint: non intulit quod etiam concluſionem uniuerſalem eſſe oporteat. ſed quod ſempiternam.*

¶ *Demonſtrationem non eſſe caducorum.* Caput XIX.

EX iis & illud dilucet, ſi concluſio demonſtrationis perpetua eſſe debet, nullam demonſtrationem caducarum & diſſipabilium rerũ ſimpliciter futuram, proindeq; nec ſcientiam: ſed ſolum ratione una ſi mentio earum concepta uniuerſaliter ſit. Quæ enim confirmatio eſſe concluſionis poteſt, quoius ſubiectum diſſolubile ſubciſiuumq; habeatur? & quoi prędicatum neq; ſemper neq; ſimpliciter, ſed modo inſit, modo nõ inſit. Verbi gratia: Ineſt Socrati ut animal ſit, ſed nunc, nec quia Socrates eſt, ſed quia homo. Plane quorum concluſio commutabilis & corruptibilis eſt, in iis propoſitiones nec uniuerſales omnes habentur, neque per ſe. Sed neceſſe eſt ſaltem alteram corruptibilem nec uniuerſalem afferri. Quemadmodum autem caducorum demonſtratio necti nõ poteſt, ita nec definitio: nam definitio uel demonſtrationis initium eſt, uel demonſtratio eſt ſolo ſitu differens, uel demonſtrationis concluſio. Initium demonſtrationis eſt, quando uel pro immediata propoſitione, uel pro termino in propoſitione deſumitur: ſitu ſolo à demonſtratione differt. Quotiens talis definitio eſt, quæ cauſam rei quòd ita ſit contineat, ut illa: Deliquium ſolis eſt occultatio luminis eius ob lunam ei oppoſitam atq; ſubiectam. Definitio hæc ordine paulum mutato in demonſtrationem cõmeat, hoc modo: Luna ſubiicitur atq; opponitur ſoli, id quod ſubiicitur atq; opponitur, occultat: Luna igitur ſubiecta atq; oppoſita ſolem occultat. Concluſio autem demonſtrationis definitio ea eſt, quæ cauſam materialem attingit. Sed de ratione definitionum ſequentibus diligentiore uſu docebimus. Nunc illud uidendum, quemadmodum earum rerum quæ nõ ſemper, ſed propenſius eueniunt, ſcientia & demonſtratio poſſit cõſtitui, ut defectuum lunæ quòd ii nõ ſemper, ſed ſtatis temporibus accidant. Sed facilis & abſoluta defenſio eſt earum rerum quæ certis interuallis redire in ſuos orbes uidentur, forma tantum cõmunis in demonſtrationem uenit. Nec enim de uno aliquo defectu hoc uel illo, qui hac uel illa hora cõpareat, demõſtratio accipitur: ſed de omni quem ex talibus cauſis prouenire neceſſarium & perpetuum eſt: ita in iis uniuerſale non particulare monſtratur. Niſi propterea particulare monſtrari dicamus, quia ſub uniuerſali poſitum conſtitutumq; ſit: quemadmodum de caducis retro conceſſimus. Hactenus dictum uolumus, quo pacto duas illas notas, per ſe, & uniuerſaliter, audire in demonſtratione oporteat.

¶ *Quid ſit principium commune, quid proprium.* Caput XX.

IVnc initium aliud ſumamus: Si omnis demonſtratio ex prioribus exiſtit, certe ad nullam ſcientiam pertinet, principia ſua oſtendere. Nec enim præterea dicerentur eſſe principia, ſi per aliqua priora ſe cõfirmari explicariq; poſſent. Ná ſi hæc quoq; comprobare neceſſe eſſet, rationem hanc in infinitum extrahere oporteret. Si uero nõ eſſet neceſſe, ſed tanquam notiſſima ſubiacerent, nimirum hæc principia ſtatuerentur. Porro qui hæc nouit, & ex his demonſtrat, ſcientior eo eſt, qui poſteriores propoſitiones

Ad nullã ſciẽtiam pertinet principia ſua oſtendere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nouit,& posterioribus principiis demonstrat. Sed quæro sit hoc inexorabile, ut principia Geometriæ, Arithmeticæ, Musicæ, cæterarum artium demonstrari non possint? An possint quidem illa, sed non in ea scientia cuius sunt principia, & quæ iis ut principiis utitur: nam si ita sit, tunc scientiæ alia principia suis principiis facerent. Sed ratio hæc primæ philosophiæ cõmissa mandataq; est, quotus ambitu omnes doctrinæ cinguntur. Ita enim demum obire scientias omnes potest, si amplexa omnes sit. quemadmodum Geometria perspectiuam. alioquin impossibile arbitror: quandoquidem necesse est demonstrationem aut ex propriis, aut ex cognatis & finitimis confici. Atq; hæc illa est prædicatione omnium concelebrata, Sapientia, quam simpliciter & maxime scientiam appellare oportet: una hæc causas rerum non omnes, sed principes & optimates attingit. Principes & optimates causas nuncupamus, quarum nulla superior causa sit. Proinde difficile agnitu est teneamus rem scientia nec ne: quoniam intelligere arduum est, utrum ex propriis quicq; principiis, an cõmunibus sit confectum: hoc enim uero scire Hæc nunquam suos numeros habet scientiæ, nisi per hæc quæsita. Si enim satisfactum desyderio quis credat, quòd assumptiones ueras modo compererit, in maximo errore uersatur. Sed ut sæpius testati sumus, adhibere principia oportet, tum cognatissima iis quæ demonstrantur, tum eiusmodi quę per se in iis ad esse & contineri dicantur. Equidem sua quoiusq; generis principia appello, quæ ut sint necesse est constituere, si habenda demonstratio est. Ipsum uero ut sit, in principiis oportet prænosse: in iis quæ à principiis fluunt, probare.

Locus hic est annotatõe dignus, affirmare .n. vẽ The. cæteras scias ea ratione sub prima philosophia cõtineri: q̃ musicæ sub arithmetica & sub geometria perspectiua.

¶ *Quot modis principia prænoscantur.* Caput XXI.

Sed diuidendum à capite est ad hunc modum: Quom tria sint momenta quibus absoluitur omnis scientia: Genus subiectum, ut numerus, magnitudo, triangulus tessera: Affectio, id est ea, quę per se in genere illo insunt: Paritas imparitas, duobus rectis æquipollere tres angulos, lineas à minoribus angulis eductas concurrere: Tertium ipsa proloquia, si ab æqualibus æqualia demeris, Genus subiectum statuere oportet ut sit: affectiones, & ea quæ per se insunt, quid significent: Proloquia utrunq; desyderant: nam & ut sint, & quid significent antequam demonstrationes, sciendum. Sed quamobrẽ generi & affectioni altera prænotio sufficit, proloquio utraq; necessaria est? An quia proloquio teximus inuicem terminos & conclusionẽ assuimus. Nõnulla sane sunt, quæ cõstituere superuacaneum sit, qualia quæ nobis admodum perspecta exploratáq; sunt, ut subiectam naturam esse, si hoc ita cognitum sit, & ut in prouerbio est: uel pueris scitum. Nec enim constituit physicus aliquid esse feruidum, algidum, sudum, nec medicus humanum corpus esse: At numerum & unitatem esse, constituendum Arithmetico est: quia hæc nõ perinde ut cætera in euidenti sunt. Solemus & præterire conniuendo ea quæ præ sua facillima cognitione quid significent, noscitantur uulgo: fit enim perridiculum quasi acta agas, quæ suopte ingenio exposita sint, conari exponere.

¶ *Differre proloquia a postulatis, subiectionibusq;.* Caput XXII.

Ac proloquia quidem à postulatis & subiectionibus differunt, quòd neque constituuntur, neq; petuntur concedi: quia & uera sunt & uidentur. Quom dico uidentur uera, non id dico quòd concedantur ore. Nam hoc quidem modo posset contingere ut proloquia nulla essent, sane quom saltem exteriore uerbo possint negari, nam interiore non possunt. Qui enim negaret paribus demptis subsidia esse paria, sermone potius quàm interiore sensu contenderet: & ut uetus est sumptum ab Euripide: Dissentire lingua nõ corde. Demonstratio autem nõ ad exteriorem locutionem, sed ad internam intellectualemq; pertinet, quemadmodum & syllogismus. Nõ ergo ex eo quid quisquam foras pronunciat, sed ex eo quod intrinsecus approbat, authorantur proloquia. Plerunq; enim dissonat, quod in lingua promptum habetur, ab eo quòd clausum geritur in pectore. Nam nec geometræ lineis iis utuntur, super quibus speculamina sua exigunt: sed iis quas animo retinent conceptas, & quarum tanquam exemplaria & notæ sint lineæ, quæ in abaco aut in pluuiusculo describuntur. Quom enim pedalem lineam ducant, quæ non sit pedalis, aut æquilaterum, quod non sit æquilaterum, nõ ad ea quæ graphio designantur, spectandum est: sed ad ea quæ mente intelliguntur.

Plerũque dissonat quod i lingua promptũ hẽ: ab eo quod clausum geritur in pectore.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

liguntur. Atq; hæc uero ſunt, quibus illi quom demonſtrant utuntur. Nam in concluſione li/neam uniuerſalem accipiunt,ſed docent per illum interpretem, quæ deſculpta in menſula eſt:tali ter enim linea uera ſignificari diſcentibus non poſſet.

¶ *Qui vſus primorum principiorum in demonſtratio/nibus ſit.* Caput XXIII.

PRoloquia uero eſſe admodum agnita certaq; manifeſtũ omnibus eſt. Quid enim certius,quàm nihil eſſe quod ſimul affirmare negareq; liceat? Vſq; eo enim prolo quii huius indubitata lux eſt omnibus, ut in id demonſtrationibus locare aſſum ptionis loco depudeat. Fere enim prolixum ac ſuperfluum uidetur,quòd nihil ſit eo conſpectius,exploratius,promptius, & tamen ſunt in quibus neceſſe eſt profa/tum illud conſtituere aſſumptionis loco. Sed dicet aliquis: Quandonam aut quemadmodum? Quotiens intentio eſt,id concludere,ut aliquid eſſe,& quod ei opponitur, nõ eſſe demonſtratio nes. Verbi gratia: Finitum eſſe mũdum,nõ quod huic opponitur,id eſt mũdum eſſe finitum, nõ finitum nõ eſſe,hoc eſt nõ eſſe infinitum. Ratio autem ſic formabitur: De nullo corpore finitu/do ſimul poteſt affirmari & negari. Mũdus eſt corpus. Semperq; in hoc genere maior propoſitio talis ſumi debet,quoi aſſimilis ſubiungenda cõcluſio eſt. Nõ ſolum autem manifeſtum eſt nihil affirmari & negari ſimul idem poſſe,ſed & illud quoq; de quaq; re neceſſario alteram partem af/ferri. Hæc enim natura diſperatorum uidetur. Nam contraria quanquam ſimul haberi nõ poſ/ſunt, nõ tamen alterum eorum neceſſario habeatur neceſſe eſt. Hoc proloquium ab aliquibus in demonſtrationem confertur, præſertim eam quæ ad incommodum perducit. Nam qui de/monſtrat impoſſibile eſſe oppoſitum eius quod uult tenere, neceſſario adhibet alteram partem diſiunctionis. Nec aliunde rationi ſuæ neceſſitatem molitur,quàm ex initio,eoque neceſſe eſt,in omni diſiunctione in qua aut eſt aut nõ ponitur,alterum eſſe uerum. Hinc illud eſt, quod dici/tur diameter aut cõmenſurabilis eſt coſtæ,aut incõmenſurabilis. Item aut commenſurabilis,aut nõ cõmenſurabilis neceſſario eſt. Incõmenſurabile porro,ſiue non cõmenſurabile nihil aliud eſt quàm altera pars diſperationis. Quod quidem quamuis explicitum expreſſumq; demonſtranti bus,nõ ſumitur tamẽ uis proloquii eius,ſubeſt eam quam diximus. Accõmodatur uero & qua ſi deſcendit in materiam propriam,quotiens id quod in eo ſuſum uniuerſaleq; eſt,ad genus cer/tum contrahimus. Dictum enim & ſuperius eſt, communia profata non quamdiu communia ſeruantur,in demonſtrationem uenire,ſed tum demum quom ad ſubiectam naturam traducta ſunt ſubditis,per quæ conuenire in alia deſinant,ita ut aſtrictione hac generi de quo agitur pro/pria & appoſita euadant.

¶ *In quibus communicent ſcientiæ, & quemadmodum propria philoſophia a dialectica differat.* Caput XXIIII.

SVnt autem peruulgata quædam proloquia, & in omne genus ſparſa, in quibus omnes ſcientiæ cõmunicare inuicem uidentur. Habẽtur uero duæ uirtutes,qua/rum altera inferior eſt. Sapientia & dialectica cõueniunt inter ſe,quòd proloquiis nõ eodem more utuntur,quo artes cæteræ,ſed confirmant ea & comprobant. Ve rum intereſt, quòd dialectica ex probabilibus ratiocinatur, ſapientia alio genere. Item dialecticam in ordinem ſcientiarum non redigimus,quia genus certum non habet, in quo uerſetur,nõ lineas,nõ numeros,nõ proportiones. Præterea nõ de iis quæ per ſe inſint, ſed de iis quę ineſſe uideãtur,accurat. Quamobrem dialectici interrogationibus cõfidenter inceſſunt,quia utrum cõceſſum negatum' ue ſit,rationes habent quibus reſpõdentem aut in laqueos inducant, aut reuincant. Hoc nõ facerent ſi uterẽtur iis,quæ ab omnibus cõceduntur. Etenim impoſſibile eſt de eodem probari contraria: uerbi gratia,de animo ut mortalis immortalisq; ſit. At is qui de monſtrat,alteram partem inſumit probandam,quia nõ interrogat, ſed ueritatem ueſtigat. Quo circa ſi quis moueri ſemper animum negauerit,& alteram partem conceſſerit,dimittetur ſtatim, nec præterea fatigabitur percunctationibus.

¶ *An interrogatio aliqua demonſtrationi conueniat.* Caput XXV.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SEd quæro num ſit quando interrogare debeat quod demonſtrat? & num interrogatio aliqua ſit, quę ſcientiam pariat? quemadmodum aliqua captioſa & aliqua dialectica eſt. Soluitur. Ratio eſt ut quemadmodum propoſitio aliqua, ita & interrogatio aliqua quæ demonſtrationi obſeruiat, habeatur. Nō tamen interrogatio omnis, ſicut neq; omnis propoſitio ad demonſtrandum appoſita eſt: ſed ſolum ea de qua ſyllogiſmus quacunq; ſcientia proprius nectitur. Hanc tu ſi paulum cōmutaris, interrogationem ſcitam efficies. Interrogabit uero geometra nō ut de reſponſo propoſitionem ad ſyllogiſmum proprium corroget (nam propoſitionem illam habere intus poteſt, etiam ſi ab alio nō condiſcat) ſed ut pertentaturus aliquos, qui eandem profiteantur artem, ad id quod uult efficere, interrogando perueniat. Alioquin nō ſemper interroganti reſpōdendum, nec ſemper ſubeunda diſputatio eſt. Sed geometricæ roganti geometricæ reſpōdendum nō muſicæ, & muſicæ agēti muſicus, nō geometra reſpōdeat. Sed quæri aſſolet, num quæ arithmetica interrogatio pertinere ad muſicam poſſit? aut naturalis ad medicinam? aut perſpectiua ad geometriam? Et uideri poteſt pertinere: nam ex arithmeticis principiis in muſica tractatus multi habentur: & ex geometricis in perſpectiua. Solutio eſt: In his reſpōdendum eſſe etiam ad ea quoad uiciſſim cum ſcientiis generalioribus communicant. Ad principia nō reſpondendum, neq; ad quamcunq; rogationem quemadmodum ſupra dictum eſt. Itaq; conſtat ſi geometra coarguitur, quod totū in duas partes nō ſecuerit, nō ut geometra inceſſitur, ſed ut is quem cum imperitia muſices geometram eſſe contingat. Cum iis igitur qui geometriam neſciunt de geometria diſputandum nō eſt. Nec enim intelligere aliquis poteſt recta captioſa' ue diſputatio ſit, ſi id de quo diſputatur, ignoret. Nec quemadmodum earum rerum quę probabiles tantum & perſuaſibiles ſunt, ita earum quę ſcienter tractantur, adhibere imperitos iudices poſſumus. Imperitorum autem duæ habentur ſummæ formæ: una eorum qui de re omnino nihil intelligunt: altera eorum qui intelligunt quidem aliquid, ſed contra quàm ſit, & deprauate. Ita uterq; imperitus geometriæ fuerit, & qui nihil de lineis æque diſtantibus nouerit, & qui coire illas poſſe crediderit. Atq; hæc imperitia quāquam geometrica poteſt dici ratione una, quod ſuper re geometrica eſt, quæ recte intelligi poſſit: tamen longe difficilior priore, & magis etiam uaria atque multiplex eſt. Sed quemadmodum difficilior uideatur, & quot modis contingat, demum qua ratione obuiam ei eundum occurendumq; ſit, proceſſu docebimus.

Commendatio Matheſeos, & quid ſit ſyllogiſmum ampliari in directum, in latus, per media. Caput XXVI.

IN matheſi obratiocinatio (ſic enim parologiſmum interpreter) nō adæque cōmittitur. Nam medium in his ſemper duplicem habet reſpōſum, ſeu homonymum, ſeu ſynonymum ſumatur. Præfinitum uero certumq; omne eſt, & quoiuſq; appellatio demonſtrationem iuſtam minimo minus penſat. Nam qui nomen circuli audit, continuo circulum contuetur in ſe deſcriptum afformatumq; animo, nec ad ſignificatum deerat. Sed in illud tantum refertur, quoius & definitionem communit. Quod ſi quædam carminis forma dicitur circulus, tamen ratio circuli quæ à geometra mente concepta eſt, ſuſpicari non patitur circulum eſſe carminis genus. At rationes Dialecticæ nec mediis conſtitutis utuntur, nec in aliquo genere prę ſcripto uerſantur, qualis illa: Scientes diſcunt, qui diſcunt neſciunt, ſcientes igitur neſciunt: nam diſcere dicuntur, & qui ſciunt, & qui docentur. Plane falla tia interim à medio naſcitur, ut ſyllogiſmis iis qui per medium homonymum, ac ſi cognomine dixeris, aſtringuntur. Eſt autem id medium, quod ante complexionem iterum ſumitur. Quare quotiens alio ſignificatu in propoſitione una accipitur, quàm quo auditum in altera eſt, homonymia cōmittitur. Interim oritur ex forma, ut ſiquis duabus affirmatiuis in ſecunda figura utatur, ubi ex utraq; extremitate conſequitur. Si autem fieri non poſſit, ut ex falſis uera cōmonſtrarentur, facile utiq; eſſet quacunq; doctrina reſoluere. Reſoluere appello, uera concluſione poſita, propoſitiones ex quibus confecta ſit, exquirere. Hoc inquam facile factu eſſet, ſi uerum nō niſi de ueris euaderet, quia certa determinataq; haberentur in quę referenda concluſio eſſet. Nunc quamuis ex propoſitionibus ueris, nō niſi uera concluſio exiſtat, nō tamen in contrarium recurrit. Sæpius enim cōcluſio uera ex probabilibus ſumptis elicitur. Atq; hinc difficilis reſolutio eſt,

Animaduerte, quid ꝓprie reſoluere ſit de quo ēt latius hec Ioan. grā.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quoniam perſecutio illa propoſitionum, inueſtigatioq; in immenſum excurrit: quandoquidem infinita probabilia eſſe poſſunt, de quibus uera concluſio eueniat. Porro in hoc Mathematicæ rationes à Dialecticis differunt, quòd hæ faciliores reſolutu quàm Dialecticæ ſunt. Ratio ea, quoniam ad concluſionem probandam falſa non ſumunt. Sed ne uera quidem adhibent omnia, ut quæ aut communia ſint, aut ex accidentium genere: Sed omnes aut ex finitionibus, aut ex iis, quæ per ſe hærent, promuntur. Hæc uero facilia numerari, definiriq; ſunt. Eſt & ſimplicior reſolutio Mathematicarum rationum, reſpectu alio: quia compoſitio earum, & accretio ſimplicior eſt. Nec enim quemadmodum in Dialecticis, ita in Mathematicis duplex earum ampliatio niſitur. Nam Dialecticæ rationes & extrinſecus aſſumendo concluſionibus dilatantur: idq; biſariam. Nam aut *in directum* excurrunt, aut in latus funduntur, & media corrogando aſſumptionibus creſcunt. Mathematicæ alio genere prouehuntur: Quod enim ex prioribus probant inſequentia, ſimulatq; in iis aliquid explicatum demonſtratumq; eſt, aſſuitur inſequens. Hac forma continenter toto opere attenduntur porriguntur q;. Ita uidemus, primo theoremati ſecundum annecti, & tertium ſecundo ſubiungi, & deinceps eadem ſerie reliqua. Mediorum autem nulla in iis corrogatio eſt: igitur hæc propoſitionem aliquam mediatam non ſumunt. Quemadmodū uero in iis ab uno coorta compoſitio eſt, ita reſolutio ad unum procumbit.

¶ *Quemadmodum vna ſcientia vtraq; demonſtratione vtatur, & quamobrem, & vt ſit.* Caput XXVII.

SCire per cauſam duobus modis accipitur: aut quia per medium quoddam ſcitur, nam omne medium cauſa concluſionis elicitæ eſt: aut quia explicatio per cauſam rei, quæ comprobatur, contingat. Priore ſignificatu, ſyllogiſmus per cauſam formatur, quia omnis ratiocinatio utcunque ex medio ſuo exiſtit. Poſteriore per cauſam non omnis ſyllogiſmus deducitur, ſed ſolum is, qui à nobis demonſtratio, id eſt euidens probatio appellatur. Sunt & ſyllogiſmi alii, qui demonſtrationes dicantur, modo cætera quæ requiſimus, habeant. Sed ſyllogiſmum qui de cauſa rei emanat, demonſtrationem quot ita ſit, ſiue quamobrem ſit, dicimus. Qui uero de medio ſolo conſurgit, & de reciprocis tantum conſtat demonſtrationem, ut ſit, ſiue quod ſit, uocamus.

¶ *Alius modus, quo in vna ſcientia vtraque demonſtratio eſt.* Caput XXVIII.

SAne fieri poteſt, ut eadem ſcientia, modo ipſum quamobrem tractet, modo ipſum ut ſit explicet: aliquando eſt, ut diuerſa ſcientia ſit, quæ quamobrem condocet ab ea quæ ut ſit, * demonſtrat. Sed uidemus quemadmodum eadem ſcientia utrūq; attingat. Duplex is eſt: Vnus, hic quem modo exequemur: Quoniam cauſa rei per ſe inſit, neceſſe eſt, & propinqua ſit rei quoius eſt cauſa. Syllogiſmus qui per propoſitiones mediatas abſoluitur, fere demonſtrat ut ſit: qui uero per immediatas magna ex parte, quamobrem ſit, declarat. Vt aſtronomus, quom probat auſtrales ſtellas ocyus quàm aquilonias demergi, per id quod aquilonię mouentur minore ſegmento, demonſtratio quamobrem eſt: quia per cauſam rei proximam & adiunctam exprimitur. Quom uero eandem concluſionem confirmat, per id quòd ſtellæ meridionales à ſeptentrione plus diſtant, quanquam uerum ex ueris addicit: non tamen per cauſam propinquam & ſummam oſtendit. Eodem modo in ſcientia naturali, quotiens immortalitas animi de motu eius interiore & indigete approbatur, tum remota & interpollata demonſtratio fit. Quotiens uero per id quòd animus uitalitatis initium ſit, exordio fineq; uindicat, tum iuncta & continens demonſtratio eſt. Qui fruges item arboreſque probat non ſpirare de eo quòd animalia non ſint, de longinquo collimat. At qui de eo id demonſtrat, quia deſit iis pulmo, rationem immediatam attingit. Nec enim quòd quæ res animal non ſit, proxima cauſa eſt, ut non reſpiret: alioquin retrorſum commearet, ut quod quid animal eſſet, proxima cauſa diceretur quod ſpiraret. Atqui multa ſunt animalia, quæ nihilominus animam non trahant, ut quæ uocantur *inſecta*. Sed proxima, ut dixi, cauſa, ut non ſpiretur, eſt carere ſpirabili uiſcere. Certe animal non eſſe abiuncta & longe petita ratio ui-

* Hoc idē ſuperius capitu. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

detur, quòd frutices non ſpirent: quia ſpirare animal prædicatio hians mediataq; eſt, nec niſi interuentu eius, quod eſt pulmonem habere, coaleſcit, oppletur ue. Proinde quom ſtirpes non ſpirare dicuntur quod animalia non ſint, ſuperlatio in cauſa reddenda committitur. Idem peccat Anacharſis, cum percunctantibus cauſam quòd in terra Scythia tibicines nulli eſſent: Reſpondit, quia uitem non ferret. Remotiſſima hæc ſane cauſa, nam proxima erat, quia temulenti Scythæ nõ fierent. Cauſa huius quia temetum nõ haberent, huius quia uites eſſent iis negatæ. In ſecunda[b] etiam figura ſyllogiſmi per cauſam remotam ducũtur, ut in exemplis his, quorum modo habita mentio eſt. Quom enim animal de omni quod reſpirat dicatur, planta de nullo, relinquitur ut plantæ nõ reſpirent. Et quom uites tantũ datæ iis ſint, quibus tibicinium, Scythis non ſint datæ, reſtat ut Scythis tibiarum uſus deſit.

[a] *Huius loci fidelis interpretatio hæc eſt. poſteriore ſignificatu non omnis: ſed qui per cauſam rei. iſtius autem modi ſolum is eſt: quem proprie demonſtratiuum appellamus. nam & alter demonſtratiuus eſt. ſic enim ait.* Κατὰ τόδ' ἄτερον δὲ οὐχ ἅπας, ἀλλ' ὁδὶ ἁ τῆς αἰτίας τοῦ πράγματος τοιοῦτος δ' ἐμόνος, ὃν κυρίως ἀποδεικτικὸν ἐλέγομεν. ἐπεὶ λέγεται καὶ ὁ ἕτερος ἀποδεικτικός.

[b] *Si concluſio ſyllogiſmi qui remotam cauſam ducitur affirmatiua fuerit in prima tantum figura dicit Ioan. Gramma. duci poteſt quod ſit negatiua: commode in ſecunda figura, in prima enim non concluditur immediate propoſita concluſio niſi minoretur concluſio conuertantur cuius rei cauſam exponit ipſe hoc in loco.*

¶ *Quemadmodum altera demonſtratio in altera ſcientia habeatur.* Caput XXIX.

ALius modus, quo eadem ſcientia, & ut ſit, & quod ita ſit, demonſtrat, eſt quotiens rationes duas immediatas quidem illas, ſed alteram à cauſa, alteram à ſigno cõmunit. Qui enim argumẽto quòd peperit, probat mulierem lacteſcere, cauſam quòd ita ſit edocet. At qui retro agit peperiſſe dicens quia lacteſcat, utitur demonſtratione quod eſt. Item qui crementum lunæ ex plenitudine orbis demonſtrat, cauſam quod ita ſit declarat. Qui uero uice inuerſa id probat, expoſitionem inſtituit rei quod eſt. Ac ſæpe quidem contingit ut cauſæ & ſigna reciprocent, & inuicem probentur, ita ut quemadmodum à ſigno in cauſam ſubitur (atq; hæc explicatio rei ut ſit, uocatur) ita plerunq; à cauſa in ſignum demonſtratio recurrat. quæ quod ita ſit, ſiue undenam ſit, dicatur. Quom igitur à ſigno argumentum præſtatur, tum ab eo tanquam à notiore quàm cauſa ſit, cõcluſioni fides affertur. Quom uero à cauſa proficiſcitur, tum ab ea tanquam à principio rei procedit. Aliquando ſigna & cauſæ retro nõ cõmeant. Nec enim quia ignes ſunt ſi fumus adſit, etiam fumus adeſt ſi ignes ſint: & quamuis neceſſe ſit, ut quæ peperit cum uiro coierit, nõ tamen retrorſum ualet, quia poteſt coiſſe cum uiro quæ nõ peperit. In iis demonſtratio ut ſit, poteſt ornari, demõſtratio quamobrem nõ poteſt: nam cauſa per ſignum ſemper oſtenditur, ſignum per cauſam nõ ſemper oſtenditur. Quemadmodum itaq; nõ omnes cauſę cum effectibus ſuis reciprocant, ita nec omnia quę reciprocant effectus & cauſæ ſunt: quia fieri poteſt ut eiuſdem cauſæ plura indicia ſint, quæ inuicem recurrant. Cauſæ huius, quod quis febriat ſigna ſunt arteriæ creber pulſus & intentus calor. Signa hæc mutuo ſe aſſerunt, ſed de neutro ſyllogiſmus quamobrem ducitur: de utroq; ſyllogiſmus ut ſit, componitur. Hi modi ſunt, quibus eadem ſcientia demonſtratione quod ita ſit, & demonſtratione quod eſt, tractatur.

Loc' hic illis fauere vĩ qui defendunt regreſſum in demonſtrationibus.

¶ *Qui modus ſit, quo in diuerſis ſcientijs demonſtretur ut ſit, & quamobrem ſit.* Caput XXX.

NVnc aggrediamur ad modos, quibus demonſtrationes illæ in diuerſas ſcientias diſtributæ habentur. Ergo quom ſcientiæ ita uiciſſim ſe habent, ut una alteri ſubdita ſit, ut perſpectiua Geometriæ, machinatio Stereometriæ: Muſica, quæ ab arbitrio aurium conſtat, Muſicæ, quæ in cognitione rationis poſita eſt, eoq; Mathe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

matica dicitur,Nautica Aſtrologiæ. Sunt enim ſcientiæ aliquæ id genus,quæ quaſi ſynonymæ ſunt,nec definitionem omnino diuerſam obtineant. Quamobrem Harmonicus dicitur: & qui muſicem aurium,& qui mathematicam muſicé nouit.Quom inquam inter ſe ordine hoc ſcientiæ fuerint,demõſtratio ut ſit ad ſcientias ſenſilium facier:demõſtratio quamobrem,ad ſpectatiuas & mathematicas pertinebit. Nam mathematici cauſas habent perſpectas, ſit, nõ ſit, plurimũ neſciunt.Nam & qui uniuerſalia contemplantur,ignorant ſingularia,quia de iis perinde nõ cogitant. Aequidem à mathematicis didici ſummam chordam reſponſum & cõſonantiam habere cum media,ſed ſentire conſonantiam nõ poſſum, quia uſu eius artis & exercitatione deficior. In plenum ſcientiæ,quæ magis mathematicæ ſunt,id eſt quæ in inſpectione rerum amplius uerſantur,& quæ formis citra materia & ſubiectum utuntur, ipſum quamobrem, ſemper oſtendunt: qualis geometria reſpectu optices eſt. Geometra enim quæ lineis rectis propria ſint, tantum ſumit has,quanquam actu à rebus auocare nõ poteſt,tamé genere quodá abiungit.Nam omne rectum aut in ære,aut in lapide,aut in ligno demum aliquo ſtrato recipitur.Sed artifex id nõ ut in aliquo horum cõtinetur,ueſtigat,ſed ut ſeorſum habetur,& abductũ à rebus , ſed perſpectiuus rectam lineam accipit,quæ aut in amuſſi, aut in æs inciſa cernatur. Ac ſunt quidem aliqua quibus tractandis ſcientia naturalis ad perſpectiuam eo modo ſe habet,quo hęc ad Geometriam,ut ratio arquus cœleſtis. Naturalis definit arquum , ut ſit aſpectus ex tali nube in ſolem refractus: ſed quamobrem tali forma,tali colore uiſatur, perſpectiuus abſoluit. Sunt autem ſcientiæ, quarum etiam ſi altera ſub altera nõ reponitur,eodem tamen modo proximæ inuicem uidentur,ut medicina & geometria. Nam ſcire uulnera orbicularia tardius ſolideſcere, ad medicum pertinet, ſed undenam ad geometram.

Καὶ τὴν ναυτικὴν ἀστρολογὶαν , πρὸς τὴν μαθηματικήν.

hoc ē, & nautica Aſtrologia aſtrologie mathematica

¶ *Quæ figura ſyllogiſmi aptiſsima demonſtrationibus ſit.* Caput XXXI.

EIgurarum prima ad ſcientiam accõmodatiſſima eſt. Nam & mathematici rationes ſuas ſecundum illam texunt,Arithmetici,Geometræ,Perſpectiui: poſtremo quicunq; demõſtrationem quod ita ſit,frequentant. Nam mediæ figuræ uſus rarus, & in pauca idoneus. Amat enim cauſa per affirmationem oſtendi.Quom ergo notícia quamobrem potiſſima ſit , efficitur , ut figura hæc ad ſcientiam quærendam aptiſſima uideatur. Sed ad cognoſcendos fines cõmodiſſima eadem eſt, immo ad genus hoc ſola perducit.Nam definitiones uerbis uniuerſalibus & affirmantibus cõſtant. In media figura cõplexio negatiua concipitur,in poſtrema particularis. Præterea mediatas propoſitiones ad immediatas nõ alia figura quàm prima reducimus. Nam eadem figura continenter propoſitio mediata ad immediatam refertur,qua primum cœpit aſtringi,nec in ſecũda,affirmatiua,nec in ſumma uniuerſalis cõcluditur.Ita cõſtat per has figuras mediatam ad immediatam ſolui nõ poſſe.Immediatæ porro nõ omnes affirmatiuæ,ſed & negatiuæ aliquę habẽtur:æque enim immediatę ſunt omnes,quæ ſyllogiſmo cõfirmari nõ habent,quales negatiuæ illæ ſunt,in quibus de neutro termino affirmari aliquod genus poteſt.Nam in talibus uterq; ab altero citra medium remouetur. Si enim medium aliquod ſtatuatur, neceſſarium ſit illud de altero termino affirmari, atque ita per id terminus ſubiectus à prædicato contrá ue abiunctis ſyllogiſmo probabitur.

Id eſt definitiones.

¶ *De ſyllogiſmo imperitiæ,ignorantiæ ue.* Caput XXXII.

AVnc id diligentius exquiratur de quo ſupra,neſcio quid præſumpſimũs, duas eſſe ſpecies imperitię,una quom aliquoius rei penitus rudes,ignariq; ſumus,ut pueri cõcluſionis eius,Triangulum duobus rectis pares habere.Atq; hęc nobis dimittenda eſt,nihil enim contemplationis artificioſæ in ea cõperias. Altera ſpecies imperitiæ eſt,quæ affectionis uocatur:quom quis rudis quidem nõ eſt,ſed falſam eius rei ſcientiam obtinet: ut ſi triangulum habere tres angulos duobus rectis maiores aut minores exiſtimet. Dicitur autem imperitia hæc affectionis , quia quom contingit , animus perſuaſione quadam affectus & formatus uidetur. Putat enim ſe id ſcire quod neſcit. Hæc igitur imperitia, aut earum rerum eſt,quæ immediatæ iunctæq; ſunt,nõ ſunt : aut earum quæ per aliquod me-

Cap. 25

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dium poſſunt offendi. In utroq; autem genere bipartita eſt. nam aut per ſyllogiſmum contingit, aut per ſimplicem apprenſionem imbibitur, ut triangulum duos rect s angulos non habere, aut diametrum cõmenſurabilem eſſe cum coſta. Nam in iis etiam ſine ſyllogiſmo corruere poſſumus. Qualis enim in ſenſu error, allucinatio & obauditio eſt, talis in mente apprenſio & opinatio falſa conſurgit. Solemus & ratione aliqua mentita captioſaq; dedici. Atq; hoc uariis & pluſculis modis contingit: nam & ſyllogiſmorum formæ multiplices ſunt, eorum præcipue qui paralogiſmi dicuntur: in quos facile ſit quem collabi. Ergo id quod immediate aut mediate nõ ineſt, ut ineſſe per ſyllogiſmum credatur, in prima tantum figura poteſt accidere. Vt enim quotiens aliquid uere uniuerſaliter negatur, ſeria demonſtratio in alia figura quam prima deduci non poteſt: ita & quotiens aliquid falſo uniuerſaliter negatur, ratio mentiens alia figura non texitur. Et hæc cauſa eſt, quamobrẽ imperitia hęc teterrima & ſtolidiſſima ſit: quia ſibi perſuaſionem ſcientiæ arrogat, & proprietates eius aſciſcit, ac uendicat, quod & accepta uniuerſaliter eſt & regulis ſcientiæ uſa. Quæ uero mediate in aliquo immediate ue continentur, non contineri putare, ſyllogiſmo prima & ſecunda figura contingit. Proinde interim binæ ſumuntur falſæ, interim altera. Sed quando & qnemadmodum utrunq; genus eueniat, ab Ariſtotele ipſo peti uolumus. Nos ſi perſequeremur omnia, inferemus offenſionem adeuntibus hæc.

¶ *Quemadmodum ſyllogiſmo imperitiæ occurratur.* Caput XXXIII.

ILluc potius conferenda oratio eſt, ut doceamus ſolere propoſitionibus falſis, è quibus obratiocinationes hæ, id eſt paralogiſmi ducuntur, reſiſti non opponendo diſperata, aut particulariter reſellendo, ſed contraria obiiciendo, & uniuerſaliter conſutando. Ex iis enim conceſſis & ueritas aſſeretur, & id quod errori contrarium eſt uendicabitur. Nam deceptionem ita ſumere poſſumus, ut per eam contrarium demeremus. Ac dialecticus quidem etiam particulariter occurret, quippe quoi concluſio aliqua uniuerſalis propoſita non ſit: demonſtrator ſemper reprenſiones uniuerſaliter afferet.

¶ *Abolito ſenſu aliquo, ſcientiam illius ſenſus aboleri.* Caput XXXIIII.

MAniſeſtum uero eſt ſiquis ſenſus defecerit, ſcientiam generum eorum quę ſub ſenſum illum cadunt, neceſſario defecturam, ita ut ab eo, quoi deeſt, quæri & capi nõ poſſit. Hoc ſic inſtruimus: Si uerum eſt quicquid condiſcitur, aut inductione, aut demonſtratione condiſci. Demonſtratio autem uniuerſalibus, inductio particularibus conſtat. Fieri nequit, ut ſenſilium generum uniuerſales notiones ſcruteris, niſi ea per inductionem perſpecta & cognita habeas. Inducendis porro ſenſilibus qui poteſt is uti lere, qui deminutus ſit ſenſu quo illa noſcuntur? Quom ergo neq; ex uniuerſalibus quicquam ſciri poſſit ſine inductione, neque inductio ſine ſenſu abſolui, nulla ei uia relinquitur, qua ſcientiam capiat. Nam & illa quæ per abiunctionem à materia nominantur abſtracta, quanquam longe à ſenſu uidentur remota, tamen auxilio ſenſus & inductione faciliora & euidentiora diſcentibus redduntur. Superficiem longitudinem, latitudinem, & cæteros menſus ſeorſum haberi facile credimus, quom fides inductionis accedit. nam triangulum tribus lateribus claudi, fere aut ſenſus aut inductio comprobat. Nam tametſi hæc neque reuera exolui à materia, neque ſeparatim poſſunt conſiſtere, tum ea inductionis uis eſt, ut quod quoique horum per ſe ingenitum ſit, comitatu ſenſus exploret.

¶ *Quid ſit prædicari per aliud, ſeu per accidens.* Caput XXXV.

QVoniam uero ſæpiſſime teſtati ſumus, eum qui demonſtrat ſemper ſumere quæ dicantur per ſe, dialecticum non ſemper, ſed interim quæ per accidens prædicentur, modo probabiliora notioraq; uideantur, quam ea quæ inſunt per ſe: definiendæ nobis formæ ſunt, quibus aliquid per aliud, aut per accidens prædicari contingit. Sane fuſa & multiplex eius uerbi ſignificatio eſt. Primum corpus per aliud eſſe candidum dicitur, quia per ſuperficiem: & uitis alba per aliud, quia racemos albos obtineat: ſed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de accidente accidens dicatur, per aliud uidebitur dici, ut de candido muſicum. De ſubſtantia quoque allatum per aliud prædicabitur, ſi de numero eorum non ſit, quæ per ſe habentur, ut ſi de homine ruffum aut ſubatrum. Tum uero maxime accidentaria prædicatio eſt, quotiens per uerſo naturæ ordine ſubſtantiam de accidente affertur: ut quom de albo animal dicitur. Nam oratio hæc album eſt animal, differt ab ea quæ eſt, animal eſt album. In eo quod in poſteriore quod ſubiicitur, neque in alio ineſt, neque per aliud conſiſtit, ſed per ſe ſubſtantia eſt. In priore id ſumitur uice ſubiecti, quod ut ſit habet, ab eo quoius eſt accidens. In more itaque dialecticis eſt, quom argumentantur, prædicatis uti probabilibus cognitiſque, nullo diſcrimine. Demonſtratu rus prædicationes inconditas, & præpoſteras, quemadmodum & accidentarias uitabitur: niſi quæ accidentia huiuſmodi ſint, quę quod per ſe inſunt, prędicari etiam per ſe poſſint, de quibus retro monuimus. Atq; omnia hæc fortaſſe de iis, quæ ſuperius nobis expoſita ſunt, conſtant.

¶ An *demonſtrationes in infinitum euadant.* Caput XXXVI.

EXpectat quidem nos diſquiſitio ea, neq; ignobilis, Hercules, neq; ſuperflua. An finitus ſit numerus eorum quæ prædicant de ſubiecto per ſe, an uero ſerie continenti in infinitum hæc exeant. Atque hoc quod dico tale eſt: Conſtituamus ſummum & ultimum ſubiectum eſſe, ubi eſt C, quod de nullo præterea dicatur. Sed de quo id ubi eſt B, primum immediatæq; prædicetur. De B ubi eſt D, de D ubi eſt E. Quæro num quando neceſſe ſit, ut extractio hæc procumbat, an in immenſum ſit caſura? Ita ut de E prędicari ſubinde F poſſit, de F iterum G, idq; in infinitum abeat. Sitq; prędicatorum uis inexhauſta, & inconſumpta, quæ identidem ſupperant. Atq; hæc prima nobis quæſtio ponitur. Secunda eſt huiuſmodi: Fingamus, ſeu ſubiectum ſit, A tale eſſe, ut de ipſo nihil dicatur. Sed ut prędicatum primum, ſupremumq; ſit tum, ut A immediate inſit: in F rurſum, F ut inſit in E: deinceps ut E inſit in G. Quæro num ratio hæc ceſſet, an egredi in infinitum ſit neceſſe? Nec aliquod ſubiectum inuenire ſit, quod non obiter de alio prædicetur. Differt uero conſideratio hęc à priore: quoniam in ea id quæritur, an prædicata infinito aſcenſu, in hac id agitur, an ſubiecta deſcenſu infinito ſuppeditent. Tertio quæſtio eſt, conſtitutis extremis, primo prædicato, & ſummo ſubiecto, utrum infinita interueniant media, ut ſi in propoſitionibus ſumptis medius ſemper aliquis terminus ſit, qui cõmittat ne quod prædicatum ſubiecto proxime innexum & continens uideatur. Atq; hoc nihil aliud eſt, quàm quærere an demonſtrationes progreſſione infinita utantur, ideſt an infinita obire habeant qui demonſtrant, ita ut quicquid ad probationem alterius ſumitur, ipſum quoq; ab alio probari neceſſe ſit. An uerius ſit aliquas eſſe immediatas propoſitiones, & ultimos fines, quo ſimul uentum eſt, demonſtratio ſiſtitur. Eadem & in negationibus quæſtio eſt, immediate aliquę habeantur, an contra. Suprà quales immediatæ negationes dicantur, oſtendimus. In recurrentibus uero reciprocantibusq; controuerſiæ, hæ pari modo non tractantur. Non enim ultimo ſubiecto poſito dubitari poteſt, an primum aliquod prædicatum iis ſit. Neq; primo prędicato accepto quærendum eſt, an ſubiectum aliquod ultimum habeatur. Quom enim aliqua inuicem cõmutantur, quicquid de altero quæritur, de utroq; obiter quæritur: & ſi poteſt ſubiectum in his ſummum ſpectari, poterit & prędicatum primum. Nam ſi ultimum ſubiectum conuertas, prædicatum primum efficies.

¶ *Infinita non eſſe media, & ſi in affirmatis hoc verum, in priuatiuis verum.* Caput XXXVII.

INitium itaq; à quæſtione prima ſumendum. Sed ſcire oportet intermedia ſtatui infinita non poſſe, ſi ſurſum ac deorſum uerſus prædicationes decumbunt. Voco ſurſum uerſus, quæ ad uniuerſale: deuerſus, quæ ad particulare potius ceſſant. Si enim quiſquam, conceſſo ut A primum prædicatum ſit, & G ultimum ſubiectũ, defendat media incidere infinita: fieri non poſſet, ut qui cœpiſſet ab A, deſcenderet unquam ad G: & qui ab G ſoluiſſet: ſubiret unquam ad A. ex hoc ſequitur finita extrema non eſſe, quod tamen erat conceſſum. Atque hoc eſt perinde, ac ſiquis numerum dicat ab unitate ad denarium finiri, ſed numeros eſſe, qui interiaceant infinitos. Quemadmodum igitur qui hoc di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ceret, pugnantia diceret, quia inter limites finitos numeri actu infiniti continerentur (Nam eo quod sunt, præceduntq;, non eo quod possunt accipi, infinita euadunt) Ita qui finitos quidem terminos faterentur, sed infinita esse quæ intercederent, crederent, tueri quod fateretur, non possent. Neq; quicquam officit rationi nostræ, quod de sectione continui simile uidetur: quanquã enim ibi extremitatibus terminatis intermedia magnitudo infinite distrahitur: tamen recisamen ta quæ in idem corraduntur antequam acciperentur, actu non erant. Sed hic terminos, qui accepti fuissent præcessisse actu necesse esset, utpote qui in rerum natura sint, etiam non accepti. At in iis quæ diuiduntur, nihil in actu euidentiq; est, antequam cõmutatur diuisio. Quamobrem necessario confit, ut constitutis extremis intermedia in infinitum prodire non possint. Atque hic status non in demonstratione affirmatiua modo, sed & in priuatiua perpetuus est. Nam omnis priuatio negatioq; abiunctione affirmationis ostenditur. Si ergo finitæ affirmationes sunt, finitæ etiam erunt adiunctiones, per quas uegetationibus fides affertur.

¶ *Terminos prædicatos infinitos non esse rationibus logicis probatur.* Caput XXXVIII.

SAtis[a] declaratum uidetur, finitis extremis propositiones in infinitum hiare non posse. Nunc docendum est extrema ipsa utroq; uersus finita esse, primum communioribus argumentis probabimus, non solum prædicata per se, sed utcunq; in infinitum non extrahi. Quom igitur omnium quæ de altero prædicantur, quædam in eo quod est rei esse, quædam genere alio prædicentur. Item alia secundum naturam, id est complexu recto dicantur. Alia præter naturam, id est præpostero. Secundum naturam, quotiens de substantia accidens affertur: Præter naturam, quotiens de accidente substantia. Prædicationes quæ naturalem terminis regionem mutant, ne prædicationum quidem appellatione censemus, eoq; missas hoc loco fieri uolumus: in cæteris uidendum an stent. Ac statim qui dem illa, quæ in eo, quod rei esse est, prædicantur, constat finita esse. Nec enim diffinitio aliqua conualescere inquam posset, si omnia genere continerentur, & definitionem agnoscerent. Nam ne generum quidem quisquam definitiones unquam reponeret, si semper genus aliud suppeteret, quod sine definitione cognosci nõ posset. Ita nunquam neq; initium neq; summa tenebitur. Alioquin definire omnia nõ sit possibile, quia infinita exigi aut continuari nõ possunt. Ex his dilucet in finitionibus prædicata certo numero comprehendi. Nunc idem de accidẽtibus mõstrandum. Palam est accidẽtia quæ de subiecta substãtia prædicãtur, aut quod qualitates sunt prædicari, aut quod quãtitates, aut quod ad aliquid relata, aut quod actiones, aut quod passiones, aut quod aliquem habitum præferunt, aut quod aliquem locum designant, aut quod aliquod tempus ostẽdunt: atq; hoc quotiens unum uni cõfertur. Nam & album dicimus pedale esse, & inambulantem loqui, & duplionem numerum parem esse. Sed prædicationes hæ uidẽtur omnes, ut paulo ante dixi per accidens. Nam quom album dicimus, pedale nihil afferimus, quod ipsum per se tãta magnitudine cõsistat: sed lignum id lapis ue est, in quo album ineft. Portenta illa Hercules sunt, quæ aliqui autumant albedinem, nigritiam, ruborem, numerum, ambulationem doctrinam seorsum à rebus stare. Ergo quod diximus, omne accidens de subsstantia prædicari, certum est, quæ uero de subsstantia prædicantur, omnia sunt finita. Nam decem genera certis utrinque finibus includuntur.

[a] *Cur rationes hæ logice appellentur, duplicem affert Ioan. Gramma. expositionem: Altera est Alexan. ob id scilicet quia vnum supponit quod non probat scilicet quod definitio sit, similiter & demonstratio: Altera vero est Philosophi qui ait logicas appellari quia communes sunt, & aliis multa possunt accommodari: in quam sententiam descendere videtur Themi.*

¶ *De eodem rationibus proprijs, terminosq; subiectos non exire in immensum.* Caput XXXIX.

HActenus logicis & communibus argumentis, nunc pressius ac resolutius indicabitur, terminos prædicatos aut subiectos in demonstrationibus, de quo modo agitur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

agitur,in infinitum attineri nõ poſſe.Demonſtrationes ducuntur ex iis quæ per ſe adſunt.Quæ per ſe adſunt,bifariam accipere eſt.Nam & quæ in definitionibus collocantur,per ſe dicuntur,ut multitudo,& quantitas numero. Et accidentia quæ ſubiectis ſuis definiuntur, ut numero impar. Neutrum genus in infinitum attenditur. Nec enim ſi impar de numero dicitur, neceſſe eſt ut de impari aliud quicquam obiter prædicetur, nec ut impar in definitionem illius addatur. Quemadmodum numerus in definitionem imparis cadit. Semper enim termini,qui hac forma prædicantur, anguſtiores quàm ſubiecta ſumuntur, tandemq; attenuati impendio cõminutiq;, ad iudiuiduum recidunt. Nam quemadmodum arctius eſt impar quàm numerus, ita id quod de impari prædicabitur, contractius quàm impar ſit oportet. Ergo[a] prædicationes hæ aut ratione,quam diximus, conſiſtent, aut quia quicquid de impari prædicabitur, de numero quoq; prædicari neceſſe erit. Demum quæcunq; ineſſe terminis dicentur,eadem ineſſe ſubiecto fatendum. Ita in definitionibus eorum omnium adhibebitur numerus:infinita igitur per ſe inerunt numero,& definitiones infinitas numerus obibit. Sed ea,quæ per ſe inſunt,infinita eſſe non poſſunt:quia hæc ſimul actu eſſe neceſſarium foret concedere. Præterea[b] fieri nequit, ut accidenti per ſe,aliquid per ſe inhæreat: alioquin accidens natura quædam ſubiecta & ſubſtantia uidetur eſſe.Sed ne illa quoq; infinita conſtitui poſſunt,quæ in definitionibus prędicantur:quia nullius rei definitio teneretur.Quamobrem late patet nec demõſtrationes abire in infinitum,nec omnia eſſe talia,ut demonſtrari uendicariq; habeant,quod nõnullis uiſum diximus inter initia.Nam ſi nõ ſemper,nec in omni propoſitione medium terminum accipere eſt,ſed ſimul ad propoſitiones immediatas deuenimus, ſcrutinium & perſecutio definit, non poteſt defendi cadere in demonſtrationem omnia. Probatum enim ſuperius eſt definitis extremis, quæ interſtitium obtinent neceſſario finita intelligi. Demonſtrationes autem in infinitum non euadent, niſi innumerabiles termini præſto ſint,& quaſi habeantur ad manum,qui continenter afferri poſſint ad concludendum ſequentia.

Prima hæc rõ eſt Alexan.vt Philop.ait nõ Ariſto.

[a] *Ariſto.hanc rationem adducens,tantummodo ad hoc ducit incommodi:quod ſequatur vni infinita ineſſe,non tamen probat cur hoc impoſsibile ſit. Alexan. autem (vt tradit Phil.) ob id eſſe impoſsibile ait,quia ſequitur ex eo eſſe actu infinitum,& ipſum videtur inſequi Themi.Aly atta men id eſſe impoſsibile aiunt:quia in definitionibus aliquibus opus eſſet infinita aſſumere:quia ſem per priora in definitione Poſteriorum.Ipſe vero Philop.ea de cauſa eſſe impoſsibile dixit quia ſequitur nullius rei perfectam haberi poſſe cognitionem,perfecta enim rei cognitio eſt: qua omnia per ſe naturæ illius inherentia comprehendimus.*

[b] *Hoc dubium valde videtur quod hæc aſſerit Themi. ex eo enim deſtrui videtur ratio vniuerſa ſcientiæ mathematicæ enim demonſtrationes accidentia per ſe demonſtrant figurarum, & numerorum:quæ itidem ſunt accidentia.nec Ariſto.hanc rationem affert.*

¶ *Demonſtrationem vniuerſalem præſtare particulari.* Caput XL.

VIdeamus nunc demonſtratio uniuerſalis particulari potior ſit, nec ne. Sed prius eſt ut afferamus ea,quibus particularis poſſit uideri potior.Quod particulare eſt, per ſe amplius conſiſtit, & euidentius homini eſt:nam qui priuata cõmentatione Calliam rationabile animal eſſe intelligit, exquiſitius noſſe id uidetur, quàm qui cõmuni ratiocinatione aſſecutus id noticiæ ſit,quia ſcilicet omnem hominem eſſe animal rationabile ſcierit. Res enim per demonſtrationem particularem,uti eſt, ita cognoſcitur, per uniuerſalem dũtaxat in cõmune. Præterea uniuerſalis nulla ſoliditas eſt, particularis aliqua eſt. Sed enim potior demonſtratio earum rerum habenda quæ ſunt, quàm earum quæ nõ ſunt. Iam errores nullibi frequẽtiores, quàm circa uniuerſale, ut de quo ceu â ſingularibus abiuncto demõſtrationes procedant. Contrà quod particulare eſt,uſurpatur uiſu,& quaſi manu tenetur, demõſtrationes de eo nihil falſi, nihil inconſtantis enunciant. Sed rationes hæ quanquam uidẽtur plauſibiliter dici, nõ tamẽ labore multo reprehenduntur. Ac primum quidem nota per ſe uniuerſali, quàm particulari iunctius inhæret. Nam rectos habere duos ex eo potius intelligitur,quòd per ſe triangulus eſt,quàm quòd æquipedus aut ſcalenus. Et de uniuerſali tanquam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de eo quod ſit, demonſtratio nectitur. Nec enim appellatio uniuerſalium homonyma eſt, neque merum iis uocabulum reſpõdet: ſed hypoſtaſis etiam aliqua, id eſt cõfirmatio euidentiaq́; nõ tamen abiuncta: quemadmodum neq; accidentibus, ſed quæ in ſingularibus, poſita re, ab ſe cõſpicua ſit. Deinde cõtinentur in ſingularibus pluſcula, quæ natura uniuerſali, nõ particulari ſunt deſumpta, ut rationabilitas Socrati, nec enim qua Socrates eſt, ſed qua homo rationabile animal Socrates eſt. Item illa optimatior demõſtratio eſt, quæ à potiore cauſa trahitur, ſed potior & amplior cauſa uniuerſale quàm particulare eſt. Nam quæſtio & inueſtigatio, quamobrem quicque ſit ad uniuerſale ceſſat. Exempli gratia: Quæritur quamobrem in triangulo exteriores anguli, quatuor rectis pares habẽtur? Reſpõdetur: quia ſublitius nõ eſt ſatis, quia ſcalenus, neq; hoc itidem ſatis, quia triãgulus nihil facit, quia figura rectilinea eſt, nihil ſupererit ad demõſtrandum, quod uelis. Huc accedit quod demõſtratio particularis fere infinitorum eſt: ſunt enim particularia ad numerum infinita; uniuerſalis finitorum. Item illa præſtantior demõſtratio eſt, per quam uberius & locupletius ſcitur: per uniuerſalem ſcire locupletius contingit. Item quãto uniuerſalior demõſtratio eſt, tãto ex immediatoribus ſcientia patitur. Item qui uniuerſale agnoſcit: potẽtia, & particulare agnoſcit: nec retroagitur, ut qui particulare intelligit, cõtinuo & illud intelligat. Poſtremo uniuerſale rationis, & animi eſt, Particulare alumnum eſt ſenſus. Per hæc probatum uidetur, demonſtrationem uniuerſalem antiſtare particulari.

¶ *Demonſtrationem affirmatiuam præſtare negatiuæ.* Caput XLI.

AVnc docendum demonſtrationem affirmatiuam, negatiuam ſuperiorem eſſe. Affirmatiua præſidio negatiuæ non indiget, Negatiua ſine uſu affirmatiuæ nõ conſtat. Proinde demõſtratio ex ſolis negationibus texta nihil efficit. Affirmatio etiam prior & ſimplicior negatione eſt.

¶ *Demonſtrationem aſſertoriam potiorem eſſe ducente ad incommodum.* Caput XLII.

POtior quoque demonſtratio ea eſt quæ aſſertoria, quam quæ ducens ad incõmodum uocatur. Aſſertoria dicitur, quæ id quod propoſitum initio eſt, cõmentatione recta cõcludit: Ducens incõmodum, quæ cõtrarium eius, quod tuetur, intendit. Quo facile reprehenſo, infirmatoq́;, tum ad quæſtionem propoſitam cõmeat. Aſſertoria ſimplex & impromiſcua eſt, quia ſolum ex propoſitionibus nectitur: altera multiplex, & miſcelanea, ut quæ hypotheticas etiam corroget.

¶ *Quot modis ſcientia prior & certior alia ſit, item quæ una quæ diuerſa.* Caput XLIII.

SCientia prior & certior alia multifariam dicitur: Vno modo, ſi hęc per ipſum, quã obrem cõfirmet ut ſit: Illa tãtum demõſtret quod eſt. Atq; ita nõ ex primis, ſed ex ſequẽtibus, & ſignis oſtendat. Alio modo ſi hæc intelligibilium & uniuerſalium generum ſit: illa ſenſilium. Quomodo habet arithmetica ad muſicem, geometria ad opticem: demum omnes ſuperiores ad ſubditas. Tertio modo ſi ſimplicioribus principiis hæc utatur: illa quaſi cõnexis & iunctis. Hac forma arithmetica, quam geometria certior uidetur. Nam arithmeticæ unitas pro principio eſt, geometriæ pũctus: ſed unitas ſitu caret, pũcto adiungitur ſitus. Illo modo & geometria, quàm aſtrologia exquiſitior eſt. Illa ſimpliciter accipit corpus, aſtrologia nõ ſimpliciter corpus, ſed quod mouetur circumagituráq;. Scientia una dicitur, quę affectiones per ſe unius generis cõtemplatur. Vnũ genus eſt, quoius eadẽ prima principia ſunt: una ergo ſciẽtia geometria, ſtereometriaq́; eſt. Diuerſę ſciẽtiæ appellãtur, quarũ diuerſa principia ſunt, nõ quę de principiis alterius ortũ habent: ut geometria & perſpectiua. Atq; hoc cõſtare poterit, iis qui aduſq; prima, indemõſtrataq́; ſubierint initia. Si enim nulla iis inter ſe cognatio fuerit, tum ſciẽtiæ probabũtur diuerſæ. Nã principia, quę cũ iis, quę demõſtrantur, eiuſdẽ generis ſunt, ſi nihil cõmune inter ſe habeant, neq; ipſa illa, quæ demonſtrantur, habuerint.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Plures demonſtrationes eiuſdem rei eſſe.* Caput XLIIII.

PLures uero ſuper eandem rem demonſtrationes, & ex pluribus mediis necti contingit, ut ſi aliquid modo ex congeneribus, & quæ ſe recta inuicem comprehendant, modo ex iis quæ alterius ordinis aut generis ſint, addicatur. Ex congeneribus, & quæ ſe recta inuicem amplectantur, quom platanum eſſe ſubſtantiam, aliquando per arborem ceu per mentem, aliquando per plantam, quorum utrũq; ex eodem uerſu ac ſerie eſt, demonſtramus. Ex iis quæ ſequioris ordinis aut generis ſint, quom hominem eſſe ſubſtantiam quandoq; per rationale, quandoq; per bipes oſtendimus. Hęc autem media parte ſe continent uiciſſim, quia utrunq; de altero extremorum generatim affertur.

¶ *Fortuita non ſciri.* Caput XLV.

VErum quæ caſu uiceq; fortuita proueniunt, ſcientia per demonſtrationem attolli non poteſt, quia nec neceſſaria ſunt, quorum temeritas domina eſt, neque textum ſyllogiſmi recipiunt. Nedum uero neceſſarium, ſed ne frequens quidem eſt, quod forte fortuna committitur. At omnis ſyllogiſmus aut ex neceſſariis, aut ex frequentibus trahitur.

¶ *Senſum non eſſe ſcientiam.* Caput XLVI.

AC ne per ſenſum quoq; ornatur demonſtratio, quippe quæ uniuerſalium eſt, ſenſus ad ſingularia pertinet. Si enim cerni oculis poſſet triangulum habere duobus rectis æquales, nondum tamen demonſtratio teneretur concluſionis eius, in qua omne triangulum habere pares duobus rectis exponitur, ſed trianguli huius cognitio tantum ac ſenſus: Aut ſi deliquium lunæ fieri obiectu terræ contueri poſſemus, non tamen in uniuerſum ſciremus omne deliquium lunæ interpoſitu hoc exiſtere, ſed ſolum id quod aſpectus oſtenderet. Sane omnis demonſtratio ueritaſq; à ſenſibus oritur, nec intelligi datur uniuerſale, niſi de multis operibus & functionibus ſenſuum. Nam de particularibus multis uniuerſale reponitur, & euidens redditur. Nec tamen iudicium ueritatis in ſenſibus eſt: nec demonſtratio credi ſenſus aliquis poteſt: quia ſenſus quamobrem quicquam ſit, non poteſt docere, ſed ſemper in cognitione, quod eſt, uerſatur. Expoſitio cauſæ quod ita ſit quicq; tota uniuerſalium eſt, eoq; nõ modo noticiam huius unius defectus, quẽ nunc patitur luna, ſed ſimpliciter omnium continet. Nam interuentus terræ nõ tam huius defectus cauſa eſt, quàm omnium qui poſſint omnibus ſeculis euenire. Quorum itaq; cauſa aliqua eſt, eorum cognitio uniuerſalis nobilior & antiquior eſt, quã ſenſus: neq; ſenſus tantũ, ſed etiam quã ſimplex eorũ, & citra cauſam apprehenſio intellectioq;. ut ſiquis illi cõcluſioni, in triangulo interiores angulos eſſe pares duobus rectis, abſolute fidẽ haberet, nec acceptã referet angulo exteriori, qui cõtrouerſim interioribus reſpondet. Igitur apprehenſio quæ coniuncta cũ cauſa, quamobrem eſt, longe uidetur præſtãtior, quã quę ſeorſum habetur. Diximus autẽ ſupra quorũ cauſa aliqua eſt ut noticia principiorũ eſſet excepta, ut quę uel ſine cauſa extra æmulam optimate ſit eminentia. Sed quęrat aliquis, ſi ſenſus ſcientia nõ eſt, unde fit ut ſenſu defecti deficiatur & ſcientia? An hoc ita intelligẽdũ eſt, nõ ut ſenſus ſciẽtia eſſe poſſit, ſed ut ex ſenſu uniuerſale proficiſci dicatur: intercepto autẽ initio, neceſſe ſit cõſecutionem intercipi. Vt modo addubitari ſolet quamobrem uitrum, ſi ad uerſum ſoli retineatur accendat. Quod ſi lumẽ ſolis foraminibus perſpicuis cõmeans oculi cernerent, tum & uniuerſale & cauſa miraculi huius intellecta eſſet per ſenſum.

τὸσων τοῖ-ναντίον ἕτερον.

hoc eſt quorũ itaq; cã altera eſt. quod qñ intelligaſ lege ea q̃ annotauimus ſecundo huius cap. xi.

¶ *Non omnium eadem principia eſſe.* Caput XLVII.

EAdem autem principia ſcientiarum omnium haberi nõ poſſunt, nec remota, nec proxima. Non proxima, quia quom principia rebus quæ demõſtrantur ſua quibuſq; reſpondeant. Quæ uero demonſtrantur nõ eadem ſint, immo ſæpius & genere differant neceſſe eſt, ut propoſitiones quoq; talium rerum diſcrepent genere:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

propoſitiones enim ex iis quæ per ſe ſunt, conſtant. Alia itaque principia Geometriæ, alia Arithmeticæ ſunt. Adeo autem uiciſſim accõmodari nõ poſſunt, ut neq; hæc de illis dicãtur, ſubiician tur' ue, neq; altera alteris pro medio inferãtur. Cõmunia quoq; & prima principia in omnẽ ſcien tiam nõ intrant, ut omne aut affirmari aut negari neceſſe eſt. Nec enim probari quicquam ex ſo lis iis poteſt, ſed quotiens hæc in demõſtrationem rogãtur, propoſitiones alię propinquæ ac pro prię adhibẽtur. Neq; uero proloquia in ſyllogiſmo ſumũtur uniuerſaliter cõcepta, ſed ad genus aliquod ſubiectum, quaſi contracta. Hoc modo cõmune profatum eſt. Quotiens quatuor momenta comparilia ſunt ordine cõmutato, eaſdem manere proportiones. Vtuntur hoc artes, ſed reſtricto. Geometra quotiens quatuor magnitudines: Arithmeticus quotiens quatuor numeri: Naturalis quotiens quatuor motus, aut quatuor tempora. Deinde ſi principia omnium ſcientiarum eadem forent, neceſſe eſſet numero aliquo comprehenſa dicere, ut elementa: ſed quæq; ſcientia promoueri in immenſum poteſt (multiplex enim concluſionum amplificatio & dilatatio eſt) Ergo principia totidem conſtituere oportet: nõ igitur cõmunia ſuffecerint. Poſtremo ſi eadem principia omnibus conuenirent, ſequeretur ut quicq; ex quoq; eorum demõſtrari cõtingeret. Sed ex muſicis Geometrica demõſtrari nõ poſſunt. Ex iis intelligitur principia, neq; omnium eadem eſſe, neq; penitus aliena, neq; prorſus affinia.

Verba hæc addidit latin' interpres .ſ. ergo principia totidem &c.

¶ *Scientiam differre ab opinione rebus ſubiectis.* Caput XLVIII.

SCitum & ſcientia ab opinione uera, & opinabili differunt. Nam de falſa opinione nulla dubitatio eſt, quin cum ſcientia nihil ſimile habeat. Sed & inter opinionem ueram, & ſcientiam plurimum intereſt. Primum [a] quæ ſubiecta ſcientiæ ſunt ue ceſſaria eſſe oportet, & quæ aliter habere ſe non poſſint: Opinionis quæ ſunt non oportet, ſed hæc aliquãdo poſſunt & mutari. Deinde ſcientia, ut ex neceſſ r is, opinio ut ex poſſibilibus propoſitionibus pendet. Et ita alius modus eſt approbãdi quę op n ur, alius quæ ſciamus. Diſtat ergo ſcientia ab opinione diſcriminibus binis: rebus ſubiectis & g ne re approbandi. Quàm uero de poſſibilibus cõtingentibus' ue opinio ſit, hinc docebimus. Contingentia nec ad ſcientiam pertinent: alioquin nõ poſſent aliter ſe habere Neq; ad intellectum Hoc loco inteilectum appello principium ſcientiæ, quo termini cognoſcuntur. Neq; ad apprehenſionem credulitatem' ue propoſitionum immediatarum, quam quis ſcientiam indemonſtrabilem dixerit. Quod ſi habitus omnes, quibus uera noſcuntur, aut ſcientia, aut intellectus, aut opinio eſt, relinquitur opinionem earum rerum uideri eſſe, quæ ut ueræ ſint, tamen ſecus eſſe poſſunt, ac ſunt. Inconſtans igitur & inſtabilis opinio eſt, quia inſtabilis etiam illa eſt natura, qua utitur ſubiecta. Præterea nemo putat opinari ſe, quæ credit aliter eſſe nõ poſſe quàm ſunt, ſed ſcire opinatur uero tunc quom ita eſſe rem utiq; putat, ſed quæ tamen aliter poſſit.

[a] *Hæc eadem de intellectu habet Themi. ſuperius cap. 7. vbi etiam hæc exponit. & ibidem Philoponus aliam expoſitionem recitat horum verborum: quo termini cognoſcuntur terminos enim ſubſtantias abſtractas exponit: quare lege Philop. vbi locum hunc & ſuperiorem exponit.*

¶ *Scientiam differre ab opinione genere approbandi.* Caput XLIX.

HInc dicendum genus & modum approbãdi, alium in opinando, quàm in ſciendo eſſe. Eadem res ex eiſdem propoſitionibus modo ſcita, modo opinata eſt. Atq; hoc contingit, ſeu ſyllogiſmus quod eſt, ſeu ſyllogiſmus quamobrem fiat. Vnde cubitauerit quis, quod qui ita opinantur nõ etiam ſciant, quando & propoſitiones & ſubiectæ res eædem ſunt. Et quod adæque ſi cognitio hæc ſcientia ſit, illa non ſit. Solutio: Si credunt aliter eſſe propoſitiones nõ poſſe quàm ſunt, nõ opinio, ſed ſcientia hæc dicetur, quia de iis quæ per ſe ſunt, & quæ de ſubſtãtia rei prodeunt, ſcientia nõ opinio adornatur. Sin uero neceſſaria quidem credunt, ſed quę neceſſaria eſſe nõ putent, hęc opinio nõ ſcientia fuerit. Atq; tum circa eaſdem res ſubiectas tantum arbitror, opinio ut ſcientia uerſari uidebitur, ita eiſdem propoſitionibus opinio ut poſſibilibus, ſcientia ut neceſſariis utitur. Quamobrem fieri nõ poteſt ut ſcientia & opinio eædem ſint. Nam & definitiones earum uariant, & modi appro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bandi,credendiq; diſſident.Eodem modo quanquam interim contingit,ut de eadem re,tum uera tum falſa opinio habeatur,nō tamē id eo ualet,ut uera & falſa opinio idem ſit. Alioquin quod firmum conſtansq; eſt,cum fluxo & labili nō poteſt idem eſſe. Nec quod cōmutari nō poteſt in falſum,cum eo quod poteſt.Quapropter nemo unquam opinatur ea quæ ſcit,ne idem ſimul aliter ſe habere poſſe,& neceſſarium credere oporteat. In diuerſis certe uſu uenit, ut eadem res cōprehenſa opinione & ſcientia ſit. Erat opinio in Epicuro quom diceret ſolem deficere,cum luna ſub rotam eius ſubiret,quia putabat aliter quoq; id poſſe. Erat in Hipparcho ſcientia. Sed ut in eandem animam, eodem tempore, de eadem re, cadat opinio & ſcientia, non poteſt contingere. Hactenus de opinione dictum eſt.

¶ *Quid ſolertia ſit.* Caput I.

SOlertia uero eſt ſagax repentinaq; adeptio,& quaſi collimatio medii:ut ſiquis uidens lunam,id quod eius ſpectat ad ſolem, id habere lucidum, reliqua obſcura eſſe,puncto,tempore,cauſam coniectet, quia ſcilicet recipiat ſplendorem à ſole. Aut ſi quempiam numulario aut argentario colloquentem intuitus ſtatim intelligas uerſuram eum facere,& omnino fœneratitiam eſſe cauſam. Ergo is qui ex aſpectu auditu ue extremorum celerrime poteſt perſpicere, quid inter illa ſit medium, hic ſolers & perſpicax dicitur:& uirtuti nomen ſolertiæ inditum,ut quæ reſolutio quædam concluſionis ſit in primas propoſitiones,& uelox quaſi comprehenſio & continuatio medii.

FINIS LIB. PRIMI.

THEMISTII PARAPHRASEOS IN POSTERIORA, LIBER SECUNDUS, *Interprete Hermolao Barbaro.*

¶ *Quatuor eſſe quæſtiones.* Caput I.

BHis conſequens eſt, ut differentias quærendarum rerum tractemus.Nam & quę inueniendis conueniant obiter communi uſu noſcentur. Eadem enim quærendi & inueniendi diſcrimina ſunt. quia quęſtio omnis inuentionis gratia initur.Quærimus ergo aut de ſimplici,ſolitarioq;,aut de compoſito,& quod in complexu orationis ſit. Solitarium & ſimplex intelligo,quod ſeorſum ex uno aliquo decem generum ſumitur:Deum,centaurum,charybdim.Cōpoſitum dico,Vtrum luna deficiat,iuſtum natura,an lege potius & inſtitutione hominum ſtet.Quotiens de ſimplici quęrimus,prima & occurſoria quæſtio eſt,an ſit,ſecunda quid ſit. Nam primū quęrimus,an ſit deus,deinde deus quid ſit. Si de compoſito, & quod in complexu ſerieq; loquendi ſit quęrimus,prima quęſtio eſt,an ſubiecto prędicatum inſit,ſecunda quamobrem quemadmodum inſit. Nam ſimul didicimus lunam deficere, continenter quam ob cauſam deficiat quærimus. Sunt igitur quæſtiones quatuor:An ſit,Quid ſit,An huic illud inſit,Quamobrem inſit. Ex iis unum par ad ſimplicia,unum ad compoſita pertinet. Neq; conturbari quenquam uolumus,quod in commentationibus topicis aliam quæſtionum partitionem ornauimus. Illic enim formæ dialecticarum quæſtionum ſolæ afferuntur, & quæ nō niſi in cōſtructione & cōpoſitione conueniant,tantumq; in iis modus propoſitionum diuerſus uidetur. Cauſa uerbi, An quicquam de altero dicatur,ut genus:an afferatur,ut proprium:an affirmetur,ut accidens: an prædicetur,ut finis. Nam ſi de definitione ritu dialectico agamus, primum ex ea propoſitionem texemus,tum deinde quæſtionem ita formabimus: Eſt ne anima numerus ipſum ſe mouens, ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Xenocrati uidebatur. Sed ſi ad uſum demõſtrationis quæratur, quod ſit rei eſſe, tum quęſtio in modum propoſitionis cõcepta nõ erit. Sed nec quæſtio quamobré poteſt dialectica eſſe quęſtio. Nõ enim is qui ita interrogat, optionem aduerſario dat, ut alteram partem diſperationis accipiat, quia non interrogat captandi coarguendi ue ſtudio, ſed ſciendi quod quærit.

[a] *Græci auctores cauſam reddunt, cur liber ſecundus a quæſtionibus ſumpſerit exordium: quam Themi. breuitatis cauſa omiſit: ea autem eſt hæc: aiunt ipſi intentio libri iſtius eſt de medio demonſtrationis inquirere, quod eſt diffinitio quam vero hæc inquiſitio ſcientiæ demonſtrationis ſit neceſſaria quæſtiones indicant. nam quod omnis medy quod eſt. quæcunque autem quærimus vt ſciamus quærimus: at per demonſtrationem ſcimus ea quæ quærimus: ideo medy inquiſitio ad demonſtrationem ſummæ eſt neceſſaria.*

In omnibus quæſtionibus cauſam quæri. Caput II.

PLane quærentes utrum ſit inane, utrum luna delinquat, uidentur id quærere, utrum teneri aliqua cauſa poſſit, qua inane ſit, & qua luna delinquat. Item is, qui iam ſcit inané in rebus eſſe, & qui iam ſcit lunam delinquere, uidetur ſtatuere ali quam eſſe cauſam, qua inane ſit, & aliquam, qua delinquat luna. Sed ſubinde uult reſcire, qualiſnam ea cauſa ſit. Nimirum id conſtat quom primum inuentum eſt, quid ſit inane, ſimul cõpertam eſſe cauſam, qua inane eſt. Nam definitio, & quod eſt rei eſſe, cauſa eſt ut quicq; ſit. Rurſum [a] agnito quid ſit lunam deficere, ſtatim intelligitur cauſa, qua obſcuratur & offunditur luna. Nam ſi luna iccirco deficit, quia lumẽ eius umbra terræ: in quam incidit, hebetatur, hebetatio luminis cauſa erit defectus. Omnis igitur quæſtio de cauſa eſt, ſiue ob quam res ſimpliciter ſit, ſiue ob quam aliquid in alio adſit. Quod ſi clarius docebimus in iis, quæ quòd ſint, aut quòd talia ſint, ſenſu, cauſa, poteſt cognoſci, nihil quæritur neque ſint, neque quid ſint, neq; qualia ſint, neq; quamobrem ſint. Nam ſi ſuper lunam eſſemus, & oppoſitum illum terræ contueri eſſet, tum neq; ecquid deficeret luna, nec quid eſſet defectus, neq; an accideret lunæ, neq; quamobrem accideret quæreremus. Neq; hoc dico: quia uelim idem eſſe cauſam tenere, & ſenſu percipere, ſed [b] quia per ſenſum nanciſcimur cauſam, & ad ſcientiam ſubimus. Quom ergo quærimus, undenam ſit quicquam, intelligitur exploratum nobis eſſe, quod eſt. Quom uero utimur demonſtratione quod eſt, ſimul quod ita ſit euidenter probamus. Hoc enim demonſtrationis illius potiſſimæ ingenium eſt, ut cõmuni examine utranq; abſoluat cognitionem, & ut ſit, & quamobrem ſit: aut uerum nõ eſt, quod inter exordia notauimus. In demonſtratione medium nõ modo cõcluſionis, ſed & rei quoq; cauſam uideri. Diſſimilis ratio eſt quæſtionum, an ſit & quid ſit, quæ de ſimplicibus quæruntur: nam antequam quid ſit roges, neceſſe eſt fingas, id eſſe quod rogas. Quom uero an ſit quæritur, interim quid ſit obiter cõſtat, interim nõ cõſtat. Sed eſt, quãdo aut ſignum, aut cõſequens ad naturam rei, qua de quæritur demonſtrandam ualeat: ſed accidentia hæc inuentionis, non rei ſunt principia.

[a] *Sic ait Themiſtius.* καὶ πάλιν ὅταν ἐζεύρηκ διατί ὑστερήνκ ἐκλείπει *hoc eſt. rurſum agnito quamobrem luna deficiat.* [b] *Verba Themiſtij ſunt hæc* ἀλλ' ὅτι καὶ ἐντοῦ αἰσθάνεσθαι τὸ κατὰ θόλου ἂν ἐγένετο καὶ τὸ ἐπίστασθαι. *quæ hoc ſonare videntur. Sed quia per ſenſum vniuerſale nanciſcimur & ad ſcientiam &c.*

Non eſſe eiuſdem omnino demonſtrationem, finitionemq;. Caput III.

QVemadmodum quæſtiones compoſitæ monſtrarentur, dictum ſupra eſt, nunc utrum id quod rei eſſe demonſtrari poſſit, uidendum. Sed prius eſt, ut differamus, utrum omnia eodem reſpectu per definitionem & per demonſtrationem ſcire contingat. Dixi eodem reſpectu, quia triangulum eſſe figuram planam tribus lineis comprehenſam, per definitionem accipitur. Triangulum habere duobus rectis æquales, demonſtratione cognoſcitur. Sed primum intelligitur, ut id quod triangulo eſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eſt,alterum ſcitur,ut triangulo accidens. Tractemus igitur quod propoſuimus : Vtrum ſemper cuius demonſtratio eſt, eiuſdem definitio habeatur. Abſurdum id quidem & impoſſibile eſt. Nam & demonſtratio & ad negationes porrigitur,definitio nō porrigitur niſi ad affirmationes. Sed quærat aliquis contrà, utrum quoiuſcunq; afferri definitio poteſt, de eo quoq; demonſtrationem cōſtituere liceat. Impoſſibile eſt & hoc. Nam principia demōſtrationum,& termini primi per definitionem noſcuntur,per demonſtrationem nō poſſunt. alioquin cōquiſitio in infinitum euaderet. Sed reliquum eſt,ut quæramus,utrum aliquoius poſſit reddi definitio,quoius & demonſtratio ſit. Neq; hoc poteſt contingere. Quom enim ex iis,quæ ſuperiore libro diximus,cōſtet,tū demū ſciri quicq; quod poſſit demonſtrari, quom de eo tenetur demōſtratio. Si id quod demōſtrari poteſt p definitionē ſciretur,tū quod demōſtrari poſſet,citra demōſtrationē ſciretur: nihil enim uetat definitionem eius ſeorſum à demōſtratione haberi. Quod qui dicit,nihil poteſt obtuſius. Ita cōficitur nihil eſſe,quoius noticia utroq; genere capiat. Per inductionē quoq; huic aſſertioni fides accedit,quādo nulla eſt definitio,quæ quicquā earū rerū demōſtret,quę aut p ſe, aut p accidens,aut ſimpliciter habeātur. Nā ſi definitio aliquid accipit,quod p ſe inſit,nō propterea p demōſtrationē id accipit. nec enim hominē eſſe animal demōſtrat, ſed cōſtituit nec hominē eſſe rationale cōprobat,ſed tantū ſumit. Præterea definitio uniuerſam rei ſubſtātiam euelat, demonſtratio ea,quæ per ſe inſunt,explicat. Porro dubium nō eſt,quæ per ſe inſunt,ſubſtātiam rei nō eſſe. Item definitio rei qua de agitur,quod ſit rei eſſe,declarat: nulla demōſtratio ad eſſentiam pertingit,aut illam cōcludit,ſed ſubiicit ac præſumit,ut in mathematicis,quid impar, quid unitas ſit. Iam omnis demōſtratio quicquam de quoquam demōſtrat: in definitione nihil eſt quod de aliquo prædicare,neq; animal de greſſili,neq; retrorſum greſſile de animali,neq; figura de plano,neq; cōtra planum de figura. Nam neq; uniuerſali notatione determinatione ue utitur, neq; ſi uteretur uera eſſe poſſet prædicatio. Sed ne de ipſo quoq; homine ſua definitio prædicatur. Non enim homo pars aliqua ſuæ definitionis eſt, quemadmodum omne ſubiectum, ut pars in cōcluſionem confertur. Quod ſiquis ita efferat: Homo eſt animal bipes inceſſile,is nō definitionem,ſed propoſitionem afformat,in qua de homine definitio ſua dicatur. In plenū,quęſtio quid ſit,diuerſa eſt ab omnibus iis quæ per ſe adſunt. Diuerſa inquam alio genere quam quo uniuerſalia demutant ab iis,quæ intra ſe continet triangulus ab æquipedo. Quę uero diuerſa uſq; adeo ſunt,diuerſas etiam rationes habeant, quibus noſcantur, neceſſe eſt. Quamobrem aptiſſimum puto,nihil idem in eodem reſpectu finiri & demonſtrari contingere.

De ipſo hoſe ſua definitio nō ꝓdicatur.

¶ Non poſſe demonſtrari finitionem per ſyllogiſmum duplantem. Caput IIII.

SEd quæritur an definitio aliqua poſſit de re,quę definitur,per demonſtrationem probari: Verbi gratia,quod animal bipes ingreſſibile definitio hominis ſit. Quanquam uero de iis quæ modo retulimus, facilis & abſoluta quæſtionis huius diſcuſſio ſit,tamē opinor digna cōtrouerſia eſt, de qua ſeorſum mentio & cōmentatio aliqua habeatur. Si omnis ſyllogiſmus, aliquid de aliquo,per aliquod ceu medium,conficit,neceſſe eſt ut qui demonſtraturus ſit illum eſſe hominis finem, medium aliquod cooptet,per quod ratiocinationem ſuam deducat. Hoc autem medium,ipſa ſit hominis definitio oportet,ut demonſtratio ad hunc modum fiat : Homo eſt animal mortale capax rationis : Tale animal eſt bipes ingreſſile: Homo igitur bipes ingreſſile eſt. Aliter de eo quod ſit rei eſſe compoſyllogiſmus nō poteſt. Siue enim id quod pro medio accipitur in plura poſſit quàm homo,id eſt quàm minor extremitas,ſiue in pauciora,ſiue & reciprocet; nec tamē in eo,quod ſit rei eſſe,dicatur, Maior extremitas, id eſt definitio ipſa in eo quod ſit rei eſſe prædicari nō poterit. Quod ſi hæc uera ſunt,neceſſe eſt eum,qui de homine quid ſit rei eſſe, demōſtrat, aliud ſumat,quod ſit rei eſſe. Sed unde obſecro ſcieris, animal bipes ingreſſile, de animali mortali rationali in eo quod ſit rei eſſe,prędicari? aut animal mortale rationale de homine? Nō enim ſi ex ſecundo cōſequitur primum,neq; ſi ſecūdum ex tertio,neceſſarium eſt,primum illud definitionem ſecūdi eſſe. Multa adeo ſunt quæ cōſequantur,nec tamē cōſequantur ut definitiones: Genus,differens,propriū, accidens, id quod ſeparari nō poteſt. Si ergo ſimpliciter ſumpſeris primum euenire ex ſecundo, ſecundum ex tertio,nunquam probabitur primum eſſe definitionem tertii,ſed tantum hoc,pri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mum ineſſe tertio utcunq;. Quod ſi duplaueris ſumptum, id eſt ſi ſecundum de tertio nō abſolute, ſed cum adiunctione hac, in eo quod ſit rei eſſe, prædicaueris, tum complexio quidem ſyllogiſmi conficitur, ſed ſumitur quod in quęſtione, diſcuſſioneq; poſitum eſt. Inſtitueras docere definitionem hominis per demonſtrationem addici, ſed ſtatim ſumis ſine demonſtratione aliquam eſſe hominis finitionem. Præterea [a] ſi ita dicatur, nihil obſtabit quo minus definitio una de altera poſſit demonſtrari. quod ab demonſtratione alieniſſimum uidetur.

[a] *Sic ait ipſe græce hoc in loco.* ἔτι οὐδὲν ἧττον καὶ ἕτερος ὁρισμὸς διὰ τοῦ ἑτέρου δειχνύσθω. *quæ aliquem uidentur habere intellectum, ſic enim interpretari poſſunt. Præterea nihil obſtabit: quominus & altera definitio per alteram poſſit demonſtrari: alluſiſſe enim uidetur Themi. his uerbis: rationi quam tradunt: attuliſſe Alexan. in hoc loco. ſi enim (dixit ipſe) unam diffinitionem aſſumis ad alterius demonſtrationem cum ambe ſint pari paſſu eiuſdē rei definitiones eadem etiam ratione alteram ad demonſtrationem prime aſſumere poteris. ex quo ſequitur poſtea quod idem notius erit & ignotius: & alia abſurda multa.*

¶ Non poſſe definitionem probari per ſyllogiſmum diuidentem. Caput V.

SEd ne per diuiſionem quoq; definitio explicatur, quod & in inſtitutione de figuris perſecuti ſumus: [b] quia id, quod ita mōſtratur, quaſi per inductionem mōſtratur. Nec ex certis aut probatis ſeorſum, ſed ex cōceſſis per interrogationem reſpōſionemq; ſequitur. Fere enim tota hęc ratio per uices rogantis, & reſpondentis abſoluitur. Ita uidetur aliud par, aliud quod datum ſit colligi. Ecquid homo animal inanimal'ue eſt? Animal ſumit nō aſſeritur ſyllogiſmo. Rurſus omne animal ecquid greſſile aut aquatile? Datur greſſile, nō probatur. Deinde animal greſſile ecquid bipes, aut multipes eſt? Cōceditur bipes. Tum ratio texitur: Homo eſt animal bipes greſſile. Videri genus hoc totum inter rogationibus & aſſenſionibus eorum, quibus cum inſtituitur cōſtare. Nec enim in eo quicquā ut neceſſarium, ſed ut cōceſſum accipitur. Sed neq; ſiquid ſingulare ſeparatimq; uerum eſt, continuo ſequitur ut iunctum cum aliis uerum ſit. Non enim ſi uerum eſt, ſutorem quem eſſe, & uirum bonum, utique neceſſe eſt eum eſſe ſutorem bonum. Item ut omnia etiam iunctim uera ſint, non tamen in eo, quo ſit rei eſſe, uera ſunt.

[b] *Græce ſic ait Themiſt.* οὐδαμοῦ γὰρ ἐξ ἀνάγκης τοῖς τεθεῖσιν ἕπεται τὸ δεικνύμενον, ὥσπερ οὐδ' ἐν ταῖς ἐπαγωγαῖς, *quorum fidelis interpretatio hæc eſt: nequaquam enim ad ea quæ poſita ſunt ex neceſſitate ſequitur id quod demonſtratur. ſicuti neq; in inductione.*

¶ Diuiſionem conferre ad finiendum. Caput VI.

SAne qui diuiſione utuntur, compendium probationis faciunt. Nam eam quę cōfirmare eſſet neceſſe, ratione rogationis ſumuntur, propterea quod nihil ipſi afferunt ad perſuadendum, ſed eo, quod ſibi dat, qui cum diſputant, quod uolunt demonſtrat. Verbi gratia: Homini animal ineſſe, poteſt per ſenſile ſyllogiſmo exponi greſſile: per aliud quicquam lucrantur hoc laboris qui diuidunt, propterea quod hominem & animal eſſe & greſſile concedit is, qui cum inſtituta diuiſio eſt. Proinde non probari diuiſione, ſed adiuuari finitionem oportet. Nec ſyllogiſmus diuiſio eſt, ſed ratio tamen, qualis docēdi ſicut inductio, hæc ſyllogiſmus dici utiq; non poteſt, ſed quo quomodo aliquid conficit. Vtiliſſima uero diuiſio eſt, quotiens cōmunita his præceptis affertur, ut omnia quæ in eo, quod ſit rei eſſe habentur, contineatur. Vt nihil redundat, nihil deſit, neu quæ tranſiliat ad ultimam ſpeciem. Tranſilit qui animal ſtatim in bipes & multipes diuidit. Nam prior diuiſio erat in uolatile & greſſile. Omittit qui greſſile in bipes & quadrupes diuidit. nam & depes & multipes præteritur. Hac obſeruatione diuiſio uſum ſui aliquem finientibus præſtabit. Nec tamen qui diuidet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

det ratiocinatione ſyllogiſmo ue uti dicetur. Nam quemadmodum in commentationibus iis, in quibus medium uerbis explanatum nō eſt, etiam ſi mēte explanatum euidens nō eſt, quamobrē ſequātur: ita neq; in eo ſyllogiſmo, qui ex diuiſione reponitur. Ac forte quidem ſingula, quæ in ſermonem illum ultro, citroq; habitum incident, probare certis rationibus poſſis, ut animatum hominem eſſe, quia nō animæ: & rationale, quia nō irrationale: totam certe cōcluſionem, quę de membris diuiſionum coalita eſt, definitionem hominis eſſe nō probas.

¶ Per ſyllogiſmum finitiuum non probari finitionem. Caput VII.

VTrum uero finitio per finitionem finitionis poſſit monſtrari, quæſtio nobis reliqua eſt. Id hoc modo exponitur: Vult quis docere finem hominis eſſe, animal bipes greſſile, atq; ita rationem format: Oratio quæ conſtat ex iis quæ ad eſſentiam pertinent, & propria rei ſunt, definitio eſt. Hæc oratio, animal bipes greſſile hominis eſt. Definitio igitur hominis eſt, animal bipes greſſile. Nunquid forma hæc probanda philoſopho eſt? Sed deridicula uidetur, & quidem amplius quàm ſuperiores, quia peccat idem quod illæ, ſed apertius euidentiusq;. Fingit enim fortiter, ac præſumit quod eſt probandum. Nam dicere complexum hunc, animal bipes greſſile, rerum eſſe quæ priuatim attingat eſſentiam hominis, nihil aliud eſt quàm conſtituere, eam eſſe definitionem hominis. Igitur in propoſitionibus iis concluſio non ui, aut potentia (nam hoc rectum eſſet) ſed actu poſita colligataq; eſt. Dehinc perinde faciunt, qui demonſtranda finitionem finitione finitionis, propoſitionum loco ſumunt, ac ſi ratiocinādo finem ratiocinationis loco aſſumptionis adhiberent. Quemadmodum ergo quotiens ratiocinamur, non ſumimus quid ſit ratiocinatio: ita quotiens demonſtranda finitio eſt, admonendi non ſumus quid ſit finitio, ſed neceſſe ante eſt, utrunque & quid ratiocinatio ſyllogiſmus ue ſit, & quid finitio perſpectiſſimum habuiſſe. Vnde & nobis facillime inoffenſiſſimeq; ſimulatq; uelimus, accurrant, & alios qui addubitarent, docere ac perſuadere poſſimus. In demonſtrationem certe, ut partes ſumpta ue cooptari non debent.

¶ Neq; a contrarijs, neq; per inductionem probari finitionē. Caput VIII.

DIcat aliquis, ſi hoc modo non licet, licebit alio, id eſt affictione ſubiectioneq;. Affictione hoc loco eſt per hypotheticum ſyllogiſmum ſiue conditionalem hoc more: Si definitio mali eſt diuiſilitas (Fingatur enim diuiſilitatem eſſe definitionem mali) Contraria definitio contrarii fiunt, Ergo definitio boni indiuiſilitas dicetur. Sed non ne uides, qui ita faciunt arceſcere quæſtionem à capite, id eſt ad demonſtrandam finitionem ſumere finitionem aliam, quæ non ſit minus dubia, quàm quæ demonſtranda ſit. Nam contraria ea, quæ diuerſa dicuntur, ut bonum, malum, celeritas, tarditas, tandem euidentiæ ignorationisq; habent. Conſtatq; ſiquis definitionem mali explicare uoluerit, eodem modo ſumpturum eum definitionem boni: hoc autem aliud non eſt, quàm inuicem probari & demonſtrationes reciprocas, & obambulatorias committi. Præterea cum multi ſint, quibus nullum contrarium è regione occurrant, quonammodo finiendis iis ratio hæc poterit ſufficere? Forte credat quiſpiam fines per inductionem probari, & hercule dici non poteſt. Cum inductio ex ſingularibus exiſtat: nulla definitio ſingularium eſt. Inductio aliud de alio prædicat: definitio in complexu non eſt.

Definitio ſ cō/plexu nō eſt.

¶ In vniuerſum finitionem demonſtrari non poſſe. Caput IX.

QVis ergo modus finitionis demōſtrandæ fuerit, nimirū digito, auribus, cōſpectu, demū ſenſu aliquo uſurpari aut tāgi nō poteſt. Alioquin ſcio hoc de nobis quęri, ecquid aliqua ratio ſit demōſtrandi finitiones? Et uidetur nulla, & neceſſe eſt eum qui debet ſcire quid ſit homo, aut quiduis aliud, pro certo habeat hominē eſſe. Nā id quod nō eſt, nemo poteſt ſcire quid ſit. Nā quid nomē hircocerui ſignificet, ſcire quidē multi poſſunt: ſed qd ſit hircoceruus, nemo, ſi id ignorat an ſit. Ergo ſi demōſtrari poſſet qd qcq; ſit, ſimul demōſtraret qd eſſet. Hoc uidet impoſſibile, qa unius rei una eſt demōſtratio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Porro aliud eſt ſcire hominem eſſe,aliud quid ſit homo: Huius definitio,illius demõſtratio eſt. Deum eſſe & prouidentiam eſſe demõſtramus,quid ſit deus,quid prouidentia definimus. Qui ergo poteſt,qui definit definitionẽ ſyllogiſmo excipere? Atq; hoc obſeruari in omnibus artibus uidetur. Hæ ſeorſum quid ſit res deſcribunt,ſeorſum demõſtrant ut ſint:quom uero id demonſtrant,primum quid res ſignificet,ſumunt pro cõperto. Igitur antequã triangulum probes eſſe, quẽ tribus lineis conſtituas directis, neceſſe eſt intelligas appellatione trianguli uenire aream tribus directis lineis cõprehenſam. Propterea quod agnitionis in omni exquiſitione caput origoq; eſt. Ita efficitur ut demonſtratio una in plures euadat. Qui enim quod rei eſſe ſit,demonſtrat,ſimul & eſſe rem cõfirmat. Qui autem definit,nihil affert quamobrem neceſſe ſit id eſſe quod definit. Proinde qui finit circulũ hoc modo: Circulus eſt figura plana quem linea una circumcurrens amplectitur,nõ demõſtrat circulũ eſſe. Nulla enim cauſa in definitione ea eſt,quæ ut circulus ſit efficere uideatur. Sed ne ratio quidẽ aliqua cõtinetur,quod ea definitio circuli ſit habẽda: poſſet quis definitionem illam æris & fibulæ ipſius credere,quia nulla uis comparet,quia circuli potiſſimũ definitio ſit. ſed hoc extrinſecus petitur. Si ergo nõ demonſtrat rẽ eſſe,qui quid rei eſſe eſt demõſtrat,definitio quid ſit,demõſtrare nõ poterit,ſed quid nomẽ indicet tantũ. Ita fiet ut rerum,quæ nõ ſunt,afferri definitio poſſit. Nã & hippocẽtaurus aliquid ſignificat. Deinde omnis uerborum explicatio notatio ue (id eſt qua de cauſa quæque res ita ſit nominata, quam Etymologiam appellant,ut hominem uocari,quia ſit ex humo coalitus,& aquam, quia ſit id,à qua uiuimus) demum omnis noſtra cõmentatio,cõfabulatione definitio diceretur. Ipſa quoq; Ilias Homeri definitio una uideri poſſet. Cum dico Iliada,nõ ipſum nomẽ intelligo,ſed ſubiectã nomini poëſim. Item illud: Sed uos qui tãdem quibus aut ueniſtis ab oris? Et illud: Venimus huc iuſſi. Et illud: Dic mihi muſa uirum. Et illud: Nos Troia antiqua ueſtre deus applicat urbi. Horum omnium fere una uis eſt. Tantum hic interrogat,ille reſpondet: hic prẽfatur,ille adnarrat. Res tota perridicula. Nam præter id quod nõ omnis oratio,quæ quod nomine deſignatur,exponit definitio eſt: nec illud quoq; definitio explicat,definitionem neceſſario cum nomine æquali eſſe potentia. Si enim hoc ſit,tum rebus nomina nõ arbitratu inſtitutioneq; hominũ, ſed natura eſſent impoſita. Nec agnominationes homonymiæ ue fierent,id eſt ad res diſſimiles ſimilia uerba accõmodari nõ poſſent. Ex iis liquet,neq; eandem rem uideri eſſe definitionem & ſyllogiſmum,neq; eius rei ſyllogiſmum poſſe cõſtitui,quoius definitio teneatur. Dictum & illud eſt,per definitionem neq; ut ſit res,neq; ut eius rei definitio ſit,cognoſci.

Quantum aliquid valet ad demonſtrandum rem eſſe, tantum valet ad demonſtrandum quid ſit res. Item demonſtratione non ſciri finitionem, ſed innoteſcere. Caput X.

QVoniam uero hæc diſputandi cauſa potius,quam decernẽdi ſcientia diſſeruimus, nunc quid horum recte, quid perperam dictum ſit, & quemadmodum demonſtratio effici definitio poſſit,extimabimus. Sed accerſenda res altius eſt. Sicut ergo quom tenemus rem eſſe,aliquando quærimus quamobrem ſit,aliquãdo nõ quærimus,quia protinus,quã dicimus rem eſſe,quod ita eſſet,perſpicuum nobis fuit: nec retrorſum cõtingit,ut prius quiſquam,quamobrẽ ſit,quàm quòd ſit,cognoſcat: ita nunquã quærimus quid ſit res,niſi nobis eſſe rem conſtet. Quid enim ſtultius ineptiusue,quàm definitionem earum rerum uelle ſcrutari,quas ſint,nõ ſint neſcias? Ergo neceſſe nõ eſt definitione oſtẽdi rem eſſe,quãdoquidẽ præſumi & cõſtare id oportet,antequã ad definitionẽ accedas. Et quemadmodum qui rem demõſtrat,quod eſt, ſimul & quod ita ſit,inuenit (Nam demonſtrationes à cauſis ducuntur) Ita ſæpenumero fit ut in demõſtratione,quæ docet rem eſſe,definitio & quod ſit eſſe rei eluceat. Quod quidem qua ratione, & quando contingat, repetendum ab initio eſt. Eſſe rem concludimus in demonſtrando multis modis,interim ex accidentium momẽtis,quæ ab rei ſubſtãtia lõge ſunt poſita,interim ex aliquo,quod in re contineatur,ut pars. Deos eſſe probat Chryſippus,quia uiſuntur altaria. Id ab accidentibus trahitur. Stoici deos aſſerunt eſſe,quia mortalibus ſuppetias plurimas afferunt,futura uaticinãtur,cœleſtes globos innumerabilibus ſeculis cõmouent. Hęc à re ſumpta demõſtratio eſt. Porro quę adſunt in re,alia propius,alia remotius ſunt iuncta, quod quidẽ exẽplis iiſdem inſtruitur. Accidẽtia,per quæ tãtum docemur rem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

esse nihil afferunt ad naturam & definitionem rei cognoscendam: quando & esse rem ægre ac exiliter demonstrant. Nam cognitio accidentium translaticia est, nec habet quicquam annexū quod cogat. At ex iis quæ propria sunt, & ab rei natura dependent, ad definitionem & rationem essentiæ facilius uenitur. Quantum igitur efficaciæ habent res ad probandum rem esse, tantum habent ad confirmandum & demonstrandum quid sit. Id hoc modo explicabitur. Proposita quæstio est, ecquid deficiat luna? Quicunq; docet deficere, propterea quòd luna, quomodo ad plenitudinem orbis sui peruenit umbra non iaceat, ab accidente diluit quęstionem, nec quicquam cōmunit unde possit intelligi defectus lunæ quid sit. Qui uero demonstrat, eo quòd lumen eius in plenilunio interuentu terræ occulitur, is egregie ac proprie ostendit lunam deficere, atq; obiter occasionem uberem præstat, uti sciatur quid sit defectus lunæ, quia ueram causam miri huius nanciscitur. Causa uero definitio, & quod sit rei esse, est. Itaq; in hoc genere simul & ratio essentiæ, & quamobrem sit, cōspicitur. Quid est defectus? Occultatio luminis ob interpositum terræ. Causa ergo defectus occultatio est. Quid est tonitruum? Restinctio flammæ quam nubium conflictus excussit. Definitiones has cōmuta in quęstiones, & causas quamobrem utrunq; sit, affer es. Quamobrem est defectus? propter occultationem ex obiectu terræ ortam. Quamobrē tonitrus? propter restinctionem ignis in nube. Ex iis quæ dicta sunt patet, quamuis definitio, & id quod rei esse est, demonstrationem addici non possit, tamē fieri, ut in iis quę per causas suas monstrantur, per demonstrationem definitio eorum innoteat.

[a] *Vnum non videtur expressisse Herm. latinæ: quod tamen græce voluisse videntur Themi. & Aristo. non enim in his: quæ insunt in alio verum est id: quod modo declaratum est: ob id tantum: quia medium in his habeatur: quod causa est conclusionis & res sed etiam quia medium id aliud est: & causa illa non est eadem illi rei: quæ demonstratur: & cuius quæritur definitio: sicuti interuentus terræ eclypsis quidem est causa: non tamen est illud idem quod eclypsis. in definitione vero eorum quę in alio non insunt: sed per se sunt: nihil habetur: quod ipsis idem non sit: sicut hominis definitio & homo eadem res prorsus est. & ob id hæc ipsa demonstrari non possunt quod sint: nec quamobrem sint: nec per demonstrationem eorum definitio innotescere potest. immo si aliquid demonstrare voluerimus: his quæ per se sunt inesse: per eorum definitionem eam rationem petere id quod in principio quæritur asserunt græci expositores: maximeque Alexan. quæ quidem omnia maxime aduersantur illis qui volunt definitionem subiecti medium esse in potissima demonstratione. ergo ait Themi. græce* καὶ ἄλλο ἐστί τούτων τὸ μέσον τὲ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ συμπεράσματος καὶ τοῦ πράγματος, *hoc est: & aliud in his medium ipsum est: causaq; conclusionis & rei. deinde subdit. at ea quæ per se sunt &c.* οὐ γὰρ ἔστιν αἴτιον ἄλλο ἐστὶν ἐφ' ἁπάντων. *hoc est: quia non reperitur hoc in omnibus vt causam aliam habeant: quæiusmodi sunt sua singulis scientiis subiecta. hoc idem repetit inferius: vbi ait deum esse & quid sit deus sumit Philosophus. ait enim* οὐ γὰρ ἔστι λαβεῖν αἴτιον ἕτερον. *hoc est: neque enim causam alteram afferre est.*

Quæ causam non habent, eorum finitionem non innotescere per demonstrationem. Caput XI.



Illud sane necessarium est recipere, hoc quod modo diximus, non esse passim definiendis omnibus uerum, sed tamen iis quæ insunt in alio, ut defectus, ut tonitrus. Sola enim hæc in demonstrationem uocantur, eo quòd medium in iis quoddam habetur, quod causa est, & conclusionis & rei. At quæ per se sunt, nec in alio insunt, in iis eadem ratio obseruari non potest, quia causam superiorem non habent, per quæ monstrentur, quoiusmodi sunt sua scientiis singulis subiecta: quæ tum ut sint, tum quid sint certū & constitutum esse necesse est. Nec alio modo cognobiliora euadunt, quàm aut inductione, aut fide aliqua, aut periculo, demonstratione non euadunt. Quomodo ipsa sint principia demonstrandi, quod quidem omnes scientiæ custodiunt, unitatem esse, & quid unitas sit, constituit Arithmeticus. Non demonstrat deum esse, & quid sit deus sumit: philosophus de-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

monſtrare non poteſt,quia cauſam quòd dii ſint afferre nō eſt. Nam conſulere eos rebus humanis,& mouere ſe perpetuo agitatu,quanquā ex momentis his ſubſtantia eorum percipitur, quia naturam diuinam attingunt.Non tamen ſunt cauſæ,quod ſint,nec quid ſint dii. Ac forte conſtitui deſcriptio quædam ex talibus poſſit:hoc modo, Deus eſt,animal ſempiternum,humano generi beneficium:definitio nō poſſit, niſi concedendum ſit cauſam eſſe aliquam,quamobrem ſint dii.Nam quod rei eſſe eſt,origo & cauſa intelligitur,quamobrem id quod definitur,ſit.

¶ *Tres eſſe ſpecies finitionum.* Caput XII.

DEfinitio multifaria eſt:Alia exponit quod ſignificet nomen, quæ ne definitio quidem appellari digna,ſed interpretamentum potius quoddam uocis quę efferatur. Plerunq; enim fit,ut qui definitionis hoc genus audiunt,neq; ſit ne res,neq; unde nam ſit nouerint.Nam uacuum quid indicet,ſcimus. Sit non ſit,aut quamobrem ſit poſſit ue eſſe, aſſignare non poſſumus. Alia definitio rem quidem cōmonſtrat eſſe,ſed quamobrem ſit,nō cōmonſtrat.Quoiuſmodi ea eſt:Lunam deficere,eſt lunam non collucere pleniluniis. Atq; hæc oratio quanquam aliquid deſignat, nihil tamen ad ſcientiam demonſtrat. Alia definitio ſimul utrunq; complectitur. Nam & ut ſit res, & cauſam quòd ita ſit, continet.Hæc definitio ſola minimo minus demonſtratio eſt.Nam id quod rebus eſſe eſt à demonſtratione demutat ſolo flexu. Eadem oratio paucis mutatis in demonſtrationem & definitionem effingitur.In demonſtrationem hoc modo:Vbi flamma reſtinguitur tonat,In nube flamma reſtinguitur:in nube igitur tonat.Nam ſermo in prima figura continuus texitur.In definitionem hoc modo:Tonitruum eſt reſtinctio ignis in nube. Tertium genus definitionis eius eſt,quę cauſam aliam unde ſit,habet,eoq; in cōcluſionem demonſtrationis poteſt conferri: ut tonitruum eſt eliſus in nube ſonitus.Quarta forma definitionis eorum eſt,quæ prima immediata ſunt. Atq; hæc à demonſtratione nō differt ſolo ſitu, quia ad cauſam ſuperiorem nō refertur. Nulla enim cauſa primis immediatisq; eſt.Neq; concluſio item demonſtrationis dici hæc poteſt,ſed principium potius & theſis,ſiue propoſitum quoddam eſſentię,quod demonſtrari nulla ui poſſit.Dempto igitur primo,tres modi relinquūtur finitionis.Primus is de quo ante mox diximus,qui ad id quod rei eſſe eſt, pertinet, nec demonſtrari poteſt. Alter eius quæ à demonſtratione poſitu caſuq; ſolo euariat.Tertius eius,quæ demōſtrationis concluſio eſt.Oratio[a] certe illa,quę ſolam cauſam quā obrem continet,qualis hæc:Ira eſt libido repuniendi:Tonitruum eſt reſtinctio ignium in nube: immediata eſt,nec demonſtrari uſquam poteſt.

[a] *Extreme partis iſtius cap. græca verba a latinis non nihil videntur diuerſa: ſic enim ait.* ὁ δὲ τὴν αἰτίαν ἔχων λόγος, τίνι τούτων ἐπάγοιτο ἄν, οἷον ὀργὴ, *hoc eſt: at oratio illa cauſam continens:ad quem horum reducemus? qualis hæc ira, & deinde ſubdit,* τάχα καὶ οὖν αὐτοὶ ἄμεσοί τε, καὶ ἀναπόδεικτοι, *hoc eſt forſitan igitur & hæc immediata eſt: & quæ demonſtrari nuſquam poſſit.*

¶ *Quatuor cauſas eſſe poſſe media demonſtrari.* Caput XIII.

EX iis quæ retulimus, propalam eſt, nullam finitionem demonſtrari contingere. Nam ſolę illę differunt à demonſtratione poſitu, quæ cauſam rei quòd ita ſit,edocent. Atq; hæ ad ſcientiam ſolæ appoſitæ uidentur. Quatuor autem numero ponimus genera cauſarum:Primum ſubſtantiæ rationem:Secundū rem ſubiectam, quam materiam uocamus: Tertium id,unde initium motus: Quartum quoius gratia quippiam ſit. Omnes hæ in demonſtrationibus,quamobrem ſpectantur & medii termini ſunt. Ac ratio quidem ſubſtantiæ id eſt, quod rei eſſe eſt, quemadmodum in demonſtrationem ueniret, ſupra tanquam per occupationem docuimus. Materia quoq; reddita eſt. Hæc in ſyllogiſmo regionem mediam maxime obtinet,propterea quòd in demonſtratione omni,materia ſyllogiſmi uidetur medius eſſe terminus. Nam medius terminus duas illas propoſitiones conſarcinat,in quibus conſtituta demonſtratio eſt.Porro ſæpe accidit,ut materia ea quæ propria ſit allata,quæſtio quamobrem,ceſſet.Quamobrem animalium corpora conſumantur:quia contrariis

Medius terminus vē materia ſillogiſmi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

conſtant. Redditur & primum mouens, quamobrem mundus uiſenda pulchritudine eſt? quia deus opifex: hic id à quo ortum motus habet cauſa & medium eſt. Quamobrem Socrates uxorem ducendam rebatur? ut liberos haberemus. Quamobrem fabricatus eſt mũdum deus? quia bonus erat. Hæc finis, & cauſa quoius gratia eſt.

¶ *Idem effectus per plures cauſas monſtratur.* Caput XIIII.

TRactatio autem & conſtitutio medii atq; cauſæ non eodem modo in omnibus habet, ſed aliud priore ordine quàm effectus eſt, ut mouens: aliud poſteriore, ut fines, & ea quorum gratia res quæq; & efficiuntur & ſunt: aliud ſimul, ut definitio, & quod rei eſſe eſt. Nihil uero prohibet, quin idem & gratia melioris notæ & ex uſu materiæ ſit. Verbi gratia: Quamobrem de laterna egreditur lumen, quia neceſſe eſt, ut id quod foraminulentum eſt, & ampliuſculos habet meatus, quale cornu laternæ uidetur, peruium lumini ſit, ut ſubtiliori gracilioriq;. Hæc neceſſitas materiæ eſt. Huic coniuncta & ratio boni pulchriq;, ne qui noctu procedunt, ad aliqua offenſent. Idem ſed clarius in corpore cœleſti apparet. Nam & conuertitur in orbem neceſſario, quia nec graue eſt, nec leue. Et gratia aliquoius, ut quàm proxime poſſunt, imitatione accedant ad deum. Plurimis adeo naturæ operibus & neceſſitas & finis ineſt. Patet hoc in dentibus, quorum primores acuti ſunt, tum quòd ex oſſe gignuntur tenuiore, tum gratia finis, ut cibo ſecando dirimendoq; habiles ſint. Contrà maxillares lati & quòd ex pinguiore materia exiſtunt, & ut in attritum molendo & ſubigendo ſufficiant. Tonitruum quoq; duplici cauſa fit, & quod ignis reſtinctus neceſſario ſtridet perſonatq;, & cõminationis terriculamentiq; gratia, ut ſontibus, qui in tartaro ſunt, formidinem afferat, quẽ admodum Pythagorici cõminiſcuntur. Dehinc duplex cuiuſq; natura eſt: una quę ad formam refertur, & hæc cum fine ipſo eadem eſt. Forma oculi eſt uidere, idem eſt finis ad quẽ iuncti ſunt animalibus oculi. Aurium audire, idem eſt finis ad quẽ datæ ſunt aures. Alia quæ ad materiam, neceſſitatemq;. In inſtitutione auſcultatoria de natura quemadmodum materia eſſe neceſſitas uidetur, diſputatum nobis abunde eſt. Ea ex fictione ſubiectioneq; nõ abſolute neceſſitas dicitur, hoc modo: Si futuri ſunt oculi, materiam talem adeſſe neceſſe eſt: ſi dentes, talem. Hæc igitur neceſſitas in rebus naturæ omnibus habetur inſita, quia materia quoque omnibus addita eſt. Item actus, impetus ue, qui ob materiam ſingulis corporibus ſui debentur, eodem genere neceſſarii ſunt, nec abiungi poſſunt ab iis, quorum eſſe uidentur actus, ut terra in medium locum mundi ad pares angulos fertur, quia grauis. Contrà ignis in cœleſtem locum, rectis lineis, ſubuolat, quia leuis. Nec igitur præter naturam, extra ue, neq; uiolenter coniuncta rebus neceſſitas eſt, ſed ſuopte quibuſq; nutu ingenioq;, & (ut ita loquar) ſponte naturæ. Videtur enim de ſubſtantia ipſa, & naturali quoiuſq; tẽperatura euenire. Violenta uero præter naturam, præterq; nutum extrinſecus afferuntur. Molitur autem natura quicquid molitur: ferè dixerim aliquoius gratia. Molitur inquam, quia gratia finis molitur. Qui aut bonus ſit, aut bonus eſſe uideatur: à fortuna temere omnia. Nihil enim prouenit aliquoius gratia, etiam ſi in rebus illis conſiſtat, quę aliquoius gratia initæ inſtitutæq; fuerint. Tunc enim quid cõmiſſum fortuito dicitur, quotiens aliter atq; cogitatum eſt, cecidit. Putearius fodiens offendit aurum: ſed nõ propterea fodiebat ut aurum offenderet, ſed ut æſtuarium faceret. Proceſſit alius ad balneas, debitoré inuenit, recepit argentũ: nõ tamẽ egreſſus eſt ut pecuniã referret. Pleraq; etiam ex iis, quæ p artẽ & intelligentiã fierent, caſu interim fortunaq; prodeunt. Reſtitutus quis ualetudini eſt potu frigidę, quã tamẽ nõ ad ualetudinẽ, ſed uoluptatis gratia ſumpſerit. Eodẽ modo caſu defenſa nauis à naufragio eſt, quòd eam tẽpeſtas aliqua ſtationi tutæ applicuit. Domus certe aut lectica effingi caſu nõ poteſt. Sed ne omnes quoq; artes fortuna æque participant, aliæ parcius, aliæ amplius plurimũ coniectura continentur, & ſunt opinabiles. Atq; hæc plura fortaſſe ſunt, quàm præſens conſideratio poſtulabat.

Duplex cuiuſque natura eſt vna q̃ ad formã refert: alia q̃ ad materiã idẽ ſcito phy. lib. cap. vlti.

¶ *Quemadmodum effectus coæui cum cauſa demonſtrentur.* Caput XV.

SEmper autem cauſa ea, quæ forma & eſſentiæ ratio eſt, quam magna ex parte pro medio accipi in ſyllogiſmo diximus, æquæua rebus eſt, quarum eſt forma, ſeu illę iam ſint, ſeu gignantur, futuræ ue ſint, iis quæ iam ſunt hæret indiuidua. In iis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qnæ gignuntur,gignitur cum iis quę exoleuerunt,exoleuit,in iis quę futura ſunt,futura etiam ipſa eſt. Quamobrem defecit luna pridie? quia terra inter ſolem & lunam extitit media. Quamobrem deficiet poſtridie? quia exiſtet media. Quamobrem deficit modo? quia exiſtit media. Igitur in his cauſæ cum effectis ſuis inuicem reſpondent, & quaſi pedem pariter ponunt: unde & reciprocantur.

¶ *Quemadmodum effectus non coæui cauſam demonſtrent.* Caput XVI.

IN iis uero,quæ ſimul non habentur,ſed cauſæ temporibus præeunt,quales parte plurima ſunt agentes,ut Sardas aggreſſi bello,quòd contra Medos ſuſceptum eſt cauſam dedere,& raptores Helenæ,ut Ilium euerteretur. In iis inquam,nec reſpõſus illæ,nec regreſſus ſeruatur,neq; eadem neceſſitas demonſtrationis deſcendentibus atq; aſcendentibus perpetua eſt: ſed ſi cœptum à cauſa ſit,concluſioni neceſſitas non affertur,ſi ab euentis affertur. Domus eſt,oportet igitur haberi. Parietes ſunt,oportet igitur fundamenta eſſe iacta. Agamus retro: Fundamenta ſunt, igitur & parietes. Parietes ſunt, igitur & domus,non ſequitur.

¶ *Quemadmodum cum hoc poſt hoc oritur, continuatio hæc accipienda ſit.* Caput XVII.

SEd hoc mirum cuipiam illico ſit. Nam ſi quòd factum prius eſt,cauſa eius nõ dicitur, quod poſterius factum eſt, quomodo id continuandæ generationis cauſa fuerit? id eſt ne ſubciſiuus rerum ortus interpollari unquam habeat, an tempus propterea quòd continenti ſerie eſt,uideri facit res, quæ modo fiant,cõtineri cum factis? Nam omnis generatio in tempore abſoluitur,eſſe quicquam generatum & factum,generationis conſumatio finisq; eſt,ut punctus lineæ. Ergo quemadmodum linea inter puncta dirimitur,neq; præterea cum parte quæ conſequitur,continua eſt: ita ſi factum quicquã eſſe & generatum notaueris,neceſſe erit generatio inſequens attineri nõ poſſit cum priore. Nam generatum eſſe aliquid in confinio temporis,& momento contingit. Tempus ex momentis non conſtat,neq; generatio ex iis,quæ quod cum præfatione dixerim ueniæ ſub hoc nomine, generatum eſſe,intelliguntur. Sed hæc ab inſtituto noſtro aliena ſunt. Diligentiusq; de iis in libris de motu egimus: illud manifeſtum eſt in iis,quæ plerunq; eueniunt,ab effectis ad cauſas,& à poſterioribus ad priora neceſſarium recurſum uideri. Siue enim generatio eſſet continua, inter effectum & cauſam,ſiue inter poſterius & prius,media cauſa interueniret. Nunc quod acceptio terminorum continua nõ eſt,ad immediata procumbit & ceſſat. Si domus ſit,& parietes: ſi parietes, fundamenta: ſi fundamenta,cæmentum,& lapides. Inter hos terminos nihil intercidit.

Sexto phyſi. 8a

¶ *Quando demonſtrationes reciprocæ, circulares q; , ſingulares q; locum habeant.* Caput XVIII.

VErum quom aliqua huiuſmodi habeantur,quæ ſe circuitu quodam inuicem generent,in iis & demonſtratio obambulatoria locum habebit: quoniam hæc in totum reciprocant,ſibiq; modo cauſę,modo effecta uicibus ſunt: ita in argumentando robur & fœlicitas par,ſiue ab initio,ſiue à ſumma auſpicium capias. Terra imbri madida halat uapores,hos ui caloris efferri neceſſe eſt. Ex his nubẽ cogi oportet,hac coacta imbrificataq; denuo madeſcit terra. Hoc autem eſt id à quo ſumptum exordium eſt. Res ergo in orbem deducitur. Vno aliquo poſito aliud oritur,quo orto ſubinde aliud naſcitur: quo nato,iterum ad originem reſilitur.

¶ *Effecta quæ maiore ex parte eueniant, probari per media eiuſdem generis.* Caput XIX.

SAne habitus hic maxime cernitur in iis, quæ perpetuo ac neceſſario generantur. In quibus enim neceſſarius eſt circularis motus, in iis & demonſtratio circularis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

neceſſaria eſt:in his uero quæ ferè,ac propenſius euadunt,directa ratiocinatio eſt. Nec ab utrali/bet parte initur,ut dictum eſt, ſed à conſequentibus tantum. Atq; in iis media quoq; ipſa ex eo/dem genere coniuga,& quaſi popularia adhibere oportet, id eſt quæ plurimum fieri ſoleant, & poſſibilia non neceſſaria ſint.

¶ *Quemadmodum finitio indiuiduæ ſpeciei inueſtiganda ſit.* Caput XX.

SEd redeundum unde abſceſſimus.Quom definitio demonſtratione cõfirmari nõ poſſit,per demõſtrationem reddi euidens poſſit,inuenienda nobis aliqua ratio eſt, qua uenari eam ueſtigareq; facile ſit. Ex iis,quæ in eo, quod rei eſſe eſt,adſunt cõ/munia,quædam extendũtur ultra genus naturæ eius,quæ ſumitur finienda,quæ/dam citra cõſiſtunt. Ineſt ternario aliquid eſſe(eſt enim numerus) Ineſt imparitas, ſed ipſum eſſe ſupra eſt,quàm numerus & quàm natura ternarii.Nam & aliæ res dicuntur eſſe, quæ numeri nõ ſunt.Imparitas citra eſt,quia tantum ad naturam numeri pertinet.Adeſt quina/rio,adeſt ſeptenario,adeſt nonario,& cæteris eius formæ,quibus omnibus numerus ineſt cõmu/nis. Reponere igitur ac reſiligere prædicata tot oportet, quot iuncta nõ excedant id quod finire uolumus,etiam ſi ſeorſum ſingula in plus ualeant. Ineſt ternario numerus,ineſt imparitas,ineſt ut primus imparium ſit,atq; hoc bifariam, & quòd eum numerus alius nõ metitur, & quòd in numeros alios referri aut reſolui nõ poteſt.Hæc igitur definitio termini eſt.Numerus impar pri/mus incompoſitusq; dupliciter.Harum cõditionum prior omni numero impari promiſcua eſt: poſterior binario. Propria utraq; nulli extra quàm ternario. Quàm uero hic ſit finis ternario li/quebit,ſi cõſtitutum ſit definitionem ineſſe rei,quoius eſt neceſſario,& ſoli,quorum utrũq; cer/tiſſimum eſt.Neceſſario,quia quæcũq; in definitione ſunt,in ſubſtãtia prędicãtur:quæ in ſubſtã/tia prædicãtur,uniuerſalia & neceſſaria ſint neceſſe eſt.Soli:nam da nõ ſoli,erit ergo genus,& in/erit pluribus. Sed credo quibus definitio inerit ternarii, quæ nõ ſint ternarii. Ergo huiuſmodi oratio definitio eſt,& quod eſt eſſe rei ſignificat. Eodem collectu definitio hominis ſarcitur,ani/mal rationale mortale, uel animal bipes inceſſile. Atque hic modus finiendis indiuiduis ſpecie/bus cuſtodiri debet.

¶ *Quemadmodum definitio generum inueſtiganda ſit.* Caput XXI.

GEneribus autem iis, quæ in ſpecies alias ſoluũtur,ſpargũturq;,definiẽdis:uia hæc ſeruabitur: Primum ſumẽdæ ſunt omnes eius generis ſpecies indiuiduæ, ut nu/meri ternarius, binarius cæteræ formæ. Fingamus enim has eſſe ultimas ſpecies numeri,uel quauis alia. Item omnis ſpecies lineæ quæ ſint recta circumiens linea. Omnes ſpecies anguli quæ ſint, acutus,retuſus,directus. Deinde harum ſpecierũ definitiones promendæ,ut paulo ante præcepimus.Tum ſumẽda legẽdaq; omnia quæ ſint ſpe/ciebus iis quæ definiãtur,cõmunia.Quid eſt linea recta? Lõgitudo citra latitudinẽ,quoius pun/cta media nõ prominent ab extremis.Quid eſt linea circũducta? Lõgitudo citra latitudinem,ad quoius ſummũ lineæ omnes à cẽtro ductæ ſunt pares.Quid eſt linea?linea?Lõgitudo citra lati/tudinem flexuoſa. In omnibus itaq; finitionibus linearum, lõgitudo citra latitudinẽ ut quiddã cõmune ponitur. Hoc reponẽdum,deinde redeundum ad lineam,& in quo ex decem principiis ſit,quærẽdum,& quoniam in quãtitatis genere eſt,hoc ſumẽdum,& cum illo cõmuni, quod in definitionibus omnium ſpecierum cõperimus, iungendum. Ita definitio lineæ tota hæc fuerit: Linea eſt quãtitas citra latitudinem lõga.Nam [a] genus ſummũ cum iis quæ omnibus ſpeciebus cõmuniter inſunt,definitionem generis citerioris cõſtituit.Ea enim cõmunia ſumẽda,quę ſupra nõ ſint,quàm genus quod definitur: & quia ſupra nõ ſunt,ſoli generi proprium quiddam effi/ciunt:nam genus ex ſpeciebus ſuis cõſtat: & quemadmodum genera per ſuas ſpecies ſunt, [b] ita quæ generi inſunt,per ſpecies ineſſe putãdum eſt.Principia ergo definiendi finitiones ſpecierum ſimplicium ſunt. Simplices audio indiuiduas. Id enim quod ſimplex eſt,ubiq; rationem princi/pii obtinet. Et hic definitionis generum modus, quotiens in definitionibus ſpecierũ aliquid cõ/tinetur cõmune,tum ſcire oportet ſpecies illas ſub uno genere cõprehendi nõ poſſe.Cauſa exem/pli:Qui eſt altitudo animi? Primum ſumo uirtutis eius ſenſilia, hoc eſt omnes qui magno ani/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mo memorantur fuiſſe, Alcibiadem, Aiacem, Achillem, omnibus his cõmune illud aderat, iniuriam acceptam impune abire nõ pati. Sed hic bellando ulciſcebatur, ille obiraſcendo, alius ſibi ipſi manum afferẽdo. Credũtur & Diogenes & Socrates magnanimi fuiſſe. Nũquid & hos in eo magnanimos dixeris, in quo Achillem? Aiacem? Alcibiadem? Quòd iniuriæ impotentes eſſent? nequaquam: ſed in eo quòd res quæ in fortuna eſſent poſitæ, aſpernarentur inſuper habeteńtq;. Ergo diuerſa in his & in illis uirtutis huius ratio eſt. Illi propterea magnanimi appellãtur, quòd notam honoris modice non tulerunt: hi propterea, quòd bona fortunæ deſpicata contemptaq; habuerunt. Nihil in his uiſitatur commune. Non eſt igitur magnanimitas genus, ſed duæ uirtutes ſunt omnino abiunctæ ac diſſimiles: ſed quæ ſocietate ſola nominis, ut cætera homonyma, conuenire uideantur.

[a] *Hic ſunt aliquantulum græca verba diuerſa a latina interpretatione: ſic enim ait* Themiſt. ἔστι γὰρ διὰ τοῦ γένους ὅσα κοινὰ ἐστιν ἐντοῖς ὁρισμοῖς τῶν ὑπ' αὐτὸ ἀτόμων εἰδῶν, *hoc eſt: per genus enim inſunt communia omnia: quæ in definitionibus indiuiduarum ſpecierum inſunt generi ſuppoſitarum.* [b] *Hæc recte ſunt intelligenda, nam ſi pingui minerua percurrantur: maximas afferrent anguſtias: ſi enim quæ generi inſunt per ſpecies inſunt vniuerſa ea ruunt: quæ de vniuerſali: ac de eo quod per ſe dicitur in primo lib. ſunt expoſita: immo hæc videntur penitus aduerſari verbis illis græcis: quæ nuper annotauimus.*

¶ *Facilius ſpecies quam genera definiri.* Caput XXII.

EX iis delucet, longe facilius ſpeciem indiuiduam finiri, quàm genus. Ea enim quæ ſingularibus inſunt, cõmunia magis quàm quæ ſpeciebus, perſpicua ſunt. Definitio ſpeciei ex ſingularibus, definitio generis ex ſpeciebus colligitur ſane. Præterea euidentior ſpeciei quàm generis agnominatio homonymaq; eſt. Proinde ſpecies dicitur ſenſuum eſſe. Senſilia facile dignoramus, homonymæ ſint, nec ne, ut hominem pictum à uero. Agnominatio generum, non niſi per collationem ad ſpecies diſcernitur: ideo animal pictum homonymos animal uocatur, quia homo pictus homonymos homo intelligitur.

¶ *Quemadmodum diuiſio vtilis finientibus ſit.* Caput XXIII.

SI hęc uera ſunt, expeditius uidetur finibus quærẽdis à ſpeciebus incipere ſubireq; colligẽdo, quàm à generibus deſcẽdere diuidẽdo. Diuiſio certe per differentias generum commodiſſima eſt ad ſumẽdum, quæ per ſe, & uniuerſaliter prædicatur: quoniam ordine quodam incedit quaſi gradatim, incernẽdo & ſeligẽdo quæ per ſe adſint. Semper enim differens generi diuiſo additum, genus integrum cõficit. Iterum genus hoc diducẽdum per differẽtias alias eſt, idq; uſq; eo perſequi oportet, dum finitio è dũabus rebus perfecta, genere & differẽtia citima, coaleſcat. Dixi genere, quia omnes ante citimam differẽtiæ, ſi cum genere committantur, integrum genus unum attollunt. Quod quidem etiam ſi innominatum eſſet, tamen uis in eo generis appareret. Nam & ualeret in plura, & in eo quod rei eſſe eſt prædicaretur. Modus hic mirifice ad ordinem cõfert. Nec præter quicquam eorum quæ in ſubſtantia cõtinentur. Nam ſemper neceſſe differẽtias maiores priore ſitu diſponere, neu quæ uellicatim incõditæ aut præpoſtere adducãtur. Quod ſi forma hæc in diuiſionibus neglecta erit, ſæpe fiet ut genus nõ in differẽtias generis, ſed in alias diſtrahatur: ut qui animal in totipẽne & ſciſſipẽne diuideret, is nõ animalis, ſed uolatilis differẽtias afferret. Illæ animalis differẽtiæ ſunt, uolatile, greſſile, aquatile. Prima igitur in hæc committenda diuiſio eſt, deinde animal uolatile, genus alterum in totipẽne & ſciſſipẽne ſoluẽdum. Ac primæ quidẽ differẽtiæ in quodq; genus cõueniunt: Animalis differẽtię in quodq; animal cadunt: Volatilis differẽtiæ in totum auium: Piſcis differẽtię in omne piſcium. Hac uia eunti, & ordinem hunc ſeruãti, nihil prætermittitur, nihil redundat, ſi aggrediaris alia, neceſſe eſt collabare, & inſcienter facias.

¶ *Contra Speuſippum, qui putabat ſciri oportere omnia, eum qui recte finiret.* Caput XXIIII.

Viſum

VIsum autem Speusippo est, utiq; nõ recte, eũ qui definiturus sit, scire omnia oportere. Necessarium inquit est, omnes rei differentias teneri, per quas genus id quod definire uelis, à cæteris differat. Hoc nemo assequi potest, qui cætera non cognoscat. Primum id non est necesse omnes differentias sciri, propterea quòd infinitę ab accidẽtibus trahi possunt, quibus res eadem specie cõprehensæ inuicem discernuntur: Socrates à Platone, Zuthus à Callia. Quocirca nihil attinet scire has, neq; ad substantiam rerum indicandam, neq; ad finitionem earum constituendam. Deinde qui genus in differẽtias propinquas & contrarias diducit, ut animal in rationale & irrationale, & præterea cognoscit hominẽ in altero membro diuisionis reponi, & sumit rationale, non illico necesse est eum scire, quæcunq; sub irrationale, quod alterum membrum distributionis est, cadunt. Nam abundanter scitur, hominem esse animal rationale, si intelligitur sub altero discrimine cõtineri posse. Rursum animal rationale, aliud mortale, aliud immortale. Sumatur mortale, nihil necesse præterea est, ut quæ immortalia dicantur, quærere laboremus. Ergo* hæc oratio speciei, quæ comitatu differentium omnium septa exaggerataq; est, definitio substantiæ appellatur. Illud adeo non potest dici, quom speciem diceremus sub altera obuersarum necessario comprehendi. Sumptum id esse utiq; non confessum. Nihil enim æque perspicuum est, quam si differentiæ generis proximæ iunctæq; asserantur. Et quæ ita iuxtim ex altera parte adhibitæ respondentesq; sint, ut nihil medio spacio hiet, speciem in altera earum includi.

* ὅταν δὲ οὕτω βαδίζων ἐφαρμόσει τὸν λόγον τῷ εἴδει καὶ μηκέτι προσδέηται διαφορᾶς, ἕξει τὸν λόγον τῆς οὐσίας. *id est quomodo uero hoc modo procedens: orationem speciei ita accommodauerit: ut non sit vlterius opus differentia: definitionem substantiæ erit adeptus.*

¶ *Tria præcepta diuisionum.* Caput XXV.

PLane in diuisionibus, quæ ad finitionum momenta pertinent, triplex obseruatio necessaria est. Primum sumenda sunt, quæ quæcunq; de re quam finimus, dicuntur prædicatione quid sit, ut genera & species, cum quibus differentiæ eorum scisscendæ: idq; ex Topicis petendum. Nam quemadmodum loci sunt, quibus accidens quicquam sit, nec ne, discernitur: ita sunt quibus genera & differentiæ substantiales noscuntur. Alterum præceptum est, ut differentię collocentur & digerantur in seriem. Hoc fiet, si maiores quasq; loco priore constituas. Tertium est, ut diuisio usque eò euadat, dum perueniatur ad ultimam speciem, quæ ultra concidi non possit, & dum proprium quiddam ex omnibus exeat, quod in aliam rem nequeat transferri. Orationem his rebus ac præsidiis ornatam expromittere poterimus absolutam esse finitionem, ut quæ in eo quod rei esse est, prædicetur, & cum eo quod finiendum sit quadret.

¶ *Solum vniuersalia definiri.* Caput XXVI.

SEmper autem definitio uniuersalium est, quemadmodum omnis & disciplina & ars. Medicus ualentia spectat non huius oculi, sed simpliciter speciei, & simpliciter oculi. Sicut uero in demonstrationibus primum id curari debet, ut conclusio seria sit: ita in definitionibus, ut res quæ definitur, fiat conspectissima. Obscuritatis multæ sunt causæ: præcipua ea quæ in assignatione differentiarum potest contingere. Quapropter quærendis iis caute & solicite uersari oportet, quia communes pluribus sunt. Definitio quemadmodum per demonstrationem euidens fieret, & quemadmodum uestigari haberet, executi affatim sumus.

¶ *Ex ratione diuisionum, & commentatione dissectionum, uberem copiam dissoluendis quæstionibus comparari.* Caput XXVII.

Theũ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

AT uero facile ſit, cauſam quamobrem quicq; eſt, reddere, & quærentibus de nobis quicquam, abundanter occurrere, & ratio diuidendi & diſſectionum commentatio in promptu habenda, quam nobis primus Ariſtoteles perſcripſit. Si enim quæ propriæ ſingulis generibus ſunt diſſectiones, noſſemus, ſuppeditaretur nobis ad ſciendum quod quæq; res ſit, mirabilis copia Nam ea quæ generibus omnibus in ſunt cõmunia, per ea quæ ſigillatim habentur, exquirere eſt. Verbi gratia: In animali animatum & ſenſibile per diſtributiones ſciuntur. Quom enim ſubſtantiam per animantem & inanimantem diuiſeris, tum comperies animal in ſubſtantiam animãtem referri. Denuo quom ſubſtãtiam animantem in ſenſibilem & inſenſibilem ſolueris, tum intelliges animal in ſubſtãriam ſenſibilem reponi. Hæc per diuiſiones noſcuntur. Per anatomen uero, id eſt, membrorũ cõſectionem, intellectum eſt, omne animal ex humidis & ſiccis & cõſtare. Eadem ratio ad ſingulas ſpecies accõmodata magno uſui erit. Proinde & piſcem proſcindere, & auem exdorſare utile fuerit iis, qui communia piſcibus & auibus uolunt excipere. Quamobrem quædam cõmunia ex diuiſione ſummi generis, quædam ex diſſectione iſta ſumentur: qui hęc ad manum habuerit, cauſas plurimarum rerum cognoſcere & reddere poterit. Omnia nanq; quæ in genere uniuerſo inſunt, per ipſum genus in ſpecies quoq; tranſeunt. Quamobrem ſciſſipenne animal gallinaceus eſt? quia uolucris. Quamobrem caret pulmone glanis? quia piſcis. Quod ſi genus nõ habet nomen, tamen effectio aliqua deprendi poteſt, quæ compluribus ex natura ſit cõmunis, ut cornigerum eſſe, ex hac quæ ſequuntur adiuncta q; ſunt ſpectãda. Primum eſt omaſum habere (eſt autem omaſum boum & ruminantium uenter) alterũ ex primoribus maxillæ ſuperioribus dentibus carere. Hæc ex anatome colliguntur. Rurſum quibus contingit cornuta eſſe, ceruis, bubus, capris, iis illa ineſſe neceſſe eſt, quæ ex hoc quòd cornua habẽtur, ſequi ſolent. Illud ergo fuerit medium. Si quæratur quamobrem bos omaſum habet? quia cornigerũ animal eſt: quamobrem ceruo uita longa? quia uacat felle. Sed & hoc medium ex diſſectione ſumptum eſt: quod uero ex medio cõſequitur, accidit medio. Accidit & iis quorum cõmunis affectio eſt. Medium igitur modo per conſectionem, modo per diuiſionẽ accipitur. Sunt & quæ proportione ſola cõmunia ſint, ut ſpina, os, ſæpium. Eſt autem ſæpium quiddam inſitum ſæpiis ualidiuſculum, latiuſculum q;, fungoſum ac friabile, inter ſpinam & os, naturam mediam referens. Hæc ſeligere oportet, ut quęſtionibus in hoc genere propoſitis reſpondere in promptu quoiq; ſit.

Cauſas plurimorũ rerũ reddere poterit, qui rõnẽ diuidẽdi & anatomẽ ad manus habuerit.

¶ *Quæ ſint eædem quæſtiones.* Caput XXVIII.

QVæſtiones autem eædem dicuntur, quæ idem medium continent, & quibus eadẽ ratio ſatisfacit. Quamobrem lapis magnes trahit? quamobrem electrum? quamobrem cucurbicula medicinalis? Horum omnium, ut Platoni placet, cauſa eſt reciprocatio (ſic enim antiperiſtaſim uoco) Idem medium uel ſpecie intelligi uolo, uel genere. Specie idem in exemplo ſuperiore eſt Nam tria illa mira reciprocationi ẽris tribuunt. Genere hoc modo: Quamobrẽ Echo redditur? quamobrem aſpicientes in ſpeculum formam ſuam agnoſcunt? quamobrem arcus cœleſtis fit? Omnia hæc per refractionem & diffuſionem contingunt. Aëris, echo: obtuitus, repræſentatio radiorum arcus. Quæſtiones igitur inter ſe eodem, quo & media, diſcrimine differunt. Ita aliquæ ſpecie, aliquæ genere conſentient.

¶ *Quæſtiones quaſdam ſub quibuſdam quæſtionibus contineri.* Caput XXIX.

ESt & modus alius, quo inter ſe quæſtiones multę conueniunt, ut quom cauſa unius quæſtionis ab alterius pendet, & continetur ſub illa. Verbi gratia: quamobrem Nilus torrentior ab Idibus uidetur? quia menſis quomodo exit hyemantior eſt. Atq; hæc una eſt quæſtio, quamobrẽ hyemantior eſt menſis, quomodo exit: quia luna tum decreſcit, & collucere deſinit. Hæ duæ quæſtiones diluuntur cauſa una ferè, id eſt coitu ſolis. Sed intereſt, quòd coitus proxima ratio eſt, quòd luna interlunis collucere deſinat: Remota, quòd menſis uergens hyemantior ſit: Remotiſſima, quòd menſe prono fluuius concitatis & properantibus aquis uehatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Demonſtrationis ex reciprocis conſtare.* Caput XXX.

AD hæc ambigat quiſpiam de cauſa,& eo quoius eſt cauſa.Cauſam ipſum medium uocotid quoius eſt cauſa,concluſionem. Quemadmodum medio allato ponitur concluſio, ecquid in contrarium cõmeet concluſione poſita, uti medium afferatur.Periculoſum id uideri,ne omnis demonſtratio redux & reciproca euadat. Deficit luna,quia interponitur terra:Interponitur terra,quia deficit luna.Sed quemadmodum ſubabſurda res eſt,demonſtrationem cõſtituere ex retortis,atq; iis quæ inuicem probentur:ita demonſtratio putanda non eſt, quæ nullo modo aut ex cauſa,aut ex aliquo,quod cogitatione prius ſit,ducatur. Nam lunam deficere,nõ eſt cauſa quòd terra ſe mediam oggerat:ſed poteſt eſſe concluſionis,utiq; rei nõ poteſt. Atq; hoc latiſſime patet,quandoquidem defectus lunæ in definitione terræ, aut interpoſitionis illius non ponitur. Contra in definitionem defectus terra & interpoſitio eius ingreditur. Quòd ſi non reciprocarentur,ſed concluſio ſemper effectibus mandaretur,medium cauſis,neceſſe eſſet plura media, & plures cauſas haberi eiuſdem concluſionis,quòd fieri non poteſt.Porro tam effecta quàm cauſæ in demonſtrationibus uicem uni uerſalium cauſarumq; obtinent,& tum hæc,tum illa in ſubiecto genere continentur.Quamobrem decidua arboribus folia ſunt,ſiue cauſam afferras amplitudinem foliorum,ſiue inopiam humoris calidi, uterque ordo ſtabit. Quæ defrondeſcunt earundem folia exilitate caloris humidi contrahi,& quarum folia contrahuntur, eaſdem frondes dimittere. Nullum autem incommodum ſuſcipitur,ſi cauſa talis cum ſua cõcluſione retorqueri dicatur.Nec enim eadé ratio utrinq; reciprocandi eſt,ſed quom ab euentis ad cauſam ſubitur,ſyllogiſmus tantum uocatur: quom è contrario eſt,abſoluta demonſtratio dicitur. Sane media plura,& cauſæ plures eiuſdem rei eſſe, niſi per accidens non poſſunt. In quo genere demonſtratio à ſignis, & ex accidenti proficiſcitur. Quamobrem folia decidunt arboribus? quia contrahuntur & obareſcunt. Vnde ortum incendium eſt? ex reliquiis cinerum aut carbonum. Sed dictum ſæpe eſt,demonſtrationes hac forma deminutas imperfectasq; eſſe,atq; in iis media, non cauſas rei, ſed complexionis intelligi. Explodenda igitur ab inſtitutione noſtra hæc ſunt,ſed præcipue quæ per accidens conſtant,ut ex quibus interrogationes ſcitæ affor̃ari non poſſint.Nemo enim quærit quamobrem arbuſta nigra, aut uitis pulla,aut ſuffulta platanus folia deperdant:ſed ſimpliciter quamobrem arbores nudentur.Huius rei una eſt omnibus arboribus cauſa,& merito. Cauſa enim quòd folia amittant,definitio eſt,& eſſentia illius caſus,quæ nihil aliud eſt,quàm contractio humidi: quemadmodum cauſa defectus lunæ nihil aliud eſt,quàm interuentus terræ.

Ex his verbis dilucide habetur mediũ in demõſtratiõe eſſe paſſionis definitionẽ.

¶ *Medium ſequi conditionem maioris extremitatis.* Caput XXXI.

IN demonſtrationibus ex iis terminis,qui in concluſione collocantur,Maior extremitas dicitur,quoius cauſa medium eſt:Minor extremitas, quoi mediũ cauſa eſt: Medium ipſa iam cauſa. Ratio igitur maioris extremitatis,quæ in concluſione ponitur,medium eſt,quo circa maiori extremitati reſpõdere mediũ oportet,ut ſi homonyma,id eſt cognominis hæc ſit, homonymũ & medium ſumatur: ſi ad proportionem ſimilis,id eſt analoga,eodem modo & medium ad proportionem ſimile afferatur.

¶ *Quemadmodum reciprocent ſubiectum & affectio.* Caput XXXII.

DE reciprocatione autem cauſæ,& eius quoius eſt cauſa, & ei quoi eſt cauſa, ita res habet. Voco id quoi eſt cauſa ſubiectum, arborem, uitem, ficum. Id quoius eſt cauſa,affectionem,defrondeſcere. Cauſam,humorem contrahi,aut quiduis aliud. Dictum eſt ſuprà cauſam, & id quoius eſt cauſa inuicem commutari, ſi eiuſmodi ſint, ut definitio cauſa ſit, id quod definitur effectum. Nunc quemadmodum reciprocet cum ſubiecto, breuiter explicandum uidetur. Si ex genere ſubiecto ſingulare aliquod & ſenſile adhibueris,locum reciprocatio non habebit: ut ſi quæſieris, quamobrem ficus, aut morus folia dimittant. Nam dimittere folia & humorem, inopia caloris conſiſtere, affectiones ſunt amplius ſuſæ, quàm ut cõmeare poſſint cũ ficu. Sin uero arbores in cõmune attuleris,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quibus folia decidunt, tum reciprocatio & coæquatio ſeria & incolumis fuerit. Oportet igitur id ſciri, quod omnibus arboribus quæ amittunt folia, ineſt communiter, ut ex eo id ſumamus, quod ſubiectum huius affectionis ſit, de quo nectenda ſit quæſtio, quamobrem. Huic enim primo cauſa inerit medium, & quod plus eſt, inuicem commeabunt. Obſeruatum eſt non cadere arboribus folia, niſi quibus illa ſint lata, cum hoc & cauſa ipſa & id quoius cauſa eſt, reciprocat.

¶ *Eiuſdem effecti plura eſſe media, ſed non prima omnia.* Caput XXXIII.

SVnt autem in quæſtionibus iis termini quatuor, decidere folia, ſuccum concreſcere, latifolium eſſe ficus. Duo ſunt extremi, duo ſunt medii, ſed unus ſubiecto prior & ſubiecto communior, alter prædicato affinior, cum quo & reciprocat. In iis igitur, quorum media plura ſunt, utrum eorum cauſam dixeris, quod de ſubiecto prædicentur affectio, nimirum id quod iunctius ſubiecto eſt, quia per hoc ineſt & remotius. Verbi gratia: ficum eſſe latiſolium, potius cauſa eſt, quod ei folia decidant, quoniam per hanc habetur alia cauſa in fieri, quæ eſt ſuccum conſiſtere, inareſcereq; Dicat aliquis clariſſimè uideri pluta eſſe in quibuſdam eiuſdem rei media. Nam in commune cauſa deliquii, & interuentus Lunæ in Sole, & interuentus terræ in Luna. Certè plures finitiones eiuſdem rei afferri non poſſunt, nominis poſſunt.

¶ *De habitu principiorum, & quemadmodum cognitio vniuerſalium in homine pariatur.* Caput XXXIIII.

DE demonſtratione dictum eſt ut conſtet, dictum etiam de ſcientia demonſtrandi, quoius opus demonſtratio eſt. Nunc de principiis eius, quemadmodum cognitio eorum ingeneretur in nobis, & qui habitus ſit, quo illa innoſcantur diſſeremus. Sed antequam deſcendimus, purganda quædam, & amolienda, quę uidentur obſtare. Neceſſe eſt prima principia aut cognoſci à nobis dicere, aut non cognoſci: ſi cognoſcimus, aut demonſtratione, aut alia uia cognoſcimus. Item aut ſcientia, aut uirtute omnino aliqua: pleraq; enim ſciri per demonſtrationem non poſſunt, quæ nihilominus ſciuntur ut finitiones. Sciri certe principia demonſtrationis, neceſſe eſt eum qui ſcire uult, quæ de principiis oriuntur, idq; ſupra & probauimus. Nec illud prætermiſimus principia demonſtrandi, demonſtratione oſtendi non poſſe. Videamus nunc, ecquid horum quæ prima immediataq; ſunt, ſcientia ſaltem aliqua, aut potentia ſit. Sed à quæſtione illa initium capiamus, principia hæc iam inde ab ortu noſtro inſignita impreſſaq; animo ſint quidem, ſed lateant. An uero tum demum quom adulti iam ſumus percipi à nobis, cognoſciq; ſoleant. Et Hercules inſita illa in nobis aliquando eſſe, nec intelligi, non poteſt defendi: quia quemadmodum demonſtrationem tenere nemo poteſt, ſi tenere ſe ignoret, ita nec ſcire principia qui ſcire ſe neſciat, tanto præſertim exquiſitiore horum noticia quàm demonſtrationis. Altera adeo pars, quæ uult principiorum noticiam, progredientibus & confirmatis ætatibus ali, diſſentanea à nobis eſt, qui ſtatuimus omnem doctrinam diſciplinamq; ex prę ſumptis quibuſdam & ante perceptis exiſtere. Nihil enim principio ſuperius prius ue eſt. Hæc ſunt quæ controuerſiam pariunt, nec diſſolui poſſunt niſi uis animæ aliqua inueniatur, quæ prima inter cæteras cognoſcat, & à qua principiorum intelligentia originem habeat. Ac uidetur quidem hæc omnibus animalibus data, quippe quibus innexa ſit diſcernendi quædam iudicandiq; ratio. Sed quamuis omne animal inſtructum ſenſibus ſit, non tamen iudicio æque ualet omne. Sunt enim ex iis alia, quę abiuncto ſenſili ſpectrum eius diutius ſeruant, alia quæ non ſeruant. Eorum quæ non ſeruant, quædam omnino non ſeruant, ut muſcæ, uermiculi, culices: quædam exiliter, ut brutorum & auicularum, nonnullæ quæ cantibus, quos audiunt, inſueſcunt. Ea in quorum animis res ſenſibus perceptæ non manſitant, nihil ſine ſenſu cognoſcunt. At quibus digreſſo ſenſili imago eius inſculpitur (ut ſi Socrate abeunte, formam eius detineant animo) poteſt iis alia cognitio, quàm quæ per ſenſum accipitur, contingere: atq; hæc in animalibus imperfectis Memoria dicitur, quoius id officium modo eſt, ut ſimulachrum rei eius, quæ accepta ſenſibus eſt, in theſauro ſuo diu cuſtodiat. Quædam præter hoc & connectere, quæ in memoria condiderint, poſſunt, & ſimilia ſimilibus conferre. Quod genus rationalia

Cap. 6. lib. I.

Quã ſenſum appellam' ait ipſe deinde ſequit: ſed q̃uis &c. q̃ verba ſint forſitan in curia librariorũ omiſſa.

perfectaq; sunt. De sensu itaq; proficiscitur memoria, ut dictum est, de memoria oritur peritia & experientia, utiq; si de aliqua re sæpius agitatum cogitatumq; sit. Nam memoriæ (ut ita loquar) multæ una exit experientia. Hoc enim quod sel dicutit, primum sensu percipio ueratrum esse, deinde & recordor, iterum sentio, & iterum usum eius agnosco, & iterum memini. Simul hoc periculum sæpius fecero, tum ex pluribus sensionibus memoria una coalescit, & ex memoriis multis peritia hæc consurgit, ut sciam ueratrum bilem trahere. Hæc peritia indies accrescit, sensu, experimentis, memoria confirmatur. Tandem enunciatum uniuersale reponitur, idq; in anima obmanet, tale omne ueratrum purgat.

¶ Vniuersale a sensu ortum habere, & ab intellectu formari. Caput XXXV.

VNiuersale[a] autem notio est quædam in singularibus reperta, & ad plures differentias pertinens. Hæc initium artis & scientiæ omnis est: [b] artis, si circa ea sit, quæ oriuntur & occidunt: scientiæ, si circa his contraria. Neq; igitur iam inde ab initio uitæ principia sciuimus, alioquin perfecti absolutiq; nasceremur. Neque item ab alia potentia priore præstantiore ue oriuntur hæc, alioquin confitendum haberemus aliquid prænosci ante principia, sed à sensu & memoria congregantur. Nam quemadmodum inclinato exercitu fusoq;, si unus aliquis resistere incipiat, sæpe fit ut alius primum, deinde alius atq; aliis conuolet. Demum globo facto, & fauore multorum addito animo, tota acies iterat pugnam, & redintegrat prælium: ita de simulacris dicendum, & reliquis inhærentibus earum rerum, quæ sensu hauriuntur, primo uestigio secundum allinitur, secundo tertium nectitur, ab iis alia confluunt corroganturq;, de quibus postremo utilis quædam notio conualescit. Hæc enim animæ acrimonia est, ut etiam si genera, quæ accidunt sensibus continenter laberentur & fluerent, tamen similitudines eorum excipere & memoria continere possit, & quod in singularibus cõmune uniuersaleq; est, deprehendere notareq;. Nam & sensus hoc percipit. Quotiens enim Socratem quis agnoscit sensu, una & hominem agnoscit in Socrate. Et qui hoc rubens, hoc candidum uidet, simul & rubens & candidum uidet: nec quisquam est qui Calliam & hominem, ut eandem omnino rem sentiat. Alioquin sicut non est nisi unus Callias, ita uidere non posse alium hominem nisi Calliam. Sed quom Socratem uidet, uidet in Socrate id, quod in aliis quoq; hominibus simile communeq; inest. Quare ad quendam modum uniuersale sensu percipitur, non tamen seorsum à singulari, sed obiter subindeq;. Alia quippe uis est, qua sensu circa sua incidentia subiectaq; occupato, ipsa unum ex multis rimatur, indifferens ex differentibus, idem ex diuersis, promiscuum ex impromiscuis colligat, hominem ex Aristone & Callia, animal ex homine & leone, substantiam ex animali & planta. Durat enim ascensus hic usque eò, dum multa in aliquid, quod unum omnino simplexq; sit, reducamus referamusq;, & tanquam religemus.

[a] *Sic ait ipse græce* καὶ ἔστι τὸ καθόλου τὸ ὅμοιον καὶ ταυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, καὶ τὸ ἓν τοῖς πολλοῖς· *hoc est, vniuersale autem est id quod simile atque idem in singularibus & multis est.*

[b] *Græce aliter Themi. loquitur: sic enim ait artis si circa ea sit: quæ ab ipsa fiunt scientiæ: si circa eaque a natura.*

¶ Quemadmodum vniuersale per inductionem accipi intelligendum sit. Caput XXXVI.

QVamobrem modus quo uniuersale constituitur cognoscituriq; inductio est. Inductionem accipio hac parte aggressionem illam rationemq;, per quam ex noticia particularium utcunq; ad intelligentiam uniuersalis uenitur. Huius rationis assumptiones, ipsi erunt sensus. Nam sensus quoque principia & causæ sunt, ut singularia noscitentur. Vniuersale mentis opus est, & ab ea effingitur. Huic enim proprium unire & cogere est, atq; (ut inquit Plato) infinibila fini obstringere. Diuidit illa componitq;, pluribus modis conuariat atque commutat, omnino agilis & permobilis natura eius deprehenditur. Porro inductionis huius in qua sensus uicem obtinet sumptorum, uniuersale

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

conclusionis, non statim à sumptis conclusio sequitur, nec paruo tempore absoluitur, sed inter sumpta & complexionem aliquanta uis incidit temporis. Nam sumpta illico afformare incipit sensus, sed quom processit admodum, ac diu exercitus est, tum ea uis animi quæ intellectus nominatur, conclusionem ipsam subiungit. In hoc autem opus est ætate longa & usu multo: quia quod effusum sparsumq; est, nisi spacio temporis cogi, & in unum conferri non potest.

¶ *Principia in nobis non natura esse insita, sed creari ab intellectu.* Caput XXXVII.

SEd adeo paulatim sensimq; assuitur inductio hæc, ut continuatione ipsa lateat, unde orta perfectaq; sit. Quapropter contingit multos credere naturam homini noticias quasdam ingenuisse sine doctrina, nec intellectum esse, qui de se illas promeret excitaretq;, quod falsum est. Quàm uero hæc sola uis animæ sit, quæ uniuersales & immediatas propositiones communiat, hinc docebimur. Habituum qui ad intelligentiam pertinent, alii semper ueri, alii non semper sunt. Non semper ueri opinio & ratiocinatio: uterque enim earum rerum est, quæ aliter esse possunt ac sunt. Sed opinio ferè spectatiui generis est, ratiocinatio administratiui. Veri semper sunt, scientia & intellectus, & scientia principiorum non est. Nam scientia est noticia per demonstrationem quæsita. Relinquitur, intellectum esse quoi principia debeantur. Nam principia exactius & exquisitius cognosci, quàm quæ à principiis sunt, oportet. Solus intellectus exquisitior omni scientia est. Intellectus igitur hic, qui principia scientiis ministrat, quem primum natura indidit homini, & qui intellectus potentiæ dicitur, simplicibus sit oportet. Hic ceu animæ oculus est. Hic initio uitæ iudicio & ratione omni caret. Per hunc homo statim ab ortu suo rationale animal natura existit. Hic nobiscum ab ineunte ætate ad obeuntem senectam augetur, prouehiturq;. Primum notiones simplices capit, quas terminos uocamus & incompositas uoces, quæ prima orationis tanquam elementa sunt. Nam hominem, terram, algidum, candidum, statim à pueris efferre, & audita ab aliis in complexu intelligere possumus. Deinde quom paulum processimus, tum & progrediens confirmatur animus, & simplicia incipit nectere, & quid sit homo agnoscere. Adhuc proficiscente longius ætate, quasi adultior fit, ut iam & conflare uniuersalia & commentari à se possit. Nec cessat profectus, quousque ad expletionem quandam & absolutionem naturæ perueniat, & habitum intellectualem, per quem rationale animal sumus, attollat. Ac certe accidit simile quiddam animo, quod corpori: nam paruuli primò sic iacent, ut neque flectere se, neque ingredi ualeant. Deinde ut quadrupedes reptant, tum erigunt se & incedunt ut bipedes, nec indigent comite, qui manum det. Adeò uero promouent hoc processu, ut iam & ad cursum uegeti, & ad omnes usus corporis firmi robustiq; sint. Eodem modo animus primum nominare tantum res potest, & intelligere quæ nominat: tum componere & meditari. Postremo uniuersalia quædam iudicia & notiones scrutatur, quas protinus quàm elicuit, in se ipso deponit atq; consignat.

Intellectus potentiæ est ceu aiæ oculus.

¶ *Intellectum esse habitum principiorum, quemadmodum scientia habitus est scitorum.* Caput XXXVIII.

INtellectus igitur principium scientiæ est. Principio utique principiorum noticia tribuenda subiicendaq; est, quemadmodum scientiæ omnia, quæ sciri per demonstrationem possunt. Ita enim principium ad principium se habet, sicut scientia tota ad totum id, quod subiectum scientiæ est.

THEMISTII IN LIBROS POSTERIORVM PARAPHRASEOS, FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

HERMOLAI BARBARI

PATRICII VENETI ZACHARIAE

Filij, in Paraphrasin Physices Themistij,

Præfatio ad Ant. Galatheum.

DHILOXENVM Eryxidis & Gnathonem Siculum gulæ proceres, immo vero extremos ac perditos gulones cupediuorasq; infamant literæ, quod conuiuijs adhibiti emungere se in pultarys soliti essent, vt abstinentibus cæteris, soli epulis ampliter frueren-tur. Idem mihi videtur peccare, qui studia liberalium artium docere, aut scribere ingressi, vocabulis sordidis & ex intima plebei fermonis fece acceptis, fœdant & contaminant omnia, vt bonis mentibus & præclaris ingenijs, aut auersis, aut perterrefactis, soli rerum potiantur, voluptenturq; citra æmulum. Ita fit, vt qui paulo modo humanius educati institutiq; sunt, non reformident hæc adeo, sed fugiant, oderint, despuant. Contra rudissimus quisq; infantissimusq; admoliri manus ijs audeat. Quod non contingeret, nisi quod (vt in prouerbio est) balbi balbos intelligunt. Ac sunt quidem nonnulli tam male affecti animatiq;, vt putent quæ in philosophia matheſi iuris scientia tractantur, Latine dici aut explicari non posse, non tam propter egestatem linguæ, & rerum nouitatem (vt Lucretio videtur) quam quod sentiunt humanas litteras quasi negocium facessere, & impedimento esse maioribus doctrinis. In quo aly etiam importunius stolidiusq; affirmant, pugnantia esse hæc non alio genere, quam ea, quæ desperata & contraria animantibus dicuntur. Proinde vitio vertunt, si quis vtrunq; aut iunctim condiscat, aut ab eloquentiæ studijs se ad philosophiam conuertat. Hi sunt qui plausus modo in celebritatibus captant, qui per vrbes vehuntur conspicui, qui vnicos se Aristotelis lectores narratoresq; & credunt & prædicant. Durius fortasse verbum, quam vt vel homo minime iurgiosus immodestusq; afferat, vel vt ab esse ab eo inuidia possit. Sed (fortis fortuna) dicendum est, nihil æque perniciosum in omni repub. est, quam ista persuasio, nihil tota vita incommodius, indignius, fœdius, quam peruersio hæc & deprauatio studiorum. Addicerem hoc necessarijs rebus & testibus. Sed nolo esse longior in re non dubia. Illud non possum tacere, hoc quod vulgo creditur, philosophos non esse rebus gerendis aptos, nauosq; non aliunde habuisse ortum, quam quod ex his plurimi, dum se totos ponunt in vna illa, quoi addicti sunt arte, aspernantur & deserunt cætera: eloquentiam abdicant, id est cultum & elegantiam uitæ: historiam negligunt, id est magistram & ducem bene ac beate uiuendi, de qua & usus rerum omnium prouenit, & peritia tota rei publicæ administrandæ constituendæq; paritur. Hi cum legati ad externos mittuntur, cum prætores iuridicundo sedent, cum in senatu sententiam rogantur, mirum non est, si aliquando præsentibus risum excutiunt: si fatua, si delira, si extrema deblaterant: si tota eorum non plus incompta quam imprudens oratio est. Et Hercules nullum hominum genus visitur tam abhorrens a sensu communi, tam distorto & corrupto iudicio, quam qui aut philosophiam, aut ius ciuile sine literis cultioribus adierunt. Sed mittamus (obsecro) hos, qui non uerbis, sed ferula commonendi essent: nisi quod senex est psitacus negligit ferulam. Prius tamen quam hinc decedo de genere hoc ita statuo. Quemadmodum luscitiosi ex-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quiſitius cernunt ueſperi quam interdiu: ita ij facilius præpoſtera & confuſa, quam recta & explanata percipiunt. Et quemadmodum qui miſere degunt (vt inquit Plato) dicunt humanum genus fœlix ac beatum eſſe non poſſe: ita qui diuerſum a Muſis ingenium obtinent, negant habitare eas poſſe in quibus ipſi artibus verſentur. Cæterum hortor te, mi Galatee, vt adoleſcentibus iſtis veſtris nouitios philoſophos cum veteribus conferas, penſitesq; vt quantum interſit intelligant. Incumbe omni ſtudio, labore dexteritate, prudentia, vt opinionem illam, de qua ſuperius dixi, quæ fere in hominum mentibus obduruit, aut diſcutias aut mollias. Ita enim & illos priuatim & literatos omnes in commune promeritus fueris. Multum te in hoc iuuabit Pontanus noſter, cuius tanta eſt vel doctrina, vel authoritas, vel vtrunque, vt ſperare ſit eum, ſi vires intenderit, talem huic malo futurum, qualis aut Sphingi Oedipus, aut Hydræ Hercules fuit. Quod ſi quos nactus fueris egregie pertinaces (ſunt enim & in volucrum & in terreſtrium genere animalia, quæ fœtidis gaudent) ad hos tu ceu aui præpoſtera ortos luſtratos, & intemperijs actos, ac plane depoſitos deploratosq;, ne manum quidem admoueas. Nunc reſtat, vt de me ipſo tibi aliqua dicam. Mirari te nolim ſi infinitos errores, quos iſti partim imperitia linguæ, partim Ariſtotelicæ diſciplinæ inſcitia prælegunt & defendunt in ſcholis, non coarguo. Nec enim hanc prouinciam ſuſcepimus ſcribendi res phyſicas, vt cum illis tanquam in palæſtra (vt dicitur) certaremus de laude & gloria (quippe quos vincere nullum negocium ſit) ſed vt vel nobis ipſis commentaremur hæc ſi nullos habituri ſectatores eſſemus, vel ſi quibus idem qui nobis ſtomachus eſſet, ijs ad bonas literas aliquid operæculæ adderemus. Nec enim ſpiritus magis magnos in hoc quam vtiles (vt ille inquit) afferimus. Nec de nobis quicquam magnopere arduum pollicemur, ſed quædam tamen inueniſſe non negamus, quæ aggredientes ad hæc tantiſper morari non inuenta potuerint. Illud tempus eſt, in calce vti dicamus, nos tibi interpretationem in Paraphraſin Phyſices pro noſtra veteri ac ſtabili neceſſitudine volentes dicaſſe. Alioquin dicaturam hanc ſtipulatus a nobis es, quom eſſemus iſtic. Oppigneratam tibi fidem reluimus: quanquam præſcriptione vti poteramus & fori & decennij. Sed beneficio harum legum renunciant philoſophi, quibus in fraude ponitur vel furioſo abiurare gladium. Vale.

Venetijs. M. CCCC. LXXX.

THEMI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII PHYSICES,

LIBER PRIMVS, INTERPRETE

HERMOLAO BARBARO.

LIBRORVM [a] Aristotelis de auscultatione Physica facile est assequi intentionem, si prius eius partis philosophiæ diuisio, quę de natura est, ad memoriam reuocata, in medium proferatur. Fortasse uero operæprecium facturi simus, si uniuersa philosophiæ distinctio, quæ ab Aristotele est instituta, à nobis hoc loco breuiter expositа explicataq; fuerit. Est enim ut corporis medicina, ita animæ philosophia perfectio. Porro animæ una pars irrationalis, altera rationalis est. Rursum eius partis, quæ rationalis est, una est portio irrationalitati obsequiens, quæ intellectus potestatis uocatur. Altera [b] portio est seiuncta prorsus atq; separata, quę dicitur intellectus agens. Præterea duplex totius animæ uis habetur: appetendi una, altera cognoscendi. Plane id genus quod perficit appetitum, quod totum in irrationalitate & intellectu affectibus irrationalibus delegato positum constitutumq; est, Peripatetici actiuum administratiuumq;, & circa negocium actionesq; consumatum nominauere, finemq; eius particulæ statuerunt. boni delectum atq; indeptionem. Alterum uero genus, quod in conspectione duntaxat & æstimatione rerum sola consistit, cuiusq; finis est ueritas, generali uocabulo spectatiuum contemplatiuumq; appellari uoluere. Iterum genus hoc posterius secatur in species: Nam ea speculatio, quæ circa res à materia nõ separatas uersatur, quæq; auxilio sensus & uisionum ope ipsum potestatis intellectum perficit, Naturalis scientia nuncupatur, ea ratione, quòd & circa eas res & in iis consistere natura uideatur. Eam autem contemplationem, quæ circa res materia omnino carentes, & purissimam intellectus agentis actionem: nec non circa illum actum intellectus potestatis uersatur, quæ unà cum intellectu agente conficitur, diuinarum rerum Scientiam, & Primam Philosophiam & Metaphysicam uocant, quia scilicet post naturalium rerum traditionem instituta illa & ordinata esse uideatur. Cęterum ea cognitio, cui subiectę sunt res, partim coniunctæ materiæ, partim abstractæ, Mathematica & scientia de anima nuncupatur. Etenim mathematicarum rerum substantiam affinitate quadam, & interstitio utriusq; naturæ ancipitem esse, atq; intermediam autumant, eò quòd si uniuersalitatem, atq; in cõmune spectes materiæ sint expertes, si dimensum ipsum discretionemq; particularem ac sensilem à materia disiungi, atque auelli nõ possint. Idem [c] de anima dicitur. Ex sensibus nanq; & imaginationibus, atque illo ipso intellectu potentiæ, multum ineſſe materię colligunt, ex agente uero intellectu, quem caput esse animi Aristoteles ostendit, aiunt esse animam ab omni materiam prorsus abiunctam: quamuis non idẽ Alexandro uideatur. Verum alias philosophię partes diligentius suis locis exequemus. Nunc de naturali duntaxat est agendum.

[a] *Non est Themi. prohæmium hoc quamuis illi id Herm. ascripserit. sed Simplicij sicuti illi facile cognoscere poterunt qui callent literas græcas.* [b] *Contemplatio actionis purissime intellectus agentis: ac eius quoq; intellectus potestatis actionis: quæ vna cum agente conficitur metaphysica est.* [c] *Non autumat Simpli. scientiam de anima mathematicam esse: vt quidam credunt: sed mediam inter naturalem & meta. sicuti & mathe.*

SCientię naturalis, pars una circa principia rerum naturalium, quatenus naturales sunt atq; corporeæ, quod prorsus idem est, & circa ea quæ necessario consequentia sunt & connexa principiis. Altera pars circa ea uersatur, quę ex principiis oriuntur. Ex his quæ de principiis oriuntur, quædam simplicia habentur, quædam cõposita. De simplicibus ea pertractat scientia, quæ de cęlo est ab Aristotele instituta.

Naturalis scię tiæ diuisio.

Liber de cœlo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Nam prioribus duobus uoluminibus de quinta ſubſtantia eius, quod propriè cœlum eſt, diſputatur. ſuperq; perennitas etiam illius oſtenditur. In reliquis duobus libris de quatuor elementis agitur, quæ ſub lunæ orbem ſunt: quatenus ſimplicia ſunt, & quatenus motus ſimplices habent. Cõtra Alexã. Sic enim, ut arbitror, melius dicitur quàm Alexandro uiſum eſt, qui de perpetuitate & orbiculatione addit etiam de quolibet corpore naturali, ſeu de mundo uniuerſaliter in iis libris traditam eſſe diſciplinam. Nam de naturalibus rebus, quæ ſunt naturales, in his libris, quos modo exponimus, agi ipſemet Alexander fatetur. Omne autem compoſitum naturale eſt: de compoſito uero nulla ibi fit mentio, ſed de ſimplici tantum. Quemadmodum & ipſe Ariſtoteles in tertio operis ſui uolumine manifeſte declarat. De primo inquit, elemento iam dictum, & quale ſit natura, & quàm incorruptibile ingenitumq;: reliquum eſt de duobus dicere. Duo autem intellexit quatuor elementorum complexiones, quæ duobus generibus motuum ſubiiciuntur: uni qui migrat à medio, alteri qui tendit ad medium. Simplicia porro nuncupauit elementa. Quũ uero cõpoſita omnia & genita ſint & corrũpantur: ſimpliciũ auté rerũ, quædam ſempiternæ, quędam generationi & interitioni obnoxiæ habeantur, de ſempiternis agitur in prioribus libris, qui de cœlo inſcribuntur, ut ſupra dixi. De genitis & interituris quatenus ſimplicia ſunt in tertio & q̃rto. Liber de gñatiõe & corru. Sed quum de gignendis caducisq; iam eſſet dicendum, primũ duo uolumina de generatione & corruptione conſcripſit, quibus naturæ rerũ earũ quæ gignuntur, quatenus ſunt gignendæ: & ea quæ cõmuniter cõſequuntur quatenus huiuſmodi ſunt, pleniſſimè continentur & indicantur. Præter hęc alia item de rebus aliis ſcripta idem Ariſtoteles reliquit. Naturã utiq; earũ rerum quæ ſupra nos regione proxima generantur, per eos libros, quos Metrologicos uocamus, abundant edocuit. Metheororum De iis uero quæ infra nos producuntur, in animis ſatisfecit, in ea inſtitutione, quæ metallorum naturas nobis cõplectitur. Et quoniam in tria genera ferè animans natura diducitur: Animalia, frutices, & ea quæ quia ex utroq; naturã habent, Zoophita appellantur (ceu inter animalia atq; plantas ambigua, & in amborũ generũ collinitio cõſtita) de animalibus uelut per quendã hiſtoriæ modũ exequutus eſt in iis libris, quos de animalium hiſtoriis inſcripſit. De aialibus. Rationes uero atq; cauſas in iis libris aperuit, quos de generatione animaliũ partibus, motibus, ſomno, ſimilibusq; cõpoſuit. Eodé pacto de ſtirpibus atq; plantis duplici uia & ratione diſſeruit. Hęc eſt, ut q̃ breuiſſime dicam, naturalis philoſophiæ diuiſio diſtributioq; à peripateticis ꝓdita.

Opis intẽtio. Præſentis autem operis ſumma intentio eſt ea docere, quæ uniuerſaliter inſunt in rebus naturalibus, quæ naturales ſunt. Idem eſt autem & corporeas dicere & naturales. Plane principia ſunt omnibus communia, quæq; annexa principiis. Principia ſunt ea, quæ philoſophi cauſas, & concauſas uocant. Cauſæ apud Ariſtoteli cauſæ ſunt eſſ Concauſæ ſunt eſſ cos ſunt efficientes & fines: Concauſæ, forma & materia, & poſtremo elementa. Verum Plato addidit cauſis exemplarem, concauſis officialem ſiue inſtrumentariam. Quàm uero inſtitutio hæc de iis rebus ſit, quæ inſunt naturalibus uniuerſaliter rebus, ſtatim exorſus Ariſteles oſtendit: Neceſſarium, ait, eſt naturæ ſtudioſis imprimis, ea ut uideat, atq; diſcutiat, quæ ad principia pertinent. Idem declarat in tertio uolumine: Eſt inquit, manifeſtum, & ob hæc, & quia omnibus uidentur, hęc eſſe cõmunia uniuerſaliter, iſta eſſe conſideranda ab iis, qui debent ſingula & particularia perſequi. Eſt enim poſterior rerũ particularium ſpeculatus eo qui uniuerſaliũ eſt atq; cõmunium. Quoniam uero natura quodam pacto efficiens proximũ eſt, naturaliũ rerũ & principium motus (unde fit ut quælibet res naturalis in ſeipſa ſui motus principium habere dicatur) neceſſarius omnino tractatus erit de motu ei qui naturalem ſcientiam uolet ediſcere. Rurſum cum tempus metiatur omnia quæ mouentur, quę autem mouentur in loco eſſe ſit neceſſarium, & tẽporis, & loci naturę uidentur eſſe explicandæ. Iteé quũ corpus, tẽpus, locus, motus continua ſint, neceſſe eſt edocere quid ſit continuũ. Atq; hæc ſunt ea quæ nos cõſequentia diximus, & annexa principiis. Sed inter hæc incidunt quæſtiones, & ea quæ de inani eſt, & ea quæ de infinito. De infinito ea ratione, quòd quũ & naturalia corpora, & motus, & locus, & tempus continua ſint, & dimenſum habentia, neceſſe eſt eſſe ſectilia in infinitũ. Item uel infinita eſſe, uel finita, uel partim finita, partim infinita. Quoniam uero nõnulli ſunt arbitrati locũ eſſe inane quoddã ſpacium, & carenté corpore dimenſioné, iure ſermo, is qui eſt de uacuo ei qui eſt de loco ſuccedit. Quando præſertim Phyſicorũ plurimi, & quidé nõ ignobiles, uacuũ inter principia numerauerunt. Phyſicæ igitur diſciplinæ omnis functio circa ea eſt, quæ uel cõmuniter in rebus inſunt naturalibus, uel uidentur utique ineſſe, quamuis non inſint.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Inscriptio.

CAusa etiam inscriptionis patet: docet enim de iis rebus esse tractandum, quæ naturalibus communiter insunt, qua naturalia sunt. Proinde merito uniuersale quoddam nomen est inditum operi de physico, scilicet auditu, siue de auscultatione naturali. Cæterum auscultatio [a] dicitur, ceu ad eum modum elaborato exactoq; opere, ut in auditionem perceptionemq; aliis sit propositum. Adrastus uero in iis libris, quos de ordine commentationum Aristotelicarum conscripsit, tradit à nonnullis esse de principiis inscriptum à quibusdam de physico auditu aliquos priora quinq; uolumina de principiis inscripsisse, reliqua tria de motu. Hoc etiam sensisse uidetur Aristotelis, quum multis in locis hac distinctione meminerit.

[a] *Commentationes omnes: in quibus res altiores subtilioresque agitabantur: auscultatorias solitus est appellare Aristo. de quare in fine prohœmi huius.* Vtilitas. *Omnibus artibus mechanicis naturalis scientia principia subministrat.*

Vtilitas scientiæ rerum naturalium subscribitur.

CAeterum naturalium rerum scientia, non solum ad eas res utilis est, quæ in uita tractantur, utpote quæ & medicinæ principia præbeat, & mechanicis cæterisq; huiusmodi artibus subministret. Quælibet enim & naturam subiectæ materiæ, & naturales differentias speculatur. Item nõ solum perficit ea cognitio, partem illam animæ nobis associatam atq; cõplicitam, eo modo quo theologia partem intelligibilem atq; supremam, sed etiam reliquis uiribus & potestatibus animæ plurimũ affert & ũtilitatis & ornamenti. Videtur enim ad uirtutes actiuas adipiscendas scientia naturalis maximũ habere momentũ. Primũ ad iustitiam, quandoquidem elementa & reliquas partes orbis uniuersi, & sibi inuicem cedere, & suum amare quæq; ordinem, æquabilitaremq; seruare, Geometricã plane perspicimus: unde ab auaritia & possidendi libidine nos faciet abhorrentes. Ad continentiam deinde temperantiamq; proficiet, quum doceat eam esse naturam uoluptatis, ut nõ sit antecedens ullum aut per se ac suapte natura bonum, sed posterius quiddam & subsequens, dum id quod uehementer mouere, & magnopere expetendum uidetur, multa etiamnum turpitudine præter naturã & cõmixtum & coinquinatũ appareat. Huiusmodi itaq; studiũ philosophiæ facile nos à corporis uoluptatibus deterrebit, atq; ab eorũ omnium cupiditate: quæ externa quum sint, plurimum admirari & preciosa existimare solemus. Vnde illud eueniet, ut & iusti & cõtinentes esse possimus, & in communi hominum consuetudine atq; cœtu, consultissimi & prudentissimi esse uideamur. Sed è physicis & fortitudo sumetur contra mortis metum, quum didicerimus hominem uix esse portiunculam sensilem uniuersi, & uiuendi spatium uix totius tẽporis esse momẽtum. Itẽ genitũ omne corrũpi, dissoluiq; in simplicia oportere, & partes propriis elementis reddi, atque restitui uniuersitati. Nihil enim aliud est corruptio, quàm dissolutio dissipatioq; cõpositi, per quam (ut dixi) partes in generalitatẽ, id est naturã suã recurrẽtes, reciprocãtesq;, quasi accepto feruntur uniuersitati, renouantur ea, quæ consenuerunt, confirmantur ea, quæ debilitata fuere atque prostrata. Cæterum nunc, siue paucis post annis emori in nulla esse ponendum ratione ei, qui temporis numerum atq; adeò infinitudinẽ æstimarit. Quòd si separatã illam animi sublimitatẽ ad ea cognoscẽda traduxeris, quæ à corpore sunt, corporeisq; remota, tunc penitus cupieris uita excedere. Qui uero ita est animo constituto atq; cõposito, ut mortem contemnat, quid esse potest tam admirabile, quod illius queat mentem præuertere? Prudentiam quoq; cum plurimã habeat cũ intellectuali animi parte cognitionẽ, ea maximè iuuabit disciplina, quæ naturã rerum ostendit atq; edocet. Excelso item animo esse atq; magnifico facit ea scientia, quæ persuadet nihil esse magnum aut eximium in rebus humanis. Quom uero ita reuocamus mentem à sensibus, ut nulli cupiditati perturbationiq; pareamus, sed modicis, atq; adeò intra desyderium naturæ contenti, nostras possessiones uelimus esse cõmunes, alienis substineamus, liberalissimi & munificentissimi efficimur. Iam uero maximum illud atq; optimũ genus utilitatis, quis nõ perspiciat? Quòd & ad animi nostri substantiam cognoscendam, & ad separatarum diuinarumq; rerũ noticiam capessendã, hæc potissimũ ratio atq; uia esse uideatur. Quod & Plato dicit, qui ex naturalium motuũ perceptione ad eam substantiam inuestigãdam perrexit, quæ, quom se ipsamet moueat, prædita est intelligentia & diuinitate. Sed & Aristoteles quoq; hoc ipso opere ex perennitate motus orbicularis, immobilem quandam substantiam adinuenit, quę motuũ omnium origo esset & causa. Accedit ad gratiam, quod huiusmodi studiũ philosophiæ, nostrã erga deũ obser-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quantiam pietatem q; multum adauget,& tanquam concalefacit. Nam cognitis iis perfecte quę fecit deus, in admirationem cõmendationem q; ſui, omnium animos atq; ora conuertit. Hanc autem admirationem propenſa charitas, fides, ac ſpes certiſſime cõſequuntur. Propter hæc maxime phyſiologiæ danda eſt opera uel impẽſiſſima. Quod ſi utilis eſt ea ſcientia, certe utiliſſimum erit hoc opus, quo totius phyſiologiæ principia continentur, ſine quibus naturalem diſciplinam cõplecti non eſt, quemadmodum ex initio ſtatim Ariſtoteles docet. Tunc, inquit, intelligere unum quodq; arbitramur, quum cauſas cognoſcimus primas,& prima principia uſq; ad elementa.

Ordo

Morales ſcientiæ rerũ naturaliũ diſciplinã præcedere debent. nec rationales præcedere debent.

SIquid autem & de ordine huius operis eſt dicendum, ex uerbis Ariſtotelis, quæ nos ſupra recitauimus, manifeſtum erit, primos hos libros haberi in naturali ſcientia, utpote quibus principia naturalia contineantur. Nam poſt morales ſcientias, quæ ad uitæ noſtræ inſtitutionem pertinent,& poſt rationales, quę nobis tradunt regulas diſcutiendæ diiudicandæq; ueritatis, capeſſenda erit rerum naturalium diſciplina. Quàm autem Ariſtotelicum opus hoc ſit, ſuperuacaneum eſt inueſtigare, quum res controuerſa nõ ſit, præſertim quum in his libris, quorum authorem fuiſſe Ariſtotelem nemini dubium eſt, ipſemet Ariſtoteles opus hoc liquido uideatur agnoſcere. Pręterea ſtudioſiſſimi eius diſcipuli,& omnes demum Peripatetici Ariſtotelicum opus hoc eſſe meminerunt: quorum non nulli quoq; reperti ſunt, qui id in capita rexerint,& breuiaria indidem compilarint. Quum itaq; bifariam diuidantur ii libri, prioribus quinq; uoluminibus de principiis, deq; iis quæ principiis ſunt annexa,& iis quæ ueniunt in quæſtionem agi, Adraſtus putat, in ſexto initium à motu capi, tribusq; reliquis uniuerſam de motu ſententiam promi,& naturalia eius rei ſpeculamina pleniſſime iudicari. Quare & Ariſtoteles ipſe hoc diſcerniculo nomenclaturę, ſolitus eſt priora quinque de principiis uocare, poſteriora de motu. In primo eorum quæ de principiis ſunt, agitur de concauſis, materia uidelicet atq; forma,& de ea quæ formę opponitur, priuatione. In ſecundo de cauſa efficiente tractatur, quam eſſe naturam dicit,& ſimiliter de ipſo fine. Et quia ſunt aliæ quoque cauſæ, quæ per accidens cauſæ efficientes uidentur eſſe, eodem libro ſecundo de huiuſmodi genere cauſarum egit, quales ſunt caſus & fortuna. Quum autem ſtatueret naturam eſſe principium motus, & earum deinceps rerum omnium, quæ motus alicuius proprietate indicaturaq; deſignantur, in tertio docuit quid eſſet motus, & in uniuerſum & ſingillatim ſingula genera. Quum uero continuus ſit naturalis motus, omne autem continuum in infinitum ſit ſciſſile, eodem tertio libro & de infinito,& de continuo diſputatur. Corpora autem naturalia cum loci egeant,& eius in quo ſunt,& eius in quo mouentur, ea ratione de loco diſſeritur in quarto. Ad hæc quum nonnulli putarent locum eſſe uacuum interuallum, atq; inter principia ipſum inane magno plauſu conſenſuq; collocarent, iure eodem libro eas exulcerat quæſtiones, quæ de inani atq; uacuo ferebantur. Item quum motum omnem metiatur tempus, neceſſarium uidebatur de tempore diligenter eſſe accurateq; perquirendum: ita quartus liber finit. In quinto motum qui prius eſſet, ab aliis mutationibus ſeparauit. Iam quæ oppoſitiones, pugnantiæ ue tum motus ad motũ, tũ quietis ad quietem, quæ motus item uiciſſim quietiſq; haberẽtur, poſtremo quis eſſet motus unus deinceps oſtẽdit. Hactenus hæc. Ego uero additis paucis cõuertar ad expoſitionẽ.

Quod op⁹ ſit Ariſtotelicum diuiſio.

primo libro in primum tractat' ab materia & forma nec̃ de primo de natura cauſa efficiente ſecundo eodem libro nec̃ de cauſa finali in ſecundo libro nec̃ de cauſa fortuna & de motu in tertio libro nec̃ de infinito & de continuo & de loco de nacuo de manifeſto & de tempore in quarto. in quinto de motu ſpiritu quiete

habet ſpiritum cipiamus.

In quib⁹ differt Ariſt. ab aliis philoſophis.

EX iis igitur, qui ante Platonem fuere, philoſophatiq; ſunt, Thales & Anaximander atq; huiuſmodi omnes, utpote qui poſt diluuium,& rerum neceſſariarum inſtauratione, ſtudium philoſophiæ primi in Græcia excitauerint, quum rerum naturalium cauſas quærerent, perinde ac ab ultimis inchoantes, ſola materialia & elementaria principia cognouerunt, quę poſtmodũ nobis tanquam rerum omnium principia paſſim indiſcreteq; tradiderunt. Xenophanes autem Colophonius, & diſcipulus eius Parmenides, mox & Pythagorici conſumatiſſimam quidem rerum naturalium, atq; earũ quoq;, quæ trans naturam ſunt, ſed plenam enigmatum ambiguitatumq;, nobis philoſophiam reliquerunt. Anaxagoras quoq; Clazomenius efficientem cauſam adinuenit intellectum ac mentẽ, quanquàm in redditione & aſſignatione cauſarum rariſſimè uſus eſt ea, quod in Phedone Socrates momordit. Tametſi non erat id magnopere abſurdũ: nam & Timæus,& Plato, qui Timæum introduxit, quamuis efficientes cauſas & exemplares, & fines propoſuiſſent, tamen corporalium cauſarum probationes nõ ex illis, ſed ex planis figuriſq;, demum ab ipſa elementorum natura duxerunt. Veruntamen ipſe Plato Pythagoricorum Eleatarumq; placitis, quæ inuoluta ſubobſcuraq; ferebantur, lucem quandam utiq; intulit, & ea quæ ultra naturam ſunt elegantiſſime ceci-

Thales, Anaximander

Xenophanes. Colophonius, Parmenides. et Pythagorici, Anaxagoras Clazomenius.

Plato Cuncta ſpiritu ſua intulit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nit. In naturalibus quoq; rebus atq; genitis elementaria principia diſſeparauit à reliquis, huiuſmodiq; principia primus Plato dicitur appellaſſe elementa, ut Eudemus eſt author. Efficientes item cauſas & exemplares, & finem ita tradidit, ut diſtincte inter ſeſe eſſe uiderentur. Nam materiam ſimul & formam Ariſtoteles ex iiſdem principiis comperit. Is efficientem cauſam diuinum ſtatuit intellectum. Finem autem illius bonitatem, propter quam unumquodq; ſenſile intelligibilis exemplaris ſimilitudinem gerit. Ab iis igitur, qui Platonem anteceſſerunt non ſolum in eo diſſentit Ariſtoteles, quòd efficientem cauſam intellexit, uerum etiam quòd materialem enucleatius uidit, & prodidit. Nam quum illi homiomerias: hoc eſt ſimilares particulas, uel unũ ex quatuor elementis, uel plura, uel omnia rerum eſſe principia cenſuiſſent, uel inſectilia uſque corpora peruenisſent, Ariſtoteles & homiomerias, & quatuor elementa diſſoluit, atq; ipſam corporalem naturam in formam materiamq; diduxit, quemadmodum & ante Ariſtotelem Plato, & ante Platonem Timæus Pythagoricus fecerant, arbitrati proxima principia eſſe quatuor elementa, & ante elementa ſuperficies. Principia uero prima elementaria eſſe formam atq; materiam. A Platone autem, ſimul & ab iis qui Platonem præceſſere, Ariſtoteles uidetur in eo euariaſſe, quod quum nonnulli, uidelicet ii, qui ante Platonem fuere, de naturalibus rebus perinde, atq; de omnibus diſputauiſſent: nonnulli ita egiſſent de naturalibus rebus, quatenus in mundo habentur, & quatenus ſunt partes mundi, ita ut in libris de mundo huiuſcemodi principia quæſiuiſſe tradidiſſeq; uideantur, quemadmodum & Plato, quiq; ante Platonem fuere complures factitaſſe reperiuntur. Ariſtoteles naturalia omnia, quo ſe quæq; ordine habeant, edocuit, deq; ipſo corpore naturali, quale ſit ſuapte natura, etiam ſi nunquam fuiſſet mundus, dicato ſeorſum opere cõmonſtrauit. Sed & in elementis aliud à materia priuationem eſſe oſtendit, quũ Plato ante aut materiam, aut ex materia priuationem definiuiſſet. Cæterum quum cauſam efficientem alii deſeruiſſent, Anaxagoras uero atq; Plato (idem eſt autem, ac ſi Pythagoricos dicerem) diuinum intellectum efficientem eſſe cauſam uoluiſſent, unus Ariſtoteles adiunctæ & propinquæ rerum cauſæ laborans, naturam id genus cauſam efficientem expreſſit, quam Plato Inſtrumentariam eſſe putauerat, moueriq; ab alio, & mouere ſubinde alia. Verum Ariſtoteles non ſiſtit in ſola natura, ſed ad immotam quandam & mouentem omnia cauſam, eſt ſuperuectus, uniuerſaq; quæ mouerẽtur, in huius operis calce pendere inde, atq; niti acutiſſime comprobauit.

GEnus quoq; philophãdi Ariſtotelis differt à cæteris, quatenus obſcuritates & ſcirpos illorũ trãſtulit in perſpicuã quandã & propriam expoſitionẽ. Et uim prȩterea probationibus & ſyllogiſmis adiecit. A Platone autem eo uſq; uidetur diſſenſiſſe, quòd demõſtrationes apertius illuſtriusq; inducit, quàm quòd earum principia à ſenſu, & ab euidentibus rationibus ſumit. Ab omnibus præterea ſimul in eo diſſidet Ariſtoteles quod partes omnes philoſophiæ naturalis uſq; ad ſingularia euolutas ac reſolutas reliquit. Quũ autẽ ſcriptorũ cõmentationumq; ſuarũ ſpecies duas haberet, unã eorũ quæ exteriora nominabat (quales erunt hiſtoricæ & rhetoricæ meditationes, demũ omnia ea, quæ minus tũ curæ ac diligẽtiæ tũ intentionis & ſtudii requirebãt) Alterã eorũ quę auſcultatoria nuncupabat, in quibus philoſophia remotior ſubtiliorq; agitabatur (ex quorũ numero habeẽ hoc opus, cui titulus eſt de Phyſica auditione) in auſcultatoriis data opera uoluit obſcurus eſſe, ratus hunc in modũ obiter poſſe rudiora ingenia ab huiuſmodi ſtudio, quaſi reiici deterreriq;, ut pote quibus futurũ ſit, perinde ac ſi neq; ſcripta quidẽ nunquã fuiſſent. Quapropter Alexãder poſt Perſarũ euerſionẽ hæc ad illũ ſcripſiſſe fertur: Alexãder Ariſtoteli ſalutẽ. Nõ recte feciſti, qd auſcultatorios libros foras inuulgaueris. Nã qua alia re prȩſtare cæteris amplius poterimus, ſi ea quæ abs te accepimus, omniũ prorſus fiant cõmunia? Ego uero malim doctrina anteire, q̃ copiis. Alexãdro uero reſcripſit Ariſtoteles his uerbis: Ariſtoteles Alexãdro regi ſalutẽ. Auſcultatorios libros quos æditos quæreris, & nõ proinde ut arcana abſcõditos, ſcito neq; æditos eſſe, neq; non æditos. Cognobiles enim iis tantũ erunt, qui nos utiq; audierint. Vale. Plutarch. Chæroneus in uita Alexandri de æditione librorũ methaphyſicæ hæc ultro citroq; fuiſſe ſcripta meminit.

ESt autem [a] totius operis propoſitũ, naturæ earumq; rerum ſcientiam rationemq; explicare, quæ a natura producuntur. Nam ſine ratione cognoſcere facile eſt cuiuis homini. Poſſunt enim omnes qui ſano ſunt ſenſu dicere hoc terrã, illud aquã, hoc plantam, illud animal eſſe. Is uero qui cum certa cognoſcit ſcientia, neceſſe eſt principia rei cognitæ priora cognoſcat: quod & aliæ artes rationales declarant.

Gen° philoſophãdi Ariſto.

Cõmentationũ Ariſt. duæ ſpecies.

Alexãdri regis ępla ad Ariſt.

Ariſto. reſpõ.

a Ad hoc loco principium ſumit The. paraphraſis phemiſti, a principio ſtatri opis intẽtionẽ idcatrait Simplhoc i loco, & hoc idem voluit The. oſtẽdere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Grammaticos ſiquidem dicimus, non quia nomina auſcultant, ſed quibus in promptu eſt dicere ex quot conſtet elementis nomen unumquodq;. Item Muſicos uocamus, non qui ſumma au re cantus excipiunt, ſed qui in tonos & ſemitonia ſciunt diſſoluere.

2 SEd qui fieri poteſt dubitauerit quiſpiam, ut de principiis demonſtretur quicquã? Nam ſi demonſtratio ex prioribus exiſtit, priora inueſtigantes, principiorum principia inuenire uelle uidebimur. Sed ſoluitur. Id quod prius eſt dupliciter ſolet referri, & ad nos, & ad naturam. Nobis ea priora uidentur eſſe, quæ notiora ſunt nobis, quæq; facilius poſſumus deprehendere: quemadmodum nomina & ſyllabæ manifeſtiora quàm literæ ſunt. Naturæ autem priora ſunt illa, quę ex ſua ſubſtantia ſimpliciora quoq; habentur: quemadmodum literæ ſimpliciores ſunt quàm ſyllabæ. Contrarius uero eſt utriq; proceſſus. Nos ex compoſitis ad ſimplicia, utpote naturæ priora reſoluimus. Natura contrà ex ſimplicibus compoſita fabricatur.

3 QVum igitur compoſitorum rationem exquirimus, ea ex naturæ prioribus indicare oportebit. Quum uero de principiis agimus, ex iis quę priora ſunt nobis. Et eſt illa quidem propria demonſtratio, hæc uero quanquam non propria, tamen ſuffi ciens ad demonſtranda ea, quæ uolumus. ¶ Si itaq; [a] principiis oſtendendis incipimus à communioribus, & plura cõprehendentibus, nemo miretur, quia ex illis ad particularia ueniemus. Cognobiliora ſiquidem nobis cõmunia ſunt aliquanto, quàm propria: ſunt enim tanquam compoſitiora, quàm propria. Nam & in ſenſibus uidere licet, accidentis procul animalis, celerius totum corpus, quàm caput, aut manum, aut pedem, aut partem aliquam comprehendi. Eodem modo promptius eſt dicere, id quod paret eminus animal eſſe quàm hominem. Ita & in iis, quorum rationes quærimus, uniuerſalia atq; cõmunia manifeſtiora ſunt nobis, quàm proxima & particularia. Quippe quæ magis promiſcua confuſioraq; ſint, quàm particularia. Eſt enim penes intelligentiam totum quiddam, id quod eſt uniuerſale, partes uero ea quæ ab illo complectuntur. Ita & rhetores ſolent cõmunia capita prius proponere, mox de unoquoq; genere ſingulatim diſputare atq; perpendere. Eodem pacto & in libris reſolutoriis, is, qui eſt de ſyllogiſmo, tractatus præpoſitus eſt ei, qui quęrit de demonſtratiuo dialectico atque ſophiſtico. Quum enim à cõmunibus initium capimus, facilius cuiuſuis rei quod proprium eſt, atq; propinquum aſſequimur. Sed & primæ quoq; imaginationes uiſionesq; indiſcuſſæ, inexplanataeq; habentur, & à communibus ſimulachris impreſſæ inuectæq; ſenſibus, quia ſecundum naturam generalitas ſpecialitatem antecedit atq; præcurrit. Itaq; pueri ab uniuerſalibus inchoantes, nullo diſcrimine uiros omnes arbitrantur, & appellitant patres, mulieres matres, utpote qui marem & fœminam, perinde ac communia quædam uocabula prius intelligant, quàm ea quæ parentum ſunt propria. ¶ Idem dixerim [b] de nomine & definitione. Appello nomen id quod definitur. Verbi gratia, hominem: definitionem, ut animal terreſtre, bipes intelligens. Nam homo uidetur confuſe uniuerſaliter ſignificare: poteſtq; ſi cõmunionem aut conſortium nominis ſpectes, pro aliis etiam num pleriſque rebus capi, ueluti pro homine ficto picto'ue. Sed definitio uidetur ſubſtantiam ſubiectam in membra partiri. Eſt igitur hinc maxime auſpicandum.

[a] *Alio modo videtur Themi. Ariſt. intelligere & Alexã. & Simpli. hoc in loco: quam Auer. & latini: ſi recte perpendantur eius verba. non enim ob id dixiſſe Ariſto. volunt ab vniuerſalibus ad particularia eſſe deueniendum: vt manifeſtaret ordinem proceſſus in philoſophia naturali. ſed tantummodo vt doceret quo pacto ſit ipſe oſtenſurus principia naturalia: quia ſcilicet per quædam communia tanquam per notiora.* [b] *Longe diuerſa eſt Themi. expoſitio ab expoſitione Simpli. nam Themi. nomen diffinitioni comparat tanquam quid communius quia nomen poteſt plura ſignificare & pluribus accommodari: & diffinitio vni tantum rei. Simpli. autem: quem Auer. & latini ſunt inſecuti: nomen veluti totum quoddam compoſitum indiſtincte ſignificans ea: quæ per diffinitionem dearticulantur. veluti exemplum quoddam totius compoſiti exponit.*

6 LIceſſe eſt principium unum eſſe, uel plura: & ſi unum, aut mobile, aut immobile, finitum, aut infinitum: ſi plura rurſus, aut mobilia, [c] aut immobilia, numero aliquo terminata, aut infinita. Sunt enim nonnulli qui infinita principia poſuerunt, quales Anaxagoras Democritusq; fuere. Verũ Democritus ſubſtãtiam atomorũ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

id eſt,indiuiduorum corporum,arbitratus unam eſſe genere, ſola effigiatione diſcreuit. Anaxa/
7 goras [b] uero homiomeras contrariis qualitatibus diſtinxit caliditate,fridigitate,nigritia. ¶ Eodē
§ modo deducti ſunt item in ſectas,qui de entibus apud ueteres philoſophati ſunt. Illi entia puta/
bant eſſe principia, quærentesq; quot eſſent entia, inueſtigabant quot eſſent ponenda principia,
præterquam fortaſſe Parmenidem & Meliſſum, qui quum unum ens eſſe & immobile ſtatuiſ/
ſent,non tamen unum principium immobile efficere potuerunt. Nam quum principium ex eo/
rum genere ſit,quæ referuntur ad alterum,plura ſecum trahat eſt neceſſe,atq; tot demū,atq; ea,
quot & quorum principium eſt. Alioquin quum dicant ens immobile, ſeipſos obiter produnt,
Ens illud nequaquam pro principio accepiſſe. Quo enim pacto aliud quippiam gigneretur ex eo
principio,quod moueri non poſſet.

Parmeny e ,
Meliſſus,

[c] *Themi. ſecutus hoc in loco eudemum (vt Simpli. refert) plura principia diuidit in mobilia & immobilia ab ipſa natura diuiſionis tractus. Ariſt. tamen huius rei non meminit ob id quia (vt idem refert) manifeſtum eſt: eſſe impoſſibile ex pluribus non motis aliquid fieri.* [b] *Alexan. ex/ponens Ariſto. totum hoc Democrito attribuit: vtpote qui etiam contrarietate principio ſua di/ſtinxerit. poſuit enim inter principia plenum & vacuum: contrarietatem etiam in poſitione: figu/ra & ordine. Simpli. vero vtrique ait hoc congruere.*

8 COntra hos autem diſputare minime congruit phyſico. Sed quamobrem inquies? Quoniam motu ſublato, principia tolluntur naturalia: immò uero ipſa planè na/tura. Probare autem atq; addicere principia propria nullius eſt artis: quemadmo/dum neq; ad geometram pertinet puncta & lineas demonſtrare, neq; ad arithme/ticum unitates, ſed ex iis ueluti ſubiectis, atq; conſtitutis ea efficere atq; colligere, quæ conſecuntur. Quando præſertim ex quibus oſtendere poterit phyſicus naturam eſſe? Num ex principio aliquo naturali? At ſumeretur pro argumēto quod erat in quæſtione diſcuſſioneq; poſitum. Num ex aliis quibuſuis extrinſecus? At non demonſtraret ut phyſicus? ſed ſiqua eſt ſcientia prior naturali, illa utique aſciſcenda eſſet, atq; inde haurire ac petere principia oporteret: quemadmodum à naturali principia medicinæ, à Geometria perſpectiuę petuntur. Quod ſi gra uaberis, uti ea ſcientia oportebit, quę communis inſertaq; eſt omnibus artibus, quæq; per proba bilia tantū demonſtrationes ſuas & rationes inducit. Cæterum ſiue hoc, ſiue illo modo proceſſe/ris, non diſputabis ut phyſicus, ſed aut ut Dialecticus, aut philoſophus primus.

nam corpus mobile quatenq
mobile ſruſſehū e p' ſiq

9 QVamobrem docere quot & quæ principia ſint naturæ ſpectat ad phyſicū, ſed quà natura ſit non eſt amplius phyſici functio, quamuisq; illi directo minime uidean/tur tollere naturā, nihilominus ex his quæ dicunt id liquido ſequitur. Qui enim minime concedit motum eſſe, neq; utique principium motus dabit. Id autem eſt ipſa porrò natura. Quod ſiqui principia quanquam concedunt in iis, tamen quæ ſequuntur ex principiis male concludunt, ſtatim ad phyſicum pertinet ea uidere, in quibus fal/luntur. Si uero propter difficultates aliquas, quas diſſoluere neſciebant, ſubſtulere principia na/
10 turæ, diſputatio inſtituta cum illis philoſophiæ naturalis fines egreditur atq; trāſcendit. ¶ Nam & falſas rationes, ſi geometricis principiis nō repugnant, à geometra ſoluuntur, & cōferendus eſt pes, congrediendumq; cominus: ſi repugnant, abſtinendum temperandumq;. Atq; hoc quale ſit illorum exemplo monſtrabitur, qui circulum quadrare ſunt conati, Hippocratis Chii & Anti/phontis. Nam Hippocratis error, quia principia retinebat, ſoluendus eſt. Is enim eo peccat, quod ſolum eam lunulam quadrauit, quæ circa eius quadrati latus conſtituitur, quem deſignauit in circulo. Cum Antiphonte uero non diſputat geometer. Is nanq; quum triangulum æquilaterū deformauiſſet in circulo, & in quolibet latere ad circunferentiam circuli alterum æquipedum, id eſt, iſocelem conſtituiſſet, atq; deinceps hoc identidem ſubindeq; factitaſſet, arbitrabatur ulti/mi trianguli latus, quod rectum erat circūferentiæ adæquaſſe. Hoc autem erat tollere ſectionem
11 in infinitum, [c] quod apud geometras proloquium eſt & cōmunis quædam ceu notio. ¶ Ac pri/mum quidem hęc intuentibus conueniens uidetur (ut dixi) Parmenidis & Meliſſi rationes miſ/ſas facere, præſertim quum opinio ea & prolixa ſubabſurdaq; ſit, & præterea huiuſmodi quæ ægre perſuaderi cuiq; poſſit. Nam dicere omnia hęc quę ſupra & ſubter unum, id eſſe quod eſt, quid eſt aliud quàm dicere Dionem illud unum eſſe quod eſt, uel aliud quippiam tale ex eorum

Natura principiq motusq;

Hippocrates,
Antiphon,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

genere tueri,quæ uerbo dũtaxat,non etiam rei ullius atteſtatione defendũtur,quale eſt id quod Heraclitus dicebat,eadem eſſe inter ſe contraria. Sed & rationes quoq; quibus utuntur,ſane litigioſæ captioſæq; ſunt propoſitiones:ſiquidem falſas aſſumunt,neq; recte ex forma concludunt, quanquam magis ſtolida atq; importuna ſunt ea,quæ à Meliſſo dicuntur, quippe quæ nullam
12 prorſus difficultatem afferre uideantur. ¶ Veruntamen quoniam de natura quanquam nihil loquuntur (qui enim de natura loqui poſſunt,qui naturam tollunt?)naturales tamen ambiguitates attingunt,de uacuo,de infinito motu,fortaſſe haud ab re fuerit de huiuſmodi paululum diſputare,quamuisq; hoc munus nequaquam pertinere ad phyſicum ſit oſtenſum,tamen à philoſopho minime alienum. Diſſeremus itaq; contra eos homines,non ut impugnata infirmataq;, & ceu loco mota,atq; impulſa eorum opinione, ſtatim ſic naturam & motum inueſtigemus. Hæc enim utiq; manifeſta nobis ſubiecta atq; propoſita eſſe debent, ſed aliter, ut hoc ipſum uidelicet, tanquam ex ſuperabundanti nouemus, perſcrutemurq; quid & quatenus illi ſenſiſſe de natura recte & perperam uideantur. Ac primũ quidẽ opinionem ipſam ſeparatim æſtimabimus,deinde ſoluemus rationes eas,quibus ea quæ ſentiunt,aſſerere & confirmare conantur.

[c] ἣν ὑπόθεσιν ὁ γεωμέτρης λαμβάνει *dicit ipſe græce. hoc eſt: quam ſubiectionem geometra accipit. quæ autem interſit differentia inter ſubiectionem & proloquium:declarat ipſe primo poſteriorum caput. 5.*

13 Nitium igitur eorum omnium quæ ſumus dicturi,commodiſſimum eſt percunctari quid illis ſignificet id,quod Ens uocamus,utrum putent multiplicem eſſe illius ſignificatum,an ſimplicem. Si multiplicem,ut nos in prædicamentis oſtendimus,nomẽ quidem ipſum entis unum erit,ſed ſubſtantiam atq; rem multiplicem eſſe fateantur neceſſe eſt. Quod ſi erit ſubſtantia & quantitas & qualitas,ſiue ſeparata illa ſiue coniuncta poſuerint, plura erunt ea, quæ ſunt, quamuis una uox de illis omnibus
14 prędicetur. ¶ Quòd ſi ſimplicem ſignificatum eſſe uoluerint,atq; ita rem ipſam,& id quod ſignificat unum eſſe,quęremus eam rem ſignificet ne tanquam genus,an tanquam ſpecies,an tanquã individuum? Sed ſiue tanquam genus,ſiue tanquam ſpecies accipiatur,non poterunt effugere, quin plura colligantur ea quæ ſunt, propterea quòd & genus,& ſpecies de pluribus differentibusq; prędicantur. Supereſt igitur,ſi ens eſt unum,accipi tanquam individuum oportere,quem
15 admodum eſt Bucephalus, Callias, hoc rubens. ¶ Sed rurſum urgebimus, utrum ſubſtantiam eſſe id uelint an accidens. Videntur ſane uterque arbitrari accidens eſſe, quum alter finitum dicat,alter infinitum eſſe quod eſt. Infinitum uero atq; finitum in genere quãntitatis collocantur. Eſt enim infinita magnitudo quæ percurri non poteſt,finita quæ poteſt. Si ergo de ſubiecto aliquo talia prædicantur,duo intelligent eſſe ea quæ ſunt, ſubſtantiam ſcilicet & quantitatem. Si uero de nullo ſubiecto dici quantitatem autumant,ſtatim hoc incommodum,impoſſibileq; ſu-
16 ſcipit,eſſe aliquod accidens poſſe ſine ſubiecta ſubſtantia. ¶ Item quòd unum eſt numero,quum multifariam dicatur,quemadmodum & ens ipſum (Capitur enim & pro continuo,quo ſignificatu lineam eſſe unam dicimus,& pro inſectili,cuiuſmodi ſunt punctus & nota,& pro eò quod unam eãdemq; definitionem habet,ut ueſtis & tunica) proferant obſecro,qua ſignificatione ue- 01
lint unum ens eſſe. Neque enim ut continuum quiddam poſſunt accipere: nam continuum eſt ſectile in multa, uel potius infinita. [a] Quòd ſi id quod ad unionem,& ad compoſitionem uenit, unum quiddam & diuiſile eſſe fateantur,nonne ſtatim uidentur concedere ex hoc plura eſſe entia oportere? ¶ Dices,pars à toto ſeparari non poteſt,quia cõtinuum dicitur,quatenus eſt unum
17 actu. Primum reſpondemus,illos nunquàm diſtinxiſſe ens actu ab ente poteſtatis. Præterea concedamus,& quaſi condonemus hoc illis,illud profecto non negauerint, quædam eſſe continua, quę non modo ſimilaribus partibus conſtent,ſed etiam diſſimilaribus,qualia ſunt animalia,atq; plantæ. Nam huiuſcemodi corporum partes,non cumulum tantum habent atq; congeſtum,ſed diſpoſitionem & collocationem, quæ illas ita digeſtas, atq; inter ſeſe cõmiſſas deuincit & illigat. Quòd ſi pars lineæ eadem atque una ſit cum linea uniuerſa,propter eam rationem quòd nõ eſt 11
à toto ſeparata, quur non ſit & manus & pes idem uniuerſo cum Socrate exiſtimandus? Quur reddi non poſſit ratio diuerſitatis? Quòd ſi utraq; illa ſunt eadem cum eodem toto,neceſſe eadẽ eſſe inter ſeſe fateri. Quare idem erit manus,pes,oculus,aluus. Verum [b] hęc quęſtio idem ne ſint partes atq; totum, iactata ueteribus diſputatione ſeorſum excutitur, atq; utrinq; difficultas occurrit.

currit. Nam si idem sit totum & pars, sequuntur ea quæ diximus supra. Si diuersum, euenit totum esse aliud à seipso. Neque enim hæc pars à toto diuersa est, illa nequaquam. Sed si una est à toto diuersa, uidentur omnes à toto æqualiter esse diuersæ: Omnes uero partes nihil aliud sunt, quàm ipsum totum. Eadem sequentur, si partes quoque aliarum rerum consideraueris, puta domus & cœtus. Soluuntur hæc autem alibi. Neque enim est uerum propter id quod particulariter, & singillatim accepta, quælibet pars uariat & differt à toto, continuo etiam omnes simul numeratas à toto esse diuersas. Quamuis enim singulæ diuersæ sint ab eo uniuerso, quod continet, omnes tamen efficiuntur illud uniuersum. Sed satis hæc hactenus. Ex iis
18 ergo, quæ diximus, patet ens non posse unum ens esse, ita ut continuum. ☞Dicent fortasse ens unum esse ut insectile. Ergo unitates, & puncta erunt ea quæ sunt omnia, terra, mare, cœlum. Quo quid esse potest magis horrendum? Item quo pacto includent qualitatem puncto? Quando neque affectio ulla, neque figura constare indiuisibili potest. Item quantitas qua sede locabitur? si puncta non sunt quantitates, sed termini quantitatis. Præterea neque finitum neque infinitum poterit esse quod est, quorum utrunque, alterum tamen alter, uolunt de ente prædicari. Iam quum terminus sit indiuisilis, si ens terminus fuerit, nusquam erit quod terminatur. Sed manifestum est dato termino, rem quoque terminatam statim dari oportet. Refertur enim ad alterum terminus, semperq; cum altero est. Fieri ergo nequit, ut ens unum sit ita
19 ut insectile. ☞Restat ut dicant unum esse ens, eo pacto quo merum & uinum, uestis & tunica: quòd si dixerint in errorem eum incidisse uidebuntur, quem inuexit Heraclitus. Eadem siquidem fierent definitione homo, planta, uolatile, deinde bonum atque malum, & postremo contraria. Ita & desperata quoque simul uera efficerentur. Nam si idem sit album & nigrum, idem quoque necesse est sit album & non album. Quod enim nigrum est, non album est. Si autem idem est affirmatio & negatio, quod non idem esse concesserint, id quod est, & id quod non est, id quod est unum, & id quod non unum. Ita absurdissime delirabunt, neque solum id quod est unum fatebuntur non unum, sed nihil omnino posuisse animaduertent. Quòd si hoc modo dixerimus, Socrates est philosophus, Socrates est bipedalis, num in unaquaque oratione idem significabimus? nonne risu sit potius dignum arbitrari eandem rem esse in propositione qualitatem & quantitatem? Siquis uero me interroget, quo pacto unum esse putem Socratem, quem & simum, & bipedalem, & philosophum dico. Neque enim numerus multitudo ue simpliciter esse Socrates potest, unitatem tamen ab illo uideor substulisse. Quòd si dederimus Socratem plura & unum esse, cur non concedatur hoc idem Parmenidi & Melisso? Ita ut eadem res
20 una sit simul & non una. ☞Hæc cauillatio Lycophronem, quiq; post illum fuere antiquiores tantum perturbauit, ut quum ea sola putarent esse, de quibus hoc uerbum est prædicabatur, de sola substantia prædicari uerbum illud paterentur, ut Socrates est. Si quod uero accidens de Socrate diceretur, ne plura esse unum Socratem fateri cogerentur, nolebant amplius de illo uerbum est posse prædicari. Non enim dicendum putabant: Socrates est albus, Socrates est bipedalis, sed simpliciter Socrates albus, Socrates bipedalis. Ita errori errore alio occurrentes propositionem, & orationem enunciatiuam tollebant. Sanè [a] Plato mutabat orationem, & loco
21 huius quod canus est, dicebat incanuit. ☞Nos autem censemus idem esse unum, & non unum posse. Verum neque eodem respectu, neque simul. Esset enim impossibile hoc, quum alterum possibile & uerissimum esse comprobetur, eundem uidelicet Socratem unum esse subiecto, plura cogitatione & ratione. Est enim alia ratio musici, alia bipedalis. quo fit ut nulla insit in dicto pugnantia, illi uero temere tumultuauerint. Idem de diuisione continui dicendum est. Iam illi hoc loco deficiunt, manusq; dant, coacti concedere idem esse posse unum & multa. Cæterum unum & multa idem esto, dum non simul aut eodem respectu consideretur, quippe quæ eo modo oppositа esse & repugnantia uiderentur. Sit ergo unum actu, sit multa potentia: quemadmodum si diceremus triticum esse spicam potestate, non actu. Neq; hæc pugnant sibi contraspiciunt ue, si meminerimus earum distinctionum, quæ nobis traditæ sunt contra fallacias importunas, atq; calumnias sophistarum. Hunc in modum perpensa examinataq; opinione uetera, fieri posse non uidetur unum, ut sit ea quæ sunt.

Heraclitg.

Lycophron,

Plato mutabat orones,

[a] *Sic ait ipse græce,* εἰ γὰρ διότι ἥνωται. ἓν αὐτὸ λέγουσιν, ὅτι ἐστὶ διαιρετὸν ἐρουσιν αὐτὸ κατὰ τοῦτο πολλὰ εἶναι. *quorum verborum hæc videtur fidelis interpretatio: quod si ob id: quia*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ad vnionem venit: ipſum vnum eſſe affirmant: quia diuiſile eſt hac ratione multa eſſe fateantur.

b Cur quæſtionem de toto & partibus: interpoſuerit Ariſto. diſſenſio eſt inter græcos expo. Porphi. enim ob id eius meminiſſe ait: vt quoſdam redargueret: qui præter tres illos modos vnius ab Ariſto. enumeratos: alium quartum afferebant: quo partes quæ inuicem ſunt diuiſe: cum toto unum eſſe credebant. Hos igitur redarguit quia ſi una quæque pars toto eſſet eadem: eſſent etiam inuicem eædem. Alexan. uero ut ex ſolutione eius dubitationis: quæ probare uidetur totum idem eſſe parte: declarato uidelicet ea non eſſe unum & idem. manifeſtius appareat: non ſolum in partibus inuicem & a toto ſeparatis: ſed etiam in his quæ ſunt inuicem coniuncte & continue: pluralitas reperiri cum inuicem & a toto ſint diuerſe. Hanc uero quæſtionem non facere ad præſentem ſermonem dixiſſe Ariſto. ait: non quot ad propoſitum non ſit. ſed quia ſine etiam hac quæſtione alia ſatis erant ad probandum quod uolebat. Simpli. tamen auctoritate Eudemi: ob id non eſſe ad hunc ſermonem dixiſſe ait: quia dialectica eſt & probabiliter ad utranque partem habet inſtantiam.

c Simpli. connatu plurimo nititur oſtendere Platonem nequaquam in hac fuiſſe ſententia.

22 23 SEd & rationes illorum ſoluere nemini eſt difficile. Statim enim Meliſſi argumentatio uitioſe concludit: Si factum inquit, eſt ens, principium habet: non eſt autem factum, non habet ergo principium: quo fieri ut & unum ſit & infinitum. Nam quum oportet retorquendo aſsumere id quod eſt, oppoſitum conſequenti in cõnexione & ſubiicere oppoſitum antecedenti (Ita enim conficitur ſecundæ figuræ conditionalis ſyllogiſmus) Non hoc fecit, ſed intulit id quod non erat antecedens: & oppoſito antecedentis aſsumpto, attulit oppoſitum conſequentis. Huiuſmodi autem argumentorum frequens & uulgaris captio eſt. Si homo eſt, animal eſt: non autem eſt homo, neque igitur animal. Si ambulat Socrates, mouetur: non autem ambulat, non igitur mouetur. Præterea quum appellatione principii quod plura ſignificat, abutatur pro uno rei ſignificatu latere ac fallere arbitrantur. Eſt enim principium aliud temporis, ut quum dicimus, genituræ ſuæ principium habuiſse Platonem hunc uel illum diem. Aliud rei & magnitudinis, quemadmodum caput uiæ, & cuiuſuis ſpacii dicimus eſse principium. Quare quum Meliſsus dicat factum omne habere principium, quæremus de quo principio ſit locutus. Quicquid enim ſimpliciter gignitur, principium habet temporis, ut homo, equus, olea, platanus. Non tamen omnia principium magnitudinis habere poſsunt, qualia ſunt ea, quæ non ſimpliciter fiunt, ſed per alterationem & momentaneam mutationem progenerantur: fit enim & gelu & caſeus. Non tamen magnitudinis principium licet accipere, unde primum cœperit concretio illa atque coitio. Rurſus quum dicit, quod non eſt factum non habet principium, eodem modo quærendum eſt de quo principio propoſitionem ſuam intelligat, nam principium temporis non habet ea quæ facta non ſunt. Magnitudinis uero nihil prohibet, quin poſſint habere, ſicuti ſol, & luna, & reliqua ſydera. Quod ſi in aſſumptionibus de principio magnitudinis loquebatur, conſequens quidem recte affertur, ſed falſæ ſunt aſſumptiones. Si autem de principio temporis intelligebat, eſt quidem uerus in quibus id collocat, ſed concludit & efficit non ea quæ uult. Vult enim magnitudinem en-
24 tis infinitam oſtendere, uidetur autem non magnitudinem demonſtraſſe, ſed tempus. Deinde dicit immobile eſſe id quod eſt. Non enim locum eſſe ullum poſſe, in quo moueatur id quod eſt unum, & quoquouerſus infinitum. Sed quamobrem homo acute: ut enim moueri non poſſit totum, quia ſit infinitum, cur tamen partes moueri non poterunt? niſi & mare putaueris eſſe immobile, ea ratione, quòd uniuerſum de locis ſuis atque alueo non egreditur: quamuis manifeſtiſſimè in reciprocationibus transferantur & moueantur partes. Alterationem item aut motum eſſe non credis, aut ſi credis, qua de cauſa eripis infinito? quando neque calefaciendis rebus, neque refrigerandis opus eſt loco. Abſurda itaque uidetur eſſe huiuſmodi ratio, atque in eo uno maxime fluctare iacereq;, quod contendit principii ſignificationem ad unam rem tantum pertinere. Quod niſi protinus mihi conceſſerint, calumniari apertiſſimè uidebuntur. Dicet fortaſſe ens unum eſſe ratione definitioneq;: ſed quæro quemadmodũ ens accipiat, nam ſi ens pro principio accipit, diciturq; unũ eſſe ratione, principiũ utiq; ali-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quid dicere atque idem ſentire uideretur, quod plerique naturales philoſophi ſentiunt: omnium uero rerum & entium unam dicere eſſe rationem atque naturam equi, hominis (contrariorum) quid poteſt dici ſentiri ue contra ueritatem atque ſenſum illuſtrius? Hactenus contra Meliſſum, & quidem pluta quam oportebat.

25 CONtra Parmenidem deinceps eſt diſputandum. Cæterum modi quos in refellenda taxandaq; opinione Meliſſi pauloante commenti ſumus, iidem in Parmenidem quoque conueniunt. Propria uero ſunt ea quibus interrogationi illius occurritur. Eſt autem ad hanc fermè ſententiam interrogatio: Id quod præter ens eſt, non eſt ens: id quod non ens eſt, nihil eſt. Nonne ergo unum eſt ens? Fallitur autem in eo, quòd quum multiplex ſit ſignificatus entis, quemadmodum oſtendimus, ſimpliciter dici atque accipi putat. Eſt uero hoc perinde atque ſi dicat quiſpiam: Id quod præter cancrum eſt, non eſſe omnino cancrum, & quòd præter canem eſt nullo modo eſſe canem. Atqui fieri poteſt, ut id quod præter canem eſt, ſit etiam canis, & quod præter cancrum eſt ſit etiam cancer. Nam id quod præter canem marinum eſt, fieri nequit ut canis marinus ſit, cœleſtis tamen atque terreſtris eſſe, nihil uetat quin poſſit intelligi. Eodem modo & ſiquid præter ens eſt. exempli gratia: Id quod præter ſubſtantiam eſt, non poteſt eſſe ſubſtantia: poterit tamen & quantitas eſſe & qualitas. Pari ratione, ſiquid præter qualitatem fuerit, non erit amplius qualitas, ſed uel ſubſtantia eſſe, uel quantitas poterit. Demum nihil prohibet hoc modo plura eſſe ea quæ ſunt, atque ita primum Parmenides prenditur falſus. Quàm uero neque concludat quidem ea ratio, manifeſtum fiet ex ſubiectione hac ſi uidelicet eadem figura orationis alia ſumpta conceperis, hoc modo: Ponatur ens ſignificare id ſolum quod eſt album, id uero quod præter album eſt nihil prorſus eſſe, contexaturq; ſimiliter argumentum hoc pacto: Si quid præter album eſt, illud non eſt album: quod uero non eſt album, nihil eſt. Quod ex illis aſſumptionibus conficias, aliud quàm id nihil eſſe, quod præter album ſit? Nam ſi ad ea præcepta, quæ in reſolutoriis commentationibus expoſita ſunt, reſpicias, facile intelliges ſic maxime eſſe connectendam aſtringendamq; rationem. Ille uero ita concludit, id ſolum eſſe quod album eſt. Cur igitur importuniorem, magisq; fatuam dixit eſſe rationem Meliſſi? Nempe quia Parmenides quanquam perperam cludit, artificioſe tamen componit propoſitiones. Non enim eſt negatio illa quum dicitur, quod præter ens eſt, non eſt ens. Alioquin uerbum non ens, quod ille in ſecunda propoſitione ratiocinationis ſuæ ſumit pro ſubiecto, conſtitui qui potuiſſet? Sed eſt extranſpoſitione affirmatio. At Meliſſi aſſumpta fallaci uitioſaq; reciprocatione & conuerſione nituntur. Verum concedamus illi recte hactenus effici ſolum id eſſe, quòd album ſit, quid prohibet plura ſaltem eſſe quæ ſint alba? Cygnum, niuem, lac, ceruſſam? Sed quò nam ſe uertent, quando hæc inter ſe perſpicuo diuerſa ſunt, & numerum præterea ac multitudinem liquido inuehunt? Niſi potius contendunt, id quod album eſt continuum eſſe, atq; hac fini unum. At neque hoc quidem perfugio tueri ſe poteſt. Nam ſi ad rationem definitionemq; animaduertas, reperies duas res minimum in eo ente contineri oportere, ſubiectum uidelicet corpus, & albedinem. Enimuero res illæ quanquam ſunt duæ, fieri tamen nequit ſeorſum, ut altera ſine altera ſit. Nam color ſine ſubiecto prorſus non poteſt conſiſtere. Definitiones uero quia diuerſæ ſunt, illorum naturam indicant eſſe differentem. Alterum enim eſt corpus, id quod colorauit albedo: Alterum eſt color, cuius

Ex hoc loco elici põt verbũ in oõne poſſe eſſe infinitũ qđ tñ negant multi.

26 ea uis eſt, ut diſſipet uiſum, & diſgreget aciem. Porro hæc nondum uidit Parmenides. ¶ Dicet fortaſſe quiſpiam, non urgeri hominem argumentis & rationibus, ſed cogi plane circunueniriq;. Non enim putaſſe Parmenidem unum illud ens, quòd inuexiſſet accidens eſſe, aut ex eorum numero quæ ea re ſunt, quod aliis hærent: ſed de eo ente locutum fuiſſe, quod eſſet propriè & maximè, atq; uero ens. hoc enim apud nos ſignificat uere & maxime ens: quod apud Platonem dicitur ens, ut ita loquar, ipſiſſimum. Neq; tam obſtupidus erat Parmenides, ut ignoraret fundandis ſiſtendisq; accidentibus ſubiecto aliquo opus eſse. Quod ſi ſolum accidens foret, ens ipſum uti ſubiectum eſse ens non potuiſſet, quoniam fuiſſet ab ente diuerſum: immò uero maius incommodum ſuſciperetur, ſubſtantiam ſimul eſse atque non eſse: Eſse quod enti ſupponeretur, Non eſse quòd ſolum accidens conſtitueretur ens eſſe. Quoniam uero non erat horum omnino neſcius, neque illud item ignorabat ſe; ſi propter huiuſmodi abſurditatem ſub-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſtantiam ens eſſe conceſſiſſet (quod ſine ea conſtare accidens non poſſet, ſimulatq; accidens ſolum eſſe ens putauiſſet) neceſſario plura eſſe entia conceſſurum fuiſſe, præſertim quum illa ſeparatas & diuerſas definitiones obtinere apertiſſime uiderentur. Licet ita mutuo innexu implexuq; teneantur, ut ſeiungi non poſſint, iniurii, atque adeò uitilitigatoris hominis eſſet exiſtimare uerem alioquin philoſophum, tanta rerum inſcitia laboraſſe. Verum enimuero nihilominus dato etiamnum hoc atq; conceſſo Parmenidi, id ſcilicet ſolum ſignificare ens, quod ſit maxime & ueriſſime ens, & ipſiſſimum, & poſtremo ſubſtantia, & id quod hæreat nulli, potius cui hæreant atque accidant, cætera nihilominus, inquam, eueniet, ens eſſe non eſis. Nam hoc quod uocamus uere ens, num album? num nigrum? num quouis alio nomine aliud quippiam eſſe uoluerit? Profecto ineſſe aliquid ſubſtantiæ conceſſerit: quippe quæ ſubiecta ſit omnibus. Si album ergo dixerit, id quod eſt ſubſtantia, contrà obſtabo. Album uero ens eſſe non poſſe: Nam id quod uere ens dicitur, apud eum ſubſtantiam ſignificabat. At album eſt accidens. Quod ſi album non ſit uere ens, neq; ens utique ullo modo eſſe poterit. Erat enim ſuprà conſtitutum ab illo, ſolum id
27 eſſe ens, quod uere ens eſſet. Quamobrem album erit non ens, non eo quidem genere partim ut ſit, partim ut non ſit, ſed ex ſubiectione ac poſito erit penitus atq; omnino non ens. Neque enim dici poteſt, ipſum uere ens huic albo hæſiſſe accidiſſeq;? quum ſit ipſum ſubiectum albedinis. Quæ quum ita ſint, quumq; album omnino eſſe non poſſit, ſequens eſt, ut ſi ineſſe illud in uere ente dixerimus, utiq; id quod maxime non eſt, dicamus eſſe in eo quod maxime eſt: atq; hoc iam quam ſit diſſonum, latet neminem. Age ſi uere ens fuerit album, album porrò iam omnino non ſit, nonne euenit, ut id quod maxime eſt, efficiatur non ens? Neu ſit quiſpiam, qui nõ confectum putet, quemadmodum non conficeretur, ſi quis ita componeret, album eſt accidens, corpus eſt album, corpus igitur accidens. Sed nulla eſt ſimilitudo inter poſteriorem hunc & priorem ſyllogiſmum. Is enim qui dicit album eſſe accidens, concedit præter ſubſtantiam eſſe aliquid, quod quum per ſe ſit ens, alteri deinceps hæreat: proinde ſi ſubiectum eſt aliud ens, & diuerſum ab accidente, quanquam eſt particeps accidentis, quod item eſt ens diuerſum à ſubiecto, uitio clodit ratio, in qua inducitur corpus ſiue ſubiectum accidens eſſe. At hic non ſic eſt, ſed album atq; omne huiuſmodi accidens ſimpliciter negat ens eſſe. Conſit igitur album de uere ente prædicari non poſſe ut accidens: alioquin quod negauit ens eſſe fateretur eſſe. Quo conceſſo non ſolum ens, ſed etiam uere ens erit. Quo dato ſtatim ſequitur appellationem uere entis late patere, & multa ſignificare, non ut ille uolebat unum. Quod ſi non prædicetur ut accidens, certe aut ut ſpecies aut ut genus prædicabitur. Ex his omnibus ſequitur id quod ſimpliciter eſt non ens, de eo quod ſimpliciter ens eſt appellatum, & prædicatum iri. Iacet igitur tota concluſio.

28  Gitur infinitum illud ens neq; corpus eſſe, neq; magnitudinis ullius ſitum habere concedent, ne aut in partes cogantur multas diuidere, aut accidentia adiungere. Vtrum ne igitur definiendum putant; id quod uere ens uocatur. At quam nam ſubſtantiæ rationem afferre poſſunt? niſi forte etiam hoc tollere uoluerint ab eo ente quod fingunt. Quod ſi ſubſtulerint, non uideo quid dici ſcribi ue de eo amplius poſſit, de quo nihil neq; accidens, neq; ut genus, neq; ut ſpecies, neq; ut differentia, neq; ut definitio, neq; demum ut deſcriptio poſſit afferri. Si quam uero dederint definitionem, diuidi illam ſciant oportere in uere entia. Veluti ſi ponatur homo id eſſe quod uere eſt, aio neceſſarium eſſe hominis definitionem, ex iis quæ uere ſunt eſſe compoſita, id eſt, animal & terreſtre, & bipes ex eorum eſſe numero, quæ uere ſunt. Nam ſi uere eſſe illa negaueris, accidentia feciſſe uidebe-
29 ris. Sed fieri nequit, ut ea quæ definitionem rei complent, accidentia ſint definiti. Quam autem uerum hoc ſit, facile eſt, ut arbitror, perſuadere. Accidentia omnia aut talia ſunt, ut adeſſe poſſint, & non adeſſe, ideſt, ut & adiungi & ſeparari ab eo poſſint, cui accidunt, qualia ſunt ſedere, legere, diſputare: aut eiuſmodi, quorum definitionem ſubiectum ipſum ingrediatur, qualia ſunt, ſimilitudo, paritas, & imparitas numeri. Eſt enim naſi cauitas ſimilitudo & numerus, qui ſecari poteſt in inæqualia, impar utriuſmodi. Igitur accidens erit animal? Nam ſi prioris modi ſcilicet eius, ut adeſſe poſſit, & non adeſſe, fiet interdum, ut homo neq; ſit animal, neq; bipes, neq; terreſtre, ſicut plerunq; fit, ut neq; diſputet, neq; ſedeat. Sed forte ſecundi modi putaueris. At fieri nequit. Non enim ineſt homo in definitione animalis bipedis, terreſtris, potius ediuerſo illa in hominis definitione clauduntur. Eſt enim uniuerſale præceptum, ea, quæ in alicuius definitione ponuntur, in ſua definitione definitum habere non poſſe, alioquin id quod totum eſt, partis pars fieret. Nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

hominis pars eſt animal: quippe quod cum aliis iunctum conſtituat hominem. Quare ſi homo inſertus, innexusq; ſit definitioni animalis, totum erit in parte, & pars partis fiet. Neque enim ſi quid conſtat ex pluribus: ut albefactum ex albo & corpore, poteſt ineſſe in alterius ſuarum partium definitione: puta in definitione albedinis, aut in definitione corporis, ſed econtrario potius. Dices homini, neq; animal accidit, neq; bipes, ſed cuidam alteri. Ego uero primum id prætereo. Quod quum ita dicis, duo iam eſſe ea, quæ uere ſunt fateris. Deinde illud requiro potius: Si animal bipes & terreſtre accidentia ſint, hominé quoq; qui ex illis exiſtit, accidens eſſe maxime oportere: quod qui dicit, magna eſt uecordia: ſi autem ut oſtendi, hæc non accidunt homini, manifeſtum eſt, hominis definitionem in uere entia eſſe diuiſam. Quotiens autem de hominis definitione hoc loco habita mentio eſt omnia intelligi de eo, quod uere ens ſit, atq; illuc transferri ſcilicet uolumus. Multa igitur uere entia habebuntur, quamuis neq; ſeparari mutuo, neq; diſiungi poſſunt ab eo quod uere ens ſit: atque idipſum uere ens ex indiuiſibilibus inſeparabilibusq; tametſi componitur, tamen ex uere entibus conſtat.

30 DEdere nonnulli manus uicti ratione Parmenidis & ratione Zenonis, qui quum putarent ens eſſe indiſſolubile indiſiunctile atq; continuum, conati ſunt, uel hunc in modum probare unum eſſe, quia ſi diuidi poteſt, non ſit proprie unum, quando ſectio huiuſmodi corporis in infinitum abit. Quam difficultatem quum ſoluere quidam eſſent aggreſſi, nõ ſolum illos loco dimouere non potuerunt, ſed etiam alia quædam magis cum obſcura ſalebroſaq;, tum dubia controuerſaq; attulere. Nam Xenocrates loco ſectionis infinitæ, indiuiſiles quaſdam lineas commentus eſt, & ne unum & multa eſſe fateretur, quæ putabat eſſe pugnantia, in aliam quandam, & quidem maiorem prolixioremq; rem pugnantiam uidetur incidere. Conſtituit enim idem eſſe magnitudinem & non magnitudinem, quo quid poteſt eſſe pugnantius? Porrò idem eſſe unum & multa non pugnant, ſi cui nota eſt ea diſtinctio, quæ à nobis explicata eſt de actu & poteſtate: at is qui idem putat eſſe lineam, & indiuiſile, nimirum dicit lineam eſſe non lineam.

31 PLato quoq; non modo primam aſſumptionem Parmenidis concedebat, uidelicet eam, Id non eſt, quod præter ens eſt, uerumetiam aſſentiebatur unum ens eſſe. Id uero quod iam efficere & concludere ratio uidebatur, unum ſcilicet eſſe omnia, minime comprobabat, quia uidelicet etiam non entia quodammodo eſſe opinabatur: nam ipſum uere ens conſtituebat idæam. Materiam uero primam atq; informem eſſe quidem, ſed nihil habere entis exiſtimabat. Arbitrabatur ſiquidem conſtare res ex duobus, id eſt, ex eo ente, quod uolebat unum eſſe, & ex eo non ente, quod primam materiam appellabat. Cæterum ipſe quoq;, neſcio quonam fato, incidit ſcopulum, quem uitare maxime cupiebat. Si enim unam tantum rem ſignificari ab ente concedit, addit autẽ præter hoc ens aliud quiddam eſſe, uidetur ſimul & unum ens dicere, & efficere multa. Quod qui fatentur, nonne fatentur unum eſſe & non unum? Neque enim propterea uidetur poſſe effugere, quòd alterum proprie ens, alterum improprie dicat uocari, quinetiam magis magisq; tenetur, atque in eadem pugnantia fortius penitusq; uerſatur. Nam ſimul differentiam conſtituit inter ea quæ ſunt, uelit nolit numerum facit, & plura eſſe entia aperte demonſtrat. Nos uero dicimus quamuis unum ſignificare uideatur ens, poſſe tamen defendi eos, qui poſuere non ens eſſe, ne contraria & aduerſantia dicere uideantur. Neque enim de eo non ente locuti ſunt, quod prorſus non eſſet, quod ue uſquequaq; præter ens eſſet. Nam hoc tueri, eſt tueri pugnantia, quia ſcilicet quum unam entis eſſe naturam conſtituis, ſine repugnantia aliam inducere atque inferre non potes. Illud tamen non ens aliquatenus dicere non ueremur. Etenim quum dicimus ens unam ſignificare naturam, non ideo uolumus unam numero entis eſſe naturam: poteſt enim ea quoque ſignificari, quæ generis ſit, & ea quæ ſpeciei. Quid igitur prohibet hoc ipſum ens, quod dico eſſe unum, intelligi unum eſſe genus? Ponatur ergo ens animal eſſe. Qui itaque canem eſſe non ens dicit, non ſtatim dicit præter ens canem eſſe. Sed poteſt etiam illud intelligi, ut canis qui ſit, non equus ſit: tamen canis. Non eſt igitur altera entis natura introducenda, ne omnia fiant unum. Sed etſi nomine entis ſolum id, quod uero eſt, & quod ipſiſſimum eſt uenire, ſignificarique placeat, non propterea excludimur, quin multa numero uel ſpecie entia eſſe affirmare poſſimus, quemadmodum dictum eſt. Contra itaque Parmenidem & Meliſſum ſatis hæc ſunto.

Platonis ſententia de uno ente

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

32 QVi uero ens pro principio acceperunt, & unum ens unũ dixere principium, quos iure quis appellauerit Physicos, in duo genera secantur. Alii unum ex elementis principium statuerẽt mox ex eo reliqua deriuarunt raritudine densitudineq; adhibita. Quibus qualitatibus uniuersaliora illa uidentur esse contraria, Superantia & defectus, sub quibus magnum & paruum Platonis principia collocantur. Verum Platoni magnum & paruum materiam significabant, Vnum uero causam efficientem & formã: contrà Physici pro uno materiam & subiectum accipiunt: contraria autem formas esse & differentias arbitrantur. Cæterum [a] alii, ut Anaximander, nullum ex elementis principium faciunt, sed tertiam quandam naturam, quæ & igne sit crassior & tenuior, & gracilior aëre. Porrò idem ille Anaximander existimauit non esse opus alteratione generandis rebus, sed ex infinito illo elemento contrarietates insertas atq; innexas excerni. Quemadmodum etiam ii, qui multa principia & unam efficientem causam posuere, Anaxagoram dico & Empedoclem: quorum alter similares illas particulas quas homiomerias uocabant, & mentem præterea diuinam inuexit. Alter quatuor elementa & [b] sphærum, id est, deum putauit esse principia. Planè ii cum Anaximandro in eo conueniunt, quòd ad ortum & generationem rerum nulla alteratione utuntur, sed quæ fieri, atq; nasci subinde nobis uidentur, contendunt, ex ea miscella omnia perinde atq; prius inhærentia, sed latentia exprimi atque secerni. Cæterum differunt in eo, quod alter secretionem illam temporibus quidẽ terminatam facit, sed interpollem ac reducem uicibus. Anaxagoras uero sempiternam putat esse, & nunquam defuturam intercapedinem ue. Huic item elementa uidentur esse infinita, illi finita uidelicet quatuor. ¶ Sanè duæ rationes fuere, quibus Anaxagoras ita opinari
33 motus est. Vna quòd uidebat ex contrariis gigni contraria. Nam quum fieri posse non putaret, ut contrarium ullum in contrariam naturam abiret, quippe qui crederet rerum principia esse cassura interituraq;: si contraria in contrarias naturas uerti possent, arbitratus est, in cõtrariis ineſſe contraria. Altera ratio erat, & quidem quæ coëgit illum, atque impulit maxime ita sentire, quòd notat commune antiquorum ferè omnium esse scitum, nihil fieri posse de nihilo: proindeq; obtinuisse, ut singula esse in singulis iudicarentur, & fieri res, aut generari nihil aliud esse, quàm detegi euelariq; aut excerni. Corrũpi contrà nihil aliud esset, quàm diffundi & coalescere. Apud Anaxagoram porrò rem fieri atq; nasci, nihil aliud est, quàm alterascere, & mutare. Verum ex ipsius rei natura intuitu patet illum uim uocabuli non tenuisse, qui generationem, nõ ut cæteri coitionem, siue concretionem, sed alterationem appellet. ¶ Sed & syllogismo utitur ad suã sententiam
34 confirmandam hunc in modum. Omne quod fit, uel ex ente fit, uel non ex ente. Sed enim ex non ente non potest: ex ente ergo fit omne, quod fit. Ita sequi, ut singula insint in eo unde fit aliquid, ut in hac aqua, crines, ossa, neruos, carnem ineſſe sit necesse. Perspici autem atq; deprehendi non posse à nobis horum singula præ sua exiguitate. Ex quibus postremo intulit immista & innexa esse singulis omnia, posteaquam ex omnibus omnia fieri uidebantur. Sed quænam est ea causa, ut omnia non appareant esse similia, si æque proueniunt ex singulis omnia? Quoniã, inquit ille, uniuscuiusque rei inæqualis est in omnibus portio, sed in unaquaque re unum quippiam est in omnibus portio, sed in unaquaq; re unum quippiam abundat magis atque superfluit, ut in hoc sit aquæ plus, in illo sit corporis. Quod ergo apparet aqua, facit hoc copia quando nihil est syncere aqua, caro, terra, sanguis.

[a] *Non Anaximander: sed Anaximenes legitur vnum fecisse principium quod sit igne crassior & gracilior aere: & ob id arbitrantur quidam hunc locum Themistij non carere mendo etiam in græcis codicibus.* [b] *Sphærum interpretatur Hermo. id est deum. quod vnde acceperit nescio. nam Empe. non deum causam efficientem sed litem & amicitiam posuit. Simpli. de hac re sic ait. ea miscella apud Empe. ex quatuor est elementis quæ si ab amicitia concernantur sphærum efficiunt: si vero a lite excernantur mundum hunc constituunt: ob id autem forsitan hoc modo Hermo. est interpretatus: quia cum illis connumeratus est Empe. qui vnam efficientem causam posuerunt: quod ad amicitiam & litem non videtur posse referri cum duo sint: sed Simpli. exponit hic vt unam causam accipi. quia non simul efficiunt: sed seorsum nunc una nunc altera dominatur.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

35 St igitur conſequens poſt eius opinionis confutationem, quæ tollere principia uidebatur, eorum impugnare ſententiam, qui infinita eſſe illa putauere. Vellem fieri poſſet, ut ipſimet intereſſent noſtræ diſputationi, facile opinor, faterentur finita rerum naturalium eſſe principia. Equidem primũ illud admiror, quo pacto ii, qui naturæ ſcientiam profitentur, ignorauerint ſe temere profiteri, ſi ſuam ſententiam retineri tueriq; uelint. Si enim tunc ſcire uniuſcuiuſque rei naturam arbitramur, quum cauſas illius & principia cognoſcimus: infinitarum autem rerum quum is aperte concedat, nullam poſſe haberi noticiam (nimirum qui infinita dicit eſſe principia) tollit rei, quam tractat, cognoſcendæ facultatem. Quòd ſi, quum infinita ea faceret, Anaxagoras qualitates alioquin numero defiiuiſſet, quamuis ſciri nõ poſſet ex quot exiſteret unumquodq;, ſaltem illud cognoſcere licuiſſet ex qualibus conſtaret. Nunc uero quum neq; per proprietates ac ſpecies, neq; per numeros ſuas illas ſimilares particulas, quas finxit, diſtinxiſſe diſcreuiſſeq; reperiatur, quumq; ea ſe docere polliceitus fuerit, quæ primus ipſe neſciat, apertiſſime ueteratorio iſto expromiſſo uidetur eludere.

36 Hactenus extra negotium. ¶ Iam uero illud quo pacto non eſt abſurdum, quòd ex illa opinione conſequitur, quæ putat miſta eſſe in omnibus omnia. Sequitur enim quum unaquæq; ſimilarium partium & augeri in infinitum, & minui poſſit, neq; maximam ullam neq; minimam poſſe quantitatem capi. Quod etiam ipſimet Anaxagoræ impoſſibile uidetur eſſe. Fatetur enim cõpoſitum omne conſtare partibus. Partes autem illas uoco, quæ & uiciſſim à ſede & à toto ſeparari actu queunt. Palàm quoq; illud concedit, magnitudinem totius pendere atq; regi magnitudine partium, ut, ſi uidelicet paruæ ſint partes, paruum etiam habeatur & totum, ſi contrà magnę, magnum quoq; & illud habeatur. Et ſi infinitus utrinq; proceſsus in partibus fuerit, futurum eſſe itidem in compoſito infinitum. Quanta enim eſſe poſſunt oſſa, caro, nerui, tantum & ipſum animal. Eodem modo de partibus plantarum, & de plantis ipſis iudicandum eſt. Aeque etiam e diuerſo illud eſt uerum, ſi ſit impoſsibile totum grandeſcere, partes quoq; eſſe impoſſibile. Plane animalibus omnibus atq; plantis exitus magnitudinis eſt, ipſo etiamnum Anaxagora cõſentiente. Eſſe igitur & partibus neceſſe eſt. Neq; fieri poteſt uti quantalubet ſit caro hominis ea, quæ cum infinitis aliis rebus ineſt, & deliteſcit in milio, aut uti in minores ſecetur portiones: & tamẽ

37 caro adhuc remaneat. Sanè hoc qui dicit magna uidetur amentia. ¶ Verum Anaxagoras fortaſſe reſponderet hunc in modum, minime quidem ſe cõcedere magnitudines animalium & plantarum ex ſimilarium partium auctione, & diminutione pendere: eſſe uero ſecuturum id, ſi animalia atque plantæ ex qualibet ſimilarium partium ſpecie unã tantum ſimilarem particulam nacta eſſent, ut unam oſſis, & unam ſanguinis, & unam generum ſimiliter reliquorum. Sed nõ eſt ita: immò uero cõſtituere ſe atq; collocare in uno quoq; animãtium genere, multas ſimilares eiuſdẽ generis & ſpeciei particulas. Pro hinc nullum incommodum ſuſcipi, ſi cõcedatur carnem diuidi poſſe in infinitum, animal nõ poſſe: Nam eam carnem, quæ ineſt in animali ex pluribus conſtare carnibus tanquam principiis & elementis. Sed nõ effugit. Tametſi enim hoc ita fuerit, nihilo ſecius horum elementorum oportet magnitudinem definire. Dabitur porro numerus aliquis caruncularum, quæ compoſitæ efficiant eam carnem, quę ineſt in animali. Sit autem quaternarius uel quinarius exempli cauſa. Si igitur harum caruncularum unaquæq; diuidi poteſt in infinitum, ea caro quæ ex quatuor illis cõſtaret uſq; adeò cõcidi, atq; exigua reddi poſſit, ut ex tantilla carne nullum animal cõſiſteret. Præterea quid eſt quod aiunt, hominis carnem ex pluribus carnibus eſſe compoſitam? Cur illarum quælibet caruncularum nõ erit rurſus ex pluribus compoſita carnibus? Si minui poſſunt ſimilares particulæ in infinitum? Illud quoq; perridiculum eſt, Elephanti carnem ex paucioribus cõſtare carunculis, culicis carnem ex pluribus. Nihil enim intereſt, utrum duas ex pluribus, an ex paucioribus aliquid eſſe conſtitutum, quum nullum magnitudinis exitum capere poſſis, neq; incrementum uerſus neq; diminutionem. Omnino autem carnem minuere in infinitum, nihil aliud eſt quàm carnem efficere amplius ne ſit caro. Quamuis enim carnis in eo quòd corpus eſt, infinitam ſectionem poſſis agnoſcere, in eo tamẽ quod caro eſt, nõ potes. Breui ſiquidem caruncułæ illæ ex ſectione deſinerent eſſe caruncułæ, atq; ita corrumperentur. Quod quemadmodum conuenire poſſit ei, qui rerum principia ſtatuit incorrupta, nõ uideo. Si itaq; uera ſunt hæc, definitaq;, atq; certa eſt carnis minimæ magnitudo, fieri nõ poteſt ut in quolibet admiſtum ſit quodlibet. Sed quamobrem? Quia omne finitum corpus, ſi finitas, & quidem minimas portiunculas deſeces, quandoq; deficiat eſt neceſſe, modo nõ propor-

Caro in eo qđ corp' ſ infinitum põtin eo quod caro nõ poteſt in infinitum ſecari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tionem ſequare,ſed certam aliquam & præſcriptam magnitudinem decidas. Si igitur ex aqua ca
ro uniuerſa continuo excernatur,proculdubio ſumptitabitur aliquando uniuerſa quæ ſuberat,
neq; abiti poterit in infinitum. Neceſſe eſt itaq; alterum ex duobus ſequi, aut ut excretio illa ca/
dat deponatq;,abſumpta atq; exhauſta omni materia, aut ea durante infinita uis caruncularum
quæ habebatur,uel antequam cœpiſſent excerni,in magnitudine ac mole finita,puta aqua uel al
38 terius corporis, relinquatur. Quod dicere aut ſentire ſuperat omnem ſtoliditatem. ¶ Adhuc ſi
corpus omne ſublatis partibus redditur minus,carnis uero certa eſt definitaq; utrinq; ſecus quã
titas, manifeſtum eſt ex minima carne nullum corpus poſſe ſecerni (eſſet enim aliquid minus ac
modicius minimo) quòd ſi ex minima carne nullum corpus poteſt excerni, qui erunt in omni/
bus omnia? Sed quid conſector leuia? Si inſunt omnibus omnia,nõ ſolum caro in minima carne
collocanda erit, ſed & ſanguis, & os, & cerebrum, & reliqua perinde affatim omnia: ſimiliter in
ſanguine alius iterum ſanguis,alia caro,aliud os,ad idem exempli, & in cæteris omnia inſerenda
inculcandaq; eſſent. Præterea quo pacto nõ latiſſime delirant ii qui in minima carne,carnem di/
cunt eſſe infinitam,ſimiliter aquam & terrã,atq; aërem infinitum:ea quæ poſtremo omnia quæ
nos ſupradiximus, per ſe ipſa poſſe ſubſiſtere, & à ſe uiciſſim eſſe diſiuncta, quo quid poteſt eſſe
horridius? Nam in eo quòd ſeparata ſunt,terminum & finem accipiunt,quia ſimulatq; ſeparan/
tur diſtinctionem & loci magnitudinis nanciſcuntur. Quamobrem ſi uera eſſet Anaxagoræ ſen
tentia,fuiſſent principia nõ ſolum multitudine,ſed etiam magnitudine infinita:quod nihil aliud
eſt,quàm facere ut ſint infinities infinita. Quòd ſiquis tueri Anaxagoram uelit,dicatq; principia
quidem,quoniam aliam naturam habere nõ poſſunt, immiſta nõ eſſe: ſed quum dicitur ineſſe
omnibus omnia,de ſenſilibus id concretisq; eſſe intelligendum. Transferantur rationes ſubinde
ad ſenſilia & concretiones. exempli gratia ad aquam ſenſilem: Aquæ enim ineunt carnes & oſſa
infinita,quæ ſeparata actu cõcretiones ſunt, atq; ex omnibus generabuntur,quia & ſenſilia ſunt,
& poſſunt excerni. Quare & horum ſingulis rurſum alia quoq; inerunt. Nunquam enim fieri
poterit,ut in ſyncera & prima principia reſoluantur. nam hoc eſſe impoſſibile idem Anaxagoras
39 clariſſimè atteſtatur. ¶ Quomodo igitur ea efficere diuina mens ſtatuat? Nonne potius uideri
ſtultiſſima atq; inſipientiſſima debeat,ſi aggredi uelit ea quę ſint factu impoſſibilia? Atqui rec̃te
quidem illud,ſed (forte fortuna) dixit Anaxagoras fieri poſſe nunquam, uti de ſtrue illa maſſali
omnia entia ſecernantur. Accidentia ſanq; à ſubſtantia ſeparari nõ poſſunt. Quem igitur finem
laboris inueniet prouidentiſſima ſcilicet mens,ſi ea attentauerit quæ perfici, & ad exitum cõferri
nõ poſſint? Quando neq; magnitudinem principiorum definiuit,quippe quæ diuidi cenſeat in
infinitum neq; qualitatem. Nequeunt enim à ſubſtantia ſeparari colores,habitus,& poſtremo ac
cidentia reliqua. Quorum alterum menti ſuę,neq; ille quidem tribuit:alterum nos ueritatis gra
40 tia inficiamur,quando præſertim neq; illud quoq; acute Anaxagoras uidebat,propterea carnem
ex caruncul is cõſtare,lapidem ex lapillis, aurum ex aureliis, quòd putabat unamquamq; ſimila/
rium particularum in ſimilares partes minimas ſecari poſſe, ut ſiquid inde abiret atq; decederet
coalitu earundem partium,quæ ſeceſſiſſent,nouus alius continuo ceu partus exiſteret. Cęterum
nõ cõficitur. Lutum enim & in luta diuiditur,& in aquam & in terram. Ex quibus ergo potiſſi/
mum dixeris cõſtare lutum,utrum ex lutulis,an ex terra potius atq; humore? nonne uerius ſit
lutum fieri,nihil eſſe aliud quàm ex humore,& terra cõſtare? ex lutulis componi,nihil aliud eſ/
ſe,quàm increſcere atq; grãdeſcere? Neq; enim quemadmodum lateres ſua ſtrue & compoſitura
domum efficiunt,ita quum ex aqua fit aër,uel è diuerſo ex aëre aqua quum fit,coëuntes aquulę
totum conflant, & conſtituunt elementum. Quod tamen ſequitur apud eos, qui egregium ſci/
licet & admirabilem illum concretionis modum præferunt. Enimuero ipſum aërem ſcimus in
aquam alteraſcendo transferri,atq; ita fieri aquam ſaltem ſenſu percipimus. Eodem pacto & Em
pedocles excretione atq; concretione arbitratus eſt omnia generari. Tamen leuius errauit, quod
finita & certa principia poſuit. Sed nondum eſt tractandus iis locus.

41 CAeterum illuc me refero, quòd contraria principia omnes conſtituere, & ii qui
unum omnia & immobile,& ii qui plura eſſe dixerunt,& qui etiam infinita. Ere/
nim Parmenides in [a] iis libris, quibus ſententiam ſuam aſtruxit, calidum & frigi/
dum,principia eſſe dixit. Quorum alterum ignem,alterum terram uocauit. Ana/
xagoras quoq; in ſimilaribus particulis poſuit contrarias,quemadmodum Anaxi
mander ſecretionem & concretionem,& Democritus plenum & inane,quæ quum principia cõ/
ſtituiſſet,

Parmenides opinio
Anaxagoras
Anaximãder
Democrity.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſtituiſſet, & generationes rerum figura, ſitu, & ordine diſtinxiſſet, aptiſſime uiſus eſt adhibuiſſe contraria. Sunt enim omnia illa contrariorum genera, ſitus, figura, ordo. Nam ſitus alius dexter, alius ſiniſter, ſupernus, infernus, anterior, poſterior. Figurarum quoque rectilinea alia, orbicularis alia, quas ille pro contrariis habuit. Nam de Empedocle atque Platone, deq; iis phyſicis qui
42 raritudinem denſitudinemq; contraria principia eſſe uoluerunt, abunde ſupra diximus. ¶ Ac mihi quidem acrius intuenti mediusfidius uidentur omnes haud ſine ratione in hanc ſententiam diſceſſiſſe. Nam ſi naturam principii ſpectes, reperies tria eſſe in principiis neceſſaria. Primum, ut ex ſe uiciſſim non exiſtant, alioquin principia & non principia eſſe probarentur. Secundum, ut neque ex aliis conſtent. Nam ſi prima non ſunt, quo pacto poſſunt eſſe principia? Tertium, ut ex illis conſtent cætera, atque hoc eſt principiis maxime proprium. Hæc autem omnia primis contrariis oportet ineſſe. Prima contraria uoco, quæ ſunt maxime generalia. Nam ex aliis conſtare iccirco non debent principia, quoniam ipſa ſunt prima. Neque mutuo ex ſeipſis ea ratione quia contraria ſunt. Neque perturbetur quiſpiam, ſi quando audiat dici, ex albo fieri quippiam ut ſit nigrum. Non enim ita dicuntur ex ſeſe fieri contraria, ut proprie mutuo fieri intelligantur ex ſeſe, ſed ita, ut quaſi poſt ſeſe mutuo atq; ordine quodam produci generariq; uideantur. Sed quiſnam ille modus eſt, inquies, quo fieri ex ſe mutuo poſſe contraria negauimus? Nimirum is, quo de ære ſtatuam dicimus fieri. Neque enim uno permanente ſuperſtiteq; contrario generari alterum poteſt. Neceſſe eſt autem principia non corrumpi, quòd ſi ſeruata in
43 alterum tranſmutentur, ſequetur duo ſimul adeſſe contraria, quod eſt impoſſibile. ¶ Sed quæres quonam pacto conſtent ex contrariis, ceu ex principiis reliqua. Profecto id ea ratione neceſſarium maxime uidetur, quòd per tranſmutationem generatio omnis cõficitur, quemadmodum oſtendetur. In contraria porro omnis generatio deſinit. Verum quia obſcuriora uidentur hæc eſſe, quæ dicimus, paulo altius repetere ac remetiri ſtatuimus, ut hoc ipſum facilius fiat intellectuq; capiatur. Exiſtimare itaq; oportet, nihil eſſe quod aut augere in quodlibet, & utcunq; forſtulit, aut pati à quolibet poſſit. Nam neq; homo generando aſino natura idoneus eſt, neque adamas non tutus à ferri ictu. Non igitur fieri aut naſci omnia de omnibus poterunt. Nam album ex muſico fieri nequit, ſed ex nigro dũtaxat, aut flauo, aut ex iis coloribus aliquo, qui quòd ſunt in interlinitio contrariorum poſiti, ancipites mediiq; habentur. Dices fortaſſe nõ eſſe hoc perpetuo uerum. Videri enim luſciniam de Muſica fieri candidam. Sed ſoluitur. Illud euenit nõ in eo quòd muſica, ſed in eo quòd nigra fuiſſet: Nam quum accidere poſſit ut idem qui ſit albus ſit etiam muſicus, facile aberratur, dum non ex albo, ſed ex muſico nigrum fieri creditur. Quòd ſi id quod per ſe eſt diſtinxeris ab eo, quod ex accidẽte fit, inuenies album ex nigro uel ex fuſco per ſe, ex perito aut grammatico per accidens factum. Nihil enim uetat eundem qui niger ſit aut muſicum, aut fabrum, aut excuſſorem, aut militem, aut imperatorem eſſe. Quare uſurpatio atque abuſio fuerit, ſi quenquã dixeris nigrum eſſe factum ab Arithmetico uolatili bipede: ſunt enim huiuſmodi generationes ex accidente omnes. Per ſe autem album generatur ex nigro, & ſiquis ſubtilitate diligenti exigat id ex non albo: non tamen hoc ita accipiendum, ut ex omni eo quod ſit non album, fieri nigrum putetur (eſt enim Hippocentaurus & Scylla non album) ſed de eo non albo intelligendum eſt quod de fuſco, ueneto, rutulo, & cæteris finitimis prædicetur. Pariter Muſicus de non muſico fiet, non de columna, neq; de naui, quæ & ipſa ſunt non muſica: ſed de eo quod amuſon, id eſt immuſicum (nouo quidem nomine, & fortaſſe duro, ſed ad rem demonſtrandam ſatis idoneo) appellaueris: aut ſiquid inter muſicum & immuſicũ ambigit. ¶ Eo-
44 dem modo album non abibit corrumpeturue in quodlibet, neque per ſe corrumpetur in muſicum, ſed ex accidente. Nam uſtulati hominis coloratiq; albedo per ſe in nigriciem corrupta eſt, quod ſi contingat ut idem ille qui uſtilatus eſt, muſicus fuerit, dici poteſt ex accidente albedinem in muſicum fuiſſe conuerſam. Simili modo ſi muſicũ corrumpatur, nõ corrumpentur in nigrũ,
45 ſed in muſicũ. ¶ Neq; ſolum hæc uidentur eſſe uera in iis quæ per alterationes accidentium producuntur, qualia ſunt quæ mox diximus: ſed etiam in iis uel latiſſime patet eadem ratio, quę per concretionẽ ſecretionemq; generantur, qualia ſunt ea quæ uocamus cõpoſita. Latet tamen in iis quãdoq; eadẽ cauſa, quòd contrariorũ fere plurium nõ habetur uſitatum nomẽ, quemadmodũ habetur albi nigriq;. Ita quibuſdam priuationes ſuis nominibus efferuntur, quibuſdam nõ ipſæ priuationes, ſed aliorum ſolæ negationes habentur: nam cõmunia compoſitis omnibus nomina facile eſſet inuenire, cuiuſmodi ſunt cõuenientia, inconuenientia, ex quibus generatio proficiſce-

simplicia per alterationes accidentium fiunt
Cõpoſita per cõcretionẽ ſecretionemq; generantur
Concretio &c nõ ſabent eius contrarios nomina ſi uis ſibi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

retur omnis, & in quas corruptio itidem reuerteretur. Particularibus uero singulisq; compositis propria in communi utique loquendi consuetudine non reperiuntur. Veruntamen omne cõ uenienter factum ex non conueniente fit, & ad inconueniens corrumpitur, non ad quod uis, sed ad id quod speciatim contraponebatur aduersabaturq;. Non enim hominis conuenientia ad inconuenientiam equi corrumpitur, neq; ea quæ canis est in eam quæ sit plantarum, neq; rursum ex illis fiunt. Sed homo in hominis inconuenientiam abit: equus in eam quæ ad equum pertinet. Planè nihil inter est loco inconuenientis & conuenientis, ordinatum & inordinatum dicas,
46 compositum & incompositum, aptum ineptum, deformatum informe. ¶ Nimirum eadem ratio in omnibus obseruanda. Sumantur itaq; undelubet exempla. Domus ordinatio ex inordinatione fit, non omni, neq; ex ea, quæ nauis est, sed ex ea quæ spectat ad domum. Est enim ea inordinatio in eo, quòd neq; lapidum, neq; laterum strues eum admodum ornata & dispositа est, quo cõueniebat in domum. Econtrario quoq; domus quando corrumpitur, in eandem hanc inordinationem redit. Item aceruus congestusq; tritici fit ex opposito, quam aceruo tritici congruebat, nõ quam aceruo lignorum: corrumpitur quoq; non in lignorum, sed in tritici dissolutionẽ. Aeque
47 & statua ex statuæ infiguratura fit. ¶ Et ne in singulis morer, manifestũ esse arbitror omne quod fit, ex contrariis fieri, & omne quod corrumpitur, in contrariam aut finitimam concedere, atque abire substantiam. Nam & intermedia ex contrariis generantur, quod uidere in coloribus licet, ut illud quàm possit ueriſsime affirmari: Quæcunq; natura sunt facta, aut contraria esse, aut ex contrariis ortum habere. Contraria ea sunt, quæ eiusdem generis extremos ceu margines obtinent. Ex contrariis constantq; horum in medio collocantur. Cæterum illud commonuisse hoc loco expediet, quamuis ex contrariis generationes omnes procedere, & in contraria corruptiones abire dixerimus: non tamen restare permanereue contraria illa corruptis, aut genitis rebus concedimus, alioquin nobis ipsis pugnaremus. Est autem ita intelligendum, ut dixi, fieri hoc ab illo,
48 id est hoc post illud. ¶ Hactenus ferme omnes consentiunt elementa, atq; ea quæ cuiq; principia uidebantur, haberi contraria, nõ tam ratione inducti, quàm ipsa ueritatis ui. Dissentiunt autem inter se omnes in ea re, quòd alii priora generalioraq;, alii posteriora & particulariora principia tradidere, alii consectati sunt ea quæ rationi perspicua magis essent, alii quæ notiora sensibus uiderentur, alteri calidum, humidum, frigidum, siccum (quæ posteriora, particulariora, cognobiliora q; sunt principia) constituerunt: alteri magnum & paruum, par & impar, concordiam, di-
49 scordiam, quę cum ratione priora esse, tum generaliora notioraq; uidebantur. ¶ Veruntamen hi partim diuersa sequebantur, partim eadem uidebant. Hæc enim omnia inter se quandam similitudinem habent. Nam quemadmodum concordia refertur ad litem, ita impar refertur ad par, calidum ad frigidum, siccum ad humidum. Præterea quædam ex illis sub concretionem & sub excessum cadunt, quædam sub secretione defectuq; reponuntur.

[a] *Verba græca: quæ videtur Hermo. interpretatus hoc in loco, hæc sunt ἐντοῖς πρὸς δόξης. quę alium videntur habere sensum & sic interpretari posse in his: quę secundum existimationem sunt. Parme. enim sensibilia & naturalia: entia secundum existimationem appellabat: & horum principia calidum & frigidum esse dixit. intellectilia vero entia secundum veritatem & ea esse vnum & cum ex aliis: tum ex Simpli. licet colligere.* [b] *Ammonius tamen vt refert Simpli. eodem pacto intelligi voluit contraria ex seſe mutuo fieri non posse: quo ea ex aliis fieri negatum est: quia sicut licet altenum altero principalius non est vel prius & vniuersalius: ob id enim ait ipse: quia contraria sunt & æquiualentia nihil magis habet alterum altero cur sit principium.*

50 QVàm itaq; contraria principia esse necessarium sit, satis manifestum esse iudico. Est autem sequens (ut arbitror) quis sit numerus principiorum ostendere. Indicatum est supra, neque unum esse posse principium, neque infinita. Vnum ea ratione, quia contraria & oppositа quum sint, hoc ipso nequeunt infinita esse. Quũ quòd separare ac distrahere illa oporteret in duo, tum etiam quòd rerum scientia obiter tolleretur. Accedit quòd naturę unius & generis [a] una uidetur esse oppositio contrarietasq;. Genus autem unum dicitur, proprieq;, quod potest in species, non etiam in genera secari. Ita circa colorem albedo & nigritia, circa sapores dulcor & amaritiеs inueniuntur. Oppositionem uocamus duorũ oppositorũ contrariorum ue habitum quendam atq; responsum. Circa mate-

Genus q.
Oppositio q.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rialem igitur generatilemq; ſubſtantiam,cuius principia quærimus, una quoq; eſſe debet oppo
ſitio non infinitæ, quando præſertim nihil prohibet adortus & nouationes rerum principia fini
ta poſſe ſufficere. Nam Empedocles qui poſuit eſſe finita melius mehercule & cõmodius quàm
51 Anaxagoras, rerum quæ generantur naturam abſoluit. ¶ Quòd ſi hæc uera ſunt, atq; una eſſe
unius naturæ oppoſitio debet,ſequitur neceſſario,ut aut duo ſola principia ſint,uidelicet prima
illa contraria:aut coniungenda conſociandaq; illis ſit etiamnum materia quędam atq; ſubiectũ.
Quòd tam & ſi mihi maxime neceſſarium uidetur, uelim tamen ſeorſum ipſe tecum paulo ſe
rius conſideres,ſit ne ulla denſitudo,quę ipſa per ſe poſſit raritudinem facere,contra ue,aut ulla
caliditas quæ frigiditatẽ,aut amicitia ulla quæ odium:poſtremo qualitates ullę quæ contrarias
qualitates gignant. Sed nedum facere aut gignere reputemus num etiam eſſe ipſa per ſe poſſint,
atq; ſeorſum conſiſtere,frigiditas,caliditas,concretio,ſecretio,& ſimilia iis. Nõne potius tertium
quiddam ſubſternendum ſubiiciendumq; eſt,circa quod ueluti fundamentum ad uiciſſitudiuẽ
rerum cõſtituendam iactum,& illa ſubſiſtere & generare deinceps reliqua poſſint. Nõ enim ſeſe
illa (de contrariis primis loquor) mutuo ſubſtinent, neq; item ſuperſtite concretione ſecretio na
ſcitur,aut ſuſcipitur in concretionem,neq; raritudo denſitudinem ſubit,ſed alterum alteri cędit,
tertio quodam recipiente baiulanteq; id quod nouatur & gignitur. Quapropter etiam philoſo
52 phi ueteres contrariis unam plures ue naturas ſubiiciebant. ¶ Sed uel hinc quoque probabitur
quod uolumus. Principia dixerit aliquis in ſubiecto collocari nõ debent, alioquin principii prin
cipium cogemur afferre. Nam ſubiectum uidetur prius eſſe & ſubſtantia,iis quæ in ſubiecto cõ
tinentur:contraria porro in ſubiecto ſunt omnia,nõ igitur uidentur eſſe poſſe principia quæ di
cantur eſſe contraria. Item nulli rei uidemus ſubiecta eſſe contraria: principia autem neceſſe eſt
omnibus ſubiici,non igitur contraria ſunt principia. Item negamus ſubſtantiam ullam aduerſa
ri ſubſtantiæ:Non igitur ſubſtantiæ ſunt quæ uidentur eſſe contraria. Quòd ſi nõ ſunt ſubſtan
tię,manifeſtum eſt non eſſe principia,alioquin fateri cogeremur principia ſubſtantiarum nõ eſſe
53 ſubſtantias. ¶ Verum ſi prior oratio demonſtrabat oppoſitionem ineſse principiis,& uidetur ni
hilominus ſecunda hæc & poſterior efficere,ne principia uideantur eſse contraria,cum illis utiq;
ſentiendũ eſt,qui duobus contrariis tertiam addidere materiam:quæ prior quamuis eſset,quã
uisq; magis etiamnum inſigniter principium eſse uideretur,nihilominus illorum indigeret, ut
54 pote quæ per ſe ipſa conſtituere nihil architectari ue poſſet. ¶ Atq; hoc quoq; ueteribus placuiſ
ſe comperio. Illi enim unam quampiam naturam contrariis ſubiecerunt, propter quam unum
omnia eſse arbitrabantur, aut aquam, aut ignem, aut id quod medium fingebant inter aquam
& ignem:propius autem accedunt ueritatem,qui intermedium illud cõminiſcuntur. Nam ignis
apriſſime ex contrariis conſtat,quippe qui feruida & ſicca natura ſit,quorum frigiditas & humi
ditas contrariæ qualitates habentur. Oportet autem id,quod eſt ſubiectum contrariis in ſua na
tura nullum habere contrarium,alioquin neceſſe eſset,ut alterutrum, aut non ſuſciperetur aut
corrumperetur, quorum utrunque pugnat deſcriptioni principii. Quare non abſque ratione
ſenſerunt ii, qui ſubiectum aliud ab elementis quatuor poſuere. Eadem ratione minus erratur
ab iis,qui aërem ſubſternunt. Habet enim aër minimam differentiam ſenſilium portionem. Ter
tio ſuccedunt loco, qui aquam conſtituere ſubiectum. Calefit enim eadem permanens, & frige
55 ſcit,liquatur,congelaſcit,funditur,cogitur. ¶ Planè uidentur omnes unum illud ſubiectum con
trariis informaſſe:alii raritudine,denſitudine: alii magno atque paruo. Hæc autem ſub exceſſu
ſcilicet defectuq; recidunt. Videtur autem peruetus eſſe opinio, tria rerum eſſe principia opor
tere,ſubiectum,defectum,exceſſum. Ac numerum quidem principiorum eundem omnes aſci
ſcunt,non tamen eodem omnes modo. Nam ueteres duo agere, tertium pati putauere: in con
trarium Platoni uiſum, duo pati, agere unum, quemadmodum & ſupradixi. Quamobrem
conuenit tria eſſe elementa. Eſt autem de iis elementis nobis in præſentia ſermo, quæ rẽbus ge
neratis inſunt.

[a] *Quid ſibi uelit generis nomen ac etiam ſubſtantiæ,hęc in loco,non eodem modo græci expo
ſitores expoſuere. Alexan. enim quem uidetur Themi. inſequi genus unum quod in genera non
diuiditur: ſubſtantiam uero formam ſubſtantialem materialem:uel potius compoſitum ex materia
& forma ſed quia non in genere tantum ſubſtantiæ:ſed in aliis etiam præſentis contrarietas for
mæ & priuationis reperitur:& Ariſto. non tranſmutationis ſolum ſubſtantialis principia inquie*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rit ſed cuiuslibet naturalis: ideo Ammo. dixit quemadmodum ens primo quidem de ſubſtantia dici tur: poſterius de alijs p̄dicamentis: ita etiam contrarietas priuationis & formæ primo reperitur in ſubſtantia ſecundo in alijs p̄dicamētis & primo principio ſunt tranſmutationis ſubſtantialis, ſecun do aliorum. Syrianus tamen per genus ipſum p̄dicamētis intellexit: quamuis enim multe ſint in p̄di camētis ſupreme contrarietatis omnes tamen in unā reducuntur quæ eſt exceſſus & defectus. Am mo. autem per genus unum ſubiectum unum expoſuit. ſicuti enim numerus (ait ipſe) ſe habet ad par & impar ita natura ſubiecta naturali ſubſtantiæ ſe habet ad formam & priuationem. Sim pli. uero omnibus his reiectis: per ſubſtantiam lata quadam acceptione intelligit quicquid in tranſ mutatione eſſe habet: & in materia: huiuſmodi enim ſubſtantiæ principia quærimus: per genus au tem unum communionem quandam naturæ quo modo aliquando dicimus duo eſſe rerum genera: aliud ſenſilium: aliud intelligibilium: vel per ſubſtantiam omne id in quo ſubſtantiale quid reperi tur ſicuti dicimus diſgregare albo ſubſtantialiter ineſſe.

56 PLura uero eſſe quàm tria nō amplius conuenit. Nam ad patiendum ſufficit ſubie ctum unum, ad agendum ſatis ſunt cōtraria, quòd ſi aut alteram addideris oppo ſitionem, aut ſubiectum alterum, cogeris utrunq; duplificare. Nam ſi alterum ſit ſubiectum, alteram quoque oppoſitionem eſſe continuo oportebit. Et ſi altera ſit oppoſitio, alterum pariter ſubiectum habebitur. Aut igitur ex utraq; trinitate ea dem generabuntur, aut diuerſa: ſi eadem, ſuperfluet altera: ſi diuerſa, nō erunt eadem principia rerum generatarum, neq; elementa in ſe uicibus conuertentur ignis, aër, aqua, tellus. Præterea & cur duæ ſolum & nō plures trinitates erunt, atq; ſubinde infinitæ, nullam comperio rationem. Quæ ſi duas, nō eadem quoq; poſſit plures atque adeò infinitas afferre? Nam ſi idcirco dixeris duas eſſe, quòd ea quæ animalium principia ſunt, differre oporteat ab iis quæ ſunt plantarum: cur nō ita differre debebunt, quæ ſingillatim cuiuſq; generis ſunt plantarum? Deinde uidemus animalia plantis ali, plantas porrò fieri ex elementis, ita ut manifeſtum ſit in uices omnia tranſmu tare alternante, & reciprocante natura. Quod ſi duas oppoſitiones & unum ſubiectum attule
57 ris, dixerisq; inter ſe illas mutuo uicibusq; transferri, nihilo ſecius eadem te incōmoda ſequētur, atq; altera illarum utiq; erit ſuperuacanea: quandoquidem ſi mutua conuerſio ſit, neceſſarium eſt illa ceu coaleſcere, atq; eadem fieri. Nam ſi cōtrariorum oppoſitorum in cōtraria eſt abitio (ſit una oppoſitio A.B, altera C.D) Si igitur ipſum A (quemadmodum poteſt) in ipſum B mutari, ita poſſit in D, profecto ipſum B & ipſum D planè ſint idem futura: & ſi ipſum B (quemadmo dum poteſt) in A, ita poſſit in C, neceſſario A & C eadem omnino res fuerit. Eſt enim in cōtraria tranſitus, & unum uni aduerſatur. Sed & ſuprà diximus circa unam naturam uerſari oppoſitio nem unam. Eſt autem generalis materialisq; ſubſtantia natura una. Nam ſi plura quam duo cō traria inuenirentur, utiq; ſub primis illis quæ propria ſunt, ſummæ ſubſtantiæ collocare, & re ponere oporteret. Quod & qualitatis principio licet uidere. Nam & album & nigrum propin qua ſunt colori cōtraria, nō qualitati. Si qua igitur qualitatis eius, quæ de ſummo genere eſt, cō traria habebuntur: illuc cætera quoq; referenda erunt. Ergo neq; unum eſſe principium, neque
57 duo, uel tria, manifeſtum fecimus. Vtrum autem duo tantum, an tria ſint, magna & longe du bia quæſtio eſt. Nunc igitur nobis de rerum generatione tractandum, neq; de ea demum, quæ ad ſubſtantiam pertinet, uerumetiam de ea quæ ad alterationem, hoc eſt, nō modo quemadmo dum ſtirpes atq; homines fiant, ſed quemadmodum Geometræ, Grammatici, Muſici. Atq; hoc ſummatim & cōmunibus ſcitis agetur. Ita enim facilius cōmodiusq; uidetur, quemadmodum
58 & initio faciendum eſſe oſtendimus. Quum dicimus aliud ex alio fieri, aut ex ſimplici, aut ex compoſito fieri dicimus. Ex ſimplici quum ex immuſico muſicus fit, ex illiterato literatus: uel aliter, quum immuſicus efficitur muſicus, & illiteratus literatus. Eſt enim eadem ſignificantia utriuſq; orationis, tametſi uerba paulum cōmutantur. Nam quum dicimus homo fit muſicus, etiam tunc ſimplici uoce utimur. Neque ſolum id quod trāſmutatur, uidelicet homo, ſed etiam id in quod tranſmutatur, uidelicet muſicus ſimplex eſt. Quòd ſi per complexionem dixero, im muſicus homo, fit muſicus, iunctum erit id quod mutatur, id eſt, homo, cum eo in quod muta tur, id eſt, immuſicus. Inter hęc autem duo quę compoſitam dictionem faciunt (hominem dico

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& immuſicum) nonnulla differentia habetur, & in uoce & in ſignificatione. Si ſeorſum & ſimpliciter proferãtur, in uoce, quia alterum dupliciter poteſt efferri (nam & ex immuſico fieri muſicum, & immuſicum fieri muſicum aſſueuimus dicere) In altero uariare non eſt, ſed plurimum utimur recto, ita homo fit muſicus: non flexo, ita ex homine fit muſicus, Callias fit literatus non ex Callia. Alioquin pauca ſunt, in quibus rectius dicas, ex hoc fit, quàm hoc fit. uerbi cauſa: Ex ære fit ſtatua rectius, quàm ſi æs: ex lateribus fit domus rectius, quàm ſi lateres dicamus. Atque
59 hæc eſt in uoce diſtantia. ¶ In natura uero & ſignificatione illud eſt, & quidem maximum perſpicuumq; diſcrimen. Nam alterum in tranſmutationibus remanet, alterum perit. Homo enim, quum fit de immuſico muſicus, & homo eſt & remanet, immuſicus nõ remanet, quãdoq; neq; tunc quoque remanet, quum per ſe dicimus immuſicum fieri muſicum. Sed etſi immuſicum cum homine copulaueris, adæq; immuſicus homo non remanet. Loquor autem de tota dictio-
60 ne, quæ duabus illis iunctim uocibus cõſtat. ¶ His igitur hunc in modum expoſitis, id quod reſtat ac ſuperat Materiam uoco: id quod non ſuperat, ſed abit uanetq; priuationem, immuſicum dico illiteratum' ue. Vtrunq; uero imaginari facile eſt ex eadem eſſe materia numero, quãdo neq; talia poſſunt ſeorſum citra materiam ſubſtantiamq; cõſiſtere, ſed in homine cognoſcuntur. Ratio autem ſola diſtinguit. Neque enim idem eſt hominem, & immuſicum hominem eſſe. Oportet autem & priores differentias meminiſſe, hoc eſt alterum permanere, nõ permanere alterum, hominem ſupereſſe, nõ ſupereſſe immuſicum. Atq; hoc nimirum rectiſſima ratione uidetur cõtingere. Facta ſiquidem immuſicum abitione, continuo effugit id, quod uenienti opponebatur,
61 id manet quod nõ opponebatur, hoc eſt ſubiectum. ¶ Satis quoq; ampla atque ſufficiens ea differentia eſt, quam oſtendimus uoce cõſtare. Declarauimus enim quum de priuatione paulò ante loqueremur, nonnullas eſſe res, in quibus & hoc & ex hoc recte utrunq; dici conſueuiſſet, ex immuſico muſicum fieri, & immuſicũ muſicũ. Idẽ ſermo cõpoſitis congruit. At quum de materia uerba fiunt, diſſimilis eſt ratio loquendi, aliquãdo utimur recto, aliquãdo nõ utimur. Nã hominẽ fieri literatũ dicimus, nõ ex homine, cõtrà nauim ex lignis, nõ ligna nauim fieri, alioquin uidebatur caſus ille ex hoc conuenire maxime priuationi, rectus materiæ & permanenti. Nã inflexio illa de recto uidetur abiens quiddã & concedens ſignificare, Rectus contrà caſus ſubſiſtens & reſtitans. Cæterũ quanquã eſſe uidentur, utimur tamẽ interdũ & flexo, quũ de materia loquimur, ut ſuprà dixi: appellat enim materiã ablatiuus ex hoc, propterea quòd intra ſe tenet contrariũ adueníentis formæ. Quũ enim nullũ habeatur nomẽ, quo priuatio eius formæ, quæ ad ſtatuã pertinet, indicetur, ex ære fieri ſtatuã dicimus: perinde ac ſi æri inſit illius formę priuatio. Hoc autẽ modo loqui ſolemus, quaſi ex ære informato ea priuatione, quæ ſpectat ad ſtatuã, ſtatua efficiatur, & ex lignis informatis ea priuatione, quę ſpectat ad claſſem, exædificetur claſſis. Quòd ſi hoc ex ui dictionis illius nõ eſt perſpicuũ, nihilominus ſubeſt quædã uirtus in ea propoſitione, qua id maxime ſignificatur. Quamobrẽ initio tunc, quũ eam diſtinctionẽ adhibui, demõſtraui ablatiuũ ex hoc & de cõpoſitis dici: nunc oſtendi, interim manifeſtũ eſſe ſignificatũ, ut in eo exemplo quod ante ſubieci, interim ſolã uim & uirtutẽ propoſitionis elici, ut quũ dicitur, ex ęre fit ſtatua. Igitur quũ ex aqua dicimus aërem gigni, uerbo ex aqua utimur tanquã cõpoſito. Eſt enim aqua compoſitũ quiddã ex ſubiecto quod permanet, & priuatione ea, quæ formæ aëris erat oppoſita, ut appareat eiuſmodi quoque in totum remanere non poſſe: quod cum iis conuenit quæ ſuperius diximus. Nam compoſita dicebamus non remanere uniuerſa. exempli cauſa: Homo immuſicus, totum hoc non manet quum muſicus fit. Sed de hoc producti ſumus, ut plura fortaſſe diceremus, quàm erat neceſſe.

PLane generationibus conſtituendis in materia opus eſt priuatione, alioquin nihil fieri poſſet, quia quicquid fieri diceretur, neceſſario anticiparet eſſe. Quare quanquam nullibi ſubſiſtit priuatio, ſed ſola ratione, neceſſaria tamẽ eſt ceu altera quædam natura, quæ alteri naturæ accidat. Sed contrà eſt illud: Si materia in ſua ſubſtantia priuationem habet innexam comprehenſamq;, nonne ex ea mutatione corrumperetur, quæ eſſet ad formam? Quum priuationis eſſentia in eo ſit quod eſt priuatum eſſe. Præterea eſſentia materiæ conſtituitur potentia: potentia porrò coniuncta eſt priuationi: alioquin potentia non fuerit, ni priuationem cũ illa copulatam intelligamus. Sed ſoluitur. Et ne propterea tumultuemur, paulò altius repetenda res eſt. Omnia quæ rebus aliis inſunt, aut per ſe inſunt, aut per comparationem ad alterum. Ligno per ſe contingit eſſe bipedale, duplum eſſe habet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Materia primū res q̄dā est i se & existit actu: vnde materia aliorū intelligitur esse.

per comparationem ad alterum. Materia igitur ad ſuam eſſentiam conſtituendam nō indiget po teſtate, neq; poteſtas ulla in prima ac ſimplici ratione materiæ includitur, ſed primum res quæ dam eſt in ſe & exiſtit actu. Deinde materia intelligitur aliorum eſſe, & ſecundum poſteriorem hanc conſiderationem, rationem potentiæ contrahit. Nomen itaq; materiæ in eo reſpectu ſecum proculdubio affert poteſtatis eſſentiam, & ad quaſcunq; res materia deriuatur, ad eaſdem referē da & cōmunicanda eſt ratio poteſtatis. Ita tamen ut (quemadmodum dixi) prima materiæ notio nō ſit eiuſmodi, ut referatur ad alia. Scio tamen eſſe perdifficile illa reſponſione, relationeq; ſeque ſtrata materiam nudam & ſolam intelligi, cæterum aſſequi poteris, ſi in eam indaginem paulo

Dſia inter ma teriā & ſubm

acrius incubueris ſtudiumq; contuleris. Sed repetendum eſt denuo: Quum de materia duo no mina prædicari ſoleant, ſubiectum ſcilicet & materia, nomen materiæ magis accedere uidetur ad eam naturam, quam ipſe per ſe obtinet. Subiectum contra propius ad eam conſiderationem, ſe cundum quam refertur ad alia. Vtrunq; tamē nomē ex iis uocibus eſt, quæ referuntur ad aliud. Nam & materia eſſe dicitur alicuius materia, & ſubiectum alicui ſubiectum. Sed quum pro ma teria alicuius capitur, tunc cum potentia priuationeq; id eſt. Dicitur enim materia earum rerum eſſe, quæ factæ aut ortæ nondum ſunt. Quum uero accipitur pro ſubiecto, tunc cum priuatio ne nō eſt. Nihil enim prohibet materiam alicui formæ ſubiectam eſſe. illius autem qui poteſt eſ ſe materia, cuius continendi poteſtatem amiſit? Quapropter ęs, eatenus dum ſine forma ulla eſt, recte dixeris materiam ſtatuæ. Poſteaquam uero iam eſt formatum, iam in Apolline aut in Mer curio factum fuſumq;, nō materiam amplius recte, ſed ſubiectum appellaueris. Huius rei ſigno eſt illud, quòd idem hoc ęs ſubiectum & permanens, aliàs aliarum rerum materia efficitur. Quē admodum enim Boëthus inquit, materia qualitatibus informata nō amplius materia remanet (nam ſecundum ſe informis eſt, & ſpeciebus omnibus caret) ſed adhibitis qualitatibus materia abit in ſubiectis, quippe quod cum forma & termino ſit, & formæ ſubiiciatur & termino. Mate riæ igitur appellatio tanquam pertinet ad futura, ſubiectum ad facta olim atque producta. Sanè hæc res quam materiam uocamus, ſubiectum eſſe quoddam poteſt, cui accidit in natura facul tas recipiendi & ferendi contraria: nam ut formam poteſt, ita & priuationem recipere. Quomo do igitur materia dicitur inaffecta, id eſt carens affectione & qualitate omni? Quoniam meher cule inaffecti uocabulum hoc loco nō ſignificat priuationem qualitatis, ſed prorſus negationem, qualia ſunt illa, illiteratus, immuſicus, pro eo quod eſt nō muſicus, nō literatus. Nā ſi inaffectio illa priuationem ſignificaret, quum priuatio qualitas quędam eſſe uideatur, hoc ipſo qualitatem amplecti præferriq; materia uideretur. In quibus itaq; negatio uera eſt, in iis priuatio nō ſequi tur. Non enim de quo poteſt dici, nō iuſtum, de eodem dici poteſt iniuſtum: neq; de quo uerum eſt dicere, quòd comam aut capillitium nō habet, de eodem uerum eſt dicere quòd caluet. Nulla igitur ratione eſſentia materiæ poteſt in eo conſiſtere, quod eſt priuatum eſſe: ſed quemadmo dum cera, ex qua fingi leo poteſt, nō eſt amplius cera, quum factus eſt leo, ita & primum illud ſu biectum, quod poteſt formas omnes ſuſcipere, quamuis priuatum omnibus uideatur eſſe, non tamen in eo quod ſubiectum eſt, priuatum eſſe dici ue poteſt. Subiectum enim eſſe nullo modo poſſet, ſi formam cum priuatione reciperet. Sed priuatum eſſe dicitur ea ratione, ſecundum quā ei accidit accōmodatio, atq; habilitas quædam ad formas omnes ſuſcipiendas. Dixi accidit: quia prius in ſe quædam abſoluta res eſt, quæ referatur aut accōmodetur ad alia. Quapropter mate ria per formam aliquam terminata, ſubiectum poteſt dici, materia nō poteſt. De hoc autem po ſterius quoq; uidebimus: nunc redeundum eſt, unde diuertimus.

Hæc res q̄ vo cam⁹ materiā ſubm quod dā eſt cui accidit facultas reci piendi contra ria.

QVum itaq; multifariam fieri quidpiam dicatur, hoc ſimpliciter, illud nō ſimplici ter, ſimpliciter fiunt ſubſtantiæ. Nam album fieri ſimpliciter nequit, ſed id dunta xat quod nuncupatur & demonſtratur hoc aliquid. Corpus enim quum album fit, & bipedale, nō ſimpliciter fieri dicitur, ſed hæc arbor, hæc planta. Quum igitur tot modis fieri res dicātur in accidentibus, manifeſtum eſt ſubiectum eſſe animal, aut plantam, aut omnino corpus aliquod, in quo & qualitas, & quantitas, & relationes, & id ge nus cætera generatur. Subſtantiis autem producendis ſuſpicari poſſet quiſpiam, non eſſe ſubie cto opus, nō enim fieri factam ſubſtantiam. Eſt autem ea prima & ſenſilis, quæ neq; eſt in ſubie cto, neq; de ſubiecto ullo prędicatur. Veruntamē opus eſſe ſubiecto aliquo generationibus ſub ſtantiæ faciendis, apprime ad hunc modum manifeſtum fiet. Si enim cōmunia quædam & gene ralia in rebus quæ producuntur, explorare & contemplari uolueris, facile inuenies omnem ſub-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſtantiam, quæ generatur, ex aliquo generari fieriq; ſubiecto: quemadmodum animalia & plan-
63 tas ex ſemine. ¶ Omnia quę fiunt, in uniuerſum, aut transfiguratione fiunt, ut ſtatua (nihil enim aliud in ære mutatur, quàm figura poſituraq; partium) aut appoſitione ferruminatione ue, ut ea quæ augentur coaugmentantur ue: aut detractione, ut ex lapide Mercurius: aut ſtrue & com-
poſitione, ut domus: aut alteratione. ¶ Alterationis duæ habentur ſpecies: alteraq; in qualitate ali-
64 qua affectioneq; patiaria uerſetur, & hæc propriè uidetur alteratio appellãda: altera quæ ad ſub-
ſtantiam pertineat, & hæc propriè tranſmutatio uocatur: quæ nihil aliud eſt quàm formæ ratio
nisq; tranſitio. Atq; hæc omnia citra omnem exceptionem in ſuo quæq; ſubiecto geruntur. Ne-
ceſſe eſt enim eſſe & ſubiici aliquid, in quo ſeruato & ſuperſtite tranſmutatio conficiatur: quem
64 admodum neceſſe eſt eſſe id, circa quod appoſitio, detractio, compoſitio exerceantur. ¶ Quare ex
iis quæ dicta ſunt ſatis oſtenſum eſt, omne quod fit ex forma & ſubiecto eſſe compoſitum: ſicut
etiam compoſitum illud fuerat, unde ortum & factum eſt illud. Porrò illud, unde factũ eſt hoc,
duobus conſtabat, & eo quod formæ gignendæ opponebatur, & ipſo ſubiecto. Dico autem im-
muſicum opponi, hominem ſubiici: ſimiliter infigu.ationem, informitatem, inordinationem uo
65 co contraria: Subiectum appello æs, aurum, lapidem. ¶ Si igitur rerum naturalium cauſæ atque
principia habenda ſunt illa, ex quibus tanquã intrinſecus poſitis unaquæq; res fit, & quæ uniuſ-
cuiuſq; rei eſſentiam perficiunt, latiſſime patet, ſubiectum & formam huiuſmodi eſſe principia,
ex quibus omnia componantur atq; condantur. Componuntur uero non quemadmodum ex
66 lapidibus aut lateribus domus, ſed ratione. Eſt enim alia hominis ratio, alia muſici. ¶ Eſt autem
ſubiectum, ſi in ſe conſideretur, unum quidem numero, ſed ratione duo. Dico hoc propter pri-
uationem, quæ materiæ accidit. Cæterum ſcire te uelim, quamuis numero una res ſit: ratione ta-
67 men & cogitatione differre, ut Socrates ſimus. Sanè homo & aurum quamuis ex iis in primam
ſubire materiam poſſit, proprie & maxime numeralia ſunt, & hoc aliquid, quæ monſtrari uel di-
gito poſſint. Prima uero materia quanquam non eſt numeratilis, & hoc aliquid, aliquanto tamẽ
propius accedit ad numerum, quàm priuatio: immò uero numeratilis eſt, comparatione utique
priuationis. Quanto igitur plus compoſito (quod uero hoc aliquid eſt) materia confert quàm
priuatio (confert autem proculdubio plus, quia & remanet, & apparet recedente illa) tanto habet
magis hęc ut ſit hoc aliquid, quàm illa. Nam priuatio nullo modo aſſequi poteſt, ut hoc aliquid
eſſe uideatur: quippe quæ faceſcat ingrediente forma exoleſcatq;. Deinde ex materia non fiunt
per accidens, ea quæ fiunt (ineſt enim iis quæ ex ea gignuntur) ex priuatione omnia per accidens
generantur. Nam quoniam materiæ, quæ per ſe & proprie principium eſt, priuatio accidit, iccir-
co fieri res dicuntur ex priuatione per accidens: quo fit, ut ſi proprie ſit loquendum, duas eſſe re-
rum principes cauſas neceſſe ſit, materiam atq; formam. Cæterum exiſtimare poſſis tertiam eſſe
67 priuationem, quæ iccirco ſit cauſa, ut contraria principia conſtituatur. ¶ Planè ſimplici admodũ
& pingui Minerua dictum eſt hactenus, priuationem & formam eſſe contraria. Sed quemadmo
dum intelligantur eſſe contraria acutius deſcriptiusq; indicabimus poſt. Sunt enim non tanquã
contraria, quia in ſe mutuo agere non uidentur poſſe, neque uiciſſim pati. Quæ ratio efficit, ut
68 neceſſarium ſit, materiam quandam ſubiectam eſſe contrariis. ¶ Dictum eſt & quot principia, &
cur tot in rerũ naturalium generatione uerſentur, fecimus palàm contrariis ſubiici aliquid opor
tere, docuimus duo prorſus eſſe contraria: tametſi numerus hic ferè ſuperuacaneus eſſe uidea-
tur. Nam alterius contrarii abſentia aut præſentia ſufficere uidetur ad tranſmutationes: ita fieri,
ut forma uicem priuationis ſubire præbereq; uideatur. Nam priuatio neque natura eſt, neque
69 forma, ſed formæ mera uelut abſentia. ¶ Natura uero ſubiecto, id eſt, materia ex proportione
atque relatione cognoſcitur. Vt enim æs ad ſtatuam, & lignum ad lectum, ita materia ad con-
ditam ſubſtantiam, & ad reliqua interuenientia reſpectum & ancillatum gerit. Nam quum ſit
ſubiecta ſubſtantiæ, manifeſtum eſt ſubiici debere quoque iis, quæ ſubſtantiæ accidunt. Vtrum
70 autem materia & forma ſint ſubſtantiæ, nondum liquet. ¶ Neque illud item adhuc eſt decla-
ratum, quo pacto forma principium ſit, & an incorruptilis aliqua, aliqua uero corruptibilis
habeatur. Item ſi incorruptilis quælibet, quomodo non æterna ſit quælibet: & ſi non quæli-
bet incorruptilis, quomodo quælibet nihilominus principium ſit. Verum ſuperſedeamus
hoc loco huiuſcemodi quæſtionbus: quippe quæ ad partem aliquam inſtituti nobis ope-
ris adiungi non poſſint, ſed ad curam ſuperioris philoſophi pertinere maxime uideantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

71 POst hæc exponemus & docebimus medium, quo difficultates eas quæ animos antiquorum perdiu uehementer anxerunt, facile diluantur. Planè illi quum ex philosophiæ rationibus ueritatem & rerum naturam apprehendere, uel impendio niterentur, à ueritate longissime recesserunt. Quamobrem aliam ingressi sunt uiam ex imperitia disputandi, putaueruntq; nihil gigni posse neq; corrumpi, quum id sequi arbitrarétur propterea, quòd necessarium uidebant esse quicquid oriretur, aut ex ente oriri aut ex nõ ente. Enimuero ex ente non posse, quippe quod iam sit, neq; ex nõ ente, utpote quod fieri nequeat. Sed oporteat omnino instrui & subiici aliquid. Quamobrem quum generationé atq; ortum de medio sustulissent, concretionem secretionemq; suffecerunt, quibus res nõ nouari gigni ue, sed erui atq; in lucem proferri contingeret. ¶ His ita rationibus quum uterentur, id

72 quod consequens statim erat, adiiciebant: hoc est, multa non esse entia oportere, sed unum. Nam si multa sunt, inquiunt, differentia & diuersa erunt inter se, & quod sequens est, diuersa & differentia erunt ab entibus. Quæ autem ab entibus differunt esse nõ posse. Hanc igitur opinionem propter eas, quas diximus, causas maxime secuti atq; amplexi sunt ueteres. ¶ Nos uero huiusmodi quæstiones duobus modis exoluimus, quorum prior est hic: Dupliciter dicitur fieri ex ente aliquid. Item ens aut non ens fieri: atq; ut generalibus loquamur, ens pati agereue solet habere significatos duos. Neq; hoc modo in simplici generatione intelligendum, qualis est hominis, sed & in cæteris quoq;, ut quum quis albus aut musicus fit. Vt autem latius ea res pateat, subiicie-

74 mus exemplum. Dicimus medicum agere quippiam aut pati dupliciter: per se, id est, in eo quod medicus: per accidens in eo quod non medicus. Quum enim curat ægrotos, per se id facit ut medicus, quum uero ædificat, non facit id amplius tanquam medicus, sed tanquam is, cui accidit ædificator, ut esset & opifex. Rursum si per ignauiam aut negligentiam dediscat medicandi artem, patitur in eo quod medicus. Si uero efficiatur albus, non patitur hoc in eo quod medicus, sed per accidens, puta in eo quòd niger. Igitur duo significantur, quum ex non entibus fieri, aut non ens fieri dicitur. Vnum ut id quod est non ens, insit, & essentiam suscipiat, quod est impossibile. Atq; hic est significatus orationis illius in qua dicitur: De non ente in eo quod non ens fieri

75 aliquid. Quem significatum quum solum esse ueteres essent suspicati, generationem ademerunt à rebus. Alterum quod significant ea uerba, est, ut intelligatur non ens abire & concedere ei enti, quod est futurum: quemadmodum fit ex immusico musicus. Atq; hoc est de non ente per accidens fieri. Id enim [a] quod ex aliquo tanquam non subsito immanenteq; fit, per accidens ex non ente fieri dicitur, quo significatu nos diximus, ex non ente fieri ea quæ fiunt. Quoniam ex priuatione, quæ in se non ens est, concedente & abeunte fiunt. Vel alio modo etiam fiunt per accidens ex non ente, quòd ex ea materia generantur, cui priuatio, quæ non ens est, accidit. Ita fit ut in re-

76 bus generatis possit inesse non ens: non tamen id, quod est per se non ens, sed cui non ens hæsit & accidit. Hoc autem est ipsa materia. ¶ Aeque & illud fieri non potest, ut ex eo quod est, fiat simpliciter aliquid, aut id quod est, fiat ea parte qua est: per accidens autem, ex eo fieri quod iam est, nihil pugnat. Et ut clariora sint ea quæ dicimus, adhibebitur exemplum. Ponamus canem in equum mutari, aut in quiduis aliud animal, quòd & fieri cernitur in aliquibus. Quemadmodũ itaq; is, qui dicit animal fieri ex animali, non dicit id, quatenus animal est (Non enim fieri potest, ut animal quum abit in alterum animal, transmutetur in eo quod animal: neq; quod fit animal ex animali, tanquam ex animali fit animal. Sed quum ex animali fieri animal dicitur, nihil aliud significatur, quàm quòd ex eo cui esse animal contingit, alterum quiddam fit, cui esse itidem ani-

77 mal contingit. Similiter si aqua fiat ex aëre, ens ex ente factũ esse uidebitur: non quod ea res, quæ iam est fiat denuo, aut ea quæ iam est facta, sed quòd ex aliquo, de quo prædicetur ens, alia res gignatur, de qua etiam prædicetur ens) Quemadmodum ergo si fiat animal, in eo quod animal, non ex animali fit, sed ex non animali, puta ex semine: ita si ens simpliciter fieret, nõ ex ente aliquo fieret, sed penitus ex non ente. Quod fieri omnino non est. Eodem modo, neq; id quod simpliciter est, non ens fieri potest ulla ratione. Quapropter ex ente & non ente generari res queunt, sine ulla controuersia repugnantia ue quia non eodem respectu considerationeq; capiuntur. Nam si ex ente generari rem dixeris, recte dixeris, quia alterum quiddam est. Si contrà dixeris ex non ente, recte etiam dixeris, quia hoc non est in eo quod fit. Et ut Simplicius loquar, generatio est partim ex ente quod non fit, & partim ex non ente, quod fit. Quo euenit ut priuatio & huiusmodi natura ipsius necessaria sit ad generationem cõseruandam, quia [b] scilicet nullum ens in eo quod

ens,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ens, generari poteſt. Cum materia igitur merito debet adeſſe priuatio. Atque hic unus eſt diſſol-
78 uendi modus. Alter eſt is qui ducitur ex ea diuiſione, quæ nobis prodita eſt de actu & poteſtate.
Ex materia ſiquidem quum fiant res, fiunt proculdubio ex ente potentia, non ex ente actu. Atq; huius quoque ſolutionis uiam nobis natura priuationis aperuit, quippe qui efficiat, ut materia ſit poteſtate non actu. Non eſt itaque prorſus inutilis generandis rebus priuatio. Quamuis cauſa per accidens rerum, quæ generantur appellata ſit, non tamen pari loco cum iis cauſis habenda, collocandaq; eſt, quæ per accidens eſſe iudicantur, quales ſunt album & nigrum, quum ei accidunt homini, qui muſicus efficitur. Nam huiuſmodi cauſæ ad generationem nihil conferunt. Plurimum priuatio confert ad uniuerſam. Eſt enim cauſa principiumq; per accidens, quandoquidem non poteſt contingere, ut quicquam fiat ex eo ſubiecto, cui non ſit oppoſitum aliquid.

[a] *Duobus modis (dicit Alexan.) exponi poteſt ex non ente per acridens aliquid fieri. alteroq; ex priuatione fit: quæ per ſe non ens eſt: non tamen tanquam immanente quod eſt per accidens fieri. altero qui ex materia fit cui acidit vt ſi ens ſit. & hanc duplicem expoſitionem recitat hic in loco Themi.* [b] *Sic ait ipſe græce hic in loco* οὔτε τοῦ ὄντος ἢ ὄντι νομένον διότι σὺν ὑπάρχει τῇ ὕλῃ οὔτε τοῦ μὴ ὄντος ἢ μὴ ὂν διότι οὐκ ἐν ὑπάρχειτῇ ὕλῃ. *cuius hæc videtur interpretatio. nam neque ens in eo quod ens generatur: ob id quia materiæ coheret neque non ens in eo quod non ens ob id quia non eſt vnum & idem cum materia.*

79 Vre igitur accuſantur coarguunturq;, qui naturam uſq; adeò neceſſariam aut ſu perpoſuerunt, aut taciti præterierunt. Horum alii nihil omnino de priuatione dixerunt, alii dixerunt quidem, ſed imperfecte. Nam ii qui rerum materiam ſubiectum quoddam actu eſſe arbitrabantur & corpus, ut ignem, aquam, aërem, aut huiuſmodi aliquod, priuationem penitus ignorabant. Plato uero quum diceret materiam inter non entia eſſe annumerandam, innuiſſe uidetur quodammodo eſſe priuationem in rebus, cæterum non plene naturam illius expoſuit. Nam ex iis quæ dixit, ſequitur ex non ente in eo quod non ens, generari res poſſe. In eo nanque quòd Parmenidem laudat ſentientem unum ens eſſe, & id quod præter ens eſt, eſſe non ens, uidetur concedere ex ſimpliciter non ente fieri omnia oportere. Nam ſi unum ſit ens, & id, quod præter ens eſt, non parte ſit, parte non ſit, id eſt, per accidens. Sed ſi ſimpliciter atque abſolute non ens, ut Parmenides exiſtimabat, non poteſt effici, ut materiæ natura remaneat, aut ut partim ſit, partim non ſit, ſcilicet poteſtate ſit, actu non ſit. Si autem ex uno illo ente fieri quippiam nequit, quum ſit immutabile: ſi item neceſſe eſt, ut id quod fit, fiat ex altero: quicquid uero præter ens eſt, omnino non ens ſit, ſequitur maxime ut is, qui accedit Parmenidi, quamuis negat aperte quod ſequitur: quum primum tamen generationem eſſe concedit, ſtatim uideatur illam ex non ente deriuare atque deducere. Sed neque illud quidem recte, quòd materiæ definitionem non ſeiungit à definitione priuationis, ſed quoniam numero idem eſſe ambo illa uidebantur, arbitratus eſt ratione quoque idem eſſe, proinde æque pollere definitione, & poteſtate naturæ. Nos uero materiam & priuationem diſcrimine apertiſſimo diſtare cognoſcimus. Illa per accidens non
7 eſt ea ratione, quòd complectitur priuationem, quæ per ſe atque omnino non ſit: illa uſque adeò prope eſt, ut ſit ens, ut & propinqua compoſito ſit, & pars ipſius ex principibus altera: illa poſtremo, in quam rerum omnium abitio fiat ac reſolutio. Contrà de priuatione dicendum. Ita concluditur ex ſimpliciter non ente nullas conſtare generationes, ſed ex eo ſolum, quod per ac-
80 cidens non ſit: uel ſi ſit, poteſtate tantum ſit. Qui uero parvum & magnum principia faciunt, ſiue unum ſignificent illa, ſiue duo, quia tamen utranque nihilominus de materia prædicari uolunt, non tris res, ſed tria uocabula credunt eſſe principia. Nam magnum & paruum, non hoc materiam, priuationem illud oſtendit, ſed utrunque materiam: ita priuationem omnes deſpectam indiſcretamq; habuere. Nobis planè, ut diximus, differre illa plurimum uidentur. Materia enim cauſa permanens eſt, atque unà cum forma, cuius eſt, coniuge tanquam mater gignendis rebus præſto eſt. Altera pars contrarietatis (priuationem dico) ſi qualitatem illius atque officium animo complectare, intelligatur neceſſe eſt omnino non eſſe: corrumpit enim eſſentiam rerum & formam, quæ rebus omnibus bona ſunt. Quanquam illud admi-

Secundus modus uerè opinionis aut ſ. ſer. hil Materia poteſtate & non actu.

Priuatio efficit ve nia ſit poteſtate.

Priuatio cauſa per accns gnam dis rebg. q ad gnm tionê c n, ert

Plato.

τὴν δὲ ὁ· ὡ οὐσίαν χείνου. ait ipſe græce. hoc ẽ alte ra vero ei⁹ eſt abſentia.

Materia ſ. e forma.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rari non desino, si sit priuatio corrumpi rerum essentiam: si non sit, oriri atq; nasci omnia oportere. Nihil enim fieri posse, nisi corruptio alicuius dissolutioq; præcederet. Alioquin fuissent omnia immortalia & sempiterna. Malum itaque ex hoc proficiscitur, & propter hanc contingit interitus. Nam quum materia sit receptrix, capaxq; priuationis, atque id habeat solum, ut potentia constet, infirmior & imbecillior est, quàm ut possit formas quas uicibus suscipit, perpetuo retinere. ¶ Sed cur suscipit uicibus formas? quia appetens est diuinitatis, & discupiens boni. Voco autem diuinum & bonum primam formam & primam causam, quo referuntur collimantq; omnia, & cui quæque res tendit fieri quàm simillima quantum potest: potest autem quantum natura conceditur. Ea uero appetitio quonammodo est in materia? Profecto ueriss. mum puto quod dicitur, prouidentiam fuisse, quę & turpi desiderium honestatis, & egenti opulentiæ quantum sit satis, iniecerit. Huic igitur formæ primę (quę ab omni abiuncta materia est, quæ libera undiq; & impromiscua, totumq; abstracta & separata: atq; iis præterea formis, quæ profectæ sunt ab illa, & in materia constituræ) contraria est & aduersa priuatio. Materia autem refertur, & quasi identidem respectat ad formam, cuius est appetentissima, eiq; addicta semper atque præseruiens est. Non est igitur in materiæ natura priuatio, quia formam simul appeteret, labem & corruptionem suam appeteret. Vnius enim corruptio est alterius contrarii constitutio repræsentatioq;. Iam si non sit diuersa ratio priuationis à ratione materiæ, sed una atque eadem penitus, qui posset defendi, ne priuatio, quemadmodum & materia, formarum conceptaculum haberetur? Proindeq; tanquam materia formis omnibus participaret, atque ita cum formis illis adesset, consociareturq;, quarum nihilominus priuatio fuisset. quod est quidem dictu saltem portentosissimum. Nam materia qui consisteret, si per alterum priuata spoliataq; diceretur, altero particeps & consors essentiæ fieret? Age uero natura materiæ si iunctam atque innexam priuationem habebit, nònne omnibus simul formis priuata necessario uidebitur? Atque ita corrumpi demum omnia atque destrui oportebit: tametsi aliquam ex formis habere, aliquam non habere dicatur. Si igitur neque forma est appetens sui (quum nemini seipso sit opus) neque contrarii (quia corrumpunt se mutuo, perimuntq; contraria) restat ut materia sit, quæ appetat formam, quemadmodum fœmina marem, & turpe honestum & pulchrum. Dixi materiam esse appetentem formæ, quemadmodum turpe honesti & pulchri, sed turpe qua turpe, non est appetens pulchri. Cæterum non est per se in materia turpitudo deformitasq;, sed per accidens, quatenus priuationis est consors.

MAteria uno modo fit & corrumpitur, altero neque fit neque corrumpitur. Per accidens corrumpitur, quando id quod materiæ accidit corrumpitur per se: hoc autem est priuatio. Corrumpitur ergo, quoniam id, quod intra se tenet, corrumpitur: quemadmodum corrumpi amphoram dicimus, quum uinum quod est in amphora mucescit aut putret. Sed per se & ex propria natura corrumpi non potest. Nunquam enim potentia illa intercidit, quæ in materia est: neque igitur genita est unquam, neque interitura unquam. Nam si generari posset materia, necessarium esset subiectum utique aliquod, ex quo manente antecedenteq;, ut cæteræ res, produceretur. Hoc autem nihil aliud est, quàm ipsa porrò materia. Ita eueniet, ut fuisse uideatur antequam fiat. Similiter si corrumpi posset, in materiam demum resolueretur: ita corrupta esse uidebitur antequam corrumpatur. De materia satis dictum, quòd ingenita, quòd incorrupta, quòd diuersa res à priuatione, quòd primum subiectum, ex quo primo constante immanenteq;, omnia procreantur, non per accidens. Dixi non per accidens, ut exciperetur priuatio, ex qua fieri per accidens, & generari res possunt. ¶ At de forma utrum una an multiplex sit, & quæ sit, non interest physici quærere, sed munus est primi philosophi. De naturalibus autem & corruptibilibus formis, quæ propriæ principia non sunt, sed solum causæ, & tanquam elementa generatilium rerum, & sequentibus libris, & toto opere agemus.

FINIS LIBRI PRIMI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII PHYSICES,

LIBER SECVNDVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

1 

VNC His rebus ita constitutis aliud initium institutioni nostræ commodius sumentes, reddere definitionem curabimus eius rei quam naturam uocamus. Omnia quæ sunt, aut per naturam sunt, aut per causas alias sunt, lectum, fundamentum, militia, thesauri repertio. Ex his alia per artem sunt, alia per fortunam habentur. Per naturam sunt animalia, & animalium membra. Eorum nanque, quæ natura constant, partes quoque natura constabunt. Non sic[a] in iis, quæ arte aut manu fiunt: domus enim per artem fit, lapides non fiunt. Sed & plantæ per naturam sunt, & corpora illa simplicia, ignis, aër, aqua, terra. Si itaque acceperimus notaue-rimusq; id, in quo ea, quæ per naturam constant, differunt ab iis quæ natura non constant, definitionem naturæ tenebimus. Differunt autem eo, quòd naturalia uidentur principium & causam inter se habere quietis & motus: quod manifestissime animalia declarant. Hæc enim & locum ex loco mutant, & augentur, & minuuntur, & alterantur ab ea causa, quam intrinsecus obtinent. Plantæ quoque quanquam motu locali carent, alios tamen motus exercent. Contrà est de elementis simplicibusque corporibus, quippe quæ nullo motu alio extra, quàm locali moueantur. Non solum autem hæc per naturam intus positam mouentur, sed etiam quiescunt. Diuinum & cœleste corpus excipio, in quo natura est 2 principium ciens sempiternum motum, non etiam causa & principium quietis. Artificiosa uero, qualia sunt lectus & tunica, in eo quòd artificiosa sunt, id est in eo quòd lectus, & in eo quòd tunica, nullum habent principium insitum motionis. Quiescit enim semper ea forma, quam ars apposuit. Cæterum lectus & tunica, & omnia arte facta, in eo quod terracea, lapidea, eburnea, aut ex pluribus elementis concreta, fieri potest ut dimissa ferantur deorsum, aut putria facta coalescentiaq; comprehendant, ita ut germinent, quo fieri ut natura uideatur, in quibus inest principium ciens quietis & motus. Est ne itaque naturale corpus statua, quum deorsum feratur, geratq; intra se causam motus? an non intra se primo gerit? neque dicitur statua 3 in eo quod gerit, sed intra es potius. Cæterum nauis quam gubernator mouet, si uim uocabuli spectes, quur non habeat intra se motum hunc ex natura? Est enim intra ipsam gubernator, & quidem intra ipsam, primo. Nam quonam in altero prius quàm in naui esse potest? Neque enim de peritia ipsa & scientia gubernandi loquor (quippe quæ primum in anima insit) sed de illo gubernatore, qui temonem manu tenet. Sed dicendum[b] est nauim non per se moueri à gubernatore, quum in definitione nauis nullus comprehendatur gubernator, neque contra nauis in definitione gubernatoris. Quorum uterque modus eorum est, quæ per se habentur. Quapropter gubernator separatur à naui, quia naui per se non inest. Nam & si ægrotet medicus, restituatq; sibi ipsi sanitatem, habet certe intra se primum mouendi principium, artem uidelicet, sed sanatur & mouetur hunc in modum non per se, quia in eo quòd ægrotus seipsum recurat (alioquin omnes qui ægrotarent seipsos possent curare) sed in eo quod accidit, ut is qui ægrotabat etiam medicus esset. Proinde & hæc uicissim à se disiungi dissociariq; possunt. Similiter de omnibus est statuendum, quæ finguntur: (Ficta uoco, & artificiaria) quorum nullum intra se potest habere principium fictionis, ut domus & omnia manu facta: aut siquid est quod intra se principium fictionis habere uideatur, illud neque primo, neque per se potest habere, ut medicus, qui seipsum curat ægrotum. Ex his arbitror naturæ definitionem factam esse notissimam: Natura est principium & causa motus quietisq;, in eo cui primo inest per se, & non per accidens.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

[a] Hoc ab Alexan. sumpsit Themi. Simpli. vero ei opponit: quia partes eorum quæ arte fiunt: ipse etiam arte fiunt: si quæ vere partes sunt inspiciantur: sicuti domus partes sunt: tectum: parietes & fundamenta: quæ fiunt etiam arte. si vero nomen partis ad propria etiam rei elementa extendatur: tunc neque rerum naturalium vltima elementa natura fiunt vtputa materia dicit tamen Simpl. naturalia ab artificiosis hoc pacto differre quod proxima elementa naturalium natura constant vt quatuor elementa. artificiosorum vero elementa proxima non arte: sed natura constat vt in statua es: & lapides & ligna domus. [b] Ex hoc loco colligi potest: sicuti etiam Simpli. asserit: falsum esse: quod & Auer. & aly quam multi dicunt: per se & primo differre sicut magis & minus vniuersale. immo nec quodlibet quod per se inest primo etiam inest: neque quod primo inest omne etiam per se inest.

4 HAbere naturam dicunt quæcunque huiusmodi principium tenent, eaq; omnia sunt substantiæ. Nam id quod compositum & conditum dicitur, ex forma & materia existit. Natura siquidem semper subiectum aliquod habet, & in subiecto est, non quemadmodum accidentia, sed ut principium materiale rerum nõ omnium, sed corporalium. Secundum [a] naturam autẽ ea esse dicuntur, quæ naturã habent

5 intra se, & præterea actus quoq; eorum naturales, & impetus, qualis est in igni sursum tendere migratio delatio'ue. Non enim potest delatio esse per naturam, ita ut ignis, quia natura est principium delationis illius. Ipsa uero delatio non habebit intra sese naturam: quandoquidem actus ille subiectum esse non potest. Est igitur ex eorum numero, quæ secundum naturam sunt: quare amplius est secũdum naturam esse, quàm naturam habere. Sunt etiam res quæ dicuntur esse natura, atq; hoc plus est quàm secundum naturam esse. Sunt enim quædam res natura, quæ secundum naturam esse nõ possunt, qualia sunt uitia oblęsiones q; ex ipsa genitura cõtractæ. Nam & hæc naturæ opera sunt, quanquàm lacessitæ atq; frustratæ, neq; eò usq; prouectę, quo naturalis ratio atq; ordo duxisset. Atq; ista quidem hunc in modum explicata, sufficiant.

[a] Huius loci: hæc sunt verba græca: οὔτε γὰρ φύσις, τοῦτο, ἡ γὰρ τῆς φορᾶς ἀρχὴ, φύσις, οὐκ αὐτὴ, ἡ φορὰ οὔτε ἔχει φύσιν οὐ γὰρ ὑποκείμενον τί ἐστιν ἡ ἐνέργεια. hoc est, non enim hoc natura est: quia delationis. principium natura est: non ipsa vtique delatio: neque naturam etiam habet quandoquidem actus ille &c.

6 ESt autẽ perridiculum conari demonstrare naturam esse, quum manifestum sit plerąq; esse naturã & per naturã. Neq; hoc quicquã esse clarius aut illustrius possit. Qui uero ex obscurioribus contendit demõstrari manifesta posse, necessitatem demonstrationis ignorat: neq; distinguere id, quod per se notũ est, ab eo quod per se ignotũ est, potest. Sed quemadmodũ nihil profecerit, siqui iam inde ab ortu cęcus exoculatusq;, cuperet de coloribus quod sint, syllogismo noticiam capere (nã si uidisset semel, superuacaneus syllogismus foret. Nũc uero solas merasq; uoces hauriet colorũ, de rebus nihil intelliget. Nõ enim syllogismo, sed usu colores indicãtur) Ita si ei qui neq; mẽte sit sana, neq; manifesta & ante oculos posita uideat, syllogismos põbueris, uerba quidẽ temere fundẽtur, res utiq; percipi & iudicari nõ poterit. Igitur naturã esse absq; ulla ratione constituendũ recipiendumq; est.

7 ILlud quærendũ potius, unam tantũ rem, an plures nomẽ naturæ significet. Videtur autem fere multiplex esse nomen. Nam uno significatu natura dicitur esse materia. Materia iterũ duplex est: Vna particularis, atq; hæc non per omnia informis est, sed ad quendam modũ, ut ædium lateres, *larũ humor, & terra stirpium & elementa. Altera generalis, atq; hæc est ultima sine forma prorsus. Alio modo natura pro forma & specie & substantia definitionis affertur. Tertio pro uia & motu ad formam accipitur. Habetur & res alia, quę quum motus illius efficiens causa sit, insitq; omnibus natura cõstantibus, nomen sibi naturæ maxime & proprie uendicat. Dicitur & substantia quælibet esse natura qualiscũq; ea sit, siue simplex siue cõposita. Sane de reliquis suo tempore disputabimus. Nunc de materia & forma disquirendũ illud est, utra sit dignior nomenclatione naturæ. 8 Nonnullis uidetur materia magis esse natura quã forma, ut lecti natura sit lignũ, non ars, statuæ sit æs. Propterq; hoc natura aquæ primũ subiectũ esse credebat, qđ & informissimũ uideret, & longe carẽ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tissimum figura. Eius rei argumentum asserebat Antiphon: quòd si quis lectum infoderit, ita ut uires putredo concipiat, & germinet, nõ lectum sed lignũ esse prouenturũ, perinde ac ea dispositio quã facit, rithmus per accidens sit illi. Rithmũ autem uocabat formã, proprie uero substantiam esse illam dicebat, quæ permaneret, & continue huiusmodi uarietates nouationesq; sustineret. Idem arbitrabatur dicendum de reliquis subiectis: id est, quemadmodum de ligno dicitur respectu lecti, ita de aqua, terra, & quolibet alio corpore esse dicẽdum respectu ligni. Sunt enim illa subiecta ligno, & eo iure quo lignum est, natura lecti existimanda. Ita aquam & terram, si subie-
9 cta sint ligno, naturam ligni esse constituenda. ¶ Proinde qui ignem uel aërem esse materiam rerum putabant, iidem naturæ uocabulum igni atq; aëri tribuebant: & qui item plures materias ædiderunt, etiam plures constituere naturas. Reliqua omnia aut qualitates illarum esse, aut ha-
10 bitus, aut affectiones. ¶ Hanc igitur immortalem esse seculis omnibus ut interitus, ita & ortus immunem. Rerum siquidem naturam seruatam oportet commeare, cætera & infinities fieri &
11 corrumpi. Hunc in modum conantur illi materiam demonstrare potiorem esse naturam. ¶ Qui uero pugnant pro forma, contenduntq; illam uerius dici iustiusq; naturam, utuntur arte factorum exemplis. Quemadmodum, inquiunt, in statua atq; naui, & postremo omnibus quæ finguntur arte, non in materia, sed in forma artificium spectatur: ita in plantis & animalibus, & postremo in omnibus quæ producuntur à natura, naturam non in materia, sed in forma cõperias. Et quemadmodum arte factorum ars est forma, ita & naturalium forma est natura. Neq; enim ligna sunt artificium nauis, neq; æs artificium statuæ, sed figura duntaxat & forma: atq; hoc est artificiarium & artefactum. Quare primum subiectum non est natura, sed ratio & definitio singulorum: atq; hoc est per naturam factum & naturale. Nam æs artem non habet, antequam statuæ formam recipiat, neq; materia naturam, antequam aduentu formæ alicuius ornetur, qualis est caro potentia, quum actu fit caro. Quòd si materia, simulatq; suscipit formam, & naturam habere dicitur, & secundum naturam esse, nimirum formam esse naturam oportet. Si autem definituri substantiam rerum, non figuram, pulchritudinem, turpitudinem ue in finitione sumimus, sed id solum, secundum quod quæque res suam habet essentiam (Scire autem oportet in primis naturam esse singulis rebus essentiam, atque id per quod quodlibet est id quod est, sed quælibet
12 res est id quod est ex forma & subiecto) ¶ Natura igitur esse forma uidetur. Formam porrò dicimus à materia non re ipsa, sed ratione abiungi. Cæterum id quod ex forma existit atq; materia, natura quidem esse iam non potest, sed ex natura. Nam forma & materia iugatæ nõ amplius est natura, sed ex natura animal atq; planta. Seorsum itaq; particulatimq; utrunq; consideranti, forma uidetur magis esse natura, quàm materia. Si quid ergo fiat, enascaturq; non ante suum indi-
13 piscetur nomen, quàm formam recipit uniuersam. Tunc enim & sunt & esse dicuntur singula, quum actu ipso sunt, hoc est, quum suam quæq; naturam consecuta sunt atq; perfectionẽ. Perfectio autem est ipsa planè forma. Quamobrẽ potest hunc in modũ constitui syllogismus: Cuius præsentia naturales res sunt ex natura, illud necessario est natura: Sed præsentia formæ naturales
14 res sunt ex natura, Est igitur forma natura. ¶ Nam ratio illa Antiphontis commeat; & facile retorquetur. Si enim propterea mouetur opinari materiam esse naturam, quòd ex eo lecto, qui putris factus coaluerat, comprehenderatq; demum & pullulum atque germen excluserat, lignum non lectus apparuisset, cur quum ex homine homo nascatur, non sit etiam forma natura? Est enim homo forma, ut ex finitione latissime potest patere. Nam artificialem formam, neque nos quidem naturam facimus: quare forma lecti, neque apud nos quoque est natura: quippe quæ non sit principium motus quemadmodum est natura. Forma itaque naturalis materialisq; sem
15 per generationem constituit & præbet ex simili, canis ex cane, equus ex equo. ¶ Præterea omne quod fit, & appellat, & fieri dicitur id quò pergit, non id unde soluit: nec à diuerticulo, sed ab intentione accipit nomen. Nam quamobrem lignum fieri à fabro scamnum non lignum putas? Quoniam, inquies, ex ligni forma proceditur ad formam scamni. Item, quum se aqua in aërem uertit, cur aërem dixeris non aquam oriri? quia nimirum huius deserit formam, illius consequitur. Eodem pacto igitur ea quæ nascuntur, non ante dicuntur nata, quàm uenerint ad naturam. Ad formam autem ueniunt omnia quæ nascuntur, erit igitur forma natura. Non enim denominatur natura, quemadmodum medicatio: quæ quanquam tendit ad sanitatem, non tamen à sanitate, sed à ministerio atque officio dicta est. Non sic natura genitura ue, sed quemadmodum sanatio, quia uia est ad sanitatem: & calefactio, quia uia est ad calorem ab artium

Rithmg.

Nã est id p qđ quodlibet est id quod est.

Forma & mã iugatæ nõ est mã sed ex nã.

Forma ma

syllogismus ad probandũ formã magis sit natura quã materia

oia quæ fiunt a finem dem mantur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

magiſtris ſcitiſſime appellantur: ita & natura rectiſſime dicta eſt, quia uia eſt ad naturam. Quoniam uero iam oſtendimus formam magis eſſe naturam quàm materiam, ſcire oportet eam naturam, quæ pro forma capitur, duplicem ſignificantiam habuiſſe. Nam priuatio quoq; ipſa quo dammodo forma appellata eſt, quo fit ut uitia defectusq; corporis ex natura uideantur accidere. Verum quid ea de re ſentire conueniat, poſterius indicabitur. Illud quoq; docebitur, quomodo contraria formæ intelligatur eſſe priuatio, & quomodo ſimplex generatio, id eſt, ea quæ ad ſubſtantias pertinent ex aduerſantibus contrariisq; conſtituantur.

Vitia & defectus corpis ex natura videnſ accidere.

16 NVnc alienum nõ ſit perſcrutari, in quo differat à mathematico phyſicus. Ac utercq; quidem circa corpora & accidentia corpori uerſari uidetur, longitudines, puncta, ſolida, atq; huiuſmodi multa. Cæterum diſſimili genere phyſicus ita, ut cum materia ſunt coniuncta. Mathematicus ita, ut à materia cogitationeq; abiunguntur. Item, intentio phyſici refertur ad corpus naturale, quod eſt in motu. Nam quum de figuris agit phyſicus, de iis agit, ut ſunt clauſulæ & termini corporis naturalis: Mathematicus non ita definiuit figuras ut terminos, ſed ut ſpecies quaſdam & formas, per ſe citra motum & materiam conſiſtentes. ¶ Planè aſtrologus proxime ad phyſicum uidetur accedere: nam & de his quæ mouentur, tractatur in aſtrologia, & de magnitudine & figura, quæ per ſe corporibus inſunt naturalibus, de quibus phyſici neceſſario contemplantur. Nam ſi ſcierit quid ſit ſol, ignorauerit quæ per ſe inſunt ſoli, non erit plene neq; perfecte ſcientiam aſſecutus. Quòd ſi utercq; circa figuras ſolis & lunæ uerſatur, docetq; utrum mundus aut terra ſit rotunda, in quonam obſecrò 18 phyſicus ab aſtrologo differt? ¶ Sed certe quanquam de eiſdem ambo rebus agunt, nõ tamen eo de plane modo. Non aſtrologus cœleſtium corporum accidentia unà cum geometra ſpeculatur, non illorum ſubſtantiam quærit: neq; id ſcilicet curat, quàm tales figuræ, magnitudines, motus talibus ſubſtãtiis accommodentur, neq; uires illorum perueſtigat, neq; quàm ſic eſſe illa præſtet, quæ omnia ſuſcipiuntur & explorantur à phyſico. Et quanquã utercq; de motu cœleſtium corporum ſatagit, tamen alter quantitatem motus docet, alter qualitatem inſtituit. Verbi gratia, de ſole utercq; motu eius, ſed ſupputat aſtrologus ſolem tanto tempore, tantum cœli emenſum, phyſicus docet, ſolem ferri orbiculari motu ſuapte natura. Item alter rotũdum dicit eſſe ſolem, quia neq; igneus neq; terreus, ſed æthereus habeatur: alter, quia quoquo uerſus æque conſpicitur totus, nam mathematici materia nõ utuntur, ſed triangulum & cubum citra materiam motumq; definiunt. Quod ſi non ſolum intelligi illa ſine materia, ſed conſiſtere etiam poſſe ſine materia uoluiſſent, certe rem non modo difficilem, ſed etiam factu impoſſibilem ſuſcepiſſent. Non enim cõſiſtere poſſunt margines ſine iis, quorum ſunt magines. Quoniam uero ſola cogitatione, ſecundum quam uidelicet ſolum poſſunt, à materia ſeparantur, penesq; mentem ceu ſequeſtrem abiungendo abſtrahendoq; reponũtur, neq; mendacium eſt, neq; ullus error intercidit. ¶ At ii qui 19 ideas defendunt, quæ neq; cogitatione quidem abſtrahi poſſunt, nedum intellectu ſolo, ſed actu quoq; materia eximunt. At par quidem & impar rectum & curuum, figuram & lineam definire poſſumus ſine motu & ſine materia. Carnis uero aut oſſis, aut id genus corporis definitionem reddere ſine ulla mentione materiæ nõ poſſumus, quemadmodum neq; ſine naſo ſimitas definiri poteſt, neq; ſine cruribus blæſitas. Eſt autem blæſitas incuruatura ſurarum crurium uel quam 20 qui habent & uari dicuntur. ¶ Quam autem ſint hæc ueriſſima, argumẽto ſunt diſciplinæ illæ, quæ inter mathematicas proxime ad ſcientiam naturalem uidentur accedere, quippe quæ & motu, & ſenſu nitantur. Cuiuſmodi ſunt perſpectiua, harmonica, aſtronomica. Hæ quũ lineam accipiant à geometra, quã ille tametſi naturalem, nõ ut tamen naturalem cõſiderant, ſed ut à materia cogitatione & ratione ſeiunctam. Quũ itaq; huiuſmodi lineam accipiant à geometra, non, quem admodũ facit geometra, abſoluunt illam à motu & à materia, ſed quia ad illarũ artium demonſtrationem neceſſaria eſt linea ſubſiſtens actu. Vtuntur illa tanquam mobili, & tanquam naturali, quod & Dioptrarum uſus oſtendit. Si igitur ea quæ poſſunt cognitione rationeq; ſeparari, ſimulatq; ponuntur eſſe actu, non poſſunt amplius ſeparari, quanto magis eſt obſeruandum, ne actu ſeparemus ea, quæ neq; ratio quidem poteſt & cogitatio ſeparare.

21 QVoniam uero biſaria natura eſt, forma uidelicet & materia, quemadmodũ is, qui ſimilitudinem finit, adhibet in finitione materiam. Simitudo, inquit, eſt cauitas naſi (quanquam ea res melius deſcriptiusq; per formam exprimitur: utpote per quam fiat, ut ſimus ſit quiſpiam) Ita de rebus naturalibus eſt dicendum, quippe quæ &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in materia ſint,& cum materia habeantur,& eſſe id quod ſunt,ſint aſſecuta per formam. Quamobrem definiturus rem naturalem utetur quidem materia, ſed definiet per formam. Nam & illud ſcio poſſe addubitari,quum duæ naturæ ſint,utra ad phyſicum ſpectet. Vtrum de utraque ſeorſum dicendum,agendum ſit,an de eo quod ex ambabus prouenit. Quod ſi de eo, quod ex
22 ambabus,oportebit maxime utranq; cognoſcere. ¶ Cæterum ſi ad ueteres reſpicias,ſola materia pertinebit ad phyſicum. Nam Democritus & Empedocles modicum quiddam,& quaſi per ſomnium de forma dixerunt. Atq; hic odium & amorem principia capitalia eſſe uoluit, ille figuras poſuit. Verum ſi uim earum probationum,quas attulimus ſuprà,conſideraueris,inuenies eum, quid de forma eſt, tractatum phyſico peculiariter eſſe propoſitum, modo ne penitus materia negligatur anteducaturq;. Nam ſi ars imitatrix & æmula eſt naturæ, à qua effingit,artis autem eſt formam & materiam rei ad aliquem finem cognoſcere: ut medici eſt ſanitatem, bilem, pituitam noſſe,in quibus tum bona tum mala ualetudo cõſiſtit. Similiter ædificator opifexq; & formam domus & materiam ſpectat,ut ligna & lateres. Nimirũ conueniat etiam phyſico naturã utranq;
23 perſpectam & exploratam habere. ¶ Præterea eiuſdem ſcientię eſt & finem cognoſcere,& ea quæ inſtituuntur & ordinantur ad finem,ut medici & ſanitatem, & ea quæ ſunt efficientia ſanitatis: ſed materia propter formam eſt inſtituta. Ad quem igitur pertinet formam cognoſcere,ad eundem quoq; materiam pertinebit. At uero formam huiuſmodi eſſe naturam, ut finis ſit naturalium corporum generaliter hunc in modum ediſces: Id quod continue motu, actuq; deinceps ad ultimum quiddam peruenit,quieuitq;,uidetur motus finem habuiſſe,& conſecutum id cuius gratia mouebatur (Quod tamen de eo motu intelligendum puta, qui neq; fuerit interpoli/tus,neq; ulla extrinſecus turba aut offenſaculo impeditus, ita ut ad id poſtremum, quò tendat, citra omnem uim ſponte naturæ peruenerit) Eiuſmodi autem extremum,& finis eſt forma (eo nanq; naturales motus collimant generatio,actio) & inde perfectionem adipiſcitur ſuam,qua apprehenſa, ceu feriis ociantur & conquieſcunt, tum deinde cõmeantes uicibus reflectuntur atq; reciprocant. Perridiculè uero poëta uiſus eſt finem & metam,cuius gratia facti ortiq; ſumus,cõſtituiſſe mortem. Eſt certe ultimum quiddam mors: nõ tamen omne ultimum tendit eſſe finis, aut id quod ſub hoc uerbo, cuius gratia ſignificatur, ſed id proprie finis intelligitur habeturq;, quod præſtantius atq; melius ſit. Eſt enim unaquæq; res boni alicuius appetens, & auctio non mortis cauſa fit (nam ſæpe deſinit augeri res antequam moriatur) ſed perfectionis & formæ gratia augentur omnia,& in ea quieſcunt, ſimulatq; eſt ad illam uentum. Mors uero eſt ultimum,
24 non ut meta,ſed ut huiuſcemodi ſubſtantię debitus,& neceſſarius quidam euentus. ¶ Sed & gignunt quoq; materiam artes nonnullæ: aliæ ſimpliciter,ut ædificator lateres: aliæ dedolando poliendo ue,ut plaſtice cærã. Si igitur operariis artibus contingit materiam aliquando facere,quur non ſit ſpeculatiuarum cognoſcere? Sed & nos quoq; ipſi qui fines ſumus (multa enim noſtra cauſa fiunt) non ſolum intelligimus & cognoſcimus ea, quæ propter nos ſunt, ſed etiam ad noſtros illa uſus plerunq; transferimus. Cæterum quo pacto rerum finis ſit homo,quanquam duplex finis habeatur,in libris de moribus declaratum eſt. Nõ oportet autem mirum uideri,quòd diximus nonnullas eſſe artes,quæ ſuam materiam faciunt. Quando etiam illæ,quæ quia principes fabricæ ſunt architectonicæ appellantur,quæq; uidentur maxime merito formæ præeſſe in-
25 ferioribus artibus,materiam omnino nõ negligunt. Duo ſunt ſpecies huiuſmodi artium,quarũ utraq; neceſſe eſt habeat rationem materiæ. Harũ altera habetur,quæ ſola utitur forma, quæq; ei quam infra ſe tenet,præſcribit & imperat, qualis & quemadmodũ futura ſit forma. Hoc modo gubernandi ſcientia præeſt ei, quæ eſt faciendi naues. Vtitur enim forma nauis gubernator, ſed imperat tamen fabro, quale nauigii genus idoneum ſit futurũ magis ad nauigandũ: neq; ex omni materia aut ligno ædificare nauim ſinet,ſed ex tali uel tali. Ita materia quoq; illi curæ erit. Formæ enim qua utitur,certa materia opus eſt,ad artem egregie atq; nauiter exercendam. Alterum genus eſt earum artium,quæ (ut dixi) principes & capitales uocantur, quod nõ utitur forma,ſed introducit formam & perficit,imperatq; iis ſimiliter,atq; præeſt artibus quas infra ſe continet. Imperat dico quali materia opus ſit. exempli gratia: Faber is qui nauim eſt facturus,præeſt ei qui ſyluam cædit. Quamobrem ut ratio omnis compendio habeatur,quemadmodum in artefactis,quum materiam creat & facit ars,formæ gratia & operis facit: ſic & in naturalibus,quorũ materia fieri nequit,ſed iam exiſtit haberturq; neceſſe eſt gratia formæ,& propter formam materiam eſſe. ¶ Dictum eſt autem ei qui finem intelligit, intelligenda eſſe ea quæ ſpectant & regunt
26

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Materia relationem habet ad formam.

ad finem. Item materia ex eorum numero eſt, quæ appellant & referuntur ad aliud. Eſt enim materia alicuius formæ materia, atq; alterius item altera, uidelicet ea quæ particularis eſt & propinqua. Is igitur qui alterum aſciſcit, alterum quoq; neceſſario ſuſcipit. De materia itaq; phyſicus in tantum aget, ut cogitationem ad formam referat uniuerſam,[a] de forma quoq; aliquatenus ita, ut à materia non deiiciat oculos, ſed identidem reſpectet in totum: quemadmodum medicus neruum explorat, ita hominem phyſicus contemplatur. Quanquam enim formæ materiales quandoq; à materia, cogitatione atq; animo eximuntur, nō item poſſunt actu aut ſubſiſtentia eximi. Quàm autem formæ materiales ſint omnes in materia cōſtitutæ, ea ratio aſtipulatur, quòd quę cunq; gignuntur oriunturq;, ſimilia iis proueniunt unde ſunt genita. Nam & hominem homo gignit, & ſol ut uideri poſſit, unaquæq; efficiens cauſa in materia eſſe collocata, tam ea quæ proxima adinuentaq; eſt homo, quàm ea quæ remota ſol. ¶ Vtrum autem aliquæ formæ habeantur, quæ ſecundum ſubſtantiam à materia ſint abiunctæ, & quonam pacto reſpiciant inferiora hæc, & quæ poſtremo ſit earum natura, munus eſt primæ philoſophiæ indicare. Satis hactenus dictum de iis principiis eſt, quæ tanquam elementa, naturalium rerum eſſentiam ſubſtantiamq; conſtituunt.

Homo causa proxima, sol causa remota.

27

[a] *Simpli. aliter præſentem locum apud Ariſto. intellexit: ait enim Ariſto. voluiſſe oſtendere contemplationem philoſophi naturalis in cognoſcenda forma in cauſam finalem terminari, hoc autem accepta ſimilitudine ab artibus: eo enim modo naturalis ſe habet in cognoſcendis formis de quibus contemplatur: quo medicus vel faber ea conſiderat quæ illis artibus attinent. verbi gratia: medicus neruum: & faber æs: hæc non veluti artium materiam inducens ſed vt formas quas artes conſiderant: in hoc tamen differunt, quod artes practice ea conſiderant: naturalis vero ſcienter: propria vero ſubiecta circa quæ operantur artes conſiderant vſq; ad vſum & officium quod præſtant operibus perfectis propter quæ ſunt ipſe artes introducte eodem etiam modo formam naturalem cognoſcet naturalis philoſophus eo vſque quo cognoſcat proprium munus. cuius gratia fiat & eſt: omnis enim cognitio (ait ipſe) quæ ex cauſis habetur eſt ſcientiæ accommodatiſſima: quæ vero ex cauſa finali eſt aliis omnibus præſtat.*

28

Quot & quæ ſint cauſæ naturales.

1. Cauſa q̄ materia exequo.

2. Cauſa q̄ forma et exemplar. diffr. et ronei. eiq̄ q̄ſitę.

per exemplar q̄ intelligat

3. Cauſa efficiens ut primo principium motus.

4. Cauſa finis. quid ei gratia dicitur.

VNc altius repetito principio conabimur numerum, & genera cauſarum exponere. Ac uno quidem modo cauſa pro eo accipi ſolet, ex quo immanente ſubſtanteq; aliquid fit: ut æs ſtatuæ, aurum phialæ, & horū genera. exempli cauſa: Phialæ propinqua materia, hoc aurum: generalis eſt aurū, metallū, corpus: Alio modo, Cauſam pro forma capimus, & exemplari, hoc eſt pro definitione rationeq; eius quod appellant hoc nomine quid ſit rei eſſe. Vt ſi eius concentus qui Diapaſon dicitur, definitionem illam attuleris: Diapaſon eſt uniuerſitas cōcentus, ſiue duorū ad unū reſponſus ac menſus, tunc fueris & formā eius rei, & quid ſit rem illam eſſe cōplexus. Exemplar autem uoco non eo modo quo ii, qui ideas poſuere, ſeparatas quaſdam ſpecies, atq; ipſas per ſe nullo innexu materiæ ſubſiſtentes, ſed propterea quia definita, prę ſcriptaq; eſt eorū omniū forma, quæ a natura proueniunt, hominis, equi, bouis, fici, oleæ, platani: etiam illud principium unde hęc oriuntur, eatenus pergit mouendo & exercendo materiam, donec forma illa & ſpecies materiæ coaptetur, & cōgruat plene atq; perfecte. ¶ Tertio dicitur cauſa id unde primo principium motus capit, quemadmodū is qui cōſilium dat, & quemadmodū pater eſt cauſa filii. Dixi primū principium iccirco, quoniam inſtrumēta quoq; poſſunt cauſæ quidē motus uideri, ſed nō primæ. Quarto finis dicitur etiam cauſa. Eſt autē finis ea cauſa, quā ſub hoc nomine Cuius gratia, notari & intelligi uolumus. Atq; hoc modo cauſa geſtationis deambulationisq; ſanitas eſt: neq; deambulationis modo, ſed & reliquarū actionū functionumq;, quas is qui ſanitati ſtudet, alias ex aliis ante finē exercet attenuationis, ieiunii, potionū, poſtremo & inſtrumentorū omnium, quorū eſt ad ea facienda & obeunda uſus opusq;. Sunt enim hęc omnia gratia finis, tum [a] geſtiones ipſę, ut ambulatio, uſtio, tum inſtrumenta ut cucurbita medicinalis, & ſpecillum. Cauſa itaq; accipitur tot ferè modis.

[a] *Carpitur hic a quibuſdam interpres latinus. quod enim græce Themi. ἐργα dixit ipſe geſtiones eſt interpretatus proprie tamen opera ſignificat græcū illud verbum. opus autem ab actio-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ne vel geſtione differt: nam aliquid eſt quod opus dici poteſt nequaquam vero actio: licet omnis actio opus poſſit appellari: vnde communius nomen eſt opus quam actio.

30 EOrtè autem accidit, ut quum multifariam cauſæ nuncupentur, plures unius & eiuſdem rei cauſæ inueniantur, neq; id quoq; per accidens, ſed nõ eodem tamen reſpectu, neq; eadem cõſideratione. Nam phialæ cauſæ ſunt, & aurum, & is qui fudit, & utrunq; eſt cauſa per ſe, uerum hoc ut materia, illud ut excuſſor uel opifex. Fieri etiam poteſt, ut nonnullæ res comeent, ſintq; ſibi mutuo uiciſſimq; cauſæ. exempli gratia: Labor ſuſcipitur bonę ualetudinis cauſa: contrà, labor bonam ualetudinem facit, uerum non eodem utrunq; modo. Nam bona ualetudo cauſa eſt ut finis, labor uero cauſa eſt, ut inde principium motus creatur. Sunt enim labores bonæ ualetudinis cauſæ efficientes. Laborũ contrà finis eſt bona corporis ualetudo. Sed & contrariorum euentum eadem poteſt eſſe cauſa, dum non eundem habeat in utroq; modum. Nam idem gubernator ſi adſit naui, cauſa eſt ſalu-

31 tis: ſi abſit, naufragii. ¶ Verum hæ cauſę omnes in quatuor apriſſimos recidunt modos. Sunt autem ã nobis denuo recurrendi, ut res perquiſitius diligentiusq; conſcripta, & dilucidior efficiatur, & firmius diutiusq; retineatur. Ac primum quidem genus in materiam cadit & ſubiectũ. Non eſt autem materiæ modus unus, nam aliter ſubiectę ſunt ſyllabis literę (id enim fit ſtructura compoſitioneq;) aliter materia formæ, quia uidelicet fit hoc per alterationem. Terra autem & aqua animalium corporibus per compoſitionem & alterationem ſubiiciuntur. Partes uero toti altero ex duobus modo, & propoſitiones ſyllogiſmorum concluſioni. Secundum genus eſt id, quod nos ſuperius quid ſit rei eſſe uocamus, idq; multis nominibus fungitur. Nam & totum dicitur in iis rebus, quæ ex partibus conſtant. atq; totum quidem non ita, uti unà cum partibus accipiatur (hoc enim eſt uniuerſum id, quod ex omnibus partibus oritur) ſed uti ea res, quę omnibus partibus ſuperueniat, atque in omnibus ſpectetur, id eſt ipſa abſolutio rei, atque perfectio, propter quod uidelicet totum res dicuntur & iudicantur totæ. Dicitur & compoſitio in compoſitis, & dicitur forma potiſſimum comparatione materiæ. Tertium genus eſt ea res, unde principium ſumitur cieturq; motus, ut ſemen genitale, ut medicus, ut is qui conſilium dedit, & poſtremo omnis res quæ efficiens eſt rei alicuius. Quartum genus eſt finis, & bonum, id enim cuius gratia ſunt omnia requirit optimum eſſe, atq; finem reliquarum rerum. Nihil autem diſtat bonum dicas, an quod appareat bonum. Cauſæ igitur tot & huiuſmodi habentur.

32 VEruntamen quanquam ſunt quatuor genera cauſarum, unumquodq; nihilominus genus in multos diſſecabimus modos. Efficientium cauſarum alia eſt propinqua, cõmunior aliqua. Propinqua, ut quum recuperatę ualetudinis cauſam fuiſſe

33 medicum dicimus: Cõmunior, ut quũ id feciſſe artificem dicimus. ¶ Rurſus huiuſmodi cauſarum, aliæ ſunt per ſe, aliæ per accidens. Per ſe cauſa eſt ualetudinis medicus, per accidens decuratus: poteſt enim accidere, ut is medicus ſit etiam recuratus. Licebit igitur dicere, recuratum aliquem fuiſſe cauſam ſanitatis. Sed & illa quoq;, quæ cauſas per accidens, tanquam partes & ſpecies continent atq; complectuntur, ut genera, poſſunt cauſæ appellari, ut homo & animal ſanitatis cauſa fuiſſe dicantur. Ex accidentibus quoq; cauſis quædã adiunctiores & propiores habentur, quędam remotiores, ut albus & muſicus, qualem eſſe contigit me-

34 dicum, dici poſſet cauſa ſanitatis fuiſſe. ¶ Illa quoq; diſtinctio prodita eſt: aut enim ſeorſum illas, aut iunctim efferimus. Iunctim, ut quum dicimus recuratum medicum fuiſſe cauſam ſanitatis: Seorſum, ut quum ſeparatim alterutrum dicimus. Quo fit ut modi cauſarum naſcãtur, habeanturq; multiformes. Nam aut propinquæ & ſingulares ſunt, aut remotæ & generales, aut per accidens, aut per ſe, aut ut genera. Item aut coniunctæ, aut ſeparatæ, atq; hoc non ſolum in cauſis efficientibus reperitur, ſed etiam in ea quæ ad materiam pertinet. Aurum enim hoc cauſa eſt & materia rei effigiatæ, & non ſolum hoc aurum, ſed ſimpliciter aurum. Item hoc corpus, & nõ ſolum hoc corpus, ſed ſimpliciter corpus. Item hoc flauum, & non ſolum hoc flauum, ſed ſimpliciter flauum, & ſimpliciter coloratum. Item non ſolum diſiuncte aurum, ſed coniunctim aurũ flauũ.

35 ¶ Effecta quoq; cum cauſis eundem uidentur habere reſponſum. Alia nanq; ut propinqua, alia ut genera proferuntur: quemadmodum ſi diceres Polycletum effigiaſſe diadumenũ illum molli iuuenta expreſſum, deinde diceres ſtatuam, poſtremo imaginem. Idem uidere licet in effectis per accidens, quorum exemplis ſuperſedebo, ne moram atq; impedimentum inferam iis, quæ ſe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



quuntur. Rursus alia est diuisio. Singuli sex modorũ, quos causis diximus esse attributos, in mẽ
36 bra diducuntur duo, actum & potestate. ℣ Differunt autẽ hæc inter se, quòd causæ quæ in actu
37 sunt, simul sint necesse est cum effectibus qui procreantur, ut secans simul cum eo qui secatur, &
urens simul cũ eo quiu ritur. Causæ uero quæ nõ sunt actu, sed potestate, non semper simul cũ
rebus effectis habentur. Nõ enim simul cũ ædibus corrũpitur ædificator, neq; simul cũ lecto fa-
ber. Esse [a] autẽ potestate id nunc appello, quod nõ solum egit, sed prorsus recessit ab opera, & de
38 sit agere. Cæterũ oportet uniuscuiusq; rei principẽ causam & proximã quærere, atq; hęc est illa,
ad quã simulatq; peruentũ est, cessat quęstio ea, quæ Quur ita sit, & Vndenam à Dialecticis nun
cupata est. exempli gratia: Quæritur unde nam causa ædium est Gabrias? Respõdetur, quia ædi
ficator. Iterũ quæritur quamobrẽ ædificator est? Respondetur, quia ędificandi scientiam & arti-
ficium tenet. Huc ubi applicitum est, necessario sistitur. Est enim aut uesani, aut pertinacis homi
nis ulterius percunctari. Prima igitur causa ædium est ars ædificandi. Sed & generalium effecto-
rum generales causæ assignãdæ sunt, & particularium particulares, ut statuarius dicatur statuæ
causa fuisse, & hic huius. Item effectorũ potestate, reddendæ sunt causæ potestate, & effectorũ in
actu causæ, in actu cõstituendæ referendæq;. Quot igitur causæ sint (quatuor uidelicet) & quot
accipiantur modis (sex uidelicet) arbitror abunde & accurate demonstratum à nobis.

[a] *Potestate appellat (ait hic Simpli.) non id quod esse potest. sed id quod operanti opponi-
tur. hoc autem est quod non operatur. non operatur uero ex quod operari potest ex quod ope-
rari desyt.*

39 Existimantur autem casus & fortuna complurium esse effectuũ causæ, & fieri euenireq; multa tum casu, tum fortuna consueuisse. Ac primum quidem dignũ scitu est, sub quo nam genere causæ, duo illa genera collocentur reponanturq;. Deinde illud quoq; non ignorandum, sit ne casus & fortuna idem, an res causæq; diuersę. Postremo aggrediendum quid utrunq; sit prodere. Adeunda tamẽ discutiendaq;
40 prius ea quæstio est, quæ in unoquoq; negocio cognoscendo maxime debet esse princeps & ca-
put: Sit ne in rei natura casus ullus aut fortuna, an inania potius uocabula temere circunferan-
tur. Quod plerique inducti ratione dixerunt, quia uidebant omnium rerum quarum causas faci-
mus fortunam & casum, alias nihilosecius causas assignari afferriq; posse ex earũ genere aliquo,
quæ nobis supra sunt proditæ, uel numero. Verbi causa: Si quis in forum exierit alloquẽdi con-
ueniendiq; quempiam gratia, occuratq; ei amicus aliquis peregre profectus, reuersusq; ex itine-
re: atq; hunc quanquam cupiebat interuisere, non tamen sperabat futurum obuium sibi: illum
Hercules, siquis interroget quamobrem, aut quemadmodũ nactus sit amicũ: Casu respondeat.
Sed nugæ sunt. Quur enim casu dicatur occurrisse, superuenisseq; potius, quàm sponte atq; ab
ea uoluntate, quasi is exiuerat, ut in forũ descenderet? Nam & si ei non id consilium fuerit proce
dendi, sed diuerso quidem negotio destinatus, hospitem sorte quadam incurrenti, non tamen eo
ualet id uti propterea nouare, aut confingere aliam causam oporteat, qua amicus sit compertus,
præter uoluntatem illam atq; itionem in forum. Si igitur uniuscuiusq; rei quæ fieri dicitur for-
te fortuna, certam licet causam reddere, qui scilicet possunt effugere ii, qui fortunam putant cau
sam quandam esse instabilem indefinitamq;, quin uideantur nudum, & sine re ulla nomen for-
tunæ inter causas referre collocareq; uoluisse? Quòd si parum proficit ratio, ualeat inquiunt, au
thoritas ueterũ, qui quũ de causis rerũ omniũ conquirerent, uidentur nullo numero habuisse
fortunam. Hęc ferè illa sunt arma, quibus nonnulli fortunam de rebus adimere & profligare co
nantur. Nos uero dicimus primã rationem illorũ, contrariũ eius quod uolebant, effeciſe. Nam
quũ fortunam demere niterentur, nesciunt se illam maxime ita stabiliuisse. Si enim omnia quo-
uis modo eueniant, conferri in causas certas & determinatas possunt, idq; nemo est qui nesciat fa
cere, quur tamen fieri quædam fortuna dicimus, quædam nõ dicimus? Nimirũ opinor, quia for
tuna causa quædam est præter certas illas atq; determinatas. Nam si quædam effecta habentur,
de quibus simulatq; inuenta est certa præfinitaq; ratio, nihil amplius possis ambigere: quædam
contra reperiuntur, de quibus non simulatq; inuenta est certa præfinitaq; ratio, desinas ambige-
re, sed adhuc ad fortunam confugium habeas: summa pertinacia est inficiari fortunam esse ratio
nem & causam quandam extra certa illas atq; præfinitas. Nam quamobrem obsecro Achilles He
ctorem occidisset ultro, Adrastus filium Crœsi fortuito? Alioquin si nullũ sit discrimen in cau-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sis,oportuerat Adrastum suscepisse id facinus, & proposito percussisse, perinde atque dicitur de Achille. Sed & reliquis est adhuc illis delirandi locus ita respondere solitis: Nisi telum collibuisset mittere, Crœsi filius uiueret: Sed enim uoluit quum misit (uolebat autem non Crœsi filium, sed feram transfigere) Missionis igitur causa uoluntas fuit, uulneris mortisq; non fuit. Nam si præuidere potuisset euentum, nunquam iaculum intorsisset. Quo fit ut id casu factum merito uideatur, secutaq; sit mors non sponte illius, sed forte fortuna, uenia quoq; digni sint. Nec possis culpæ addicere qui id genus deerrant ac peccant: & Crœsus si sapiens fuerat, ignoscendũ habue-

43 rit, nedum exarserit in perpetrantem. ¶ Quòd si ex ueteribus uidetur nemo, qui fortunæ mentionem habuerit, quid tum postea? præsertim quum hoc ipso uel maxime taxandi reprehendiq; sint: fortuna uero propterea non tollitur. Et Hercules uidentur antiqui nusquam uerba fecisse de fortuna, nõ Empedocles, non Anaxagoras, non alius quispiam. Nullam enim ex his causis, quas statuebant, arbitrabantur esse fortunam, non odium, non amorem, non mentem, nõ postremo elementum ullum. Cæterum & hoc rationem nostram multum confirmat adiuuatq;, quòd neq; de causis aliis, & quidem magis necessariis tractatum aliquem habuere. Tempus porrò & longa ætas aptissima efficacissimaq; est ad ueritatis indaginem ratio. Mirum tamẽ illud est, quòd quum fortunam pro nihilo habendam putarent, non conati saltem sint persuadere, nomẽ fortunæ falsum atq; inane ab hominibus fuisse receptum. Neq; minus mirũ est illud, quòd quidam, qui esse fortunam in rebus arbitrabantur, noluerunt tamẽ qualis quæ uel ea rerum posset caligantibus & cæcutientibus mortalibus ædere. Ego uero memini locum, in quo Empedocles, & quidem inuitissimus incidit mentionem fortunæ. Is enim, quasi clam nobis posset id facere, aliquando in explicatione naturæ utitur commoditate & occasione fortunæ. Nam quod aër secesserit, secretusq; fuerit, fortunæ tribuit, & tanquam refert acceptum hoc uersu: Sic cecidit uolitans aliter quoq; sæpius aër. Sed & membra quoq; animalium plurima esse facta, cecinit à for-

44 tuna. ¶ Verum hic quod raro fortunam cõmentis suis, & placitis adhibet, minus nobis accusandus est silentii huius. At Democritus atque alii quo pacto non sunt ob eam rem grauiter reprehendendi atq; damnandi, quòd quum temeritati atq; fortunæ res præstantissimas subiecissent, nullam rationem aut uiam hominibus ad eam indaginem reliquerunt. Nam neq; infinitos mundos, neq; fas, neq; ordinem illum uniuersa continentem, atq; nectentem ad aliam causam retule-

45 re: sed tum à fortuna, tum casu pendere, prouenire omnia defenderunt. ¶ Atqui hoc seorsum in eo homine maxime soleo demirari, quòd quũ uideret, quum animalia, tum stirpes & frutices ex causis fieri suo & certo ordine constitutis atq; præscriptis, siue naturam fecerit causam, siue mentem, siue alio id nomine cõmonstrarit (neq; enim de hoc controuersia est) Mirari soleo uehementer quomodo ea quæ & maxima uidebãtur, & pleniſſima diuinitatis ac numinis, cœlum, astra, sedes, & locos astrorũ, quorũ nihil poterat indefinitũ, nihil exordinatũ uideri, fortunæ tamen ca-

46 suiq; tribuerit. ¶ Nã animalia & frutices procul abesse casu perspicuũ est. Si enim ad eas generationes fortuna aut temeritas pertineret, cur nõ posset ex quolibet utcunq; fors tulisset generari, & fieri quodlibet. Nunc autẽ & homo ex homine oritur, & ex platano platanus. Neq; quisquam est, qui equũ ex equo, spicam de frumento nasci casu putet. Quòd si inferiora hæc, quæ & intercipi impediriq; possunt, & plerũq; intercidunt, eundem nihilominus semper ac definitũ tenorẽ, & cursum seruant: qui fieri potest, ut cœlum, & sydera, & ordo ille rerũ immutabilis atq; sempiternus mente careat & ratione, casu constet atq; fortuna? Vtrisq; igitur est erratum, & iis qui rerũ

47 omnium causam cõstituere fortunam, & iis qui nihil nobis de fortuna tradidere. ¶ Sunt & nonnulli, qui quamuis causam rerũ plurimarũ fortunã faterentur & crederent, quia tamẽ illius naturã, aut assequi, aut explicari nõ poterant, speciosam eius rei definitionẽ & magnificã attulerũt, dicentes fortunã esse causam, quæ supra captũ hominis esset. Verũtamen uidentur ex iis, qui dicunt diuinã quandã rem atq; præcellentẽ existimare fortunã: qua sententia plurimi ferè mortalium sunt, qui fortunam colant ut numen, constitutis etiam, dicatisq; priuatim ei rei tanquã deæ templis. Super ea igitur re considerandum est usitata nobis disputandi ratione ac uia.

48 FOrtunam esse, & in quibus sit, hunc in modũ possumus colligere. Rerũ aliæ semper eodem modo prouenium, ut perennia: Aliæ ferè & plerunq; ut naturalia: non nullæ rarenter. Nam si sunt quæ plerunq; & maiori ex parte prouenium, manifestum est esse quoq; ea oportere, quæ raréter & insolenter fiant, qualia sunt ea, quæ rerum naturalium necessariam generationem abrumpunt. Potest ne igitur fortu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

na locum habere in iis quæ neceſſario eueniunt? Nequaquam. Quis enim ita amens ſit, ut dicat ſolem hodie fortuito ortum eſſe? aut fortuito occidiſſe? Dices in iis uerſari fortunam, quæ frequenter, id eſt, plurimum & maiore parte proueniunt? At quis niſi impudenter ac temere pertinax, dicat Calliæ manum caſu quinq; digitos habuiſſe, aut calores eo tempore fortuitos, quo Syrius emergit, aut frigora tunc quum ſol in Sagittario eſt. Reſtat igitur, ut in iis fortuna reperiatur, quæ infrequenter & raro. Quod & communi ſententia probari ſolet. Nam & ea quæ fiunt à fortuna, raro euenire dicuntur, & ea quæ raro eueniunt, fortuna fieri ſaltem uulgo uidentur.

49 ¶ Sed ſiſtamus tantiſper, infrenemusq; orationem hoc loco, reuerſuri mox unde digredimur, diuidamusq; aliunde initio repetito. Effectorũ alia alicuius gratia fiunt, ut ea quorum opifex eſt, aut natura, aut uoluntas. Alia nullius, ut capillum quũ uellimus, aut paleam quum abiicimus. In utris igitur fortunam ſtatuo? profecto in iis quę gratia alicuius fiunt. quod quemadmodum poſſit eſſe, cunctari parumper dum uolo: atq; hoc in præſentia, quàm uerum ſit inito. Sed paulò poſt demõſtraturus cõprobaturusq; ſuſcipiam. Id autem quod ex aſſumptionibus ſequitur ſyllogiſmo nunc colligam. Poſitum eſt fortunam in iis eſſe, quæ raro fiunt, atque etiam in iis, quæ gratia alicuius fiunt. Quid igitur aliud ex iis concludi poteſt, quàm aliqua fieri raro in iis, quæ gratia alicuius fiunt? Hac ego de cauſa ſum inductus ſyllogiſmũ ut clauderem ante aſſumptionum probationem. Quoniam mirari neminem uolebam, id quod gratia alicuius fit, non ſolum in neceſſariis, & in iis quæ plærunq; proueniunt inueniri poſſe, ſed etiam in iis quæ pauciens & 50 perraro contingunt reperiri ſolere. Hactenus ſatis. ¶ Quomodo igitur caſus & fortuna uerſantur in iis quæ rarenter fiunt? Opus Hercules eſt ratione aliqua atque explicatione: atque hoc eſt, quod paulò ante polliciti ſumus oſtendere. Porrò conſentiunt omnes, quæcunq; aut à natura, aut à uolũtate fiunt, gratia alicuius rei fieri oportere. Exempli gratia: quum domum egredimur lauandi cauſa aũt continuandi quem aut conueniendi philoſophos, & quum tegula de imbricibus tecti, cadit deſiderio proprium & naturalem locum tenendi, utpote quam nullo obiecto repagulo, quum graue & terraceum corpus ſit, deferri deorſum oporteat. Quum ita is finis occurſorius & obuius ſit rebus, cuius gratia initio factæ inſtitutæq; ſunt, nihil tunc habet cõmune fortuna. Quum uero (ut fieri ſolet aliquando) alius finis ceciderit, quàm is qui propoſitus fuerat, tunc & fortuna caſus exerit ſe atq; elucet: ut ſi quis lotus egreſſus canem offendat, à quo mordeatur: aut ſi tegula in terram deuoluta, ut in proprio & naturali conſideret loco, prætereuntis hominis caput confringat. Sanè huiuſmodi effectuum cauſam eſſe, aut naturam, aut uoluntatem licet dicere: non tamen, ita ut per ſe cauſæ ſint. nam neq; ut morderetur ille proficiſcebatur ad balneas, nec tegula cecidit ut uulnus afferret, ſed euenit utrunq; per accidens. Atq; hoc iam eſt caſus & fortuna, quum fortuna aut uoluntas alicuius facta eſt per accidens cauſa. Quo [a] ſignificatu acceptum id oportet, quod paulò ante diximus, fortunã ſcilicet circa ea uerſari, quæ gratia alicuius fierent, id eſt, ad eos effectus euentusq; pertinere, qui aut à natura, aut uolũntate per accidens proficiſcerentur. Per accidens autem cum natura, tum uoluntas cauſæ fiunt, quotiens eueniunt alia quàm ea, quorum gratia inſtituta actio fuerat. Sunt enim [b] quemadmodum ex rebus aliæ per ſe, ut ſubſtantiæ: aliæ per accidens, ut accidens, ita ex cauſis aliæ per ſe, ut ædium redemptor: aliæ per accidens, ut albus & muſicus. Et eſt ea quę per ſe eſt, certa & præfinita, quę uero per accidens incerta atq; indefinita. Poſſunt enim infinita accidere ædificatori. Eiuſmodi eſt & fortuna eo quę indefinita. Diſtat autem à reliquis per accidens cauſis fortuna in eo, quòd illæ idcirco cauſæ nuncupantur, quia accidentia ſunt cauſę per ſe, ut albus, grammaticus, muſicus, deambulator, ſeſſor, quo fit ut nullum ſit tale propriæ cauſa ædium. At in fortuna actio una atque eadem eſt huius effecti cauſa per ſe, illius cauſa per accidens. Nam foſſio per ſe cauſa eſt ſationis, per accidens inueniendi theſauri. Quare illic in cauſis eſt diuerſitas, hic nõ in cauſis, ſed in finibus & euentis: quia quemadmodum in reliquis cauſis per accidens duæ cauſæ reperiuntur eiuſdem effecti, una per ſe, altera per accidens: ita in fortuna non quidem duæ cauſæ reperiuntur eiuſdem effecti, ſed contra potius una cauſa duntaxat reperitur duorum effectuum, quorum alter per ſe erat, id eſt, propoſitus. 51 ¶ Eſt autem indefinitum nihilominus fortuna, immò latius etiam aliquanto quàm cæteræ. Nam theſaurum reperire multis & infinitis ex cauſis poſſumus, gratia factis & inſtitutis alterius, uidelicet ſerendi gratia, pauimenti ſternendi, deducendi aquæ ductus ad puteum, conſtituendæ condendæq; ſepulturæ, templi exædificandi: atq; ſimilium infinitorum. Igitur quemadmodum dictum eſt prius (neq; enim uerebor, præſertim hoc ocio explicandi negocii gratia, frequentiorem

quentiorem eiuſdem rei repetionem) quũ ea quæ facta & inſtituta gratia alicuius ſunt, efficiuntur alterius cauſæ per accidens: ea effecta, quæ inde proueniunt fortuna fieri & caſu dicuntur. exempli gratia, lauandi cauſa deſcendit quis in forum, offendit qui æs manuarium referebat, ita recepit argentũ. Profecto ea initio cauſa per accidens, argenti recipiendiq; fuit: nõ enim illius gratia iuerat, alioquin nõ diceretur fortè fortuna receptũ. Neq; ſi neceſſario ad eũ locũ deſcendiſſet, neq; ſi ex conſuetudine pleruncq;, aut crebiter eo ſolitus eſſet deſcendere, quia uidelicet non eſſet id amplius præter rationem, neq; perrarum. Sed & illud quoq; animaduertendũ puto, quòd nõ ſolum cauſæ efficientes aliquæ, per accidens cauſæ appellantur, ſed etiam effectus & fines aliqui, fines & effectus per accidens uocãtur. Nam quemadmodũ egreſſus & deſcenſus in forũ per accidens cauſa fuerat exigendę pecunię, ita & exactio finis per accidens deſcendendi fuit. Atq; ille qui dem deſcenſus, ut cauſa quædam efficiens, dicitur fortuna: Exactio tanquã finis, & ea cauſa quæ ad finem pertinet, euentus quidam uocatur, & exitus à fortuna. Oportet autem & hunc quoq; indefinitum eſſe, & minime conſtitutũ, ne ſi certus conſtitutus fuerit, nõ amplius uideri poſſit à fortuna perpendiſſe. Quare huiuſmodi euentus atq; finis omnino habendus erit incertus, perinde indefinitus q;, utpote qui ſit per accidens factus. Fieri enim poterat ut nõ ſolum reportatio pecuniæ ex illa profectione eueniret, ſed & uulnus aut pompę alicuius ſpectatio: erat quidẽ una res
52 tantũ, propter quã inita erat profectio, ſed infinitæ quæ accidere poterant. ¶ Ex iis igitur quæ dicta ſunt, patet fortunam eſſe per accidens cauſam earũ rerũ, quæ non neceſſario aut plurimũ, ſed quæ raro proueniunt, atq; in iis duntaxat eſſe conſtitutam ac poſitam, quę gratia alicuius ex pro
53 poſito & conſulto geruntur. Quare quibus propoſitũ & uoluntas ſubeſt, ineſt in iis fortuna. Voluntas auté ſine mẽte nõ habetur: indefinitæ igitur cauſę ſunt neceſſario, ex quibus fieri poteſt, ut aliquid fortuna incurrere euenireq; uideatur. Proinde uideri poteſt, fortuna indefinita res eſſe. Omnes enim per accidens cauſæ indefinitæ ſunt. Nam hac re maxime differunt à per ſe cauſis, quòd in illis aſſignari poteſt ſua cuiuſq; rei certaq; cauſa, ut ædificator domus in aliis nõ poteſt. Neq; enim eſt albus cauſa, q̃ muſicus potior. Ita & deſcendenti in forũ reportandæ pecuniæ cauſę poterant occurrere infinitæ. Nam idem porrò accidere potuiſſet, ſi perſequendi aut fugiendi, aut ſpectãdi, poſtremo faciendi aliquid aliud gratia deſcendiſſet. Quamobrẽ, ut uerbo rẽ uniuerſam cõplectamur, ſumma eſt hæc. Si ſolũ ea quæ per ſe ſunt, cauſæ rerũ exiſtimantur, nihil poteſt fieri à fortuna. Sed ſi cauſæ quoq; p accidens quædã recipiuntur, uideri planè poteſt aliquid fieri à for-
54 tuna. ¶ Neq; mirũ eſt putari fortunã carere ratione. Nam ratio in iis ſolũ habetur uiſiturq;, quæ
55 aut neceſſario, aut plurimũ fiunt. ¶ Verũ q̃m fortuna quanq; p accidens, tamẽ cauſa efficiens eſt, cauſarũ aũt efficientiũ, aliæ propiores ſunt, Polycletus, ſtatuæ: alię remotiores, homo, idẽ ſpectari in cauſa fortuitorũ debet, ut alia propior ſit, alia remotior uideatur eſſe. Verbi gra: Sanitatis cauſa ægroto fuit, aut uẽtus, aut æſtus, aut capitis tonſio, quũ tamẽ horũ nihil adierit, feceritq; uale-
tudinis gra, ſed aut agẽdi quippiã aliud, aut ſpectãdi, aut capilli ponẽdi. Etenim hoc loco propior cauſa ſanitatis eſt ſpũs flatus ue, q̃ tonſio. Planè ſi p accidens cauſas ſcire uolumus, ppiores q̃ ſint quæq; remotiores, cõſtituẽdæ ſunt actu, atq; ita uiciſſim cõparãdę ppendendæq;: alioquin ſi ſimpliciter & abſolute quæſieris, q̃ fuerit cauſa rei fortuitæ propior, nullam licebit afferre. Nam infinitæ poſſunt cauſæ extitiſſe, quemadmodũ multotiens nobis eſt ſuprà cõmonitum.

[a] *Simp. ẽt hæc in loco declarare volens qũo fortuna circa ea verſetur q̃ gra alicuius fiunt: ait, nõ ſic intelligẽdũ eſſe vt oĩno q̃ ſunt a fortuna gra alicuius fiant: ſed ea talia ſunt quod alicuius gra fieri pñt: ideo ĩ his cõnumerant q̃ alicuius gra fiunt. hoc aũt Ariſ. teſtimonio cõprobat q̃ ferius ait quod acceſſiſſet qdẽ gra accipiẽdi argẽtũ ſi nouiſſet: ſed nõ huius gra acceſſit &c.* [b] *Them. id qd Ariſ. dixit ens hoc qdẽ p ſe eſt: illud vero p accñs: refert ĩ ſubam & accñs: ſequens veſtigia Alex. Sed Sim. exponit. i. effectus: vt ſenſus Ari. is ſit: ſicuti effectuũ qdã p ſe ſunt: qdã p accñs eodẽ mõ ex cauſis alie p ſe ſunt: alie p accñs. nã ait ipſe: & ſi cætera pñta accña ſint: nõ tñ p accñs inſunt ſẽp.*

56 FOrtunatus[a] dicitur, quũ finis atq; exitus rei talis habetur, qualẽ quis animo ante conceperat, atq; ſtatuerat. Infortunatus eſt e contrario, quum quis ſtatuto fine non potitur. Bona fors nuncupatur, quũ bonum quippiam accidit, mala quũ malum. Infortunatus ſanè & fortunatus eſt, cui res magni alicuius momenti contingunt, ita ut lõge infortunatiſſimus habeatur, qui prope fuerit, ut magnũ aliquod bonũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

consequeretur (iam enim id animus tanquã præsens & in manibus positũ tenere & possidere se fingit. Nam id quod prope est, uidetur tanquã præstò esse) Ecõtrario fortunatissimus uideatur, qui prope fuerit, ut in discrimen aliquod atq; incõmodum maximũ adduceretur. Inconstans uero huiusmodi felicitas dicitur, quæ pertinet ad fortunatos rectissima ratione. Nã & fortuna ipsa inconstantissima est, quum neq; ex earum rerũ numero sit, quæ plurimũ ueniant, neq; ex earum quæ necessario. Quid sit fortuna dictum, arbitror quàm copiosissime.

[a] *Eius oppositũ videtur hæc verba significare quod voluit Them. dicere: imo ẽt vera nõ sunt. cũ.n. talis habetur rei exitus: qualẽ prius animo q̃s cõceperat: ac statuerat: nõ vtiq; id a fortuna dicimus cõtigisse: sed cũ aliud q̃d p̃ter id q̃d aĩo cõceperat vt superius declarauit ipse The. greçe vero: sic ait.* ἀτυχία δ' ἐστὶν ὁταν, τοιοῦτόν τι ἀπαντήσῃ τέλος οἷον ἄντις καὶ προείλετο ἐξ ἀρχῆς. *hoc est fortunatus dicitur: quũ finis rei talis habetur: qualem quis vtiq; prius elegisset etiam.*

57 Est autem & casus temeritas ue, ut prædictum est causa per accidens eorum, quæ raro fiunt, & gratia alicuius. Differt autem à fortuna in eo quòd casus de pluribus affertur. Quicquid enim fortuna facit, facit & casus: non continuo quicquid fit casu, fit itidem à fortuna. Fortuna enim, & id quod est à fortuna, circa eas res uersatur, quibus adest ea natura, ut fortunatæ possint dici: & demum circa eas ad quas pertinet actio. Quapropter necesse est circa res, quæ agi geriq; possunt, uersari & exerceri fortunã. Omnia porrò quæ agi, geri, administrari dicũtur, ut in moralibus libris est demõstratũ, uolũtate & cõsilio fiunt. Signũ eius rei maximũ est, quod fortunati dicũtur iidẽ qui & felices. 58 Felicitas aũt est, bona quædam actio administratio ue, aut omnino in actione administratione q̃; posita. Si hæc igitur ita sunt, sequit̃ ut nihil dici possit à fortuna factũ, quod ab iis rebus fiat, ad quas non pertinet actio. Quamobrem neq; inanimale quicq̃, neq; brutũ facere potest fortuito aliqd, qa uoluntate & cõsilio carent. Vnde neq; fortunata neq; infortunata possunt esse, præterq̃ p similitudinẽ & trãslationẽ quãdã. Cuius generis est id, quod Protarchus dicebat fortunatos lapides esse, ex quibus altaria fierent & simulachra deorũ, quæ quũ nihil ad hanc rẽ p se cõferant, colũtur tamẽ à nobis, & adorãtur. Contrà esse infortunatos coniuges, & eos quos humi stratos cõculcaremus. Possunt etiã inanima quãdoq; uideri facere aliqd à fortuna, siquis aliquã rẽ acturus rebus inanimis tanq̃ instrumẽtis. Verbi gratia: Ensis ille quo qdã quũ tyrannũ Promethea occidẽdi causa feririsset, uomicã aperuit, & attulit medicinã, fortunatus utiq; appellari posset, qppe q forte cœptus sit pro deo haberi ab eo, q curatus est. 60 Casus uero nõ per similitudinẽ aut trãslationẽ, sed peculiariter ad inanima pertinet, & ad animãtes eas, q̃ carent ratione. Exẽpli causa: equus ab hostibus captus, casu liberatus est, hoc modo, qa quũ desidẽriõ potus fecessisset ad fontẽ, in manus dñi incidit. Itẽ casus est, ut tripes, q cecidit, iaceat ad sessum oportune accõmodateq̃, cuius gr̃a nõ cecidérat. Atq; ut exitus, atq; finis uideatur casu euenisse, necesse est, ut alienus sit à rei natura, q̃ cecidit. Nã si lapis cubus deuoluitur, nõ est casus, si reperiat̃ iacere ad sedẽ idoneæ: qa hoc habet ex natura utcũq; ceciderit, ut omnia latera regant ad sessum. Quapropter neq; ignis casu sursum defert: etenim hæc est eleméto illi natura. 61 Illud igitur quod fit casu, quale sit diximus. Nã si generaliter casum acceperis, poterit etiã de fortuna p̃dicari. A fortuna uero sunt ea q̃ casu quidẽ fiunt, sed in iis, qbus cõsiliũ & uolũtas inest. Verũtamẽ nõ ea omnia, quæ citra cõsiliũ & uoluntatẽ eueniunt, statim fieri uidenť à fortuna. Euenit hyeme nauigãti naufragiũ facere hoc, neq; ex proposito cõsilio ue, neq; fortuito necesse dicimus, qa plurimũ solet exitus iste esse nauigantiũ hyeme. 62 Quàm uero casus siue temeritas talis sit quàlẽ ostẽdimus, illud est argumẽto, quòd ea fieri temere & frustra dicũtur, quorũ exitus diuersi sunt ab his quos statueramus. Egredit̃ q̃s deducẽdæ alui causa, id si nõ cõsequit̃, dicemus illũ temere, id est, frustra egressum fuisse: ut q̃d temere frustraq̃ fit, uideri possit gr̃a factũ alterius tunc, quũ id nõ est secutũ, cuius gr̃a institutum susceptaq̃ actio fuerat. Nã siq̃s dicat temere se lauisse, propterea q̃ deliquisset, sol planè ridiculus habeat̃, qa uidelicet illius gr̃a nõ lauabat̃. Ita fit ut nomẽ temeritatis ab eo q̃d temere est deriuatũ esse merito uideat̃. Igit̃ euenit qdẽ sæpe, ut post rẽ incassum ac temere factã nihil aliud cõsequat̃, sed solũ de suo fine ceciderit institutio: ut si p̃fectus qspiã ad deducẽdã aluũ reuertat̃ aluo nõ deducta. Atq; hoc est, q̃d incassum appellatur & temere. Cõtrà euenit aliq̃n ut post rẽ incassum temereq̃ susceptã, alius quidã exitus cõsequat̃, nõ is, qui erat propositus & institutus, ut si quis ad deponendũ onus naturæ profectus, aurũ reperiat. Atq; hoc est, quod dicitur casu factũ & temeritate spontina.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

63 DIſtat autẽ id quod caſu fit, ab eo quod temere, ſicut diſtat finis à cauſa efficiente, & quantum diſtat id quod fortuna fit, ab ipſa fortuna. Semper enim quum tale quippiam accidit (quod quanquam cauſam propriam efficientem haberet, non tamen ab ipſa cauſa præcedente factum eſt, ſed ab alia ad quam alius & propius exitus pertinebat (tunc ea res quæ antecedit temere dicitur facta, quoniam propoſitum finem aſſecuta non eſt. Id uero quod factum eſt caſu, dicitur factum, quia ſine propria cauſa præcedente factum eſt. Verbi cauſa: lapis cecidit, prætereuntem conuulnerauit. Hoc loco finis & exitus rei eſt conuulneratio, cauſa efficiens eſt ipſe caſus & deuolutio lapidis. Cæterum uulneratio aliam propriam cauſam, & peculiare principium habebat, non caſum lapidis aut deuolutionem, ſed ut ita dicamus, deturbationem impulſionem'ue de induſtria initam, ita ut percuteretur is, qui præteribat. Caſus item lapidis non eum habebat finem, ut uulneraret, ſed ut in propriam & naturalem locum ſeſe reciperet, quanquam id ſorte quadam in prætereuntis iniuriam tecidit. Sed & per accidens fit inuicem, uti alterum, cauſa alterum finis eſſe dicatur. Is autem qui aliquid agendi gratia egreſſus eſt domo, & plagis affectus re infecta rediit, temere
64 dicitur egreſſus, caſu uulnera reiuliſſe, uel etiam à fortuna. ¶ Nam id quod à caſu eſt in plura diffunditur, quàm id quod eſt à fortuna. Atque hoc diſcere poteris hoc exemplo: Quum aliquid præter naturam fit, ut monſtrum, id non fortuna, ſed caſu dicimus prouenisſe, ut manus ſexdigita, & ſcruthocephalus. Ni forte fateri nolis huiuſmodi portenta naturæ fieri caſu, ſed propriam, & certam cauſam habere: eam uidelicet, quæ intrinſecus fuerit antequam æderentur in lucem, aut ſyderationem, aut materiæ exuberantiam & copiam, aut contrà defectum. Sed qui ita dicunt, nònne uident idem poſſe dici de lapide, quem caſu cecidiſſe non negarent, habuiſſe illum utique intra ſe cauſam grauitatem & pondus? Sed certe pondus cauſa efficiens eſt deuolutionis & caſus, non etiam percuſſionis, ſed caſus percuſſionem fecit. Quid itaque caſus ſit, & quid fortuna quæq; ſit inter eas res differentia, ſatis uidetur explicatum à nobis.

[a] *Alexan. etiam quem uidetur imitatus* Themi. *ait caſum & quod temere dicitur inuicem diſtare, quemadmodum finis ab efficiente diſtat: ſicuti etiam fortuna ab eo quod fit ab ipſa fortuna. uerum Simpli. ab eis diſſentiens in hanc fere ſententiam ſcripſit quod caſus & quod temere dicitur non ſint eadem, recte quidem dici mihi uidetur. nam temere factum id dicimus, quod nihil conſequitur. caſu autem, quod conſequitur quidem aliquid omnino, per accidens tamen. Sed quod id quod temere eſt, ab eo quod caſu diſtet, quantum diſtat fortuna ab eo quod a fortuna fit, nequaquam recte dictum puto. nam fortunæ: non id: quod temere dicitur proportione reſpondet: ſed caſus ipſe. ei uero quod a fortuna fit: id quod a caſu. nam & Ariſto. dixit tam fortunam quam caſum eſſe cauſam efficientem. ipſum autem temere nunquam. finem uero id quod a fortuna & a caſu dixit non autem caſum.*

65 REdiguntur autem referunturq; tum fortuna, tum caſus ad genus cauſæ efficientis ea ratione, quòd naturæ uoluntatiq; applicantur & innectuntur, quarum utraque inter cauſas efficientes reponitur. Natura deuolutus eſt lapis is, qui ſua grauitate prætereuntem percuſſit. Voluntate theſaurum Socrates comperit, quum fundamenta ædium iaceret. Planè neque inuentio theſauri, neque iactio fundamentorum & foſſio ſimpliciter pertinet ad fortunam. Poſſet enim quis fodere ex induſtria ſpe inueniendi theſauri. Sed quum non ad eam finem fundamenta ſunt iacta ſed iacienti obuius factus eſt theſaurus, & quodammodo offendit fodientis manum, huiuſmodi occurſus ſuperueni-
66 tus'ue fortuna proprie nuncupatur. ¶ Quoniam uero caſus & fortuna in iis eſſe demonſtrantur, quorum uel natura uel uoluntas cauſæ per accidens ſunt, uidetur maxime neceſſarium, ut uoluntas & natura priores caſu & fortuna ſint cauſæ. Semper enim priora ſunt ea, quæ per ſe
67 ſunt, iis quæ per accidens habentur. ¶ Proinde manifeſtum eſt eos, qui rerum omnium cauſam ſtatuere fortunam, uoluntatem & intellectum, priorem illam neceſſario conceſſuros. Quod ſi maxime ſequitur, ut cauſam rationem & intellectum uelint, nemo eſt qui non uideat, quàm ridiculum ſit id quod relinquitur. Nam ſi intellectus ſit cauſa per accidens hominis, haud intelligo cuiuſnam rei poſſit eſſe cauſa per ſe efficiens.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



68 TOt uero [a] causas haberi, quot enumerauimus, hinc licet accipere. Si interrogati fuerimus, quamobrem unaquæque res sit aut definitionem ultimam afferemus. Atque hoc in mathematicis facimus. Aequales enim propterea lineæ sunt, quia ab eodem circuli centro proficiscuntur. Quæ uero à centro proficiscuntur, idcirco sunt æquales, quia circulus plana figura est, quæ una linea undique circunducta ad medium æqualiter uergit. Seruatur idem in reliquis, quæ à geometra definiun-
69 tur: Aut causam mouentem primam assignabimus. Quamobrem Phocensibus Thebani bellum intulerunt? quia templum spoliauerant: Aut reddimus finem, cuius gratia ea res facta instituta ue est. Quamobrem rex Persarum indixit Græciæ bellum? quia Græcis uolebat imperare: Aut ad ultimam materiam confugimus. Quamobrem putruit comprehenditq; lectus?
70 quia constabat ex ligno. Physicus itaque quum omnes causas inuestigare debeat, necesse est ipsum quamobrem (ita enim appellatur à physicis) assignare sciat & reddere. Nam homo moritur, aut quia est animal rationale mortale, aut quia efficiens illius anima migrat à corpore, aut quia ex materia tali existit, quæ sit obnoxia corruptioni, aut quia illi est melius mori. Tres autem causæ in una plerunque cernuntur, formam, finis, efficiens. Natura enim forma est, & finis, & efficiens rerum natura constantium, quemadmodum anima est animalis: sed & homi-
71 nem gignit homo, qui specie planè idem est cum homine genito. Similiter omnia quæ mota ipsa immediate, id est, citra medium mouent, obiter sibi propinqua eiusdem generis ac formæ
72 sunt, cum iis quæ producuntur. Loquor autem de naturalibus rebus. ¶ Planè generationis causæ hunc in modum perquiruntur, ut sciatur quid post quicque fiat. Gratia enim formæ mouetur natura ante illam, & quum perfectum absolutumq; est, cessat ab eo motu, qui rem quæ fiebat, creabaturq;, anteceſſit. Item, ut sciatur quale sit, id quod perpessum & alteratum est. Hoc autem est materia. Item, ut sciatur, quid nam fuerit mouens & efficiens causa: atque hic non quælibet satisfacit, neque quælibet est quærenda, sed proxima & ab alio identidem mota. Nam si sit immobilis aliqua, quæ tamen sit principium motus, non physicus amplius, sed philosophus primus finiendæ illius negocium suscipiet atque munus. Quamobrem circa tria subiecta ratio uniuersa philosophandi uersatur. Nam aut circa ea quæ mouentur & corrumpuntur: aut ea quæ quamuis moueantur, non item corrumpuntur: aut circa ea, quæ
73 neque moueri possunt, neque corrumpi. ¶ Duplex enim principium est naturaliter mouens. Sed alterum tantum naturale est, alterum non est: quum non habeat intra se neque motus principium, neque naturam. Hoc autem est causa rerum mouens immobilis ipsa, & rerum
74 prima omnium. ¶ Vt igitur antedictum est, adhibendæ producendæq; sunt omnes causæ physico: atque hoc sæpius exulcerari retractariq;, tum memoriæ, tum exercitationis gratia conueniant. Idcirco factum est quippiam, quia illud huius efficiens erat. ac imperpetuis quidem hoc simpliciter & necessario fit. Secundum enim omnino regitur atque pendet à primo. In generatis non necessario, sed plurimum euenit. Deinde si hoc fieri generariq; debuit, necesse fuit materiam hanc prius habitam fuisse, quemadmodum syllogismi conclusio existere non potest, nisi prius sumpta & propositiones habitæ fuerint. Est & id quod nos suprà nominari diximus quid sit rem esse, & definitio, & ratio essentiæ cognoscenda (quæ nonnunquam, ut dixi, idem est) & finis, ubi uidelicet ea consideratio adhibetur, ut uideatur optimum ita rem esse uti est. Verbi causa: homini melius esse huiusmodi formam habere, quàm alia quamuis. Porrò quid melius & locupletius sit, non simpliciter absolutè ue accipiendum est, sed pro modo rerum, & pro sua cuiusque natura. Non enim omnium rerum finis est optimus (alioquin finis unius esset omnium rerum fingendus) sed id rei melius esse dicendum est, quod maxime sit suæ cuiusque naturæ idoneum congruumq;. Quum igitur talis est finitio rei atque ratio, ut statim appareat melius ac potius esse, ut hoc modo illa sit, quam quouis alio, tunc finis & forma concurrunt coniunguntur q; : quod in rebus naturalibus passim animaduertere est. Quum uero non statim apparet, tunc forma est sola & seorsum à fine, quod in [b] mathematicis cernitur. Non enim quemadmodum ex hominis, equi, plantarum finitione ostenditur statim quid sit in speciebus illis, optimum præstantissimumq; ostenditur. Item in mathematicis. Quis enim obsecro, non rideatur, si pergat probare melius circulo esse ut lineæ à centro profectæ sint pares, aut quadrato, ut illæ quæ quadratum obambulant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

[a] *In mathema. (ait hæc Alexan.) quod eſt huius gratia aliud non eſt quam forma. ea enim in ipſis eſt finalis atque vltima cauſa: eoque fit vt in eis vltimum ſit forma & diffinitio: in mathematicis igitur negat reperiri finalem cauſam. Simpli. tamen contendit mathema. fine non carere is autem eſt vt tranſducatur anima a ſenſilibus ad intelligibilia. finem tamen hunc mathematicus qua mathema. eſt: non cognoſcit: & ea propter ipſum quamobrem ad diffinitionem vltimam reducit.* [b] *In his Themiſt. Alexan. imitatus eſt. Simpli. autem defendere volens mathematica non carere fine ſic ait. ſiquis circuli diffinitionem: aut quadrati eo modo acceperit. quo hominis diffinitionem non ſecundum formam: ſed ſecundum vim ipſam inueniet formam eiuſmodi diffinitioni eque propriam ac in diffinitione hominem erectum eſſe, quaſi dicat, diffinitio circuli conſiderata ſecundum eam vim ſecundum quam poteſt facere vt circulus ſit. habet etiam finis rationem & melioris. melius enim eſt triangulo vt lineæ ductæ a centro ſint equales quam alio modo: ſicuti melius homini eſt: vt recto ſit corpore: non autem abſolute ſecundum formam.*

75 SEd quoniam illud ſæpe à nobis poſtulatum uſurpatumq; eſt naturam agere gratia alicuius, uidetur ad inſtitutionis noſtræ diligentiam pertinere aliquando, id ratione confirmationeq; aliqua uindicare controuerſia. Ineſt enim in eo ſumpto nõ nulla diſſenſio. Sed & illud quoq; oſtendendum eſt, quemadmodum naturalibus rebus ſit coniuncta neceſſitas. Nam omnes ferè qui de natura ſcripſerunt, cauſas omnes in neceſſitatem & materiam contulere. Idem autem ſignificari & neceſſitatis & materiæ nomine uolebant. Poſtquàm inquiunt, calidum, frigidum, & quod quiſq; principium materiale ſtatuerit, tale eſt aut tale, neceſſe eſt hoc, quod ex illis principiis materialibus oritur, ita prorſus eſſe cõſtitutum ut eſt. Eos [a] uero qui cauſas efficientes quoquo modo attigerunt, Anaxagoram & Empedoclem, & ſiqui alii è ueteribus erant, ualere ſinunt cum ſuis inuentis. 76 Putant autem nonnulli naturam, neque facere quicquàm gratia alicuius, neq; ut melius & locupletius ſit, ſed quemadmodum Iupiter pluit, non ut triticum huius creſcat quod eſt in agro, illius diſſipetur quod in area eſt, ſed ex materiæ neceſſitate (uaporem enim ſubeuntem ui ſolis, refrigerari & congelaſcere oportere, atq; in aquam uerti, uerſum denuo in terram imbrem decidere atque deferri: quo delato, forte fortuna euenire, ut huius adoleat meſſis atque luxuriet, illius intereat, deturq; peſſum) Ita nihil uetare, ut animalium quoq; mẽbra ex neceſſitate talia ſint, quia ex tali materia. Sed quãdo ita accidit, ut & diſpoſitæ ordine quodam partes, & uiciſſim cõmiſſę innexęq; uideantur, ita ut ad functionẽ omnis officii, ſuam quęq; opem & operã conferant, nõ ſecus ac ſi alicuius finis gratia factæ, aut aliqua ratione inſtitutæ fuiſſent: aiunt id non prouidentia ulla naturæ, nec ratione melioris notę, ſed caſu factum confluentibus temere cauſis, atq; ita cadentibus partibus. Neq; ſolum caſu fieri hæc omnia, ſed etiam caſu conſeruari, atq; hoc in dentibus perſpici, quorũ priores acutos animalibus iunctos fuiſſe, maxillares contrà latiores datos, nõ ad eum finẽ, ut alteri ſecent, alteri molant, ſed ex neceſſitate mera & abſoluta materiæ: accidere uero ut huiuſmodi poſitus, & collocatio dentium ad dirimendum & ſubigendũ cibũ accõmodatum ſit: quòd ſiqua ſunt aut eueniunt, quæ ad nullum opus uſum ue apte diſpoſita eſſe uideantur, interire illa atq; diſſolui, quales ſunt Empedoclis bouigenæ prora uiri. Hæc ferè illa ſunt, quę dici ab iis cõſueuerunt, cæterũ multum errant à ueritate. Quamobrem? 77 Quoniam naturæ opera aut eundem ſemper tenorem & curſum ſeruant, aut plurimũ (homo enim ex homine, & equus ex equo fit.) Dentes quoq; eandẽ uim ſemper obtinent, & eundẽ uſum præbent. Contrà quæ fiunt à fortuna, docuimus ſuprà raro fieri oportere. Tunc enim caſu pluit, quũ ſub emerſum canis pluit: & calores quũ hyeme ſentiuntur, caſu dicuntur accidere. Si igitur in natura plurima ſunt certa & definita, in fortuna plurima ſunt incerta & indefinita, reſtat ut naturæ opera caſu aut fortuna euenire nõ poſſint, ratione aliqua & gratia alicuius poſſint. Sanè naturę opera ſunt plantæ, animalia, atq; harũ partes, quorũ nihil eſt fruſtra, nihil temere, nihil mãcũ, nihil ſuperuacaneũ. Pluit autẽ Iupiter: fateor. Nõ ut triticum meum increſcat. Quis hoc negat? Cæterũ nõ ſequitur, ſi mei tritici cauſa nõ pluerit, nullius rei gratia pluiſſe. Videtur enim ob quandam aliam cauſam pluiſſe, quã ſiqui cupiunt ſcire, adeant eos libros, in quibus de mũdo diſputatur, alioquin eius rei quæ natura fit, occaſionem agricola cõmoditatemq; arripit. (Serit enim eo tempore, quo pluuiæ expectantur.)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

78 ¶ Iam quarum rerum finis est aliquis (qui quum tendat contione motus, ibidem fine apprehenso consistit) quæcunq; ante finem illum fiunt, finis gratia uidentur esse facta. In operibus autem naturæ uideri potest id apertissime, continue siquidem mouentur res, & sine interuallo eatenus tendit pergitq;, quoad dum uniuersum finem indispicatur, & prendat. Nam & herba, & stipula, & spica, & gluma, cæteræq; id genus multiiuges formæ, quę antequam matureſcerent triticum, subinde alteræ post alteras creabantur, uidentur adeò omnes ad triticũ proculdubio intendisse. Id simulatq; consecutæ sunt, quies quędam & ueluti status innascitur, ut manifestum sit ea omnia tritici gratia præcessisse. Neq; accidunt itaq;, neq; autem casu fiunt quæ ante finem fiunt, sed illius gratia fiunt præmittunturq; à natura. Nam si natura domum ædificasset, nõ aliter opinor ædificasset, quàm eo pacto quo potest ornatissime & aptissime exædificari. Potest autem apertissime exædificari, si ea quæ finem antecedunt, finis gratia facta esse uideantur. Lapides enim prius cogendi, & intritum habendum, lateres quoq; fingendi ducendiq; sunt, & ligna cædenda, tegulę comparandæ, demum omnia ea inuicem coaptanda componendaq; integumenti tutelęq; gratia aduersus noxia infestaq; corporis, qui iam finis est domus. Contrà, si ars animal fecisset, nõ aliter quàm natura fecisset: Fecisset autem ars finis gratia, ea quæ ante finem fuissent. Eundem igitur

79 in modum & natura. ¶ Prorsus perficere solet ars aliquando ea, quæ natura non potest absolure. Sunt enim quædam, in quibus non natura, sed ars inuenit extremum. Nam ad parandam sanitatem, & uires recolligendas medicamenta præbentur tunc, quum natura nõ sufficit: aliquando nõ perficit, sed imitatur naturam ars, ut pingendo fingendoq; uarias rerum naturalium, animalium & plantarum effigies. In utrisq; autem ea quæ finem antecedunt, æque referuntur ad fi-

80 nem. ¶ Planè est id in animalibus manifestissimum, ut uideri possit naturam agere non temere, sed gratia alicuius. Formicæ & araneæ, quamuis neq; arte ulla, neq; consilio agant, faciunt tamen ea, quę faciunt alicuius gratia. Eodem modo hirundines quum nidulantur, quum paleis & stramento lutum minutissime artificiosissimeq; connectunt, & formam capacissimam, & aduersus iniurias munitissimam & inoffensissimam constituunt. Et apes dignissimæ admiratione, quæ positum & textum illum sexangularem concameratumq; operosissime scitissimeq; constituunt. Sed & alcyonum nidi in aquis tutissimi ab aquis, maximam non solum admirationem habent, sed etiam significationem solertis & ingeniosæ naturæ. Possemus innumerabilia alia ad hanc cõfirmationem afferre, si nunc de ingeniis auitii & animalium cæterorũ cõmentaremur. Sed quid de animalibus loquor, quando & in plantis quoq;, atq; iis quæ uiuiscunt in terra, natura finem ostendit: etenim folia fructibus præsidii gratia, & radices alimoniæ adiunctas esse quis non uidet? Alioquin quur in diuersum ordo non constet, radices supra spectentur ramorum loco, rami terra cõdantur radicum uice? Quur fructuum semina alia ligno intecta, alia corticibus septa atq; libro, tanquam munimentis quibusdam & tunicis uestiuntur? Nisi ut prouideretur, ne generatio, quæ rerum uicissitudine conseruatur, seminibus amissis dissipatisq; deficeret. Quare ex

81 iis quæ dicta sunt, cuiuis clare dilucet naturam agere gratia alicuius. ¶ Duplex autem est natura, materia atq; forma, forma uero etiam finis est. Est enim materia gratia formę, quia species: forma & ratio potior quàm materia, & præstantior causa est, quam ueteres contra formę materiam prætulerunt celebraueruntq;, suprà quàm fas erat, utpote qui & cognoscerent solam, & ad rerum generationem solam adiungerent adhiberentq;.

[*Græcorum verborum hoc in loco hæc est fidelis interpretatio: nam qui causę efficientis meminerunt: eam quoquo modo attingentes, valere sinunt. vt Empedocles, & Anaxagoras, & si qui alij ex veteribus.*

82 Dicere posset aliquis, si natura agit fine constituto, cur non semper consequitur finem? Cur item non semper ars finem indipiscitur suum? nam potio plerunq; nocet ei, qui propter imbecillitatem uim medicamenti ferre non possit: Cur fulcrum lecticæ maiore aliquo pondere frangitur? Data tamen est potio ut prosit, & fulcrũ lecticæ additum ad sustinendum fulciendumq;. Quapropter aut finibus priuandæ & eximendę sunt artes, aut natura donanda. Vtraq; enim id quo pergunt, assequi plurimum consueuit, & tunc manifesti sunt fines: raro frustrari, & tunc quoq; deprehendere, nihilominus licet conatum quendam illarum ad bonum, quò tendebant, inuitasq; à suis finibus ob materiæ inopiam, aut redundantiam aliquam cõcidisse. Nam etiam tunc quum frustrantur fallunturq;,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

non longe abſunt, aut diſcedunt à fine. Neq; id quod euenit diuerſum admodum aut alienum multum ab eo eſt, quod propoſuerant. Nunquam enim ita fraudatur ordo inſtitutioq; naturę, ut ex uiro gignatur aut prodeat platanus, ſed uir maxime: aut ſi nō uir, utiq; mulier: aut ſi neq; mulier, ſaltem animal: aut ſi neq; animal demum, ſaltem caro. Item ficus aut ficum gignit aut caprificum, non quercum, alnum ue: & olea oleam aut oleaſtrum, non fraxinum fagum ue. ¶ Talia ſunt ea quæ Empedocles inter animalia numerabat: Bouigenas priora uito: nam frutices uitigenas priora olea, ſi nunquam eſt auſus uel fingere, neq; alia huiuſmodi portenta de plantis, quū tamen aliquanto magis liceret monſtroſos illos partus inter plantas, quàm inter animalia collocare (minus enim in plantis fines apparent.) Sed ocioſi hominis eſt perſequi huiuſmodi deliramenta, aut putare aliquo numero eſſe philoſophum tam prodigioſæ ſcientiæ. Exiſtimandum tamen eſt adeò ſi ex prima illa conſtitutione molitioneq; rerum profatum eſſet bouigenum (illud pecus quod priore parte ſeorſus hominem, poſteriore ſeorſus bouem referret) eadem oblæſione factum fuiſſe, quo monſtra quoq; naturæ, rudimentaq; cætera, aut ex feminis imbecillitate, aut ex alicuius principii diſſolutione corruptioneq;, non quòd dimidiatis animalibus dimidiata animalia ſubinde coagmentata ferruminataq; fuerint. Nam quod ille appellare ſolet totigenum perfectum & abſolutum ſemen, id quod iam conſiſtere & conſeruari poteſt, non fuit ſtatim atque initio factum, id eſt illico, nulla re alia præcedente, ſed ex ſemine certo, atq; materia in quauis formæ pollens eſſet & præpotens. ¶ Præterea qui finem eripiunt adimuntq; naturæ, cur ipſum naturæ uocabulum relinquunt? Nam qui natura factum iunctum ue aliquid dicit, negat autem id gratia alicuius eſſe iunctum, fruſtra nominis naturæ mentionem habet. Sunt enim res naturæ, quęcunq; ab aliquo motæ principio, non omni quemlibet finem ex principio quolibet, quod eſt fortuitarum, ſed ordine quodam in finem peculiarem ac ſuum proficiſcuntur. Atq; in iis ex certis ſinguliſq; principiis proueniunt certi & ſinguli fines atq; exitus conſtituti, qui non raro & fortuiti, ſed plurimum tales tenentur uiſitanturq;, quales natura præſcripſit. Cur ergo quę ſunt à fortuna, fieri fortuito arbitrantur? ¶ Neq; enim recte poſſumus fortunam cum natura coniungere, niſi communione ſola uocabula committantur. Nam ſignificata mehercule ſunt remotiſſima: neque iccirco recipienda eſt naturæ prouidentia, quòd illam oculis conſultantem deliberantemq; intueri non poſſis, quemadmodum potes eos qui de rebus dubiis in cōmune deliberant. Nam hoc quidem modo plurimis artibus eripi fines poſſent, quum neque faber in conſultationem referat utrum ſit prius ſecandum quàm poliendum: neq; literator quo pacto ſcribendum ſit a uel b, neq; quotiens uerbum hoc cleon ſcripturus ſit. Totiens eius uerbi literas cogitatione conquirit, ita ut hæreat quod elementum primo, quod ſecundo loco ponendum. Similiter neq; ædificator iacienda ne ſint prius fundamenta, quàm integenda domus, aut conſtituendi parietes, dubitat. Eodem modo neq; textor, neq; lapidicida. Præfinita enim & certa quædam ratio habetur obeundi hęc, atq; ordo quidam eſt in opere condendo faciundoq; præſtitutus, qui rectà nos quaſi aliud agentes, ad propoſitum finem, & ad ea quæ conueniant obiter ferrat. Proinde omnis opifex uiam certam & ordinatam, quam nullo labore ingrediatur, habet: nec cogitatio exigitur, ſed quaſi offerunt ſingula ſeſe, & ſponte quandā ſequuntur. Similiter agit & natura, quippe quę ſit exemplar artis. Diſtant autem in eo, quòd ars extra opus eſt, natura intra. Quòd ſi intra lignū fabrica eſſet, lectumq; non alio modo fabricaretur, quàm eo quo cum eſt ars extrinſecus, manifeſtum eſt ſi nunc quum eſt extrinſecus, gratia alicuius facit, etiam tunc gratia alicuius fuiſſe facturam, quum intrinſecus ageret ut natura. Videtur autem maxime tunc ars ſimillima eſſe naturę, quum medicus quis ipſe ſe recurat. Differentia uero ſuperius planè demonſtrata eſt. Ex iis poteſt perſuaſum eſſe naturam agere propter finem.

POſt hæc diſcutiendum uidetur quomodo ſit in rebus id, quod quidam neceſſitatem appellant: & utrum ea quæ natura fiunt, ita fiant ex neceſſitate, ut ex prę ceden tibus cauſis conſtitutisq; principiis oriantur, an ita ut phyſici putauerunt, qui ex motibus materiæ neceſſario euenire omnia arbitrati ſunt. Atq; eſt quidem neceſſitas quædam in rebus naturalibus conſtituenda recipiendaq;, non tamen eo modo quo illi conſtituunt, qui deridicule admodum naturę functiones & opera neceſſitate aſtringunt & illigant. Aiunt enim tellurem in immò ſediſſe neceſſario, quoniam grauis eſſet, ſublimatū cœlum, & occupaſſe ſumma, quia leue: rati falſo naturales materię motus neceſſitate inuariabili cōtineri ac regi: quemadmodum ſi quis parietem putaret neceſſitate ita conſtructum, ut eſt. quia

quum grauia deorſum ruant deuergantq; pondere, leuia ſurſum uerſum nitantur & euolent, crederet lapides magnos & ſaxa ingentia ob grauitatem inferiore loco ſtetiſſe, lateres atque ligna ob leuitatem in faſtigium cõmigraſſe. Quod dicere non ſtupidi modo atq; attoniti hominis eſt,
88 ſed qui nullam domum exædificari unquam uiderit. ℣ Non enim lapides ipſi ſponte ſua, neq; lateres, neq; ligna in ſuos delata quæque locos conſtituunt, & architectantur domum, ſed talis aut talis compoſitura, aut forma, aut ars maxime principes ſunt ædibus fabricandis. Nõ quòd abſq; illis fieri domus poſſit, ſed quòd materialia illa, quum ſint ſua ſponte, non poſſunt domum conficere: Ars & compoſitura poteſt. At materia quidem (ut dictum eſt) ex eo genere cauſarum habetur, quæ ſunt per ſe: ſed minus propria quàm ſit forma. Ideo ſit ut motum materiæ forma neceſſario non ſequatur, quin potius ad formam materia accommodanda regendaq; ſit. Non enim propterea ſcalpellum, ſeram, & aratrum eſſe neceſſarium eſt, quia ferrum ſit: ſed contra potius, quia ſcalpello & aratro opus eſt nobis ad functiones uitæ, ideo quęritur & eligitur ferrum. Item colluntur, & conſtituuntur ædes, non propterea quòd parati ſint lapides (quanquam lapidibus opus eſt ad ſubſtructionem) ſed propterea ut condamus aliquid, aut ut ab iniuria uindicemur, atq; hoc maxime ratio fuerat ædificandæ domus. Par conſideratio in cæteris, quę gratia alicuius fiunt. Tunica propterea facta eſt, ut tutela ſit ab iis, quæ de foris ueniant. Verum hoc fieri ſine pãno nequit. Oportet itaq; præſtinari pannum & ſubiici. Item calcei propterea facti ſunt, ne pedes ambulando detuſi conterantur ob lapides, uerum ii fieri ſine pellibus & corio non poſſunt. Primũ ergo pellium cura eſt habenda. Planè ſi ſimulatq; adeſſet pannus, neceſſario emergeret etiam atq; exiſteret ueſtis: & ſimulatq; præſto eſſent pelles ueſtigio calcei naſcerentur, neceſſarium eſt ut formæ materias ſequerentur. At non eſt ita, immo contra eſt: propter ueſtem enim adhibendus & coëmendus eſt pannus, & propter ſeram ſubiiciendum eſt ferrum, & propter murum cõparandi ſunt lapides: non tamen ita, ut ſtatim cõparato ferro & lapidibus apportatis, neceſſarium ſit aut parietem, aut ſeram exiſtere. Habet itaq; materia neceſſitatem non per ſe, ſed per formam & ſpeciem. Nam materiam nulla ſequitur forma neceſſario. Neceſſarium contrà eſt materiam eſſe formæ ſubiectam, & tanquam dicto audientem. Quamobrem ea quæ anteceſſerunt præcurrerunt q; neceſſarius non ſequitur finis, ſed poſito conſtitutoq; fine, indicitur neceſſitas materiæ præcedenti. Non ergo finis aut effectus neceſſario prouenit, ſed propter finem neceſſitas omnis emergit. Eſt enim materia propter finem, & ſubiectum propter formam, materia uero atq; ſubiectum cauſa ex neceſſitate eſt. Qui igitur ſolam cauſam poſuere materiam, & ex naturalibus materiæ motibus ſequi neceſſarios, & præfinitos effectus, ii proculdubio arbitrantur ſimpliciter omnia lege quadã immutabili obſtricta, & ineuitabiliter & neceſſario fieri. Nos uero aliam cauſam, & quidem magis propriam & præſtantiorem oſtendimus, formam uidelicet, cuius gratia materiam tum comparari, tum duci atq; fingi monſtrauimus, non contrà illius gratia formam habere: ſed neq; cauſam omnino poſſe materiam conſtitui, neq; ſimpliciter abſoluteq; neceſſariam cauſam, ſed duntaxat ſubiectione adiunctioneq;: aut ſi ita malis ex poſito id quod pro more noſtro ſæpius ſupra docuimus, id eſt ſimulatq; poſueris conſtitueriſq; formam, hunc in modum aut illum ſe habere, ex templo materiæ neceſſitatem affingis. ℣ Cæterum huiuſmodi neceſſitatem, hoc
89 eſt neceſſitatem ex adiunctione uel poſito habent quodãmodo etiam alię diſciplinę. Poſitis nanq; propoſitionibus neceſſario ſequuntur concluſiones, non item econtrario concluſionibus poſitis, eædem propoſitiones habentur. Poteſt enim eadem res pluribus rebus addici comprobariq;. nam ſi quinq; & quinq; ponantur, neceſſario ſequitur decem eſſe: contrà ſi decem ponantur, nõ continuo quinq; & quinque reperies. (poterant enim eſſe ſeptem & tria, aut ſex & quatuor.) Ex quo fit, ut ea quibus poſitis ſequuntur concluſiones, ipſa concluſionibus poſitis non ſemper ſequi poſſint. Quòd ſi concluſio non ſit neceſſaria, neque propoſitiones utique neceſſarię fuerint. Num igitur hæc eandem neceſſitatem habent, quam & res naturales? Nequaquam, ſed ordo in contrarium agitur. Hic ſi propoſitiones fuerint, erit & concluſio, hoc eſt ſi prima fuerint, erunt & poſtrema. In rebus naturalibus, ſi poſtrema fuerint, erunt & prima: & ſi fuerit forma, erit & materia. Hoc diſcrimen, cætero ſunt ſimilia. Nam formæ opus erat materia, non tamen propterea neceſſario forma materiam ſequitur. Ita in ſyllogiſmis, concluſioni neceſſariæ propoſitiones ſunt, non tamen neceſſario exiſtunt propoſitiones concluſionibus poſitis. Ordo itaq; cõmeat, &
90 in diuerſum conſtat, quanquam non prorſus. ℣ Proinde ſcire oportet in operariis artibus, quarum officia tum in uſu, tũ in ratione conſiſtunt, duo eſſe principia proſpectandi cõtemplandiq;:

In operijs artibus duo ſunt principia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

unum cognitionem & finem, alterum agendi administrandiq;. exempli gratia: In domo ædificandi forma domus & ratio spectandi principium est, fundamentum administrandi. Vbi uero nulla est administratio, gestio, actio, consequens est, ut unum illud principium administrandi tollatur, alterum relinquatur. Quod cernitur in propositionibus syllogismi. Quamobrem quum in syllogismo sua principia reperiantur, in artibus item principium suum sit forma, necesse est ut in utroque sit simile, id quod affertur ut consequens. Ex principiis enim necessaria sequi debet conclusio. Quia quemadmodum in administratiuis & operariis artibus necessarium est ipsa materia, ita in spectatiuis contemplatiuisq; necessarium est ipsa conclusio. Iam conspicuum est tum id, quatenus habeat materia necessitatem, tum id quatenus materiæ alterationes, & motus necessarii esse uideantur, quia sine materia forma fieri nulla scilicet potest. 91 Ac causa quidem utraq; à physico est consideranda, quanquã acrius & diligentius forma, ut pote cuius merito reliqua progignantur. Est enim causa materiæ id, cuius merito fiunt & proueniunt omnia. Diximus autem in naturalibus rebus idem esse formam & finem. Est enim forma principium definitionis & rationis, & eius quod sub hoc uocabulo. Quid sit rem esse, significamus. Nam & in artificiosis, ut ædibus & quibusuis aliis generis eiusdem si domus talis est futura, necesse est talem adesse materiam, item uti talia aut talia prius fiant atq; existant. Et si talis sanitas est prouentura, necesse est talia prius facta atque existere. Eodem agitur modo in rebus quoq; natura gignendis, homine, cane, boue. Cæterum in arte factis plerunq; non est idem finis & forma.[a] Nam domus quæ è tali materia existit, facta talis est defensionis & custodiæ gratia: in naturalibus semper idem est finis & forma. Quamobrem siue ea spectes quæ fiunt à natura, siue ea quæ affinguntur arte, intelliges physicum in cõmentationibus & speculationibus suis materiam & eius necessitatem cõprehensam habere. Et nanq; qui secandi opus ita finiat: Sectio est lignorum diuisio, statim sese ferri usus ostendet, ita ut materia ea si non actu, saltem ratiocinatione aliqua facillime possit intelligi. Plerunque etiam actu ipso cognoscitur, ut quum ita definias: Iracundia est accensio feruorq; sanguinis circa cor gratia ulciscendi doloris. Quo fit ut physicus ex forma quidem definitiones ducat ac regat, sed materiam nihilominus cõmunionem habeat. Est enim huiusmodi forma omnis naturalis, ut semper cum materia & subiecto aliquo intelligatur.

[a] *In latinis codicibus quædam verba desiderantur: quæ in græcis habentur hæc: scilicet* ἐπὶ πολλῶν δὲ ἀμφίνεται ἐν τῷ λόγῳ καὶ τὸ οὗ ἕνεκεν, *hæc est in plerisque tamen in eorum diffinitione: quod est huius gratia apparet. sequitur deinde. nam domus &c.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

THEMISTII PHYSICES,

LIBER TERTIVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

QVONIAM Definiendo naturam superiore libro, diximus naturam esse uim cientem naturales[a] transmutationes & motus, ignorare non oportet quid sit motus: nam qui motum ignorat, necesse est naturam quoq; ipsam ignoret. Planè quemadmodum de motu agendum nobis est, iccirco quia motus comprehenditur in definitione naturæ: ita si quid in definitione motus obiter collocabitur, de illo quoq; subinde disputandũ erit. Porrò in definitione motus statim continuitatis mentio habetur, in qua deinceps continetur infinitas. Nam quum motus ex earum rerũ numero habeatur, quæ uidentur esse continuæ. Continuum autem definiendo est quando utimur infinito. (Dicimus enim continuum id esse, quod secari in infinitum potest, ut planè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Primũ expõit sim. p se & immediate: vt inquit & Themi.

detur intelligi continuę quantitati primum ineſſe infinitudinem, non diſcretæ, quum huius per ficiat, illius non perficiat definitionem) merito is qui eſt de infinito tractatus, conſequitur eum qui eſt de motu. Sed & is quoque qui de loco eſt, & qui de inani promendus ſubiiciendusq; eſt. Nam locus & tempus neceſſario quæruntur in motu. Ipſum quoq; inane nonnulli ſunt, qui ne ceſſarium ad eandem rem putarint: quo fit ut ſaltem hoc ipſum in diſcuſſionem uocari æſtima/ riq; æquum ſit, recte illi an perperam ſenſerint. Præterea motus, locus, & tempus naturalibus corporibus uidentur eſſe communia. Communia autem initio operis diximus antequam par/ ticularia, eſſe tradenda. Ratio igitur eſt ut de huiuſmodi accidentibus priuſquam de corpore ul/ lo naturali agatur.

[a] *Themi. imitatus Ariſto. motum hoc in loco & tranſmutationem appoſuit: cuius rei Simpl. duplicem affert rationem: vel enim ob id quia nondum oſtenſum eſt quomodo inuicem hæc diffe/ rant. vel proprie his nominibus vſus eſt: eo ſcilicet modo quo inferius declarabit: mutatio enim in ſubſtantia tranſmutatio proprie quidem eſt: non autem motus. in qualitate vero quantitate & vbi proprie motus eſt.*

3 DE motu autem prius ea ſumenda ſunt, quæ ad cognoſcendam eius naturam præ/ cedere, & quaſi præcurrere uideantur. Ex[a] entibus habentur quędam tantũ actu, qualia ſunt prima illa ſummaq; motus & materiæ prorſus immunia, quæ nec al/ terarſcere, nec fieri poſſunt diuerſa quàm ſunt, ſed ſemper eodem modo & ſui pa/ ria, & ſui ſimilia inueniuntur generis, planè ſui naturæq; tenaciſſima. Quædam cum actu potentiam iunctã ferunt, qualia ſunt ea quæ ex materia exiſtunt & forma: Actu ſunt, quia formam intra ſe tenent: poteſtate, quia poſſunt aliam quoq; formam per reciprocationem & ſucceſſionem induere. Sed æthereum corpus ui ſuæ naturæ ſolo actu eſt, quia nequit de for/ ma & ſpecie ſua mutari, particeps tamen ad quendam modũ potentiæ eſt, quatenus in loco mo/ uetur, quia uidelicet ubiq; ſimul eſſe non poſſit. In totum, quæcunq; ſunt actu aut ſubſtantiæ ſunt aut quantitates, aut generum reliquorum aliquæ ſpecies. Hactenus poſtulo, uel ſine ratio/ ne concedatur hoc mihi, eſſe aliqua poſſe, quæ uno cum actu innexam etiam poteſtatem gerant. Illud[b] quoq; maxime uelim admittatur recipiaturq;, quod tamẽ erit nihilominus priore poſtu lato conſpicuum, hoc eſt, ad ea, quæ in genere ad aliquid reponuntur, non ſolum pertinere defe/ ctum, exceſſum, æqualitate maius & minus, ſed & pleraſque alias haberi ſupereſſeq; ſpecies, quæ ad idem genus relationis poſſit referri, ſimilitudinem, æqualitatem, & reliqua. Ea quoque quæ agendi & patiendi potentiam obtinent, hoc eſt actiua & paſſiua, in eodem eſſe genere collocãda: quippe quæ uiciſſim referri reſponderęq; apertiſſime uideantur. Illo modo & id quod mouere poteſt ad id quod moueri, & è contrario mobile ad motiuum referatur neceſſe eſt. Sit itaq; con/ 4 ceſſum hoc nobis, motiuũ & mobile mutuam habere relationem. ¶ Tertium quod poſtulamus, eſt, motum in mouente ac moto eſſe, non ſeorſum conſiſtere citra ſubiectum: quod ſi eſt ita, ma/ niſeſtum erit totidem habere motus oportere. quot ſunt res quę moueantur & tranſmutentur. Mouentur autem res aut quæ de ſubſtantia ſint, aut quę de quantitate, aut quę de qualitate, aut quæ poſtremo de loco. Erit igitur multiſarius & multiformis motus, non uti genus, ſed uti cõ/ munis quædam uox ad multos ſignificatus. Si enim genus ullum haberetur illis principiis qua tuor, in quibus cernitur & cõſtituitur motus, utiq; neceſſario illi generi motus primum ineſſe, ita ut non multiplex amplius nomen motus futurum ſit, ſed quemadmodum genus illud cõ/ mune quatuor generibus fuerit motus. Item qui in eo genere collocatus eſſe, fuiſſet genus mo/ tuum quatuor, qui ad quatuor illa primordia pertinerent. Sunt ergo motus totidem, quot res quæ mouentur: & quia illorum generum diuerſæ definitiones ſunt, diuerſæ erunt definitiones & motuum. Proinde tametſi unam motus definitionem allaturi ſimus, ſcire tamẽ oportet illum ex earum genere orationem futuram, quæ ſignificatum multiplicem amplectantur. Scitum eſt enim prout quæq; res fuerit ſimplex, multiplex ue, definitionem quoq; illius eodem iure cenſen dam. Detur igitur & hoc cum iis, quæ conceſſa ſunt prius, motus appellationem eſſe multipli/ 5 cem. ¶ Quartum poſtulatum eſt, ut in quaq; re cui motum ineſſe diximus, biſariam aliquid eſſe dici ue concedatur, aut ut prius, aut ut melius. In ſubſtantia priuationem & formam, in quanti/ tate abſolutum & ceſſans, in qualitate candidum nigricans, aut ex contrariorum numero quæ/ lubet, in loco ſupernum infernum. Ita quum motus nullus extra quatuor genera habeatur, re/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ćte in generibus quatuor, ſed duplex in ſingulis conſtituitur. Qui uero iſta habeant, ſequentibus oſtenderimus.

[a] *Ariſto. hoc pacto explicat præſentem locum. eorum quæ ſunt alia quidem actu tantum: alia vero potentia atque actu hæc quidem hoc aliquid: hoc vero tantum &c. græci expoſitores duplici ter legunt hæc verba Alexan. quem Them. imitatur dixit Ariſto. diuidere ea quæ ſolo actu conſtant vt ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt ex vna parte ab his quæ ſimul potentia conſtant & actu ex altera: vt compoſita ſunt ex materia & forma & Simpli. hanc expoſitionem confirmans. ait nihil eſſe quod hanc diuiſionem ſubterfugere poſſit. nam & ſi ratio diuiſionis perfecte videatur expoſtulare vt ens diuidatur in ens actu tantum: & id quod tantum potentia eſt & in id quod vel actu eſt atque potentia. Ariſto. attamen ad id reſpexit quod ſubſiſtere poteſt. & cum id quod tantum modo potentia eſt ſubſiſtere minime poſſit. ideo illius partis non meminit. volunt deinde quod id quod actu eſt ſimul atque potentia. in decem diuidatur prædicamenta vnde poſt ea verba potentia atque actu pungunt. Porph. autem quem latini videntur ſequi. ait ens hæc in actum & potentiam diuidi actum deinde in decem prædicamenta. vnde poſt illud. alia vero potentia punctum apponit. illud vero atq; actu ad ſequentia refert.* [b] *Quamuis multe ſint ſpecies in genere ad aliquid duę tamen potiſſimum deſeruiunt his quæ de motu ſunt declaranda ſcilicet defectus & exceſſus: motiuum & mobile. nam Plat. vt teſtis eſt Simp. motum ad exceſſum & defectum referrebat: quam opi. inferius improbabit Ariſto. qui ad motiuum & mobile reduxit: & ob id forſitan alijs relictis harum tantummodo meminit.*

6 Vnc quid ſit motus aperiendum. In eo utemur earũ rerum opportunitate, quas nobis paulò ante parauimus, corrogauimusq;. Igitur ſupra nobis conceſſum eſt in unoquoq; prædicamento ſpecies haberi, quę participes, tum actus, tum poteſtatis erant. Quare [a] auſim dicere motum uideri actum geſtionemq; rei mobilis, quatenus mobilis eſt. Sed cur addidimus quatenus mobilis. Nimirũ idcirco, ut actus ille fieri uideretur, remanente etiamnum ſeruataq; poteſtate ea, cuius is eſſet actus. Duplex enim in unaquaq; re actus eſt: nam æris, quòd ſtatua poteſtate eſt, alter actus eſt, quando in ſtatuam obiter mutatur, alter quãdo iam in ſtatuam eſt mutatum atq; formatum. Poſterior hic qui poſt perfectam mutationem ineſt in ære, nullam amplius ſeruat poteſtatem ad ſtatuam. Iam enim eſt ſtatua, poteſtatemq; in eo reſpectu omnem amiſit ſumptitauitq;. Proinde actus is nõ eſt perfectio poteſtatis, quia corrupit & impulit poteſtatem, ſed eſt perfectio rei, cui potentia inerat. Priorem uero actum qui in ipſa mutatione adiungebatur æri, quia poteſtatem adhuc retinebat & agnoſcebat, poſſumus motum & poteſtatis perfectionẽ uocare. Omnis enim perfectio ſeruat id quod perficit, donecq; potentia illa ſeruatur, ſeruatur & motus: contrà ceſſante & deficiente potentia, motus quoq; ceſſat & deficit. Deficit autem poteſtas omnis proprie, ſimulatq; ſpecies adeſt & forma. Planè in ſingulis quibusq; generibus ſinguli diuerſiq; habentur modi potentiæ: qualis autẽ potentia eſt, talis etiam exercetur & motus. Nam eius quod fieri albũ poteſt, eam quę ex nigro in albũ eſt uia: & eius quod fieri nigrũ poteſt, eam quæ ad nigrũ ex albo fit, utranq; alterationẽ uocamus: eius uero quod augeri & minui poteſt, motũ, auctionẽ, minutionemq; appellamus. Nullum enim cõmune nomẽ utriq; motui additum ut alteratio. Item, eius quod gigni corrumpiq; poteſt, motũ, tum ortũ & obitũ, tum generationem corruptionemq; dicimus: eius autem quod transferri & migrare de loco ad locũ poteſt, motũ tranſlationẽ delationemue nominamus. Cæterum in re tranſlatili duplex quanquã uia eſt (nam res ſurſum aut deorſum defertur, progreditur aut retrocedit, ad dextrã aut ſiniſtrã demouetur) unum tamen proditum nomen eſt omnibus illis cõmune, Delatio. Duplex ergo motus ſingulis generibus accidit. Atq; hoc eſt unum ex iis quæ ſupra nobis conceſſa uoluimus. Poſtulauimus etiam illud, extra res nullum poſſe motũ conſiſtere. Hæc itaq; ex ſuperius conſtitutis definitisq; arbitror eſſe planiſſima.

[a] *Them. græce definitionem motus protulit hoc pacto.* κίνησιν εἶναι τὴν τοῦ κινητοῦ ἐντελέχειαν ἢ τοιοῦτον. *hoc eſt motum eſſe mobilis perfectionem vel vt Herm. alibi eſt interpretatus*

qd ſit motus querendũ

duplex actus.

perfectio potẽtis. Motus.

ceſſante potẽtia ceſſat motus.

qualis potentia talis et motꝰ.

generatio, corruptio → ſubſtantiæ,

augmẽtatio, diminutio → Quantitatis,

alteratio → Qualitatis,

ſecũdũ locũ → vbi,

mutatio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

perfecti habiam quatenus tale eſt. at Simp. hæc in loco notat Ariſt. non ἐντελέχειαν *.i. perfecti habiam ſed* ἐνέργειαν *dixiſſe, hoc eſt actum vel geſtionem. Alex. vero Porphy. quam & Themi. mutaſſe in ea definitione.* ἐντελέχειαν, *in* ἐνέργειαν *ac ſi hæc pro eodem haberentur apud Ariſto. Ait tamen Simp. Ariſt. verbo* ἐντελέχεια *vti ſolitum in ipſa tantum rei perfectione: quod ſi quando eo pro* ἐνέργεια *vtitur, hoc eſt pro actu & geſtione: non pro quocunq; actu id ponit. ſed tantum modo pro perfecto actu: & hoc ea de cauſa: quia tum res vna quæq; eſt in ſua perfectione cum poteſt ſuos ſecundum naturam actus edere. verum motum cum res quædam imperfecta ſit ſtatim* ἐνέργειαν *hoc eſt actum & geſtionem vtiq; non temere appellauit: non autem perfecti habiam.*

7 QVam [a] uero huiuſmodi natura ſit motus, eo patet exemplo: Aedificatilis res tunc mouetur, quũ actu ipſo ædificatur, quumq; adhuc poteſtatis aliquid ſeruat. Quũ uero abſoluta & conſummata ædificatio eſt, utique neq; mouetur, neq; ſeruat aliquid poteſtatis. Si igitur ædificatilis rei actus, tunc quũ adhuc ædificatilis manet, ædificatio nũcupatur: ædificatio autem motus eſt, nimirum ædificatilis rei actus, in eo quòd ædificatilis erit motus. Eodem modo auctilis rei actum, in eo quòd auctilis, & altilis, & tranſlatilis, in eo quòd tranſlatilis, & cæteros id genus actus geſtionesq;, motus eſſe haberiq; oportebit. Quare [b] alio quoque modo finire motum licebit ita: Motus eſt primus actus rei, quæ poteſtate aliquid eſt. Dixi primus, quia ultimus uidetur eſſe forma, quam res aſſecuta, quum primum eſt quieſcit. Primus uero actus eſt, ea quæ in formam eſt itio. Atque hic proprie motus is eſt, quem modo conquirimus. Quoniam autem formam ipſam maxime & ſimpliciter actũ uocamus, neceſſe eſt, ut ea profectio, quæ ad formam dicitur inſtituta, ad eum quoq; actum inſtituta dicatur, qui proprius atque præcipuus eſt. Quo fit, ut ea itio, quia ad actum illum perfectum abſolutumq; deſtinatur & tendit, perfectus actus ipſa eſſe non poſſit, ſed inchoatus & mancus. In hunc modum motus intelligitur actus eſſe, nõ quidem conſumatus ille atque completus: ſed laceſſitus & ceſſans: non tamen ita ut ſit per omnia imperfectus, ſed ut ſit nondum perfectus, per ſolui tamen qui poſſit & perfici.

[a] *Simp. qui ex Alex. accepiſſe videtur. ait Ariſt. ſyllogiſmo oſtendere motus definitionem recte eo modo traditam cuius ſyllogiſmi propoſitiones euidentes ſunt: vtpote quæ ſolo egeant exẽplo ad declarationem: & in idẽ tendunt verba Themi. hic ſi recte conſideretur.* [b] *Themi. Alex. veſtigia inſequens ex exemplo Ariſt. aliam motus definitionem elicit quam in hunc modum protulit Alexan. motus eſt rei quę potentia eſt prima tranſmutatio vel primus actus. quamuis autem Themi. verbum illud tranſmutatio omiſiſſe videtur: ex ſequentibus tamen verbis idem cum Alex. ſenſiſſe videtur. exponens enim cur primum actum motum appellauerit. ait verbum verbo reddendo, vltimus nanq; eſt in ipſam formam* μετα βολὴ *hoc eſt tranſmutatio in qua quieſcit deinde. Simpli. vero contra Alexan. definitionem acerrime inuehitur: & quærit quid per tranſmutationem velit ipſe in ea definitione. nam vel idem quod motus: quod ſi dixerit motus per motum definiretur. vel quid communius. & veluti genus motus, ob id: quia generatio motus nõ eſt: cum tamen ſit trãſmutatio. at nec hoc eſt quidem rationi ſatis conſonum: tum quia imanifeſtum eſt adhuc & inferius in quinto declarabitur: nunc vero loquimur: ac ſi generatio motus eſſet: tum quia motus qui hæc diffinitur is eſt cuius natura principium eſt: & ideo & motum & tranſmutationem amplectitur. Præterea. ait ipſe, omnis tranſmutatio a quo piam eſt in quodpiam. a quo ergo & in quod ab imperfecto ad perfectum non. ea enim vltima eſt tranſmutatio dices, a non moueri ad moueri: tunc ad motum eſſet: motus: ad tranſmutationem tranſmutatio: ſi etiam omnis tranſmutatio motus eſt ea ratione qua hic de motu loquimur quomodo fieri poteſt: vt vltima tranſmutatio motus nõ ſit. hæc Simpli. contra Alexan. quæ quomodo ſolui poſſint conſidera.*

8 QVoniam uero nonnullæ ſunt res, quæ tũ actu, tum poteſtate participant (aqua enim & actu calet, & poteſtate friget, ſed neq; ſimul tamen, neq; ab eodem reſpectu: aut ſi ab eodem reſpectu, aliquando non ſimul tamen, quia fieri nequit, ut quicquam ſit ſimul

actu

actu & potentia calidũ:aut ſi ſimul,non tamen ab uno reſpectu, ſed actu calidũ, potẽtia frigidũ.) Quoniam inquam,nonnullæ res huiuſmodi ſunt natura, ſequitur mouere illas poſſe, & ſubinde uiciſſim moueri,impellere & impelli demum,agere ſimul & pati. Exempli gratia:Sera & ſecat & retunditur,cæterum aut non ſimul, aut non eodem reſpectu,ut dixi:ſecat ex forma, retunditur ex materia. Nam ferrum eſt non forma, quod retunditur, contrà ſecat forma, non ferrum. Item ignis calefacit ſimul & frigeſcit ab ea re, quam calefacit ipſe: ſed calefacit, quia ſit actu calidus, frigeſcit, quia potentia frigidus. Quicquid enim naturaliter mouet, mouetur ab iis contrà quæ mouet: utique ſit actus ſit & potentiæ particeps. Sed mouet parte, qua eſt actu: mouetur parte, qua potentia, hoc eſt, mouet per formam, per materiam mouetur. Verumetiam quod dixi non eſt ſimpliciter concedendum, moueri omne contrà quod naturaliter mouet, ſed duntaxat in iis uerus eſt ſermo,quæ in natura ſua utrunque præferunt, poteſtatem & formam.

9 Quanquam non ſum neſcius fuiſſe nonnullos,qui promiſcue adeò ſentirent moueri obiter cuncta quæ moueant. Sed de hoc in loco uiderimus. Nunc ad penſum redibimus. Quum itaque res fuerit actu altera, altera poteſtate, actus illius in eo quòd poteſtatis eſt, particeps motus erit: neque uero ulla moueri res poſſet, quæ poteſtatem ſolam haberet, quamobrem materia per ſe non mouetur,quoniam per ſe nunquam eſt actu. Oportet igitur actus ineſſe aliquid, & ita agere,non ad id comparandum,quod tenetur iam habeturq;, ſed ad id demum quod nondum habetur:haberi tamẽ poteſt. Sanè id quod haberi poteſt,ita uelim accipias. Aes eſt poteſtate ſtatua, non tamen actus æris in eo,quod æs,poteſt motus eſſe, quia in eo quod æs eſt quieſcit, æs non mouetur. Sed motus in ære naſcitur in eo, quod poteſt in alterum quippiam uerti affirmariq;.

10 Poteſt autem in ſtatuam uerti:huius igitur actio motus erit. Nihil enim uetat quin æs qua æs quieſcat, qua poteſtate ſtatua eſt moueatur, quia non eſt omnino idem eſſe actu æs, & ſtatuam poteſtate. Alioquin eodem modo definirentur:quod apertiſſime falſum eſt. Quamuis enim à ſubiecto unum ſint diuerſæ, tamen earum rerum cernuntur definitiones. Atque hoc tametſi clariſſime demonſtratum puto, nihil tamen obſtat, quin idem ſi fieri poſſit, & clarius & illuſtrius doceamus exemplo. Non eſt eadem ratio corporis,& earum qualitatum facultatumue,quę uerbis illis ſignificantur poſſe ſanum fieri & poſſe ægrum. Corpus enim unum eſt, & ſibiipſi planè idem: poſſe autem ſanari & poſſe ægrotare, non diuerſæ modo poteſtates qualitatesq; ſunt,ſed etiam maxime depugnantes. Nam & illarum actus ipſi longiſſime diſcrepant, aduerſanturq;. Quòd ſi corpus id poteſtatibus illis idem eſſet, ipſæ quoque inter ſe non contrariæ, ſed eædem eſſe reperirentur. Item, non eſt idem color & uiſile. Nam color affectio eſt, quæ luce præſente perſpicuum mouet: uiſile autem accidens eſt colori, quatenus uideri oculis poteſt, & ſenſum inuehere. Pariter neque ſonus idem cum re auditili eſt, neque calor cum tactili, neque ulla poſtremo res actu cum ea, quæ poteſtate inſit. Quamobrem patere uel intuitu poteſt, non dictu rum pugnantia, qui defendat eandem rem ſimul moueri poſſe & quieſcere. Neque igitur idem

11 prorſus eſſe, quieſcere rem in eo quod actu ſit, moueri in eo quod poteſtate. Quam uero actus huiuſmodi aliquis habeatur, qui poteſtatem adiunctam & illigatam inferat, inde efficiemus palàm. Contingit unamquamque rem interim id agere, cuius agendi poteſtatem habet, interim non agere. Aedificatilis res quum ædificatur in actione eſt, quum uero nondum neque lapides, neque calx ab arte mota excitataq; ſunt, tunc uacua eſt ab actione omni. Eſt igitur actio aliqua, quæ ædificatilem rem in ſua adhuc retinet ſeruatq; poteſtate, eaq; ædificatio nuncupatur. Nam ſi illa non ſit, quæ nam eſſe poſſit alia, uiderint qui acutius uident, ego uidere non poſſum. Neque enim domum ipſam auſit quiſquam ædificationem uocare,quum non ſit amplius ædificatilis domus, quæ ſuam formam recepit. Aedificatio autem tunc eſt, quum res adhuc ædificatilis manet. Ita concluditur ædificationem eſſe rei actum ædificatilis oportere. Ipſe actus nihil aliud eſſe poteſt quàm motus. ex eo confit, ut neque ante tunc moueretur, quum ædificatilis tantum eſſet, neque poſt, quum ædificatio perſoluta & ad exitum eſt collata, ſed medio tempore, quum de poteſtate ſcilicet ad actum iretur. Quod autem motus in iis recte ſit collocatus

12 à nobis, quæ cum actu poteſtatem habent annexam, etiam illi uidentur concedere aſtipulariq;, qui motum confictis nominibus alteritatem, inæqualitatem,non ens eſſe dixerunt. Cæterum ſi huiuſmodi aliquid motus eſſet, ut illi arbitrantur, profecto iis quibus illorum aliquid ineſſet, motum quoque ineſſe proculdubio oporteret. Quod eſt ipſo ſtatim in limine perſpicuo falſum. Cernimus enim cõplura habere inter ſe alteritatem atq; diuortium, id eſt, altera eſſe atque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

diuerſa,quæ tamen propterea minime moueantur. Verbi gratia. Inter me & æquum eſt alteritas, non tamen ea re continuo moueor. Sed & denarius quinario inæqualis eſt, nõ tamen conſeſtim & mouentur. Dices te non de ea alteritate loqui,qua quis ſit alter ab altero,ſed de ea quæ in ipſa re inſit. Sed neq; hoc quidem eleuat ſatisfacit'ue. Ineſt enim in rebus multis alteritas,motus ubi non eſt. Cernitur in cuiuſq; rei partibus alteritas:cernitur in iis,quæ duabus illis rebus tam longe diſtantibus diſcrepantibusq;,poteſtate conſtant & actu,nõ tamen eueſtigio cernuntur ea moueri,quorum partes multæ adeò ſunt:neq; ea quæ partim ſunt actu,partim poteſtate,cuiuſmodi eſt æs,quod quum ſit actu æs, dicitur eſſe poteſtate ſtatua. Ex his,ut dixi, nihil eſt mehercle, quod idcirco moueri neceſſe ſit,quia partium & naturæ alteritatẽ diſcrimen'ue intra ſe teneant. Sed fortaſſe alteritatem intelligi & accipi uolunt pro aliatione,ut ita loquamur. Ad hunc in modum motus per motum definiretur. Quid enim aliatio poteſt aliud ſignificare,quàm alterationem,ſi idem eſt aliud & alterum? aut quandam tranſmutationem. Nos uero rectius in motu deſcribendo fecimus,qui actum tanquam genus in ea definitione poſuimus.

* *Nonnulla annotat hic Simpl. quæ referre non erit ab re. primo cur Ariſto. & ipſum inſecutus Them. contingit vnamquamque rem dixere &c. græce autem ἐντέλεχειαν cum tamen ſit neceſſe id quod potentia eſt in actum tranſmutari: alioquin fruſtra eſſet potentia: vt manifeſtum eſt. ait ergo. vel propterea quia eorum quæ potentia ſunt plurima intereunt prius quam in actum deueniant & ſecundum id agant. moriuntur enim multi antequam dentes emittant qui eos attamen habent potentia. vel fortaſſis quia ea quæ proprie potentia ſunt ſicuti quæ & generantur & corrumpuntur, contingenter agunt etiam cum agunt qua potentia ſunt. Notat præterea illud quod ibidem dicunt vnamquamque rem interim agere, interim non: audiendum eſſe in quibus reperitur id quod potentia eſt. in his enim quæ ſemper mouentur hoc verum non eſt. tertio vero loco ait quod actus rei quæ potentia eſt magis paſſio eſt quam actus: attamen actum appellant: quia ſecundum illum agitur ab agente & a mouente mouetur: ea etiam ratione quia via eſt ad id quod actu: ob id etiam quia prius quieſcens & in ſola perſiſtens habilitate ad id quod actu promouetur vel forſitan quod naturales motus, cum ab intrinſeco fiant: idem quodam modo habent mouens & motum: quo fit vt paſſio hæc actiua quodammodo videatur. nam materia patiens primo, corpus diſponit.*

Pythagorici, 13

QVi uero non ens eſſe motum uoluerunt (fuit autem ea Pythagoricorum ſententia) ferè uidentur ad ueritatem propius acceſſiſſe,ſi non ens ita accipiunt,nõ quòd omnino non ſit,ſed quòd nondum in eam naturam abierit,quò tendebat inchoatum ſcilicet ens & imperfectum. Quemadmodum nos quoq; ſentimus,qui poteſtatem in motus definitione addidimus. Verumtamen obſcurius illi atq; tanta res poſtulat,definierunt. Videntur enim accidens quiddam motui potius, quàm rei naturam explicauiſſe. Accidit ſiquidem motui ut ſit non ens,ex eo quod procul eſt ab ente, ſuperq; non ſtatim moueri oportet id cui accidit eſſe non ens, alioquin in motu & excitu eſſent omnia. Quicquid enim eſt,unum eſt non infinita. Atq; ita hoc reſpectu nõ entia dicent exemplo: Quicquid mutatur uideri ex alteritate in alteritatem, ex inæqualitate in inæqualitatem mutari: alteritatem ergo & inæqualitatem eſſe oportere tranſmutationem & motum. Sed errant. Nam eo quidem modo, ſi diis placet,identitatem & entiam quoque motum liceat dicere, quum ex identitate in identitatem mutari penè omnia uideamus. Nam & à forma in formam, & à colore in colorem cernuntur res apertiſſime tranſmutari. Verum enimuero fortaſſe ea cauſa eſt, cur motum in non ente, alteritate,inæqualitatẽ ue collocandum putent, quia indefinita quædam res eſſe motus uidebatur. Nam ſimulatq; præfinitur, uaneſcit ac perit. Quo fit ut egregie illi quidem & fortiter ſibi uideantur excogitaſſe,quũ dicerent motum eſſe alteritatem,eſſe inæqualitatem,eſſe non ens. Sunt enim hæc omnia indefinita,quemadmodum & illa decem initia,quæ ad genus priuationum Pythagorici referunt. Eorum nullum (ſunt enim priuatiua omnia) eſſe definitum poteſt, neq; ita ut hoc aliquid,neq; ita ut quale,neq; ita ut quantum,neq; ita poſtremo ut res ulla generum reliquorum. Subiecimus claritatis, gratia utriuſq; ordinis deſcriptionem quandam atq; picturam, & eius qui formæ tribuitur,& eius qui ad priuationem adiungitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Par.	Impar.	Finitum.	Infinitum.
Dextrum.		Siniſtrum.	
Maſculum.		Fœmininum.	
Quietum.		Motum.	
Rectum.		Curuum.	
Quadratum.		Altera parte longius.	
Intellectus.		Opinio.	
Vnum.	Multa.	Lumen.	Tenebræ.

14 POb eam uero maxime rationem, motum eſſe indefinitam rem, ac ferè cõmentitiam putauere, quòd quum ens in actum & poteſtatem diuideretur, ad neutrum genus pertinere poſſe motum arbitrabantur. Exempli cauſa: poteſtate pedaneum nõ mouetur continuo augetur'ue: neq; quod iam eſt actu pedaneum. Item qui poteſt Romam Athenas'ue proficiſci, non ſtatim neceſſe etiam eſt proficiſcatur: neq; qui iam ad eas urbes peruenit. Item, id quod eſt poteſtate album, nõ albeſit neceſſario, neq; id quod iam eſt inalbefactum. Sed neq; priuatio quoq; eſſe motus poteſt, quippe qui nõ in priuatione, ſed exiſtentia conſtet. Et præterea quicquid priuum eſt, non etiam mouetur. Ex his cauſis natura motus uiſa eſt, oppido indifficilis cognitu, quando neq; in iis quę potentia, neq; in iis quę actu ſunt, neq; in iis quę priuatione conſtitutus uidetur. Ita maxime reli-
quum eſt eam definitionem probari oportere, quam nos ſuprà reddidimus, motum eſſe actum
15 rei quendam arduum quidem ſpiſſumq; ſcitu, ſed qui tamen eſſe poſſit. Sed denuo eadem illa repetamus, non modo iterum, ſed ter & quater: & ſi libuerit etiam ſæpius, ut difficultates illas ſalrem frequenti tractatu facile aſſequamur. Duplex eſt in quaque re ſpecies perfectionis & actus,
una quæ adeſt, quum abſoluta & conſumata res eſt, cunq; naturam ſuam pleniſſime eſt conſecuta. Verbi gratia: Oculus, poſtquam eſt perfectus actum & functioné ſuam habet. ea uiſio eſt; ipſe autem actus à forma nihil differt. Hoc enim eſt oculum eſſe, quod eſt actu ipſo uidere, atq; hunc ego actum perfectionemq;, motum eſſe nõ dico, utpote qui ſit forma & ſpecies, & ad quietis proprius, quàm ad motus naturam accedens. Altera ſpecies perfectionis & actus eſt, quę adeſt rei unà cum poteſtate, qualis eſt ipſa formatio, & fabricatio pupillarum. Quum enim formantur oculi, circundanturq; pugillæ genis ac tunicis, retinent in ipſa formatione potentiam. Ipſa uero formatio circundatioq; imperfecta eſt: neq; quia inſtituta eſt ad potiorem finem ad quem feſtinat. Et Hercules quicquid poteſtatem habet, imperfectum eſt, quatenus poteſtatem illam gerit. Quamobrem in eo, quod omnis poteſtas uanuit, exoleuitq; ſimpliciter nuncupamus actum, in eo uero quod ſimul adeſt, duratq; aliquid poteſtatis, actum imperfectum uocamus, cuiuſmodi probauimus motum eſſe, ſed de hoc ſatis.

16 SEd retractemus & id, moueri rem mouentẽ poſſe, ſi poteſtate fuerit mobilis, *hoc eſt, ſi quãdoq; moueatur, quãdoq; non, cuius immobilitas ſit quies. Ea enim quibus ineſt motus quotiens non mouentur, dicuntur quieſcere. Merito autem huiuſmodi mouens res moueri dicitur: utpote quæ poteſtatem apprehenſam ferat, ex actu ſiquidem habet ut rem tranſmutet, agatq; uim ſuam in mobile. Quapropter & mouebitur contra uicibus, & contrà perpetretur. Ex eo enim quòd actu res eſt, aget: ex eo uero quod poteſtate eſt, patietur. Atque hoc eſt in mouentibus motisq; rebus perpetuum. Adeſt enim & id quod actum, & id quod potentiam præferat in utroq;. Quare ſibi mutuo uiciſſimq; per actum præſtant, ut agere contrà poſſint: per poteſtaté, ut perpeti. Quicquid itaq; mouet, tactu, contactuq; rerum uiciſim motarum mouet. Mouentur autem contrà ea duntaxat, quæ ſunt poteſtate mobilia. Rectam itaque finitionem motus attulimus, Motum uidelicet eſſe actum omnem rei poteſtatem habentis, in eo quod poteſtatem illam habet. Niſi forte excludenda ſit prius ea calumnia, quam quis poſſet afferre. Dictum eſt rem omnem, quæ de poteſtate ad actum egreditur eſſe oportere in motu: uideri poteſt hoc eſſe ſaltem interim falſum. Nam arbor (exempli gratia) quæ à dextris eſt poteſtate, ſi ad leuam me contulero, de poteſtate quidem ad actum mutatur, non ideo tamen mouetur. Adauget difficultatem, quòd ego qui ad leuam me contuli, in motu fui. Si ergo id quod poteſtate leuum erat, in motu fuit, quomodo id quod poteſtate dextrum fuerat ſine motu potuit ad actum proficiſci? Vna porrò potentia eſt eorum,

quæ in genere ad aliquid collocantur. Ipſa enim illa reſponſio, qua dextrum & leuum ad ſe mutuo & ſunt & dicuntur, aut potentia aut actus eſt. Quare ſi alterum mouetur, alterum quoque moueatur neceſſe eſt. Cæterum ſoluitur. Aio actum eorum, quæ in genere ad aliquid ſunt non ſeruare poteſtatem, ſed de poteſtate ſubitam & momentariam fieri mutationem in actum. Quum itaque duo ſint actus in reliquis generibus, ad quæ pertinet motus, in genere relationis unus duntaxat conſpicitur, is ſcilicet, qui perfectus & abſolutus eſt, imperfectus uero & inchoatus non conſpicitur. Non enim pedetentim acceſſim arbor tranſit ad leuam, quum in dextram me coniicio, ſed de repente cunctim atque momento. At ego quum in dextram eo non ſecundum relationem, ſed ſecundum locum moueor. In hunc modum qui contra nos hac quæſtione ierunt, facillime reuincuntur. Quòd ſiqui uolunt argutius id facere, primum debent actum aliquem imperfectum oſtendere: deinde ita pede collato definitionem motus nobis aſſignatam impellere. Verum quia prædicamentorum omnium ſua poteſtas eſt, motus uero non in omnibus reperitur, loco [b] eius quod nos in definitione diximus poteſtatem habens, commodius collocabitur mobile ad hunc modum: Motus eſt actus mobilis in eo quod mobilis. Neq; nos aliquis reprehendat, quaſi uideamur naturam motus per mobile, hoc eſt, per æque ignotum indicauiſſe. Nam quum motus ex eorum numero ſit, quæ alio referuntur (erat autem & hoc poſtulatum à nobis ſuprà) quum motus, inquam, referatur ad mobile, aliter definire non poteſt, niſi adiiciatur id quò refertur, quemadmodum neque patrem ſine filio, neque duplum ſine dimidio definire recte aut ſcienter poſſis. Accedit quòd notius eſt mobile aliquanto quam motus. Non enim idem eſt noſſe motum eſſe, & quid ſit motus exploratum habere. Nam ut ſit motus neminem latet: quid autem ſit, uel nos quoq; nunc quærimus. At uero motum eſſe, res motæ nobis oſtendunt. Hæc autem ſunt, quæ nos mobilia nuncupamus. Quare is qui in motu definiendo admonitionem habet rei mobilis, affert rem magis planam & notam ad docendum id quod erat ignotius. Prorſus [c] omne quod mouet, formam habeat aliquam aut ſubſtantialem oportet, aut quantitatis, aut qualitatis, aut de generibus reliquis. Mouet enim per formam res omnis & principium omnis motus eſt forma. 17

[a] *Non erit forſan ingratum ea audiri quæ Simpl. ſcripſerit locum hunc pertractans. ait enim quia dixerat prius, mouens phyſice rem ipſum etiam eſſe mobile. eiuſmodi enim omne quum mouet mouetur: vult nunc ſimul & inditia ponere eorum quæ dum mouent contra etiam mouentur. & (vt inquit) Alexan. diuinum corpus vindicare ab hæc vt contra moueatur patiatur ue. eodem autem videtur inditio ſeparare id quod eſt phyſice. mouens quodque contra mouetur a mouente quod eſt immobile veluti prima eſt atque intellectilis ſubſtantia: & ab eo etiam quod ſemper in motu exiſtens mouet. ſicuti ſunt cęleſtia. quod nanque phyſice mouens eſt, quum ipſum etiam potentia ſit mobile mouet: quapropter etiam contra mouetur: neq; tantummodo mobile. ſed motiuum etiam eſt potentia. prima vero ſubſtantia ab omni prorſus potentia eſt libera qua vel moueat vel moueatur: eſtque penitus immobilis nec eſt potentia motiua hoc igitur diſcrimine ab eo ſeparatur quod phyſice mouet atque potentia mobile eſt. alio etiam quod & ſi aliquando immobile permaneat mouens phyſice. eius tamen atque primæ ſubſtantiæ non eſt ſimilis immobilitas. in phyſicis enim immobilitas: quia mouentur aliquando: quies dicitur. primæ autem ſubſtantiæ immobilitas: quia omnino eſt immobilis: quies non eſt. ſed identitas immutabiliſque ſtabilitas. eiſdem etiam inditijs a cęleſtibus ſeparārentur ea quæ in generatione & corruptione ſunt. nam & ſi cęleſtia moueantur a cauſis immotis: ab his tamen non contra mouentur quæ ipſa mouent. ſi enim ſunt potentia motiua: & ſi ſemper mota: niſi potētiam quis reſpectu alterius & alterius motus recipiat nec quieſcunt hæc etiam. ſicut nec primæ ſubſtantiæ differunt tamen: qa ille qdem non quieſcunt ob id qa moueri nō poſſunt. hęc vero qa mouētur ſemp. vnū eſt etiam annotatione digniſſimū. qđ Sim. ī ſupioribus vī affirmare ī corpibus cęleſtibus aliq cōſpici rōnē q ī uicē mutuo: & agūt & repatiuntur: nō qdē q̄tenus hæc īferiora mouēt. nō. n. eo motu repatiūtur. ſed ea rōne q ipſa mutuo ſe reſpiciunt. ſecūdū. n. dīntes reſpectus & cōplicationes q̄dā ſubeunt alterationē. patiturq; q̄tenus eis ineſt qđ eſt*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

potentia. vnde alia fit in ipſis affectio ob communem aſtrarum in eodem angulo concurſum alia ob triangularem vel ſexangularem ſitum. ſicuti diuerſi indicant effectus qui a diuerſis ſimul collocationibus proueniunt. [b] *Aliam etiam vtilitatem afferet ait Simpl. teſte Alexan. ſi loco eius quod eſt poteſtatem habens mobile collocauerimus. nam deinde oſtenſurus eſt motum in eo eſſe quod mouetur. præterea etiam quod phyſice mouet poteſtate exiſtens motiuum ſit tunc actu reditur tale cũ egerit immobile: non tamen mouetur: neque in eo eſt motus. ideo merito mobile in ea definitione aſſumpſit non autem motiuum a quo motus immobili prouenit.* [c] *Non tamen ita intelligendum eſt hoc. ait Simpl. vt id quod mouet formam habeat illi ſimilem quæ immobili reponitur. nam in motu locali non eſt hoc vſquequaq; verum. anima enim corpus localiter mouet: quæ tamen in loco nõ eſt: quamuis igitur nõ oporteat vt penitus eadem ſit forma quæ ab agente in eo quod fit reponitur: peculiariter tamen in vtroq; reperitur: domificator enim domum facit ſecundum eam domum quæ eſt in ipſo. & anima etiam non ex quacunq; cauſa mouet: ſed ex cauſa localis motionis quæ in ipſa eſt quæ eandem formam habet cum eo quod mouetur.*

18 DEinceps quærendum in mouente ne motus ſit, an in re quæ mouetur. Sanè in re ipſa eſt quæ mouetur: idq; ex eo colligas, quòd rei mobilis actum probabimus motum eſſe. Præterea quum in eo ſit actus, in quo fuerat ante potentia, actus uero rei poteſtatem habentis eſt motus, neceſſe eſt in re mobili motum eſſe conſtituendum. Quamuis autem in re mota ſit motus, non tamen à re mota creatur, aut fit, ſed à mouente. Eſt autem unus idemq; motus, qui & in re mota conſiſtit, & à re mouente producitur, & ipſa actio mouentis in re mobili eſt. Ea tametſi una, facit nihilominus ut motiua res ſit actu mouens, & res mobilis moueatur actu. Eſt autem huiuſmodi actus mouentis, & motæ rei ſubiecto unus, ratione & conſideratione non unus. Quemadmodum itaq; aſcendentes deſcendentesq;, idem iter atq; idem ſpatium quanquam peragunt, diuerſus tamen deſcenſus ab aſcenſu eſt, quia hinc capeſcentibus uiam aſcenſus eſt, illinc deſcenſus: Ita motus & actio rei mouentis, & motæ ſubiecto, quanquam eſt una, habet tamen à mouente, ut ſit factio, à mota habet ut paſſio. Ita fit ut ratione duæ res uideantur eſſe. Quod ſi hæc non recipiantur, præ-

19 ſtò [a] erit addubitatio illa non admodum leuis contemnenda ue. Videtur enim neceſſarium maxime, ut quidam ſit rei mouentis actus, quidam rei eius quæ mouetur, quorum prior ſit factio, poſterior paſſio. Hos autem inter ſe differre manifeſtum eſt, quum & opera effectaq; differre cernantur. Nam factionis effectus factum, paſſionis effectus eſt paſſum. Ponatur itaque diuerſus eſſe actus oportere: deinde quæratur, quo pacto duo actus eſſe unus poſſint. Primum igitur, aut uterque in agente, aut uterque in patiente: aut alter, id eſt, factio in agente, alter, id eſt, paſſio in patiente collocandus eſt. Nam [b] econtrario eſſe non poteſt, ut factio uideˊlicet in patiente ſit, paſſio in agente, niſi abutendum ſit nomine factionis pro patientis actu. Sit itaque primum in agente factio, in patiente paſſio, ſequitur ergo ut quemadmodum res mota habet in ſe motum, tanquam propriam & peculiarem actum, ita & mouens habeat motum quendam ſuum tanquam proprium actum, atque peculiarem: eſt enim utrinque ratio eadem. Quod ſi conceſſum ſit, alterum duorum probandum, admittendumq; eſt: aut ut id omne quod mouet, etiam moueatur: aut ut quicquam tale ſit, quod quamuis intus habeat, feratq; motum, nihilo ſecius tamen non moueatur, ſed ſint ambo actus in re patiente, factio atque paſſio, & in addiſcente doctio & addiſcentia. Nonne hoc ſtatim ridebitur, in ipſo agente non eſſe conſtitutum actum? Præterea mirum, qui fieri poſſit, ut paſſa res duobus, & quidem impendio differentibus motibus moueatur: deinde quinam, aut quales erunt motus illi difficile eſt reddere, quum perpetiens res unam duntaxat ſpeciem motus habere, ferreq; uideatur, qua tum in motu, tum in paſſione & affectione ſit poſita. Eadem & plura incommoda conſequentur, ſi in re mouente utcunque, actus & motus duos conſtituerimus. Nam ſtatim poſſis occurrere, ſi ita ſtatuatur, rem motam moueri non poſſe, quia uterque motus in mouente, neutet in mota re collocatur. Atque hæc omnia fluere uidentur ex eo, quòd motus illi exiſtimantur eſſe diuerſi. Huiuſmodi itaque opinio reiicienda explorandaq; eſt. Si igitur contrà, unus & motæ rei, & mouentis actus. Sed & ſic quoque abſurdum illud ſuſcipi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tur, duarum rerum discrimine speciei distantium, agentis & patientis, unum atq; eũdem actum haberi. Vt enim albi & nigri non unus est actus, ita facientis & patientis unum esse actum uideri non posse accedere, si unus idemq; actus fuerit agentis & patientis: idem quoq; fore doctionem & addiscentiam, docere & discere, demum agere atq; pati. Quod si est ita, docentem in docendo discere oportebit, & facientem in faciendo pati. Iam si unus duntaxat est actus, ubinam collocabitur? Profecto si definitionẽ spectas, in re mota uidetur constituendus. Motus enim est rei mobilis actus. At hoc quoq; inconsentaneũ, actũ agentis nõ uideri positũ in agente. Nullũ igitur effugium uideri, si duo illa actus unus esse dicantur. Quãobrẽ si neq; unus est, neq; diuersi, fortasse (quod dictũ est) & unus & diuersi quodãmodo uidebũtur: ita ut unus subiecto sit, diuersi cõsideratione & definitione intelligãtur. Hunc in modũ dicentes, nullae urgent angustiæ. Nõ enim actus agenti & mouenti eripitur, quãuis subiecto unus, & in re mota tantũ haberi dicatur. Quũ enim is qui docet, erudit, & imbuit addiscentẽ, eruditio ea, q̃ in addiscẽte suscipitur, nõ ita trãsfertur in addiscentẽ, ut docenti eripiatur: atq; ita doctor sine ulla ratione remaneat, discipulus solus sit qui agat, id est, solus sit in actu. Non est inquam ita, sed præsente eo qui docet, & agente atque
21 id faciente quod patitur, suscipitq;, discipulus erigitur, constituitur addiscentis actus. Neq; illud obstat, quod superius est adductum: duarum rerum specie differentium, factionis & passionis unum actum esse non posse. Diximus enim subiecto unum esse oportere actum, sed consideratione & cogitatione diduci. Est enim una eademq; speculatio, spectatioq;, quæ discitur, & quæ traditur à docente: & doctio nihil est aliud, quàm id quod docendo condiscendoq;, & discendo paritur: æquè & ipsa susceptio disciplinæ. Verum actio est ipsa traditio disciplinæ, Disciplina uero & condiscentia est ipsa susceptio dictionis. Discentis autem potestas ad actum perducitur à docente. Non est igitur docere & discere idem, quamuis circa eadem speculamina uersentur, & qui docet, & qui addiscit. Neq; ascendere & descendere idem licet eadem uia utrunq; iter conficiatur. Differunt enim earum rerum definitiones: & quemadmodum hinc cœpto itinere ascensus est, illinc descensus, spacium quoq; omnino idem, ita si addiscentem spectes, disciplina: si docentem, doctio doctrinaq; nuncupatur: & speculatio tamen est una quæ ab utroq; tractatur. Necesse est autem, ut ea quæ unum & idem esse prorsus debent, & quibus omnia oportet esse cõmunia, definitione quoq; & consideratione non differant. Nam Athenis Thebas proficisci, & Thebis Athenas reuerti, neq; idem est, neq; simul potest facere quisquam utrunq;. Via tamen una est, & montes iidem, & diuersoria eadem. Sed concedamus ex superabundanti idem esse doctionem & disciplinam, siue addiscentiam, non tamen sequi potest ex eo, idem esse docere & discere. Nam quamuis hinc illuc, & illinc huc eadem esse distantia uideatur, non tamen idem est hinc illuc, & illinc huc
22 distare. Reuera autem neq; doctio & addiscentia idem est, neque factio ulla & passio, sed ea quibus hæc insunt, motus & actus: qui quanquam subiecto unus est, definitione tamen & consi-
23 deratione distrahitur. Quid itaq; de motu esset sentiendum, nõ solum ostendimus in uniuersum, sed etiã particulatim duabus definitionibus diligenter & acute monstrauimus. Prior fuerat hæc, Motus est actus rei potestatem habentis in eo, quod potestatẽ habet. Altera hæc: Motus est actus rei mobilis in eo quod mobilis. Neq; difficile deinceps est ad hoc exempli singulas ad species motuum propriam definitionem adiungere. Exempli gratia: Alteratio est actus rei alteralis in eo, quod alteralis: Auctio est actus rei auctilis in eo quod auctilis. Quòd si tertiam quoq; definitionem adiicere libeat, nihil prohibet, quũ ita definire possumus: Motus est actus mutuus rei actiuæ & passiuæ potentia. Licebit & hanc definitionem ad species motus particulares accõmodare ac transferre ædificationem, auctionem, medicationem. Quod facile assequemur, si quod in generali motus definitione generali uocabulo potestatis posuimus, ad particularem singularium spe-
24 cierum appellationem deduxerimus. De motu satis hæc sunto.

[a] *Aristo. Them. quæ aiunt græce hoc modo* ἐχει τινὰ λογικὴν ἀπορίαν. *id est, habet dubitationem quandam logicam: & Simpl. rationem reddere conatur, cur logicam appellauerit. huiusq; rei multas causas reddit vel quia ex probabilibus procedit: vel quia* ἐν λόγῳ *hoc est in sermone tãtum modo seu verbis apparentia habet: a rebus autem nihil roboris accipiat, nam vt idem Simp. paulo post docet ratio illa in hoc fundatur: quod actus duo sunt: alter qui agentis est: alter patientis: & hi quidem diuersi: quod non credimus nisi ob id quia nomina habent diuersa. alter enim actio: al-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ter passio appellatur: vel ideo logicam dixit: quia communis est & non ex propriis principijs rei.

[b] *Id quod Arist. si dixit quod oportet hanc etiam actionem vocare: equiuoca vtiq; erit. dictum putat Them. si animaduertis ad refellendum partem illam diuisionis in qua dici posset actionem in passo passionem esse in agente. Attamen Simpl. alio modo hunc locum intelligit & ad priorem inducte diuisionis part. m hoc ipsum refert. nam dicit Aristo. aut illorum vtrunque in passo est: aut actio quidē in agente passo vero in patiente. nam si propterea quia motum vel passionem actū esse diximus ipsius mobilis velit ipsam etiam actionem aliquis appellare, illud is sciuerit quod hęc equiuoce actio respectu illius actionis quæ agenti attribuitur dicetur.*

Simpl. diuersa videtur a Themistio hæc in loco sentire: ipse enim hæc ita scripsit motus est vnus non modo subiecto: verum etiam definitione cum in moto ab ipso mouente: ideoque vna est eius definitio actus mobilis qua mobilem est. neq; enim in eo separatur esse ab hæc & esse in hoc: hęc enim ambo motum ipsum complent. verum actio & passio separantur. nam alia quidem agens respicit. alia vero genitum vnde Simpl. ea Aristo. verba huius in hoc: & hoc ab hoc non in ipsum motum refert: quemadmodum Them. Alex. insequutus: sed in actionem & passionem.

25 QVoniam uero scientia naturalis circa magnitudinem, motum, & tempus uersatur, quæ omnia aut finita esse oportet, aut infinita, utpote quæ non ut qualitates, aut ut puncta considerentur, consequens est de infinito uidere, sit ne an secus, & quid sit infinitum si sit. Quàm uero pertineat hæc notio ad scientiam naturalem, argumento sunt omnes, qui hanc philosophiæ partem attingerunt, quippe qui de infinito semper aliquid dicere consueuerint. Sed & multi illud tanquam principium quoddam rerum summo honore affecerunt. Pythagorici atq; Plato quandam per se substantiam esse atque naturam, atque ita principium uoluere: neq; terram illud quidem, aut aquam, aut aliud corpus illum esse arbitrati sunt, sed ipsam ex seipsa naturam infinitam in infinita substantia constitutam. [a] Dissentiunt tamen inter se plurimum. Pythagorici numerum asseruerunt esse infinitum: non illum, quidem incorporeum & ab omni abiunctum materia, sed illum quem esse sensilium rerū principium autumant. Illi enim sensilia omnia deriuata ortaq; esse à numero putauerunt, atque hinc sumpta occasione in numerum omnia conferebant, & naturæ fons quaternio ferebatur. Egressi etiam cœlo infinitum esse quoddam exterius defendebant. quod non cōmentitium modò, sed deliramento quoq; simillimum uidetur: nam neq; quale illud esset, neq; cui rei usui esse posset, demonstrabitur. Plato uero extra cœlum, neq; corpus esse ullum, neq; incorporeum quicquam existimauit. Nam neq; ideas quidem suas extra cœlum locauit, neque omnino locum ullum illis attribuit. Infinitum porrò non solum sensilibus rebus, ut illi, sed etiam intellectilibus esse principium credidit. Principium enim & sensilium & intellectilium rerum Plato numerum putauit, excogitata ratione, quemadmodum ideæ quoq; ipsæ contineri numeris uiderentur. Numeri uero principium duitas, duitatis magnum & paruum, dimidium duplum, paucitas multitudo, defectus excessus: exq; iis omnibus infinitum, indefinitum siue interminatum ex corporū
26 sectionibus, & auctione incrementoq; numerorum statim elucet & oritur. Sed & in hoc quoq; à Platone Pythagorici dissident. Illi [b] non unum quemq; numerum, sed parem tantum dicebant esse infinitum, eumq; esse causam sectionis, eius, quæ in partes æquales in infinitum extrahitur. Quare hunc numerum quibus ineſt, authorē esse infinitati: contrà nasci finitatem ab impari ea ratione, quòd adiectus atq; additus pari, sectionē illam in partes æquales interimat. Sed aliud argumentum est apud illos finitatis causam numerum imparem esse, infinitatis parem. Accipiunt numeros impares unitatem consequentes, eos tum unitate seorsum componunt. Verbi gratia: i. iii. v. vii. ix. Vnum & tria conficiunt quatuor, quatuor & quinq; constituunt nouem, septem & nouem efficiunt sexdecim, sexdecim & nouem quinq; & uiginti constituunt: ita fit ut huiusmodi omnes numeri qui ita colliguntur, quadrangulares reperiantur. Ea propter geometrarū exēplo Gnomonas arithmetici numeros impares uocant: quippe qui collectis numeris per ordinē si adiiciantur, semper speciem quadrati retineant, quemadmodum ii qui constituuntur ex lineis. Planè gnomonas esse in Geometria ignorare non oportet, alioquin & hęc easpe conscribimus, ut non sit futurus nobis cum omnino imperitis sermo. Ita impares numeri unitatem formæ & na-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

turæ conſeruant. Pares ſi addantur unitati, nouam continue ſpeciem excitabunt, differentiæq; in infinitum abibunt. Triangularis, ſeptangularis, decangularis, & reliquæ poſtremo formæ quę ex huiuſmodi congeſtu collectioneq; naſcerentur. Hunc in modum numerus par ſolus à Pythagoricis iudicatus eſt infinitus. 27 At Plato duo conſtituit infinita, magnũ atq; paruũ: utrunq; enim ex corporum ſectione, hoc diuidendo, illud adiiciendo creſcendoq; in infinitum, habeat eſt neceſſe. 28 Ex phyſicis autem nonnulli opinati ſunt naturę alteri infinitum hæſiſſe, aut igni, aut aëri, aut alicui inter hæc medio: quamuisq; uaria de principiis inter ſe ſentirent, in unam tamẽ omnes ſententiam confluxerunt, [c] infinitum eſſe ſua magnitudine principium & cauſam rerum omnium oportere. Hoc alii unum, alii plura, & numero infinita poſuerunt, ut Democritus & Anaxagoras: quorum alter in ſimilaribus partibus, alter in figuris conſtituit infinitatem, ita tamen ut initium capiat Democritus ab eo, quod eſt numero infinitum, deinde terminari rem putet in id, quod ſit magnitudine infinitum. Ex mutua ſiquidem infinitorum collocatione atque concurſu quædam infinita magnitudo conflatur. Planè ii qui plura principia & numero finita dixerunt, 29 nullum locum infinito inter principia reliquiſſe cernuntur. Quomodo enim tria uel quatuor, unum uel duo, uel quodlibet infinita eſſe ſimul poſſunt? Sed neq; poſt principia illud uidentur collocare potuiſſe. Nam quicquid ex iis componitur, quæ & numero & magnitudine ſunt finita, ipſum quoq; finitum eſſe neceſſe eſt. 30 Atq; hæc ex eorum dictis ſequuntur. Cæterum ſumma ratio eſt, eos qui eſſe infinitum in rerum natura arbitrabantur, principium id facere uoluiſſe. Si enim fuiſſet in rerum natura infinitum: quo nomine cenſeri alio quàm principii potuiſſet? utpote quod à nullo principio deriuari & generari potuerit. Nam à quo cedo? Dices à forma. Forma infinita non eſt. Dices à materia. At nihil eſt maius materia, ex qua fit. Dices fruſtra quidem eſſe infinitum in rebus, ſed eſſe tamen. At ſi tanta res fruſtra ſit, quid poteſt in natura eſſe non fruſtra? Merito quoq; improcreabile incorruptibileq; iudicatur. Nam ſi aliquando factum aut productum fuiſſet, magnitudinis ſuæ aliquod principium neceſſario habuiſſet, quum minime uideatur potuiſſe ex abrupto cunctim concretimq; coaleſcere atq; coire: deinde ita coactum collectumq; momento derepenteq; comparuiſſe: quemadmodum ſunt nonnulla, quæ ita (quod & primo libro diximus) alterantur. Contrà ſi corrumperetur, haberet aliquando eius magnitudinis exitum quendam ac terminum, in quem eſſet illa corruptio deſitura. Quamobrem recte illi quidem (ut dixi) infinitum & principium eſſe & ſempiternum principium fecerint. Ille quoque nominum ambitus, quòd gubernans, quòd intemperans, quòd continens omnia, quòd extra, intra cuncta complectens, non tam ſpecioſus quàm uerus fuerit, naturam eius poteſtatemq; æſtimantibus. Nam Anaximandro unum id eſſe ac ſolum numen uiſum, quem & ſecuti ſunt ii, qui neq; mentem, neq; concordiam, neq; cauſam ullam efficientem generandis rebus adhibuerunt. De infinito igitur eſſe phyſico agendum, ſatis demonſtratum cenſeo.

[a] ὑποστωμένην ἐν τῷ ἀπείρῳ *dicit ipſe: hoc eſt: vt verbum verbo reddatur: quæ in ipſo infinito ſubſtantiatur: vel cuius ſubſtantia in ipſo infinito eſt conſtituta.* [b] *In hac parte Simpl. diſſentit a Themi. cæteriſque expoſitoribus: neque enim hac de cauſa putat ipſe Pythago. in numero pari infinitatem collocaſſe: quia is in partes equales ſecari poſſit. nam non eius ſectionis in partes equales quæ in numeris fieri poteſt: ſed potius quæ in magnitudinibus cauſa eſt infinitum: numeri enim vel etiam pares: aut non plurimum in equalia diuiduntur: aut ſi diuidantur ad vnitatem vſque deuenientes diuiſionem ſiſtunt tandem: in magnitudinibus etiam non ſolum in partes equales extrahitur ſectio in infinitum verum etiam nihil vetat quin in partes inequales ſectio in infinitum poſſit fieri. Ariſto. præterea non videtur ſectionem inequalia vti cauſam infiniti aſſignare. ait igitur ipſe: quia par in vnaquaque ſectione diuiſionis cuiuſcunque eſt cauſa: nam ſectio quælibet: ſi vna tantum fuerit in duo diuidit id quod diuidit: ſine equalia: ſiue inequalia fuerint: eſectione autem quæ fit ſemper in duo enaſcitur infinitum: at duitas paris principium eſt. propterea igitur parem infinitum eſſe dixerunt: eodem etiam modo parem ipſius additionis cauſa. nam vnum vni ſemper adducitur.* [c] *Hoc modo græca Themiſtij verba hæc in loco ſe habent* τῷ μεγέθει γὰρ πάντες τὸ πᾶν ἄπειρον ποιοῦσιν, οἱ μὲν μίαν τὴν ἀρχὴν ὑποτιθέμενοι καὶ ταύτην ἄπειρον καὶ πάνυ σαφῶς οἱδ' ἐπλείους μέν, οὐ πεπερασμένας δ' ἐτῷ ἀριθμῷ ἀλλ' ἀπείρους καθάπερ ἀναξαγόρας τέ καὶ

δημόκριτος, ὁ μὲν κατὰτὰς ὁμοιομερίας, ὁ δὲ κατὰτὰς χήματα, τούτοις δὲ ἀκολουθεῖ καὶ ἀνὰξίμενης ἀρχὴν θεμένη &c. *hoc eſt: omnes enim magnitudine infinitum omne faciunt. alij enim qui vnum tantum principium ponunt hoc etiam & admodum manifeſte infinitum faciunt: alij vero plura quidem ſed ea numero non finita ſed infinita vt* Anaxagoras & Democritus *quorum alter in ſimilaribus partibus alter in figuris conſtituit infinitatem.*

51 DEinceps quæritur ſit ne infinitum in rebus, & unde nam coniectatio aliqua ad eam rem poſſit induci. Quinq; habentur loci, è quibus ſumi aliquod poteſt de natura infiniti. Primus ex tempore ducitur, eò quòd immenſum, incomprehenſibile, & innumerabile uideatur eſſe. Secundus ex diuiſione continui. Nam & arithmeticis eius rei uſus opusq; eſt, ſumuntq; id pronunciati adeò cuiuſdam ac principii loco. Tertius ex perpetuitate generationis, quæ proculdubio conſtare non poſſet, niſi ex infinita aliqua mole, tanquam perenni quodam è fonte manaret, ſuppeditaretur q; obiter quicquid inde ad ortus rerum abraditur, atq; deſecatur. Quartus ex ipſo corporum nexu ac ſerie, quæ nullis ita marginibus cõprehenſa circunſcriptaq; uidebantur, quin aliud ſubinde corpus in termino ſemper occurreret. quo cauillo & poſteros quoq; nonnullos perſpicio abuſos. Quũ enim inquiunt, id quod terminatur omne clauditur q; ad aliquid eſſe terminatũ & clauſum oporteat: quicquid quamlubet ſæpius extrahas, uidebitur aliò deinceps poſſe conferri atq; traduci. Quintus ex ipſa

32 ui intelligendi & uiſa concipiendi imaginandiq; capitur. Atq; hoc[a] cæteris quoq; illis, quæ modo attulimus, uidebatur fidem quandam & confirmationem adiungere, quaſi extremum & finis conſtitui ullus & apprehendi non poſſe, ſed re quantauis animo ſuſcepta atq; conficta, maiorem alteram afformare ſemper, atq; imaginare liceret. Atq; illo modo & numerũ oportere intelligi infinitum & corporũ ſectionem, & id quod extra cœlum ſit ſpacii liberam & inoffenſiſſimam eſſe uim mentis, nec inuenire repagulum, meta concludi aut coërceri non poſſe. Ita cœlo egreſſis continuo uaſtum quoddam inane, aut immenſum aliquod corpus cogitatio affingit: alioquin ſimul conſtituitur immenſum & infinitum inane, corpus quoq; cõſtitui immenſum & infinitum oportet. Si enim ea natura uacui eſt, ut poſſit corpus recipere, ſimul infinitum ponitur uacuum, neceſſario corpus item infinitum recipi poterit: quod ſi poterit recipi, ſtatim recipietur. Quanquam enim in rebus corruptilibus ſiquid poteſt recipere, poteſt & nõ recipere (quia in iis neceſſe non eſt, ut poteſtatem è ueſtigio conſequatur actus, quum uel plerunq; res pereat, antequam ſuſcipiat ea quæ poteſt) in iis tamen quorum ſubſtantia tempore circunſcripta non eſt, ſed perpetuo ſine temporali definitione conſtat, neceſſarium eſt ut id fiat ſtatim quod poteſt, & quod non dum factum eſt, nec fieri quidem amplius poſſit. Quamobrem in rebus ſempiternis & indefectis accidentiam contingentiam ue inuenias quippe quæ in certum ſemper ac præfinitum euentum propendant: non ut caduca ſubciſiuaq; parem habeant in alterutrum libram, aut momentum, ſed neceſſario faciant ea quæ faciunt, immo uero potius fecerint. Neq; refert in illis poſſe dicas an eſſe. Nõ enim fieri poteſt ut ſempiternas alias alia conſpiciantur. Quare ſi infinitum fuerit inane, corpus quoq; infinitum aliquid dabitur. Nimirum eodem modo infinitos eſſe fatebuntur mun

33 dos in uacuo. Nam ſi hic, cur non & alibi eſſe concedatur? Planè ſpiſſum & difficile captu eſt infinitum. Ac parte quidem alia eos qui id non aſciſcant, pleraq; ſubabſurda ſuſcipere eſt neceſſe. Primum mathematicæ diſciplinæ tolluntur, deinde tollitur auctio numerorum & temporis: quorum utrunque qui non agnoſcunt, uidentur neque ueſtibulum quidem ipſum philoſophię naturalis ingreſſi, caſuro proculdubio (ſi ita fuerit) mundo. Nam permanente quidem & conſiſtente cœlo, non poteſt iniici repagulum tempori, quin creſcat duretq; in infinitum. Quũ igitur qui hæc adimunt, de rerum natura, difficiliora quædã uideantur afferre, ut proceſſu quæſtionis clarius oſtendetur, ſumma ratio hoc ipſum quærere perſcrutariq; uelle, ſit ne uſpiam infinitum, & quo nam modo, ſi ſit, & an ut ſubſtantia, an ut hærens alteri, accidensq; naturæ. Potiſſimum uero ad inſtitutum phyſici pertinet, rimari, ſit ne infinita magnitudo, ſed ſenſilis.

[a] *Hoc enim argumento innixi Epicurei crediderunt vniuerſum eſſe infinitum: vt tradidit Simpli. Pythagoricus Archytas vt Eudemus retulit: extra cœlum eſſe corpus infinitum probabat hoc argumento: interrogabat enim ſi quis in extremo cœlo eſſet: poſſet necne manum extendere bacculum ue: ſi poſſet erit igitur vel corpus vel locus ibi. ſi locus & corpus: quia locus poteſt corpus re-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cipere: & in eternis posse & esse eandem habent rationem: hoc deinde concesso infinitum illud esse contendebat quia quocunque fine dato idem ipse interrogabat: non posse autem manum ponere absurdum videtur. quid enim hoc prohibeat.

34 INitium autem accommodatissimum rei explicandæ sumetur, si quot modis, id quo de agitur, ueteribus dictum sit, indicabitur prius commonstrabiturq;. Dicitur itaq; Infinitum, primo id, quòd quum sit de genere quantitatis percurri transiriq; natura ipsa non potest. Quemadmodum & uocem solemus inuisilem uocare, quòd minime uideri oculis queat inepta ad id officii, & repugnante natura, ad id exempli & punctus, & qualitas infinita dicuntur, quòd in quantitatis genere constituta non sunt. Dicitur alio modo infinitum, id quod caret extremo, quod assequi & quò peruenire quis possit. Atq; in hunc maxime significatum consueuimus accipere nomen infiniti. Est & id tertio infinitum, quod ægre & cum labore peragitur, ut quum iter longiusculum dicimus esse infinitum. Quarto & illud recte uocaueris infinitum, quod tametsi natura sua confici percurriq; potest, quodq; magnitudinis finem & terminum aliquem obtinet, nobis tamen & inaccessum & inuium est, ut Labyrinthus, aut pelagi altitudo. Quinto dicitur infinitū tum id quod perpetuam adiectionem capit, ut numerus, tum id quod infinitam abrasionē defectionemq; patitur, ut continuum & magnitudo: quæ & utranq; rationem infinitudinis recipit. Nam secta diductaq; re in
35 partes duas, alteri parti semper potest adiici, ab altera semper potest abradi. His ita expositis, perspiciemus utrum esse possit infinitum per se à sensilibus rebus abiunctū, quale Pythagorici constituerunt. Et sanè necesse est eos, qui ita sentiunt, insectile illud indiuiduumq; cōcedere. Si enim diuidere uoluerint, aut in magnitudinem aut in multitudinē diuident. Ita infinitum erit quantitas, aut numerus, non separatim ulla substantia: ita fit ut si tueri suam substantiam uolunt maxime necessum sit impartile illud & indiuisile statuant. Quod si dederint, statim desinat infinitum esse extra quam nisi ut punctus & uox, quorum alter quia ex natura non habet, ut ullius magnitudinis capax, potest hoc responso infinitus dici: altera, quòd sub sensum oculorum uenire idonea non est, per abusionem inuisilis & decolor dicitur. De hoc autem genere infiniti, neq; illi sunt locuti, neq; nos in præsentia quærimus. Sed de illo quod neq; percurri potest, neq; termi
36 num habet quò possit peruenirī. Quòd[a] si alteri naturæ innecti adhærere ue infinitum dixerint ratione & ueritate conuicti, non erit amplius infinitum. Illud in numero principiorum habendum collocandumq;. Sed ea natura potius, cui hærere illud concessum fuerit: quemadmodum neq; inuisile potest dici orationis sermonisq; elementum, sed ipsa literarum uis & potestas, cui accidit & hæsit inuisile. At illi infinito sunt usi, perinde ac principio quodam & elemento rerum. Planè quum numerus & magnitudo à substantia eximi & seiungi non possint, nònne summa sit amentia, infinitum (quod si ulli accidit, numero & magnitudini accidit) seiunctum à substantia
37 & separatum, putare? Verum & illud quoq; nullo modo dici potest, infinitum esse per se actum, aut substantiam, aut principium quoddam, simplicemq; naturam omni carentem subiecto, qualem esse animam dicimus, aut intellectum mentem ue, ita ut ratione idem sit infinitum & esse infinitę. Est enim ea natura rerum apprime simplicium, ut neq; ratione quidem distrahi aut secari possint in plura. Non est ita in compositis & concretis. Non enim est idem album, & esse album: sed album est corpus affectum albedine: albo uero esse, est colorem esse, qui obtutum distrahet. Si itaq; quod pauloante dicebam, infinitum esset simplex quędam natura citra omnem compositionem mixtionemq;, sed ipsummet seorsum per se, absoluteq; infinitum, singulæ quoque illius partes infinitæ necessario haberentur. Quęratur enim, partes infinitæ substantiæ, aut eandem suscipiunt definitionem, aut diuersam. Si eandem, ergo partibus etiam competet, id quod competit uniuerso. infinitas igitur & immensas esse conuenit: si diuersam, ex dissimilibus igitur partibus finitum constabit, ita neq; simplex erit neq; principium. Cæterum siquis numerum statuerit aliquem infinitum, aut magnitudinē aliquam infinitam, nō propterea partes quoq; effecerit
38 infinitas, quippe qui subiiceret naturam alteram, in qua reciperetur infinitas. Neq; uetaret ratio ulla, quin numeri pars esset numerus, & tamen non esset numerus infinitus, quia nō eædem infinitatis definitiones haberentur & numeri. Est enim numerus collecta ex unitatibus multitudo. Infinitum uero est impercursilis & imperactilis quantitas. Qui uero infinitum eo modo substantiam putat, perinde ac in definitione eius per se comprehensam & positam, qui fieri potest, ut non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uideat ſingulas quoq; partes eius oportere eſſe infinitas? Nam quemadmodum aquæ pars, omnis eſt aqua, quia totum & partes eandem definitionem habent: ita & partes infiniti erunt neceſſario infinitæ, quia (ut dictum eſt) eandem eſſe totius ſubſtantiæ & partium definitionem oportet. Conſtabit igitur infinitum ex pluribus infinitis, ſi plures eſſe in eo particulæ concedantur. Quòd ſi noſtris rationibus uicti, infinitum, ſed indiuiſile fecerint, eodem (ut aiunt) in luto nihilo ſecius reuoluentur. Ita enim cogentur fateri, id nihil aliud eſſe quàm pũctum. Prorſus nituntur Pythagorici ſubſtantiam quandam eſſe demonſtrare infinitum, ſed in tutanda ea ſententia ſibi non conſtant. Manus dant ſtatim, & mouentur loco, fatenturq; accidere oportere infinitum, alteri hærere naturæ. Numerum ſiquidem parem aſſerunt infinitum eſſe, atq; ita numero infi-
39 nitatem attribuunt, & in partes ſecant: quo fit ut infinitum ſubſtantia non ſit, ſed multitudo. Verum quærere, an tale ſit uſpiam infinitum, nihil aliud eſt quàm quærere, an poſſit tanta moles animo concipi. Id enim quod ſine ſubiecto conſiſtit, ſolius animi actioni ſubiicitur. In totum, indago hæc infiniti, ſiue ut id à mathematicis agnitum eſt, ſiue ut inter ideas eſt poſitum, certe inſtitutionis noſtræ qualitatem excedit. An ſit autem corpus ſenſile magnitudine infinita ullum, noſtra eſt functio prodere. Id autem tum communibus, tum phyſicis argumentis inquiritur.
40 Communia ſunt hæc: Omne corpus ſuperficie clauditur (eſt enim hæc definitio corporis.) Infinitum nulla ſuperficie clauditur. Corpus igitur infinitum eſt nullum, neq; intellectile, quo gene-
41 re apud mathematicos habentur: neq; ſenſile, quo naturalia. Omnis numerus ſiue in ipſis unitatibus fuerit, ſiue in ipſis rebus, hominibus, equis, aſinis cõſtitutus, numerabilis eſt. Omne nume-
42 rabile poteſt percurri, infinitum non poteſt: nullus igitur numerus infinitus. Sed quemadmodum polliciti ſumus, deinceps & phyſicas rationes afferamus: Neceſſe eſt ſi fuerit infinitum, aut concretum, aut ſimplex id eſſe: ſed enim neq; concretum eſſe, neq; ſimplex poteſt: non eſt igitur infinitum. Ac concretum quidem non poteſt eſſe, ideo quòd elementa definita & comprehenſa ſunt numero. Nam aut ex omnibus conſtabit, aut ex quibuſdam, aut quod reliquum eſt, ex uno quod ſit infinitum. At ex uno nequit. Quamobrem inquies? Quia omne corpus naturale ingenitam atq; inſitum quandam uim habet in ſe, aut enim caliditatem, aut frigiditatem, aut humiditatem, aut ſiccitatem. Rerum autem finitarum finitæ ſunt uires: Infinitarum uero contrà infinitæ. Omnis uero infinita uis fortior & ualentior eſt quàm finita. Quinetiam ſicut omne quod robuſtum eſt, abſorbet & deſtruit debiliora & imbecilliora quę ſunt, ita infinita uis uim finitam extinguit. Quare ſi intra res compoſitas elementum aliquod infinitum ineſſet, abolerentur cætera corrumperenturq;. Quibus conſumptis atq; ſublatis ingenitum infiniti non eſſet concretum aut compoſitum amplius, ſed ſyncerum, intemperatum, ac ſimplex. Atq; hoc quoq; quàm ſit impoſſibile, poſterius demonſtrabitur. Nunc id quod obiici poſſet huic, ratione uidetur eſſe antea amoliendum. Quamuis enim (dicet quiſpiam) corpus infinitum mole immenſa ſit, erit tamen minore potentia quàm finitum. Nam & ſi magnitudo aëris ſuperare magnitudinem ignis dicatur, uis tamen corporis minoris pollentior atq; amplior ſit quã maioris. Sed ſoluitur. Hæc enim tunc recte dicuntur, ueraq; ſunt, quum utrunq; corpus finem habet & terminum aliquem, id eſt, quum utrunq; finitum eſt. Quum uero caret alterum fine, alterum non caret, mentita ratio eſt. Qua de cauſa? Quoniam licet aër ille qui maior eſt igni, imbecillior ſit igni, ſi tamen per adiectionem magnitudinis quamlubet auctus amplificatusq; fuerit, erit aliquando poteſtate & libra pari cum igne, oq; poterit maiorem etiamnum aſſequi, ſi augeatur identidem: ſed & infinito maiorem, ſi infinita materia adſit, de qua fieri poſſit adiectio. Quid igitur iuuat, ſextantem (uerbi gratia) ignis ualentiorem eſſe quàm aëris tantundem, ſi repenſari poteſt infirmitas numero? Sit enim quincuplo, ſit decuplo ualentia ignis maior (neceſſe eſt enim finitis utiq; illis corporibus ſuperantiæ numerus aliquis conſtituatur.) Sed ſi magnitudinem aëris centies aut millies auxero, nõnne poteſtati ignis poteſtatem aëris parem effecero? Maiorem ſi decies millies auxero, & longe maiorem, ſi centies millies. Si ergo infinitus conceditur, nõnne ſupra omnem menſuram proportionis eſſe conceditur? ita ut finitum ignem uis aëris infiniti, quemadmodum diximus, obruat. Oportet enim æquatas eſſe contrariarum rerum poteſtates ac uires, ſi ſeruari compoſita uolu-
43 mus. Ex iis patet ex infinito uno, finitis cæteris, non poſſe dici compoſitum infinitum. Expluribus quoque coalitum aut compoſitum eſſe minus poteſt. Nam qui cæteris ſingula locum relinquant, ſi omnem locum amplectuntur, & occupant ſingula? Atq; ergo rationem pauloante oblitus ſum afferre, tunc quum de uno agebatur. Si enim infinitum unum in compoſitionem ullius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



infinitũ nõ esse corpꝰ simpꝭ ex, 44 ſ anaximandr,

accesſerit, ubi nam elementa reliqua collocabis? Quàm igitur nequeat corpus cõpoſitum ullum infinitum haberi, ex iis (ut arbitror) planè oſtenſum eſt. Quàm uero neq; ſimplex quoq; hunc in modũ ediſces. Si ſimplex eſſet aliquod infinitum, illud aut elementum eſſe, ut ignis, aqua; aut natura altera, qualem Anaximander ambigentem igni & aquę, atq; ancipitem afferebat. At is qui dem mehercule optima ratione uidetur iudicauiſſe, nullum ex elementis infinitum eſſe debere, ne reliquis rebus præ magnitudine uirium ſuarum obliterationẽ & abolitionem iri ferret. Sunt enim mutuæ in elementis diſſidentiæ: aër [b] humecta eſt natura, humor gelida, ignis feruida. Si ergo unum ex iis infinitum poſuiſſet, uidebat reliqua ſtatim delitum & abſumptum iri. Eſt enim natura compertum, ut imbecilliora paucioraq; ab opulentioribus & ualentioribus obterantur. Eo naturam alteram ſtatuit infinitam, unde & elementa & reliqua deriuaret atq; deduceret. Verum quum duplex ſit in ea re quæſtio, prior ſit ne uſpiam talis natura aliqua præter elementa; altera ſi ſit, an eſſe uideatur infinita: utemur cõmuni ratione, qua neq; elementum ullum, neq; præter elementa quicquam eſſe demonſtrabitur infinitum. Primum docebitur nullam poſſe eſſe naturã, præter ea quæ nuncupantur elementa. In id enim diſſoluuntur res ex quo ſunt factæ: nam orta de terra reuertuntur in terram, genita de cœlo redeunt rurſus in cœlum, quemadmodum in tragædia canitur. Cur igitur non uidemus res in tale aliquod ullas diſſolui, quod neq; ignis, neq; aër, neq; aqua, neq; terra ſit? Porrò unum ſubiicere elementum aliquod è quatuor illis, aut diuerſum à quatuor, ſiue finitum id ſiue infinitum conſtituat, hominis eſt parum ſani ne deliran tis dicatur: [c] quemadmodum uiſum Heraclito eſt, qui principium unum atq; elementum unum ignem aſſeruit, reliqua ab igni originem ſumere. Inde nos ille perinde ac perterriturus, incõmoda tus eſt deflagraturum quandoq; orbem, ut huc ſcilicet omnia redeant, unde profecta deriuataq; fuerint. Verum Heraclitus eadem ratione qua Anaximander, fundamenta generationis ſubſtu liſſe deprehenditur. Quum enim inter media illa Anaximandri natura non ſit particeps diſſiden tiæ alicuius cum quatuor elementis, profecto neq; ipſa in ullum illorum, neq; in ipſam illa con uerti mutariq; poterunt. Ita de ea neq; quatuor illa corpora, neq; aliud quippiam proficiſcetur, quod quidem huic illius placito repugnatiſſimum eſt. Quando (ſi diis placet) opus eſt inde re rum ſemina & elementa decedere, cur igitur introducta eſt, quum ſit generandis rebus prorſus inutilis. Heracliti uero ignis ſeu quodlubet elementum aliud actu corporeum, ſi rebus ſubiicia tur, habebit quidẽ proculdubio aliquam intra ſe diſſidentiam, unde poſſit in contrariam quoq; naturam abire. Sed nihilo leuius tamen quàm Anaximãder errauit. Nam aut diſſidentiam illam in abitione & conuerſione ſeruabit: hoc eſt, ſi ignem eſſe ſtatueris, aut caliditãrem ſecum in natu ram contrariam ferret, in quam uerteretur, quod fieri non poteſt: aut corrupta caliditate frigidi tatem aſſumet, quo facto ſtatim deſinet ignis eſſe: at ſi fuiſſet principium elementumq;, reman ſiſſet, nec fuiſſet corruptum. Præterea quæ nam ratio obſtat, quum aërem quoque dicamus eſſe huiuſmodi elementum? quum ſimili modo poſſit aër in ignem conuerti? Sed dixerit quiſpiam, nos qui materiam carere contrariis affirmamus, eaſdem anguſtias incurſuros, in quas ui erut Anaximãder incidere. At nõnne plurimum differunt illæ aſſertiones; quarum altera elementum ipſum atq; principium conuerti & permutari concedit: altera non ipſam mutari materiam, ſed in ea recipi mutationes rerum omnium defendit? Nam mutari aliquid quod contrario uaret na tura non ſinit. Contrariarum rerum mutationes in materia cõtrarias recipi quid prohibet? Nos itaq; qui ſentimus rebus genitis unam ſubeſſe materiam, principium incorruptum & immorta le ſeruamus. Ii uerò qui unum ſubiiciunt elementum, nulla ratione poſſunt illud ab interitu & corruptione defendere. Atq; hæc uelut extra materiam dicta ſunt hactenus. Redeundum nunc eſt ad id, unde obambulauit oratio. Intentio erat nullum corpus eſſe poſſe infinitum. Id ita ne ceſſariis rebus addicitur, omnibus rebus præcauendum eſt loco. Inſtitutum enim à natura eſt, ut omne corpus ſenſile, quod ſit tum ortus tum interitus particeps (de [d] motu enim in præſen tia quæritur) aliquo in loco ſit: proinde ſuus eſt ſingulis additus locus à natura, idemq; tum to ti, tum partibus iunctus aſſignatusq; eſt. Exempli gratia: Toti terræ idem & glebæ. Toti igni idẽ & ſcintillæ. Non quòd eadem exæquataq; moles ſit utrunq; complectens, ſed quòd quemadmo dum ipſi toti ſupernus aut infernus peculiaris eſt locus, ſit item peculiaris & partibus. Hæc quũ ita ſint, ſi corpus ullum infinitum habetur, aut ex partibus conſimilibus conſtabit, & generis ſo cietate coniunctis: aut ex diſparibus, hoc eſt, membris genere & natura diſtantibus: hæc enim ſunt, quæ tum Homogenium, tum Heterogenium uocant. Si Homogenium & locus quoque

cenſebitur

Anaximander infinitũ aliq̃ intermedium asserebat primi principiq; rerũ. 45

Vtrũ ſit aliq̃ nãa infinita an finita. Vtrũ ſit aliq̃ nãa infinita an finita.

Nulla natura præter elemẽta, 46

Heraclitꝰ igneũ unũ principiũ asserebat omniũ rerũ.

nil mutatur niſi habuerit contrariũ, 47

q̃ nullũ corpꝰ poteſt eſſe infinitũ, 48

oẽ corpꝰ ſẽſibile eſt in loco,

Homogenium. Heterogenium,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

censebitur eodem iure totius & partium, & quod maxime sequens est æquè infinitus totius & partium. At pars erit ne immobilis an contra? Non mobilis cur enim sursum potius, quàm deorsum feratur? Si tamen concedendum est illis, summum & imum aliquid statui posse in infinito. Est enim locus omnis infinito peculiaris & debitus, sed nullus peculiarissimus. Mouebitur ne itaque pars ad loca simul omnia, & simul occupauerit omnia, an undiq; per uim agitata & conuulsa uagabitur? Sed & quo pacto sistetur, quiescet ue semel impulsa? Nec enim tum demum uidetur posse quiescere, quum proprium locum attigerit. Nam & is quem reliquit, fuerat proprius. Moueri itaque partes infiniti non possunt. Nam infinitum esse quicquam & moueri, uel Melissus ipse desperauit posse: quamuis non recte illud, quòd omnis motus infinito eripiebat, quum tamen alterari id potuisse uideretur. Dices moueri infinitum uniuersum eo modo, quo globus, qui eodem in loco manens, per partes obit quod orbe uniuerso non potest. Sed si hoc esset uerum, sequeretur id primum, ut quia totum homogenium sit, partes quoque singulæ circulo non mouerentur. At hoc non cernitur, cum contrà potius, tum aqua, tum terra è regione differri, atque recta non cirulo uideantur. Præterea si circumuoluatur, esse finitum oportebit, utpote quod figuram nanciscetur & formam. Erit itaq; cum pars, tum totum immobile. Ego uero non hoc dico, quia quiescere infinitum non minus impossibile arbitror, quàm moueri. Quemadmodum enim ad unum moueri locum nequit, quia singuli æquè proprii accommodatiq; sunt: ita neque in uno potest loco consistere, quia nullus est maxime peculiaris & proprius. Sed cõcedamus quiescere totum infinitum & partes: erit igitur commentitia quædam res motus, non perspicua, non omnibus nota: postremo quæ nullam expositionem aut commentationem expostulet, nisi fortè ad res immobiles cognoscendas definitione motus aliqua
49 opus esse putauerint. Porrò si infinitum quod est, Heterogenium sit, id est, ex partibus specie & natura dissimili corporum: erit igitur tum compositum & concretum ex pluribus, tum attactu congestuq; & cõmixtione partium sola unum, quo euenit, ut nullus naturalis locus possit infinito tribui, sed singulis generibus singuli tribuendi, ex quibus illud constet, tanquam ex partibus totum: ita motus non in toto poterit, sed in illis partibus conspici. Sed attende obsecro, quæ sequantur. Partes illæ, quæ diuortio generis discrepant, aut finitæ numero aliquo, aut infinitæ statuentur. Si finitæ, aut immensam & infinitam unam plures ue dabis, aut finitas omnes, ut numero ita & modo: quorum utrunque absurdissimum est: hoc quia ex partibus finitis infinita moles oriri non potest, illud quòd pars ea quæ immensa infinitaq; ponitur, depopulabitur & obruet cæteras. Ita fiet, ut easdem rationes, quas suprà attulimus, repetere iterum & afferre possimus. Propterea elementum nullum, ut ignis, ut terra potest esse immistione aliqua infinitum. Est enim definitus iis locus, neq; sunt omnes idonei accõmodati ue, sed supernus igni, infernus terræ tribuitur. Quapropter nullus eorum qui physicè sunt locuti, ignem aut terram arbitratus est esse infinita, sed aut aquam aut aërem potius, quoniam loci ignis & terræ manifestissime noscebantur, horum erant latentiores, & qui utriq; naturæ tanquam ambigerent. Dices partes infiniti eius, quod Heterogenium sit esse numero infinitas. Loci ergo illarum erunt, habebunturq; infiniti. Quod sine ulla controuersia protinus respuendum est. Sunt enim & loci & locorum differentiæ finitæ. Nam supernum, infernum, dextrum, sinistrũ, anterius, posterius, quæ discrimina loci sunt, serio continentur. Finita igitur numero erunt & elementa, quum nullus locus possit pluribus elementis cõpetere. Non enim differunt specie ea, quibus unus idemq; locus naturalis ac proprius sit: aut cũ Democrito sentiendũ affirmandũq; est, fieri posse, ut motus omnis sit specie similis, ut similia sint elementa, ut insectilibus indiuiduisq; corporibus idem sit, qui & uniuerso locus. Atq; hæc atomis ipsa sustinet: quæ si per formam finita sunt & magnitudine numero, quo pacto id quod ex iis constabit, poterit esse infinitum? Quam uero ex eo quod finita sunt loca, corpora quoq; finita esse oporteat, quis est qui nõ animaduertat? Nã corpora coæquãtur, & consentanea locis sunt. Nõ enim locus ullus est maior corpore, quod cõtinetur in loco. Et si maior est locus: nõ erit igitur corpus, quod recipitur infinitum. Neq; corpus contrà maius est, quã quantus est locus. Si enim excederet locũ, aut reciperetur in uacuo, aut nusquã esset: quorũ alterum paulò post demonstrabimus falsum esse, alterum in ipso statim limine apparet, quàm sit
50 ridiculum. Nihil enim absq; loco aut moueri potest aut quiescere. At uero Anaxagoras subabsurdum commentus est causam, cur immensum illud & miscellaneum chaos immobile esse uoluerit. Dicebat enim quia contineri à nullo posset, quod infinitum esset, sed fulciri atque innitti

Mirabilissq asseruit Infinitũ non moueri,

Elementis singulis ~~singu~~ lis diffinita sũt,

Ignis et Terre Loca manifesta,

Loci & Locorũ differẽtia finita,

Democritq.

nullũ Locũ sine corpe. et econtra,

Anaxagoras,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

seipso, & tanquam sua ui liberare se atq; sustendere oporteret, quietem illi atq; immobilitatem accidere, ita uolente & tribuente natura. Cæterum hoc non recte dictum est. Non enim eo loci, in quo quæq; res est, semper naturalis est quies, potest inuita, potest ui detineri eo loco, in quo naturaliter nõ quiescat, ut lapis è palo tecto ue pendens. Fultio autem illa innixus argumentum est uiolentæ quietis, potius quàm naturalis, utpote quæ carentiam atq; egentiam loci significent, in quo motus constitui exerceriq; possit. Planè nunquam docuit Anaxagoras, utrum si locus esset, quiescere infinitum nihilominus oporteret eo modo, quo ea quæ in naturali loco quiescunt. Idcirco enim terram natura sua immotam dicimus, atque pigram, quia si adesset etiam
51 euolandi euagandiq; locus, nihilo tamen magis illa moueretur. Ea ratione tellus natura habet, ut in immo sedeat semper, quiescatq;. Quamobrem si cui infinita dicatur eo modo, quo nunc medio spacii posita, non ideo quiescat necesse est (quia infinita cum sit, semetipsa fulciat, aut quia sibi ipsa nitatur, aut in se ipsam consistat) sed quia habeat à natura, ut grauitate sua mediam regionem obtineat. Reddenda igitur asciscendaq; est ratio aliqua naturalis, cur infinitum illud quiete tam inexorabili sempiternaq; torpeat. Nam ea, quam reddit Anaxagoras, ab ipsa mole, nõ
52 ab ipsa re sumpta est. Nam quidem mehercule responderit de partibus infiniti, utrum illæ quoque ipsæ se fulciant? & quod sequens est, agant immobiles? Hoc neq; ipse quidem Anaxagoras diceret. An uero quia finita sit partium magnitudo moueri poterunt partes, totum moueri nõ poterit? At si hoc fuerit corpus infinitum, immobilitatem illam naturaliter non habeat. Si enim Homogenium est, partes quoque eodem modo, quo totum, esse immobiles oportebit. Quapropter ut totum in toto est, ita partes in partibus esse necesse erit. Et si hoc accidit toti à mole ipsa non à natura, idem partibus singulis suis cuique molibus accidet non ipsa natura. Quod si non ui ulla necessitate ue, sed ex natura habet, ut in seipso sit totum, utq; sibi ipsi sit locus, cur non idem conueniat partibus? Sunt enim loca specie eadem totius & partium, totius ignis & scintillæ idem, totius aquæ & cyathi idem. Si igitur infiniti locus est recipi intra seipsum & consistere neq; mouetur totum, neq; partes igitur mouebuntur. Is itaq; qui hunc in modum sentit,
53 motum æquè tollit atq; illi faciunt, quos initio retulimus uniuersum immobile posuisse. Sed & nullo pacto fieri potest, ut corpus sit ullum infinitum. Si enim omne corpus sensile aut graue est aut leue, & ex suarum quæque qualitatum nisu in propria deferuntur loca, corpus infinitum, neq; graui potest esse, nec leue: nullum utiq; locum assignare infinito poterimus. Nempe aut totum erit graue, atq; ita in loco inferno cõstituetur, supernus erit superuacuus: aut totum erit leue, atq; ita supernum locũ occupabit, infernus superfluet: aut dimidium erit graue, & dimidium leue. Sed qua ratione sorticione ue infinitum dimidiaueris? Deinde si pars summo, pars immo
54 loco ponatur, nonne statim terminabitur cõcludeturq; circũscriptione illa locorum? Nam summum & imum sunt nomina terminorum. Iam si in loco sit infinitum, quum loci differentiæ sint supernum infernum, anterius posterius, dextrum sinistrum, necessarium esset eadem monstrare in infinito discrimina. at discrimina illa ad res finitas pertinent. Neque putandum est differentias sex locorum, quas modo diximus, ex habitu & relatione tantum nostra constitui. Nam, ut infra docebitur, duplex habetur genus illarum, alteræ creantur & pendent à nobis, alteræ instituuntur ab ipsa natura. Si autem in loco esset aliquo infinitum, oporteret differentias illas spectare in infinito, quæ ab ipsa natura, non quæ à nostra institutione aut responsione péderent.
55 His illud adiicitur: Si infinitus esse locus non potest, omne autem corpus in loco est, non posse corpus esse ullum infinitum. Enimuero primum est, est ergo & consequens. Cæterum esse in loco idem est, ac si esse in aliquo loco dicamus. Nam si in nullo loco res esset, neq; in loco omnino esse posse uideretur: quemadmodum neque esse quantitas posset, si neque pedalis, neque bipedalis, neq; alterius ullius formæ reperiretur. Si ergo in aliquo loco concesseris infinitum esse, erit nimirum aut in superno, aut in inferno, aut utcunq; alibi collocatum. Quod nos superius
56 nullo modo esse posse, probauimus. Ex his liquet nõ posse haberi corpus ullum actu infinitum. Planè etiam absurda sunt illa, quæ suscipienda sunt iis, qui per omnia tollunt infinitum de rebus: quamuisq; suprà de hoc non nihil sit dictum, denuo tamen illa eadem, sed susius repetentur. Nam & initium temporis & finem atque interitum mundi constituunt. Quod qui dicit, nil aliud dicit, quàm tunc fuisse tempus, quum nõ erat tempus. Quicquid enim fit in tẽpore, & hęc uerba semel, aliquando, tunc, & reliqua id genus, tẽporis admonent, tempus appellant, de tempore prædicantur. Confessum est etiam apud philosophos motum esse perpetuum perennemq;,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

neq; fine ullo aut exordio, ſed prorſus ante retroq; æuiternum: motum autem comitatu temporis fluere. Atq; hoc primum ex opinione illa conſequitur, quæ infinitum excludit. Alterum eſt illud incõmodum, quod de continui diuiſione, quam tollunt, & numeri multiplicatione infinita ſuperius induximus. Quõd ſi æquior eſt illa ſententia, quæ neq; eſſe, neq; non eſſe infinitum affirmat, opus eſt uolentibus diſcere ad explicationem noſtram, atq; interpretationem attendere. Palàm eſt igitur id quod dicitur infinitum modo quodam haberi, alio non haberi: actu nõ eſſe, eſſe potentia. Quam diſtinctionem quia nobis ſepiſſime inductam meminimus, non eſt cur explanandum hoc loco putemus. Quamobrem ſi ex auctione numerorum & temporis, ex diuiſione magnitudinis neceſſario infinitum eſſe colligitur, quum priores rationes actu eſſe illud nõ ſinant, reliquum eſt, ut poteſtate eſſe dicamus. Ac continui quidem corporis ſectio, ſi in infinitum extrahitur (nam inſectiles lineæ facile confutantur) erit hoc quidem modo poteſtate aliquid non actu infinitum. Qui enim infinitam actu ſectionem inducit, compoſitionem ex infinitis actu conſtituit. Nam in quot diuidi ſecariq; continuum poteſt, ex totidem uidetur eſſe compoſitum. Id uero quod ex infinitis conſtat, fit mole & magnitudine infinita, quod nos paulò
87 ante deſtruximus. Quum uero dicimus eſſe aliquid potentia infinitum, non ita loquimur, ut ſolemus de ære: quod potentia ſtatuam dicimus, quia futurum ſit aliquando ſtatua. In ære enim & ſtatua, quum primum aduenit actus poteſtas extinguitur, quia id quod eſt permutatum in ſtatuam, nullam amplius facultatem gerit, ut fiat denuo ſtatua. Habet enim reſponſum in iis relationemq; poteſtas ad actum. unde efficitur, ut poteſtas illa peruenire ad eum actum poſſit, quo reſponſum habebat, referebaturq;. Non ſic in infinito, ſed idem eſt poteſtas actusq;, infinito, qua infinitum eſt, quia actus & perfectio infiniti, qua finitum eſt, in eo habetur, quod eſt plus continue poſſe. Si enim alium actum poteſtas illa infiniti deſideraret, perinde ac ſtatum formam & ſpeciem, nihil aliud uideretur, quàm finem deſiderare. Id autem eſt corruptionem ſuam & interitum petere, quod fieri non poteſt. Omnis ſiquidem actus conſeruare ſubiectum ſuum debet, & quemadmodum perfectio rei mobilis, in eo quod mobilis, ſeruat poteſtatem, ſecundum quam res adhuc poſſit moueri: ita actus & perfectio infiniti in eo eſt, ut alterius ſemper poſſit. Quod ſi ea poteſtas tolleretur, tolleretur etiam eſſentia infinito. Sicut enim ea quæ tunc ſolum ſunt, quum fiunt gerunturq;, ſi deſinant geri, eſſe etiam deſinunt, ut ludi, ut dies, ut tempus, ut flamma: ita ea quæ tunc ſolum ſunt, quum in poteſtate ſunt, ſi poteſtatem amittant, amittunt eſſentiam. Siquis uero ejuſmodi aliquam poteſtatem in ſectione magnitudinum infinita quærat, quæ referatur, & inſtituatur ad actum, reperiat illam antequam accepta ſit ſectio. Tunc enim quemadmodum æs poteſtate ſtatua eſt, antequam fingatur, fundaturue: ita quæuis magnitudo antequam diuidatur uenire ad actum diuiſionis eius poteſt, quæ in infinitum eſt abitura. Cæterum differentia ea, quòd quanquam diuidi in infinitum magnitudines poſſunt, non tamen poſſunt eſſe actu in infinitum diuiſæ, nam alterum impoſſibile, & à ſe ipſo euertitur. Nam ſi diuiſæ non ſunt, neq; igitur in infinitum. Qui enim confici diuiſio potuit, Alterum eſt poſſibile in infinitum magnitudines diuidi, quum id quod reſtat ſecari ſemper, & di
88 uidi in infinitum poſſit. Vniuerſam itaq; coactamq; perfectionem, abſolutionemq; infiniti nemo requirat. Eo modo quo domus lecti bidẽtis. Sed quemadmodum dici ſolet ludos, quum ædũtur actu adeſſe, & diem, & tempus, ita de infinito dicẽdum, ſentiendumq; eſt. Nam neq; olympica certamina momẽto perſoluũtur, neq; dies ſimul totus prçterit, ſed utrũq; ſucceſſione partium labitur, ita & infinitam diuiſionẽ probãdum, neq; ſimul extare totam, neq; abſolui, ſumptitariq; uniuerſam poſſe, ſed partibus, quia ſemper aliquid obiter reſtat magnitudinis diuidũdæ. Planè tempus & diuiſio infinita uidẽtur eſſe quàm ſimillima, tum in eo quòd utrũq; tunc ſolum eſt, quum fit, tum in eo quòd nõ ſimul totum, ſed ſucceſſione partium exiſtit. Sed & ſimilis quoq; hactenus in utroq; infinitas eſt, quòd aliud atq; aliud cõtinue capitur, atq; illud finitum terminatumq; eſt. Differunt in eo, quòd pars tẽporis cõtinuo, ut orta eſt, perit, quia omne prçteritum ſimulatq; prçteritum eſt abolefcit euanetq;. Ea uero pars quę eſt defecta diuidẽdo, permanet & ſu
89 perſtes eſt. Cçterum neq; tempus generãdis rebus, neq; magnitudo diuidũdis poteſt deficere. Nõ eſt autem ignorandum non ſolum in diuiſione, ſed etiam in adiectione infinitudinem conſpici. Nam ſi quantum definita magnitudine demeris, tantundem adieceris alteri, quemadmodum exibit in infinitum ademptio, ita exibit in infinitum adiectio: ita ut ſectioni adiectio, quaſi ex altera parte reſpondeat, ut quicquid hinc eſt deraſum, illinc collatum atque appoſitum ui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

deatur. Nec tamen omnis ſectio adiectioq; poteſt eſſe infinita. Nam [c] ſi ſemper æquales portiones magnitudinis deſeces, aliquando uniuerſam exhauries. Quapropter ſecandæ ſunt res (ut in infinitum abeant) eadem proportione non eadem magnitudine partium explorata. Si enim acceptam quantitatem primum dimidiaueris, atque ſubinde in dimidia alia diſſecueris, id quod reliquum fuerit, eandem proportionem non magnitudinem ſeruare uideberis: quò fit, ut nunquam defutura ſit materia ſectioni, proindeq; neque adiectioni. Infinitudo igitur ineſt in utriſque potentia, ſed differunt. Nam [f] qui ſecat, poteſt quantalubet magnitudine minorem magnitudinem facere. Qui uero adiicit, non poteſt quantalubet magnitudine maiorem oſtendere (nihil enim eſt maius cœlo) ſed tantam poteſt conficere, quanta poteſt ex diuiſione obuerſaria reſpondenteq; colligi. Nam ſi qualubet magnitudine liceret maiorem accipere, foret corpus aliquod actu infinitum. quale ſit Phyſici quidam arbitrati ſunt eſſe. Quia quum corpus infinitum eſſe non poſſit, neq; poterit quoq; ullum ex adiectione infinitum conſtitui. Prorſus infinita poteſt eſſe adiectio, ſicut & ſectio infinita. Infinitum uero ex adiectione corpus eſſe non poteſt. Ea ratione Plato duo infinita inuexit, magnum & paruum, quorum alterum adiectioni, alterum ſectioni aſſimilauit, atq; illis nominibus ceu per ænigma duas illas res nobis ſignificauit. Verum tamen duo quum ſtatuiſſent, neutro uſus eſt in aſſignatione principiorum. Sunt enim numeri penes illum principia, in quibus neque diuidentibus, neq; adiicientibus contingit infinitas. Non diuidentibus, quia ad unitatem ſoluti conſiſtunt. Non adiicientibus, quum ille ad denarium uſque numeros augeri non ulterius putet, indeq; ceu in orbem alternando reciprocare iterariq; circulo.

[a] *Ariſto. verba qua huic loco reſpõdent: hæc ſunt. ſi autem ſecundũ accidens eſt infinitum &c. vbi Themiſt. cæteriq; græci expoſitores verbum illud ſecundum accidens ab Ariſto. poſitum eſſe aiunt pro accidente: ipſi nãq; volunt hoc ĩ loco probari ĩfinitũ nõ eſſe accidens Simpl. huius eſt ſententiæ quod Ariſto. nunc quoq; probet infinitum nõ eſſe ſubſtãtiam. ait enim dupliciter poteſt quis imaginari ĩfinitũ eſſe ſubſtãtiam. altero qdẽ modo p ſe ea rõne vt idem ſit eſſe ĩfinitum & ſubſtãtiam: hocq; eſt priori rõne ĩprobatũ. altero vero modo p accidens. ea rõne vt accidat ĩfinito eſſe ſubſtantiam quemadmodũ accidit inuiſili vt vox ſit. quod nunc Ariſ. refellit quã expoſitionẽ videtur Auer. velle imitari: qua autẽ rõne adducatur vt ab alijs expoſitoribus diſſentiat narrat ipſe: qa nõ dum Ariſ. vĩ pertrãſiſſe ad oſtẽdẽdũ ĩfinitũ nõ eſſe accidens. cũ ſtatim alia etiam afferat argumẽta qbus probat ĩfinitũ ſubſtãtiam nõ eſſe. ea deinde parte vbi ſic ait ſecũdũ ergo accidens eſt ĩfinitum &c. oſtẽdit ĩfinitũ accidens nõ eſſe. quod ſi hæc idẽ faceret: bis eadẽ eſſent repetita quod videtur incongruum.* [b] *Themiſt. vero græce* ὁ μὲν ἀὴρ ψυχρόν τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρόν. *ait hoc eſt aer qdem frigidus aqua vero humida & hoc idem habet Ariſ. quod animaduertens Simpl. dixit hoc in loco Ariſt. rõnem tantũmodo cõtrarietatis quæ ĩ qualitatibus reperitur habuiſſe, ob quã ſolam hoc eſt vſus exemplo: nullo habito reſpectu illius cuius eſſent hæ qualitates propriæ. vel forſitan ait ipſe ex errore librariorum ita ſcriptum eſt: ſunt tamẽ qdam q aſſerant Ariſt. vſum tum ratione: tum exemplo etiam Anaxi. eiuſq; ea verba eſſe quæ ab Ariſt. referuntur.*

[c] ἐν δὲ τοῖς χεῖον ὡς σῶμα ὂν ἤδη κατ' ἐνέργειαν τοῦτο ἄτοπον εἶναι φημι. *hæc verba omiſiſſe videtur latinus interpres quę ĩ græcis tamẽ codicibus habentur. quorum ſenſus is eſt, vnum autem elementum dico quod corpus ſit iam actu hoc nanq; abſurdum eſſe affirmo.*

[d] *In latinis codicibus locus hic mendo nõ caret ĩ græcis enim ſcribitur hæc pacto.* νῦν γὰρ ἔτι τοιοῦτον ἄπειρον ζητοῦμεν. *hoc eſt, nunc enim ſi tale aliquid infinitum ſit quærimus.*

[e] *Quærit hic Simpl. quam ob cauſam oporteat ſemper eandem ſeruare proportionem ne vt ſectio ĩ ĩfinitum abeat cum nihil ſit quod vetet quin variata etiam proportio ĩ ĩfinitum ſectio abire poſſit. nam ſi a certa quantitate dimidium abſtuleris ab eo potes deinde tertiam partem auferre: a qua poſtea quartam. & hoc pacto in infinitum abibit. Et ſoluit ipſe quod ſi eadem ſeruetur proportio ſemper poterit in infinitum abire at ſi ea varietur poterit conſummi diuidenda ma-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gnitudo. fieri enim poteſt vt diuidendo eandem ſemper quantitatem auferamus ſi proportionem non eandem ſeruemus. vti ſi ſit quod magnitudo ſexdigitorum poteſt quis ſextam eius partem auferre. deinde a parte quæ reliqua erit quintam eius partem: ac poſtea quartam reſidui auferre: & tunc equales ſemper deſecabimus portiones magnitudinis quo fiet vt vniuerſa exauriatur aliquando. [f] *Ego vero hoc in loco ſum anceps. Illud enim quæ ſuerim quomodo Ariſto. eumq; imitatus Them. de ſectione ſint locuti. nam ſi eodem modo quo mathe. neſcio qua ratione aſſeuerauerint nõ poſſe quantalubet magnitudine maiorem oſtendi. qualibet enim linea data concedet mathe. poſſe dari maiorem: quod ſi nequaquam de mathe. ſectione vel adiectione ſermonem habeant: ſed de ea quæ fieri poteſt in corpore ſenſili ac naturali: non video quomodo qui ſecat poſſit quantalubet magnitudine naturali ſenſiliq; minorem facere magnitudinem cum omnium quæ natura conſtat ratio ſit determinata magnitudinis & paruitatis ſicuti ipſi aiunt ſecundo de anima. primo etiam libro phyſices auſcultationis aperte profiteantur minima naturalia.*

62 QVod ſi recte dicimus, & infinitum ex iugi perenniq; corporum diuiſione & exhauſtione perſpicitur, liquido apparet aliud eſſe infinitum, quàm ut nonnulli opinantur, qui infinitum id putant extra quod capi nihil poteſt: nos contrà infinitum eſſe defendimus, extra quod ſemper capi aliquid poteſt. Atteſtatur nobis ea conſuetudo, quæ ſolet eos anulos infinitos uocare, qui palàm fundam'ue non habent, quaſi in iis ſemper capi aliquid extra queat: atque in hoc uidentur eſſe ſimillimi infinito. Differunt uero, quia infinitum utrunque exigit, & uti ſemper aliquid extra apprehendi poſſit, & uti nunquam idem repetatur recurratur'ue, id quod anuli & globi non habent. Eadem ratione ne-

63 que numeros infinitos dicemus, ſi, ut inquit Plato, à denario quaſi reſiliunt atque reciprocant. Si itaq; licet infinitum deſcribere, infinitum id erit, cuius ſecundum acceptam quantitatem aliquid ſemper extra licebit apprehendere. Quantitas autem alia modi eſt, alia numeri. In utriſque comperitur infinitas, quia ſemper & numerum maiorem, & diuiſionem ulteriorem licet extrahere. Ideo uero in ea finitione adiecimus ſecundum quantitatem acceptam, quia mehercle ſecundum ſpeciem continuum in diuiſione infinitum non eſt, ſed finitum: quamuiſq; non eadem ſit continue quantitas, eſt tamen ſemper eadem ſpecies diuiſioni ſubiecta. Nam & id quod eſt defectum, & id à quo defecetur, utrunque ſemper eſt linea, aut ſuperficies, aut corpus. Eſt itaque, ut dixi-

64 mus, infinitum hoc: id uero cuius nihil extra licet prendere, perfectum potius atque totum, non infinitum eſt dicendum. Ita enim definimus totum, ut ſit id à quo nihil abeſt eorum, quę ad propriam perfectionem abſolutamq; plenitudinem requiruntur, ut arcam, ut hominem: tunc enim demum ea dicimus tota, quum nihil deeſt, abeſtq; formæ. Porrò id quod in ſingularibus uiſitur totis, in eo quoque perſpicitur maxime quod proprie, & potiſſime, & ſimpliciter totum eſt. Id autem proprie & ſimpliciter totum eſt, cui nihil penitus deeſt: huiuſmodi & habetur illud, quod tum perfectum, tum abſolutum, conſumatumq; nuncupamus. Et ſanè uidentur duo hęc uocabula, totum & perfectum, aut eandem omnino, aut cognatiſſimam ſignificationem habere. Nam totum uocamus facta ad partes relatione, quarum nulla deſit abſit'ue: Perfectum facta relatione ad finem & terminum. De eodem quoq; prædicantur perfectum & totum, atq; alterum alterius conſentaneum eſſe dignoſcitur: ita ſi quod perfectum eſt, exitum habet & finem, totum quoq; finem habebit & exitum. Rectius ita Parmenidi, quàm Meliſſo uiſum. Ille finitum eſſe totum putauit, idq; medio ſpatii libratũ atq; ſuſpenſum: Meliſſus unum & infinitum res duas maxime repugnantes, cõmiſit, nõ linum lino, ut in adagio eſt. Si enim illud totũ eſt, cuius nihil extra eſt: infinitum contrà cuius aliquid ſemper eſt extra, fieri qui poteſt ut omnia unum ſimul &

65 infinitum? Ita eo errore, quòd ſimilia & eadem eſſe totum, uniuerſum & infinitũ rebantur, eadem inſignia infinito dederunt, quæ toti & uniuerſo conueniebant, tranſlatis illuc prærogatiuis nominũ, ut regere, ut cuncta cõplecti, ut continere in ſe omnia diceretur, quę de tota proprie afferri & prædicari debuerant. Nam infinito una tantum ratione conueniunt, quatenus infinitum ceu materia rebus eſt quæ totæ & perfectæ dicuntur. Quæ enim tota perfectaq; ſunt? Cõpoſita ipſa reſtituta aeperfecta dicuntur ſunt, in quibus eſt forma. Sanè materia ſeorſum infinibilis interminataq; eſt. Eadem poteſt & totum & perfectum quadamtenus dici, quia capax ſit & conceptaculum formæ. De materia ue-

Plato nonnõ Peripatetici ad eum usq; ad decem numerare, Infiniti deſcriptio,

Totum qd ſit,

Perfectum qd ſit,

Parmenides. Meliſſus,

Infinitũ tãq; nõ habeq; eſt,

Composita tota perfecta dicuntur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ro atq; forma concretum & compoſitum naſcitur. Id itaq; quod materiæ ſola poteſtate tribuitur, id eſt, ut potentia totum perfectumq; ſit, illi non cum adiunctione atq; exceptione potentiæ, ſed ſimpliciter abſoluteq; de materia prædicant. Atq; ita illa quæ debentur toti, aſciſcere infinito & uendicare conantur: quòd uero materiæ inſit, infinito aperte liquet. Nam & magnitudinem ſectio & adiectio, contraria ſectioni quantitatem ſubiectam, non formam aut ſpeciem mutant, quod & ſuprà diximus. Iam materia non per ſe, ſed à forma habet, ut tota, finita, perfectaq; ſit. Semper uero ab aliqua quauis forma contineri uidetur, poteſtq; eius aliquid ſemper capi extra ſpecies, atq; ob id merito infinita, inabſoluta, & ignota cenſetur. Quum infinitum omne neceſſario ſit ignotum, ſed quo producti ſumus, dixerit quiſpiam nònne quod maxime præter opinionem hominum ſit, infinitum partem potius, quàm totum fecimus? Qui paulò ante diceremus infinitum eſſe materiam, materia porrò pars compoſiti, quemadmodum ſtatuæ pars eſt æs. Sed certe nos, quàm illi uerius rectiusq;, qui magnum & paruum, quæ duo ad materiam pertinent, infinita conſtituunt: demumq; fateri coguntur, intellectilia quoque à materia contineri, quia neceſſe ſit omnia ab infinito eſſe comprehenſa: ita fieri, ut ſcitæ res atq; cognitæ ab ignoto & indefinito contineantur atq; definiantur. Ex iis uero quę nos opinamur, id eſt, ex hoc quod materiam eſſe infinitum dicimus, & (quod ſequens eſt) infinitum à toto contineri, euenit, ut qualibet magnitudinem minorem capere uideatur licere, maiorem non licere. Materia nanq; intra magnitudinem diuiſam incluſa, ſi minorem uelis efficere, quaſi miniſtrat haſtas, ac pręſtat, ut in infinitum extractio prodeat: ſi maiorem non præſtat, ut prodeat (alioquin mole aliqua externa opus eſſet) at extra magnitudinem nihil eſt illius magnitudinis reliquum. Et quum rem forma contineat finiatq;, neceſſe eſt exhauctionem crementumq; prouehi hactenus, non ultra quàm quanta ſit res. Eadem eſt in numeris ratio. Eorum poteſt minimus non maximus promi. At in magnitudine contrarius modus eſt. Nam ſecantibus diuidentibusq; nullum occurrit minimum, adicientibus contrà aliquid occurrit maximum. Quidnam igitur cauſæ? Nempe ut ego ſentio, quia numerus ex unitatibus conſtat. Nihil enim aliud eſt numerus, quàm unitates multæ. Nam & ternarius binariusq; multarum unitatum ſunt nomina. Ex quot autem unaquæque res conſtat, in totidem diuidi fecariq; poteſt. Quare & numerus in unitates ſecabitur, unitates uero ipſæ erunt inſectiles. Quicquid enim eſt unum, in eo quod eſt unum, inſectile eſt: & homo unus in eo quod homo indiuiſilis eſt, quia nequit in alios homines diuidi. Quod ſi poteſt in partes ſecari & diuidi, non poteſt in eo quod unus eſt. Vnitas planè uſquæquaq; & penitus una eſt, non enim unitati tali ſubiecta materia eſt. Quare oportet in unitatem cadere ac deficere ſectionem. At magnitudo non ex unitatibus, ſed ex magnitudinibus conſtat: ita fit, ut cum nulla diuiſio ad indiuiſilia uſq; peruenìat, minimum utiq; prendi nos poſſit. Per [a] diuiſionem uero magnitudinis numerus in infinitum exit, quia diuiſio illa numerabilis eſt, & omnem multitudinem finitam excedere eſt aggerando ſubinde, adiiciendoq;. Porrò non habet ex ſe infinitatem numerus, ſed ex materia. Quare omnino omnis infinitas à materia proficiſcitur, & materiæ fertur omnis acceptio. Cumq; materia poteſtate non actu ſit, recte dicitur infinitatem quoq; poteſtate eſſe non actu. Recte & illud tunc ſolum poſſe infinitum eſſe quum fit. Nam & materia diſſluit ſemper, nec permanet. Numerus itaq; à materia mutuatur infinitatem. Ex numero contra non habent magnitudines ut poſſint in infinitum excreſcere. Nam maiora quærenti extrema mundi facies occurrit eo modo, quo in numeris unitas. At mundus diffundi augeriq; nequit, alioquin eſſet aliquid cœlo maius. Totum uero ſi totum eſſe tendit, neceſſe eſt eſſe terminatum. Sed ſi unicuiq; corpori ſemper liceret adiicere, nihil eſſe totum aut uniuerſum poſſit, ſed infinita quędam & ſenſilis magnitudo, qualem ueteres nonnulli ſcilicet ſomniabant.

materiæ neq; infiniti,

Infiniti neceſſario ignotus eſt,

Contra Platonē,

Magnitudo ex magnitudinibus conſtat.

66

67

68

69

[a] *Siquis numerum ipſum per ſe & a magnitudine abſtractum accipiat nonne tunc cuicunque numero poterit vnitatem addere in infinitum igitur numerus exire poterit abſque magnitudinis diuiſione. adiectio etiam quæ ſemper fit in numeris ab his acepta quæ generationi ſunt vtputa in hominibus. numerus etiam cęleſtis motus & temporis aqua nam magnitudinis diuiſione enaſcitur.*

Huic dubita reſpondit Simpl. non dixiſſe Ariſto. fieri curuſlibet numeri accretionem in infinitum ex ſectione magnitudinis. ſed eius tantum qui exiſtere & permanere poſſit: quomodo enim quod perſiſtere & permanere nequit crementum ſuſcipere poteſt & ſolus is numerus permanet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qui ex magnitudinis ſectione prodit. aly vero enumerati neque permanent nec eſſe habent niſi in opinione vel in imaginatione noſtra: abſtractus enim numerus ſolo conſtat intellectu, cęleſtis vero motus: temporis atque eorum generantur & corrumpuntur numeri ea ratione qua præcedentia corrumpuntur habent eſſe partes vero diuiſe magnitudinis permanent: & ex ipſis qua ratione & ipſe ſunt magnitudines oritur infinitum ſecundum adiectionem. qua vero vt vnitates accipitur faciunt infinitum quod numeris ineſt.

70 SEd ſcire licet quum infinitum dicimus in magnitudine, tempore, motu conſtare, non ita loquimur, ut putemus infinitum eſſe genus quoddam, & communem adeò naturam illorum: ſed ita, ut eo ordine, quem res illę gerunt inter ſe, eodemq; ſint infinitudinem aſſecutæ. Tempus enim propter motus infinitatem infinitum eſt. Nam & à motu habet ut ſit. Motus propter magnitudinem eſt infinitū, quia motus omnis citra magnitudinem uerſatur, auctio, diminutio, alteratio, delatio. Magnitudo ex ſua natura uidetur infinitatem indepta, quia in magnitudines alias deinceps extrahitur. Cæterum credamus hæc in præſentia ita eſſe uti dicimus. Nam proceſſu operis demonſtratione clariſſima explicabuntur hæc omnia.

Quomodo Magnitudo Motus & tpg interſeca Gnt ita Infinitū ineſt,

71 AEque tamen exiſtimandum eſt rationem hanc, qua oſtenditur nihil eſſe actu infinitum, & impercurſile crementum uerſus, eripere mathematicis facultatem tractandi de infinito. Non enim linea infinita opus eſt illis, quum finita & terminata ſemper utantur: ſatis habent ſi quantam uolunt, obtineant Sed ambigat aliquis, ſi finitus ſit mundus, primum illud ſpectamen theorema'ue in libro elementorum qui demonſtrauerint? Nam detur iis diametros mundi, ſupra quam cōſtitui triangulus debeat, ubi nam duo latera trianguli collocabuntur? Sed ſoluitur. Primum non das qualem petunt (petunt autem quæ poſſint extrahi.) Deinde apud Geometram nihil intereſt, ſit ne aliquid extra mundum, nec ne. Cogitatio ſola eſt quæ datam lineam prouehit in immenſum. Neque propterea neceſſe eſt continuo eſſe actu, quod quis affingit aut concipit animo. Forte enim non fuerit in rebus linea, qualem illi afformant: neq; corpus item aliquod in tres dimenſiones fuſum ſine diſſidentia aut renitentia aliqua. Sed quemadmodum nihil uetat longitudine, latitudine, & puncto indimenſili ſeparatim atq; ſeorſum uti: quamuis q; nullum illorum per ſe ſubſiſtat actu, quia tamen finguntur ſubſiſtere, in conſiderationem per ſe ſine mendacio ueniunt: ita & ſub diametri illius cōmenticio & imaginario incremento uti citra metum culpæ aut falſi poterimus. Neq; abſurdum id ſequitur, quaſi nullus ſit extra cœlum locus, quia liniamenta illa loci non indigent. Non enim omnis linea naturalis eſt, quæ & naturam requirat & locum. Nam mathematicę quędam habentur, quarum ueluti locus eſt animus ſpeculantis. Ideo enim mathematica dicuntur abſtractu & abiunctu conſtare: quoniam ab iis quæ in naturalibus corporibus uiſitantur loco, qualitate, tempore, actione motu, affectionibus, & reliquis generibus eximuntur abiungūturq;. Ipſi per ſe menſus atq; ipſa continua æſtimantur atq; ſpectantur. Quòd ſi deſcribendo triangulo neceſſaria eſſet mentio loci, is qui locum adimeret, ipſam quoq; demonſtrationem euerteret. Proinde nemo ita dicit, quia linea in hoc loco, aut in illo ſit, neceſſe eſt hoc aut illud ſequi. Quemadmodum itaque Democritus, quum probare niteretur colorum uarietatem non natura conſtare corporibus, ſed ex habitu noſtro reſponſioneq; contingere, nihil ſtatuit contrarium geometræ, quia coloribus diſciplina illa non utitur: ita is qui locum eſſe infinitum negat, immo & is qui locum omnino eſſe inficiaretur, non eſt impedimento iis, qui de lineis commentantur ratiocinanturq;. Nam qui locum auferunt, id auferunt, quo geometræ non egent. Quàm uero mathematicæ res non ſint in loco aliquo conſtitutæ, Ariſtoteles adeò declarat: Quamuis (inquit) in loco illæ non ſint, eſſe tamen ex inſtitutione & diſpoſitione noſtra uidentur. Hæc illæ. Sed cedo quæ nam naturalis aſſertio geometriam poſſe euertere? Illa mehercule opinor, quæ principia & elementa inſectilia & minima faceret. Ita diuiſio infinita adimeretur, qua adempta corruerent plurima à mathematicis ueriſſime & facillime demonſtrata. Quòd ſi in maiori minoriq; linea explicari eadem poſſunt, quemadmodum & faciunt, & fatentur mathematici, quid nam per deum opus eſt maxima? Eſt enim eadem ſecandi maximam & minimam ratio, quæ poteſt & extrahi. Ita igitur de infinito agunt, non ut de impercurſili ſpatio, ſed ut de linea ea quę poſſit & extrahi.

Mathematici nō indigēt linea infinita actu,

linea latitudo Longitudoq; nūquā actu exiſtūt perſe, indimenſiles,

lineæ Mathematicæ,

Democritus,

Mathematica res nullo Loco egēt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LIBER III.

Infinitū in materiaq; est,

Est itaq; huiuſmodi infinitum: & (ut diximus) ad cauſam materialem refertur. Eſt enim materia ipſa infinitum, ſi per ſe ſola ſpectetur, utpote quia in priuatione (infinitas autem ipſa priuatio eſt) Non tamen iccirco quia infinitas in materia priuationeq; eſt: Materia ipſa per ſe poteſt eſſe diuiſionis illius ſubiectum, ſed corpus continuum ſenſile. Nam diuidundæ res ſubſiſtunt actu. Sed quamobrem dictum nobis eſt diuiſionis infinitatem ad materiam pertinere? Nempe quia cõpoſitum & id quod diuiditur corpus, non amittit formam in diuiſione, ſed retinet. Ita quum non poſſit à forma pendere, à materia pendeat: ac uidentur quidem ueteres infinito uſi perinde atq; materia. Sed diſſentaneum erat, quum ita uterentur, exiſtimare nihilominus coërcere & continere id, cætera non contineri.

quidquid diuiditur nõ amittit formã sed retinet,

7)

Eliquum a eſt, ad eas aggredi rationes, quibus infinitum non potentia modo, ſed actu eſſe defenditur. Ex illis aliæ minus neceſſariæ ſunt, aliæ ueras quæſtiones uidentur afferre. Nam putare iccirco haberi actu infinitum aliquid oportere, ne rerum generatio exhauſtis ſumptitatisq; principiis procumbat & concidat, lubrica & caſſa ratio eſt: quum fieri poſſit, ut materia rerum finita corruptionem unius generatio alterius uicaria ſubeat, & obitorum loco naſcentium pullulet. Ea quoq; ſors, ratio quę dicit finitam rem ad aliquid finiri terminariq; oportere ſemper, tametſi uerisimilis uideatur, facile tamen in hunc modum æſtimantibus falſa deprehenditur. Equidem haud conceſſerim finitam rem terminari ad aliquid ſemper. nam ad aliquid terminari nihil aliud, quàm tangere contra quod tangat. Atqui aliud eſt tangere, aliud finem atq; extremum habere. Nam tangere ad alterum refertur externe: habere finem ad ſe ipſum interne. Tactus tangendo conficitur, finis & extremum habendo. Quamuisq; nonnullę res poſſint & habere finem & tangere, non tamen idem eſt rebus tangere & finem habere. Accidit enim ut finita quæ ſunt, etiam tangant, ut ſunt omnia quæ non tota modo in ſe, ſed partes etiam uniuerſi ſunt: atque id quoque non in eo quod finita ſunt, ſed in eo quòd partes ſunt mundi. Quòd ſi quid eſt uere ac ſimpliciter totum, id eſt, quòd nullo modo aut reſpectu ſit pars, ſed abſolute totum & ſemper, nimirum extra terminatum alio eſſe non poterit. Præterea quocunq; rem conferas habet extremum & terminum, non item quocunque conferas tangit. nam linea pedalis quouis relata, terminos ſuos habebit, notas & puncta, non tamen quouis relata etiam tanget, quia linea omnis ſolam lineam tangit. Proinde quæq; res quocunq; collata ſuos fines tuetur & obtinet, non item neceſſe eſt ut tangat omnia, ad quæ conferre libuerit. Quòd ſi linea non tangeret lineam, non propterea infinita interminataq; fuerit. Quamobrem non idem eſt finiri rem, & ad aliud extra finiri. Sed neq; numerus aliquis (puta de natiuis) tametſi finitus, aliquid obiter tangit. Nec quamuis per ſilentium ſit finis impoſitus uoci, finita illa proinde uox tangere ſilentium poterit. Ii quoq; qui adſtare inane quoddam extra cęlum autumant, quamuis finitum eſſe cęlum putent, non tamen tangi ab eo poſſe uacuum illud concedunt. nam ſola ſe corpora mutuo cõtingunt. Sed & indiuidua illa Epicuri corpuſcula quæ per inane uagari & uolitare creduntur, quamuis finita uiderentur eſſe, non tamen terminari aliquo extra aut tangere dicebantur. Alioquin uir ille tantum tribuebat huic inuento, ut ea quę ueluſtate collapſa obſoletaq; eſſent, reconcinnari inſtauratiq; diceret, ſubſidio minutularum quarundam aggeſtionum, quibus recreata illa ſibiq; reſtituta derepente, alia quaſi ad inſtar ſubditii partus & præſtigiatoriæ ſubiectionis extarent: ſumpto credo de ſuribus cõmento, quibus ea ſollertia eſt cælandis, quæ interueniſſent, ut aliam iis tum ſpeciem, tum formam, & figuram induant. Sed de hoc ſatis. Cæterum quum ea terminentur ad aliquid, quorum ſemper extra licet aliquid capere. Id autem cuius aliquid ſemper extra licet capere, infinitum eſſe conceſſum eſt. Nimirum ſi finitarum rerum ea natura ſit, ut ad aliquid ſemper extrinſecus terminentur: ſit etiam earum illa natura, ut infinitæ immenſæq; habeantur. Quare aut efficite, ut nõ ſit idem rem ad aliquid terminari, & licere ſemper extra capere: aut oſtendite infiniti naturam non fuiſſe nobis recte deſcriptam: Aut poſtquàm hæc præſtare non poteſtis, ne prædicate (obſecro) rem infinitam poſſe ſemper ad aliquid terminari: niſi mauultis de re finita infinitum dici afferriq; poſſe. Sed cõparate & conferte (ſi lubet) ea quæ dicimus, perſpiciteq; an nobis par uis ſumptorum ſit. Infinitum nos uocamus id, cuius extra ſemper aliquid capitur. Totum & uniuerſum id, cuius extra nihil licet accipere. Totum igitur quod eſt, nequit eſſe infinitum. Atque alteram quidem propoſitionem etiam ipſi cõcedunt, hoc eſt, extra totum nihil haberi, utpote quod tum neceſſarium ſit, tum ſuapte natura clariſſimum: alteram nos ſupra certiſſimis argumentis addiximus. Sed ſuffi-

ex rerũ gñatione nõ præmit infinitũ,

ex eoq; tangitur nõ est infinitum

Totũ nullo modo dicitur pars, quodnis nõ tangit finis, sed finis enim simile ut linea lineã,

Epicurꝰ democritꝰ.

Infinitũ uocatum cuiꝰ extra aliqd semper capitur,

Totũ et uniuersũ cuiꝰ extra nihil,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours


75 cere hæc ad reprehenſionem & confutationé rationis illius exiſtimo. Diſcutiamus nunc id quod obiicitur alia ratione, licere ſcilicet quauis magnitudine accepta, maioré imaginando fingendoq; capere, & adiicere ſemper quantum quis cogitatione animoq; conceperit: neq; poſſe quenquam etiam id uolentem conantemq; ita mentem & cogitationem abducere inhibereq;, ut nō ulterius prodeat coaceruando aſſidue accumulandoq;, uſque dum moles quædam immenſa conſurgat. Sed quamobrem obſecro neceſſe eſt magnitudinem conſtitui infinitam in rebus, quia uiſione ſola cogitationeq; infinita conflari? quaſi uero de nobis pendeant omnia, atq; ita res ſint, prout ipſi cōcepimus. Nam ſi te extra urbem eſſe concipio, ſi celſiorem monte, num propterea extra urbem ſis? Num (ut Homero dictum eſt) uerticem montis excedas? Amplum profecto minus atq; præclarum fuiſſet nobis à diis immortalibus iunctum, ſi omne id, cuius quenq; cupiditas inceſſeret, ſimul collibitum fuiſſet affingere id, repreſentareq; omnino, confeſtim nobis extaret. Concipiat Hercules ſe præſtantiorem deo, & ferat extemplo quod concipit, ſiquis ea libidine teneatur. Non ſunt igitur omnia, qualia ipſi concipimus, ſed qualia ſunt pleraq; pauciſſima nouimus. Tempus autem atq; motus nulla ui cogi poſſunt, ut initium aut finem agnoſcant (ſubeſt enim utrinq; infinitudo) nō tamen ſimul nec actu nec tota, quum fluxę ſint partes illorum caducæq;. Eæ dum fiunt ſucceduntq;, tum quaſi tegitur & texitur motus & tempus ad eundem modum. Continuorum diuiſio infinita eſt. Quòd ſi uiſa illa imaginaria uehementer quem urgent ac torquent, ſimus uel periculo liberales, audeamus fortiter, infinitatem demus. Quid ni? Sed imaginariam atque fictam, quæ neque actum neque ſubſiſtentiam præferat. Nam acrius quidem intuenti uidetur neque imaginatio quoq; ipſa infinitudinem aſſequi poſſe, tum quòd deponit aliquando, tum quòd finitum ſemper aliquid adiicit, idq; eatenus dum mens labore cogitationis affecta laceſſitaq; deſtituat, manusq; faſtidio det.

[a] *Quinque fuerant adducte rationes quæ infinitum eſſe probabant prima ex tempore ducebatur. ſecunda ex magnitudinis ſectione tertia ex perpetuitate generationis. quarta ex rerum ordine. quinta ex vi intelligendi & imaginandi. ex his tamen tres tantum ſoluit. huius vero rei rationem innuere videtur Them. quam Simpl. explicat. primam enim & ſecundam non ſoluit quia neceſſario probant eſſe infinitum aliquod non tamen id quod actu ſit: ſed quod potentia quod ſi vero cæteræ in id tendunt vt infinitum actu oſtendant: ideo eas diluit.*

FINIS LIBRI TERTII.

THEMISTII PHYSICES,

LIBER QVARTVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

1 

ODEM Ferme ordine de loco agendum diſputandumq; eſt. Primum an ſit, deinde [a] quemadmodum ſit, utrum ſeorſum ut ſubſtantiæ, atque per ſe, an potius in alio conſtitutus, poſtremo quid ſit. Quàm uero ad inſtitutum noſtrū pertineat ratio hæc, oſtendit uetus opinio, quæ alicubi omnia eſſe cōtendit, & quòd uſquam non ſit, ne eſſe quidem uideri, quod quidem non procedit. Nam quum uiderent ea quę non ſunt, ut Hircoceruus, ut Sphinx, nullibi quoq; eſſe cōmeare & reciprocare rationem putabant, ut ea quæ ſunt, omnia eſſent item alicubi. Verum ut in totum illi oberrent, fortaſſe tamen quia ueriſſimum ſit naturalia corpora, ignem, aërem, aquam, terram, quæq; de iis concreta ſunt, in loco eſſe aliquo oportere: partium phyſici erit de natura loci differere. Iam ſi philoſophus naturalis de motu conſiderat, motus uero naturalium corpo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



rum cõmuniſſimus atq; primus eſt: is qui loco utitur profecto uel nomine hoc, de loco nobis co
a gitandum cõmentandumq; eſt. Quamuis autem lõge difficillima ea quæſtio ſit, [b] quum ex ipſa
per ſe loci natura, quam haud facile quis ex rebus utiq; adiacentibus loco definiat (quod paulo
infra monſtrabitur) tum uel maxime ea ratione, quòd primi uiam facimus cõmunimusq;, nul/
lo quidem initio uel omnino ueſtigio ueterum, cui poſſit inſiſti, nemine ad hoc æui comperto,
qui nedum in ea re paulo plus uiderit, ſed ſcite indubitauerit quoq;. Non tamen deprecandum
aut ſubterfugiendum nobis id oneris eſt, alioquin non pollicentibus, niſi quatenus uires noſtræ
ſufficiant.

[a] *Tria proponit Ariſto. inquirenda de loco, an ſcilicet ſit: quemadmodum ſit: & quid ſit: quid autem ſibi velit per primum & vltimum nulla eſt ambiguitas. circa tamen ſecundum aliqua eſt di uerſitas inter expoſitores. Them. enim quem cõmen. inſequitur referunt illud quemadmodum ad modum quo locus eſſe habeat. videlicet nunquid per ſe eſſe habeat veluti ſubſtantia vel in alio vt accidens. Attamen Simpl. hoc in loco quemadmodum ſit locus exponit hoc eſt quæ inſint ipſi quaſi velit quod hæc ſit quæſtio quæ tertio loco collocatur ſecundo poſte. quę ea ſcilicet inquirit quæ rei inſunt. vnde & quærit ipſe cur eſt quod Ariſto. quemadmodum ſit præpoſuerit ipſi quid ſit. cum ordo ſit in eis contrarius, vt ſecundo poſte. manifeſtum eſt. aitque ea ratione hoc factum eſſe: quia ſæpe ex his quæ rebus inſunt deducimur ad cognoſcendam earum ſubſtantiam. Verum inferius vbi de vacuo agit idem Simpl. inſequens Aſpaſium quid ſit & quemadmodum ſit quaſi ſint idem exponit.* [b] *Huius loci hæc eſt fidelis interpretatio nam ſiquis ea omnia quæ loco inſunt conſide rauerit non vtique ex ipſis.* ἔχοι τὸν αὐτὸν ὁρισμὸν ἀποδοῦναι. *hoc eſt poterit eandem afferre definitionem.*

3  C primum quidem eſſe in rerum natura locum plurimis declaratur euentis. Ce/
dunt ſuccedunt q; mutuo corpora, & eo loci ubi aqua inerat, diffluente aqua iden
tidem ſubinde q; aër ingreditur, eodem mehercule modo, quo in uaſculis & doliis
cernitur. Ita fit ut idem permanere locus, ſed diuerſa excipi corpora uideantur. Ex
iis quæ diximus, duo eueniunt: unum ut locum eſſe oporteat, alterum ut neceſſe
4 fit ab iis corporibus quæ locantur, diuerſam rem locum haberi. Præterea quum corpus omne ſi
non detineatur præpediatur q;, in ſuum quodq; locum impenſe cõmigret, ignis in ſublime, terra
in imum, palàm fit non modo locũ eſſe ſimpliciter abſoluteq;, ſed & peculiares ueluti uires quaſ/
dam eius haberi, eas q; loci uideri & eſſe diſtantias differentias q;, ſuprà, infrà, dextrorſum, leuor/
ſum q;, ante, retrò uerſus, quo uidelicet corpora moueantur differanturq;. Neq; credat quiſpiam
huiuſcemodi locorum diſcrimina uarietates q; ex noſtra tantum inſtitutione creari pendereq;
adeo ſed (quemadmodum ſumus & præfati) ab ipſa planè natura inuentas, collocatas, & affirma
5 tas ſciat. Quomodo autem hæc differant, nõ impendio obſcurum internoſcere. Nobis nãq; idem
plerunq; eſt & infernus, & ſupernus locus. Nam ſcandulæ imbricamenta q; ædium, quæ modo
nobis meditullio impluuii agẽtibus ſuperna ſunt, cõmodum aſcẽdẽtibus tectum, fient inferna:
& columna, quæ nunc eſt à dextra, ſi me conuertero, pũcto fiet à læua. At ſitus natura diſpoſitos,
præfixos & cõditos ipſi corporum naturalium motus atq; impetus produnt & detegunt, ut ſu/ 1
pernus is ſit, quo ignis & leuia conuolant: infernus, quo glebulenta & grauia proſternuntur &
corruunt. Et hercule hos locos natura nõ ſolum maximo interuallo diſpeſcuit, ſed etiam uiribus
& poteſtate ſeiunxit: quod quidem inde datur intelligi, quia ſinguli ſuas & maxime differentes
quoq; naturas tum recipiant tum cõſeruent. Sed & quàm nõ ſit locus idem qui de ſtatu noſtro
inſtitutione q; naſcitur cum eo, qui natura præſcribitur, mathematicæ res affatim oſtendunt. Illę
neq; locum habent, neq; mouentur ullatenus, quia per ſe nõ ſubſiſtunt: de noſtro tamẽ habitu
reſpõſu q;, tum à dextra, tum à læua intelligi poſſunt & fingi: nõ quòd locum natura ſint ullum
adeptæ, dextrum læuum' ue, ſed quòd intelligantur tãtum de eo ſitu poſitæ. & quemadmodum
eas res imaginatione cogitatione q; abſoluimus & ſeparamus à motu, & qualitatibus reliquis: ita
& locum & reſpectum huiuſmodi quem illis natura nõ addidit, ſolum imaginando tribuimus.
6 Nam ii qui uacuum introducere nitebãtur, tãquam locum quẽdam ſubſitum id rebus uolebãt.
Quid enim ſi uacuũ ſit, eſſe aliud poteſt, quàm locus corpore deſtitutus uiduatus q;. Quamuis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

autem ſatis hæc ſint ad cõmuniendum id quod ſumus aggreſſi, nõ eſt tamen poëtarum autho-
ritas in ea quoq; re contemnenda inſuper, habendaq; penitus. Heſiodi inquam, qui omnium pri
mus nobis cõmendauit & prodidit locum. Nihil enim aliud per naturam illam hiantem (quam
Chaos & patorem appellat) quàm locum & inhabitaculum rerum intelligi uoluit: perinde ac re
bus præcauendum eſſet protinus aliquo, in quod reciperentur atq; reconderentur. Atque hic ex
7 eorum numero uidetur fuiſſe unus, qui res omnes alicubi eſſe arbitrabatur. Quòd ſi locus eſt
ita ut Heſiodo uiſum, profecto ea natura erit admiratione & ſpectatu digniſſima. Nam ſi rebus
omnibus primum ſuppoſitus & ſubiectus eſt locus, neceſſario ſequitur rerum primũ fuiſſe cõ-
paruiſſeq; locum: propterea nihil ſine loco fuiſſe, locũ contrà, & ipſum chaos ſine reliquis rebus
aliquádo adſtitiſſe: ita & tempore & natura præceſſerat. Nam loco ſublato reliqua eſſe continuo
peritura: non item quę in eo continentur ademptis ipſe perimitur, ut ſi ignis interſtinguatur, nõ
ſit abolitus propterea & locus. Sed ſi rem eſſe nihil aliud eſt, quàm alicubi eſſe loco, utique cor-
rupto, res quoque locatæ obiter interibunt.

8 SEd cauendum eſt, ne dum ultra quàm ſit par, loci naturam honeſtare illuſtrareq; tendimus, táquam frigidiuſculi rideamur, alioquin magnis uiris è regione pugnã
tibus: quorum rationes prætermittendæ nec ſunt, quibus illi nedum ut æquioré ullam ſententiam præferant, nihil loco relinquunt, ſed penitus de rebus extermi-
nant & interdicunt eſſentia. Proinde incõminantur, ſimul quis attentauerit quid
ſit locus afferre, coactum recantare & cõfiteri nõ eſſe. Nam primum deſigna (inquiunt) nobis, in
quo nam genere locum collocaueris. Nonne liquet in genere corporum? Eſt enim locus in tres
dimenſiones fuſus. At ſtatim abſurdiſſimum illud ſequitur, corpus in corpore recipi, & duo cor
pora eundẽ locum accubare occupareq;. Nam ſi & locus & id quod recipitur, corpora ſunt in di-
menſus æquales attenſa, nimirum bina ſimul corpora ſingulis locis aſſiſtentur collocabunturq;.
Quod portenti maxime cognatum atq; affine meditationibus Chryſippi Zenonisq;, ueteres tá-
quam apertiſſimum maximumq; mendacium cõfone diſploſerunt. Quod & pleriq; dicato ſeor
ſum opere amoliri & cõfutare ſunt conati. Præcipue uero Aphrodienſis Alexander in libris iis,
quos de meſtione compoſuit, paſſimq; utcunq; incidit mentio in reliquis rerum naturalium cõ-
mentariis, quorum lectionem uolentibus adire promptum ſit rationes illas ediſcere. Et Hercu-
les ſi corpus nõ ſit locus, haud planè uidere ſe quid demũ eſſe aliud poſſit. Nam diffundi in tres
9 dimẽſiones ſolius eſſe corporis proprium. At aqua dices, poſt aërem locum recipit: ita locus eſſe
per hæc oſtenditur. Sed attẽde ut ex hoc quoq; diſſentanea quædam incurrant: Quum aquam
excipit locus is, ubi aër fuerat antea, manifeſtum eſt ſuperficiem quoq; aquę receptam eſſe ad idẽ
exempli, quo recepta aëris fuerat. Si ergo ſuperficiem recipit, lineas quoq; & pũcta recipiet. Qua-
re locus erit ut corporibus, ita & pũctis ſuus. Sed hoc eſt impoſſibile, quòd locus pũcti nõ diſtet
à pũcto, nec locus lineæ ſuperficieiq; à linea item & ſuperficie diſcrepat. Quid enim ſit per deum
ſuperficiei locus præter ſuperficiem aliud: & maior quidẽ ſuperficie locus eſſe nõ poteſt. Ea enim
parte, qua ſuperficiem uinceret excederetq;, nihil ſuperficiei utiq; contineret: & fortaſſe (quod in
tranſcurſu dixerim) locus ſuperficies eſt. Quòd ſi lineæ locus nõ differt à linea, & is qui ſuperfi-
ciem recipit, nihil eſt præter ſuperficies, & is qui continet pũctum ipſemet pũctus eſt: efficitur, ut
10 quum corpus aliquod aliquo in loco recipitur, locus ille ſit corpus. Præterea unaquæq; res aut
elementum eſt, aut ex elementis cõditum. Atq; hoc ueriſſimũ impromiſcue atq; ſimpliciter eſt,
ſiue de corporeis, ſiue de incorporeis loquamur. Et corporum corporea ſunt elementa, incorpo-
rea incorporeorum. Neutrum horum eſt locus. Primum inter incorporea cooptari & colloçari
nõ poteſt, quia dimenſum & magnitudinem præfert. Nec inter corpora, quòd (ut diximus) in il-
11 lo corpora receptantur. Iam locum eſſe initialem, & primam rerum putare, & táquam originale
principium omnibus, hominum eſt parum conſiderate loquentium, & in maximis rebus erran-
tium. Nam quo pacto principium eſſe uoluerint, num uti materiam? At quid nam uidetur de lo
co, tanquam de materia conditum conſtitutumq;: num uti formam? num uti cauſam mouen-
12 tem? num uti finem? At profer quiduis horum, qui conſtet? Sed & Zenonis ratio ſuperponen-
da nõ eſt: Si fuerint res (inquit) in loco omnes, fore ut ipſe quoq; locus in loco ſit, & huius etiam
13 loci alius ſubinde locus, atq; ita deinceps in infinitum alii conſtituantur. Si quis uero uacuum,
ut non eſt, ita de rebus etiam tollat, palàm eſt, ſi fuerit locus, nõ eſſe illum ſine corpore futurum,
ſed fore undiq; uerſus pleniſſimum & confertiſſimum in plenum. Qui locum defendunt, quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſtatuant de rebus iis quæ augentur & creſcunt? iis quantum adiicitur corporis, tantum accidit & loci. nam & totę contineri & recondi cernuntur. Neceſſe eſt itaq; maiorem effici locum, & unà cum corpore intumeſcere & gliſcere. Sed quo nam modo, aut unde ampliabitur locus, difficilis explicatu res eſt. Recte igitur initio dicebamus eum, qui loci naturam reddere tentauiſſet, pericli taturum, ne locum non eſſe fateri maxime cogeretur.

14 SAne nos alia uia aggreſſi, duplicem locum eſſe cõperimus: Alterum primum, non primum alterum, ſed qui quòd medio alio locus fit, locus per aliud cõmode appellabitur. Per aliud locus eſt is, qui pluribus corporibus eſt communis. Primus qui ſuus cuiq; conſentaneus adæquatusq; habetur. Id hoc exempli patuerit: Domus, urbs, terra, aër, cœlum, non ſunt loca prima, ſed per aliud. Is uero qui nihil præter te amplectitur ambitq;, locus is primus eſt tuus, quia propter hunc locum, qui primus & tuus eſt, duntaxat uera ſunt quæ de locis non primis dicuntur. Iccirco enim uerum eſt te domi eſſe, quia in loco illius aliquo tibi æquato poſitus conſtitutusq; es: & in urbe propterea, quia domi: & in terra itidem, quia in urbe. Sed ſi proprius locus eſt is, qui primus continet ambitq; corpora, neceſſarium eſt, ut locus ſit tanquam extimum quiddam limes, finis ac terminus, utpote quo primum corpora definiantur & terminentur. Nam quum nihil ſit medium, non poteſt dici ad aliud primum corpora terminari, & ad hunc proxime. Dicet quiſpiam, ſi locus eſt terminus primus & proximus rei, qui diſtinguetur à forma? Eſt enim forma prima, quæ terminat definitq; corpora, & quæ magnitudines ad ſubiectam materiam accõmodatas habilesq; impartit.

15 Sane ſi hoc reſpicias, locus uidebitur forma eſſe: ſin uero alia quædam accidentia loci conſideres, ad naturam materiæ perpenſius declinabit. Videtur enim [a] locus eſſe corporis & magnitudinis ſpacium: quæ conditio in materiam quoq; conuenit. Ea nanq; quum per formam finitur continenturq; ſuperficiebus & terminis, magnitudo & ſpacium quoddam efficitur. Et ſuapte quoque materia ſpacium eſt, quanquam finibus exemptum, indiſtinctum, interminatumq;. Si enim à globo ſphæra ue terminos & affectiones remoueris, nihil pręter materiam ſpaciumq; illud merum abſolutumq; reſtabit. Nec enim exiſtit conſtatq; terminis ſpacium, ſed finitur terminis. In terminis quoq; non eſt, ſed in ſubiecto. Ex hoc locus uideri ſimillimus materiæ poteſt: alioquin cognatio quoq; illa nõ tenuis fuerit, quòd quemadmodũ materia, item & locus formas ac ſpecies multas quæ corporibus inſunt, unus idemq; ſuſcipere continereq; uideatur. De ea potiſſimum ſimilitudine motus eſt Plato, ut idem eſſe materiam & locum in Timæo aſſeueraret. Id enim [b] quod formas alternatim ac ſucceſſu reciperet, modo ſyluam (id eſt materiam) modo conceptaculum (id eſt ſedem ac locum) uocabat: ceu una re multis nominibus dicta ſignificataq;. Veruntamen aliter in Timæo, aliter in iis quæ Agrapha inſcribuntur, ediſſerit de conceptaculo. Illic materiam

16 præcipientem, participantemq;, hic numerum, id eſt, magnum & paruum eſſe conceptaculum rebus & formis omnibus ſtatuit. Per hæc (ut dixi) uideri poteſt, materia eſſe idem & locus. Ac cæteri quidem fermè omnes locum eſſe aliquid putauerunt. Solus [c] Plato auſus eſt non ſolum dicere locum eſſe, ſed etiam finire quid eſſet: quanquam id parum proſpere, tranſlationibus agens; non proprio ſermone naturam eius indicans euelansq;. Liquido igitur conſtare arbitror locum, ſiue quis materiam eum putet eſſe, ſiue formam, tractatu utcunq; per difficilem uideri, utpotem quo noſcendo ad principia recurramus, quorum ſpeculatus per ſe altiſſimus eſt, & haud facile cuiuis adeundus, quia conamur ſeparatim cognoſcere ea, quæ ſeorſum cognoſci non poſſunt.

17 Porrò fieri non poſſe, ut forma aut materia locus ſit, non eſt impendio laborioſum oſtendere. Forma & materia ab ipſa re ſeparari non poſſunt, locus poteſt: ubi enim aër fuerat, per uiciſſitudines nunc aqua, nunc terra, nunc denuo aër inuehitur. Non enim locus aliquid corporis eſt, nõ pars, nõ affectio, nõ habitus, nõ poteſtas. Nam huiuſcemodi qualitates à corpore nõ exoluuntur, locus exoluitur. Hercules uidetur uaſi eſſe ſimillimus. Eſt enim uas locus tranſlatilis, & ipſum quoq; nihil eſt rei. Igitur dixerit quiſpiam, locum nõ eſſe contenti locatiq; corporis accidens, iccirco quia ſeparatur à corpore: an ita ſoluitur, ut eſſe in loco, accidens ſit inſeparabile corporis, lo-

18 cus nõ ſit locati corporis accidens, ſed plane illius, cuius ſuperficies atq; exitus eſt. Materia autem eſſe nequit locus alia etiamnum ratione. Quòd quum materia contineatur, continere cernitur locus. Iam deforis externusq; locus eſt, materia & forma interna. Plato uero qui contendit oſtendere locum eſſe materiam, non uidet ſe, ſi ita ſentiat, ſuas illas ideas numeroſq; ſpecificos in loco eſſe cõſtituturum, quia (ut dixi) materiam ſubiectam numeris facit, quam ille interim magnum

& paruum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

19 & paruum,interim participationem & præceptionem appellitat. Præterea ſi res quæ mouentur in locos proprios feruntur, in materiam & formam nulla res fertur, quia ſecum & intra ſe continet utranque naturam,certe neutra locus erit. Equidem libenter pol diſcerem,qui fieri poteſt, ut corpora ſi locum (id eſt materiam & formam) intra ſe continent moueantur? ut locus ſupernus,infernus diſtent, ut ad ea loca differantur? At in materia & forma quid nam & ſupra? quid
20 infra? Quærenda enim & aſſignanda ſunt loca, ad quæ corpora naturalitus deferuntur. Quòd ſi materia forma ue locus ſit, quum materia & forma motu corporum moueantur, ibiq; adſint ubi ipſæ res adſunt & corpora, primum ſequitur illud abſurdum, moueri locus poſſe: deinde quomodo elabentur,ne locum eſſe in loco concludant? Si enim tunc in loco corpus eſt, quum hinc illuc aut cõtra defertur,profecto & locus corporis eſſe in loco uidebitur ſi ipſeq; ſimul cum
21 corpore deferatur. Prꝛterea cum uicibus corpora permutentur,aër in aquã,aqua in aërem abeat, ſi formam eſſe putaueris locum,continuo locum fateberis poſſe corrũpi,quia & formæ in tranſmutationibus & conuerſionibus corrumpuntur. At quæ nam ſit loci corruptio, difficile eſt afferre,uel fingendo. Aut ſi materiam eſſe locum dicas, cur aqua recens progenita non in aëris loco maneat,quippe qui iam uanuerit:in aëris materia maneat,quippe quæ incorrupta ſit ſemper, atque ut inquit Plato,una atque eadem manens differentium formarum ſignaculis & impreſſionibus exculpatur.

• *Simpl. aperiens locum præſentem in hunc fere modum ſcriptum reliquit. Videtur equidem locus eſſe ſpatium illud,quod magnitudinem ſuſcipit.ea enim magnitudo in loco eſt:quæ eſt ſpẽ ſua terminata:in qua duo poſſunt perſpici & cõſiderari.primum eſt ſpatium interminatum quod intelligere poſſumus vt remotum & abſolutum eſt quocũq; termino cæteriſq; accidentibus quorũ ſuſceptiuum eſt:alterũ vero eſt finis terminuſue illius ſpatij interminati qui quidem ipſum continet terminatq;.is autem forma eſt.at id quod ab hoc ſequeſtratum intelligitur aliud nihil eſt quam materia vel quod idem eſt dicere ſpatium.horum deinde occaſione mouet idem Simpl.Dub.magnitudinis enim ſpatium quantum quoddam eſt ſed quantum forma eſt.cur ergo ipſum materiam appellat Ariſ.In qua quidem re controuerſia eſt inter Alex.& Simp.Alex.enim ſpatium omne quod magnitudini & quantitati attinet formæ attribuere videtur. nam & ait, quæ hæc in loco de materia dicuntur non eſſe accipienda ſicuti ea quæ ab exacto examine auctoris prodeunt:ſed tantummodo tanquam oportuna ad oſtendendum propoſitum. Simp.vero omnino contendit materiale illud ſpatium:neq; proprie quantũ eſſe:neq; formã niſi eius formæ: quæ magnitudini & quantitati attinet, fiat particeps.ſed tantummodo eſſe fuſionem quandã interminatam indefinitamq; & conatur oſtendere in hac eadem ſententia Ariſ.eſſe qui ait eſt autem id ipſum materia & infinitum ſeu interminatum annotat etiam idem Simpl. tanquam corollarium quoddam non eſſe credendum ſpatium id corporeum quod vt magnitudo aliqua & quantum habetur:aut illam multitudinis ſecretionẽ quæ in numeris reperitur: ab ipſa materia in corporibus haberi. ſed eam ſolummodo diſtractionem diffuſionemq; & interminationem qua materialia ab immaterialibus differunt.*

ᵇ *Hæc ſunt Themi. verba in hoc loco.* τὸ γὰρ μεταλαμβάνον τῶν εἰδῶν ὅσπερ ὕλη, καὶ τὴν χώραν ὅσπερ ἐστὶν ὁ τόπος ταυτὸ λέγει καὶ τοι τὴν ὕλην, ἄλλως μὲν ἐν τιμαίῳ φησὶν εὔχεσθαι τὰ εἴδη, ἄλλως δὲ ἐν τοῖς ἀγράφοις δόγμασι ἔχει μὲν γὰρκα τὰ μέθεξιν ἐν τοῖς ἀγράφοις δὲ, καθ' ὁμοίωσιν *quorum hęc videtur fidelis interpretando nam id quod alternatim formas recipit quod quidem materia eſt: & ſedem quod eſt locus ipſe eadem eſſe aſſeuerat. verumtamen aliter quidem materiam ait in Timeo recipere formas aliter in ſententijs agraphis. nam ibi participatione. in agraphis vero ſimilitudine.*

ᶜ *Themi. & Alexan. Platonem accuſant, quod tranſlationibus ſi vſus cum materiam ſedem vel locum appellat.dixitq; alle.merito ab Ariſt. carpi in hac re. nam conſentaneum erat vt prius aperiret. quod eſſet propriũ loci ſignificatum vt eſſe doctrina apertior ſi eius nominis trãſlatione erat vſus quod tñ nuſq; feciſſe cõpitur. Attñ Sim.Platonẽ defendens eũ nõ trãſlatione vſum eſſe*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ait in nomine loci: ſed nomen loci ſub cõmuniori quoddã ſignificatu acceptiſſe: qua. ſ. ratione id ſigni ficat quod eſt alicuius ſuſceptiuum: quemadmodum & Ariſt. animam locum ſpecierum appellauit.

22 TActenus ambigendi rationes attulimus. Ab his quot modis res dicatur in altero eſſe exponendum uidetur. Id enim pertinere maxime ad demonſtrationem præ/
23 ſentem putamus. Ac primum quidem unus ſignificatus is eſt, quo digitus dicitur in manu eſſe, & pars omnis in toto. Alter inuerſa uice, quo totum in partibus, ut os in oculis, fronte, naribus, bucca. Tertius, quo ſpecies in genere, ut homo in animali. Quartus, quo genus in ſpecie, ut in homine animal. Neque mirum uideatur, ſi in homine eſſe animal dicitur, quaſi id quod plus eſt, in eo quod minus eſſe non debeat. Nam ſi acriter inſpexeris, inuenies animal tanquam partem in homine. Proindeq; in hominis definitione includi comprehendiq; animal. Quintus, quo forma eſt in materia, ut lectus in ligno, & ſanitas in temperatura calidorum frigidorumq;. Sextus, quo in rege intelligitur poſitus rerum græcarum ſtatus, & quo demum in primo alioquo mouente gubernanteq; dicuntur aliqua eſſe collocata. Quale eſt illud Homericum: Hæc Iouis in genibus. Septimus, qui ad bonum & finem pertinet, ut quũ dicimus omnia in felicitate & beatitudine poſita. Sunt & alii modi quibus res eſſe dicuntur in altero.[a] Sed omnium quos enumerauimus, & quos ptermiſimus, ille eſt maxime proprius atq;
24 præcipuus, quo res in aliquo tanquam in uaſe & loco deſita conſtitutaq; dicitur. His ita explicatis id quod eſt conſequens inueſtigemus: Sit ne quippiam in ulla re, ita ut in ſeipſo. Et utrum modus hic ſub aliquem eorum cadat, quos prætermiſimus: an hoc omnino eſſe non poſſit. Porrò ueriſſimum eſt, omnia aut nullibi eſſe, aut in altero. Sed quonammodo inquies? Vſualis illa locutio recipitur, qua ſolemus plerunq; in ſeipſo eſſe quem dicere. Sed ſcire licet hominem non primo, ſed per aliud in ſeipſo eſſe poſſe. Ex eo enim quod hominis anima in corpore hominis collocata eſt, totiusq; hominis pars in alteram partem recepta, fieri poteſt hoc argumento, ut eſſe aliquid in ſeipſo dicatur idcirco, quia pars in parte ſit condita. Nam & animal propterea ſuimet mouens habetur, quia pars illius altera moueat, altera moueatur. Alio modo arbitrari totum in toto eſſe, prorſus eſt diſſonum. Quòd ſi quis ruſtice urgeat non dicere ſe animam eſſe in corpore collocatam, ſed ipſum prorſus animal in ſeipſo prorſus, is uidetur conſuetudinis licentiam ignorare, quæ efficit, ut plæraque à partibus commode, & appoſite denominentur. Quemadmodum itaque petaſatum calceatumue dicimus Socratem, non quòd totum corpus calceo petaſoue induſiatum ſit, ſed quòd tantum pedes iniecti munitiq; habeantur: ita & animal in ſeipſo eſſe conſueuimus dicere, quoniam pars altera intra partem alteram animalis condita conceptaq; eſt. Eodem exemplo poſsumus amphoram, hoc eſt, uas illud fictile, quod cum ipſo uino ſit, dicere in ſeipſo eſse, eo quod in uaſe uinum includitur, non quõd ſeorſum, aut uas
25 in uaſe ſit, aut uinum in uino. Prohinc non ſimpliciter abſoluteq;, ſed per aliud & ſecundum partem in ſeipſa res fuerit. Pleraque autem per aliud eſse dicuntur in aliquo. Eſt enim in homine albedo, ideo quia in corpore eſt, & in corpore propterea, quia in ſuperficie eſt.[b] At in ſuperficie non per aliud amplius, ſed per ſe immediateq; fuerit. Verum tametſi in ſuperficie ſit primum albedo, non eo tamen iudicanda eſt eadem res albedo & ſuperficies: ita ut ſequi poſſit in ſe ipſa rem eſse. Alia ſiquidem definitio ſuperficiei, alia albedinis & coloris eſt. Item, definitio animæ diuerſa eſt à definitione ſcientiæ, atqui ſcientia primum in anima haberi dicitur. Eſt enim in hõ/
26 mine ſcientia idcirco, quia primum in anima. Demum ſi ſingula percurreres, & æſtimare uelis, reperies definitionem recipientis rei alienam eſse à definitione receptæ. Quod quum ita ſit, quo pacto eſse in ſeipſo quippiam poteſt? Alioquin à ſeipſa ipſam rem eſse diuerſam & alienã oporteat. Eſt ne in ſe res aliquo eorum modorum, quos retulimus. Et hercules quæcunq; recipiuntur, in re diuerſa recipiuntur. Nam totũ quod uidetur eſse in partibus, nõ dicimus eſse in ſe ipſo. Aliud enim eſt totum, aliud partes ipſę. Totum eſt unũ & ſibiipſi idẽ. Partes & plures ſunt, & differẽtes. Sed neq; ratio ipſa quam diximus, ſinit rem eſse in ſeipſa ullam, quia definitiones, & naturæ eius quod eſt primum in aliquo, & eius in quo primum eſt aliquid, proculdubio differentes & diſcrepantes habentur. Quare ſi quid in ſeipſo eſset, naturas & definitiones pugnantiſſimas ſubiret: immò eſset illa ipſa quæ pugnant. Sed quemadmodum nequit eſse, ut uinum ſit amphora fictilis ſimul atq; uinum: aut ediuerſo, ut amphora fictilis ſit uinũ ſimul & amphora, ita nequit eſse, ut in ſeipſo ſit quippiam. Verum ut ante dictum eſt, eſse in ſeipſo aliquid penes ſecundumq; par/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem poteſt,ita ut totius amphoræ pars,id eſt,ipſum uas fictile uinũ excipiat,non quòd ſit ipſum uinum, ſed res à uino diuerſa:pars,id eſt,uinum in uaſe ipſo excipiatur, ñon quòd ipſummet ſit uas,in quo ſit,ſed quòd in re altera & à ſe omnino diuerſa, tanquam in uaſe collocetur. Semper enim definitio eius quod in altero eſt,diſtat ab ea,quæ eſt eius,in quo eſt alterum.Quemadmo/
17 dum in ſeipſo ipſe nihil per ſe poſſit,conſtare de ſupradictis rationibus puto.Quàm uero neque per accidens eſſe in ſeipſa res poſſit,peruincemus hoc modo. Illud prius notauerim non idem in telligi cum per partem,& cum per accidens dicitur. Quamuisq; utrunq; per aliud ſit, [c] per plu/rimum tamen utrum afferas, intereſt. Animal per partem obtuitur, quia oculi quibus officium obtutus abſoluitur,pars ſunt animalis. Per accidens fluctuat malus in naui,quia in naui quę flu ctibus iactatur,accidit malus. Albedo quoque,quia motu hominis,in quo eſt,mouetur,penes ac cidens dicitur moueri. Atque ii duo modi habentur, quibus res per accidens dici exiſtimantur. Primus quum pars afficitur affectione totius, alter quum accidens afficitur affectione ſubiecti. Vtrum genus accidentis afferimus,quo quid in ſe ipſo eſſe per accidens poſſit? Quod equidem ſcientiam,planè uideo neutrum,alioquin ſit neceſſe, alterum aut ſuimet,ut pars,aut ut accidens fiat,quod quidem ſuprà captum cogitationis eſt. Atque ita quidem ſi aliquid eſſe accidens in ſe/ipſo poſſet nulla ratione alia poſſet, niſi quia uel pars eſſe uel affectio ſuimet poſſet. Eodem mo/do amphora in ſeipſa per accidens eſſe non poteſt, niſi aut pars aquæ ſit, aut accidens amphora. Nam ſimulatq; aqua collocata eſſet in uaſe, ipſum quoque uas, quod aut pars,aut accidens fuiſ/ſet aquæ,in ſeipſo utiq; collocaretur. Hoc uero perridiculum eſt, præterq; ſequitur duo corpo/ra eſſe eodem in loco futura, tum uas quod in ſeipſo eſſet, tum aqua quæ contineretur in uaſe.
18 Verum de his ſatis.Ex horum modorum explanatione Zenonis cauillus facile diſſuitur,quo il/le utebatur ad demonſtrandum ſi locus aliquid fuiſset,in alio loco ſubinde locum eſse oportuiſ/ſe. Prorſus,ut dixi,res in aliquo eſse [b] multifariam poteſt intelligi, eritq; locus nimirũ ipſe in ali/quo,utiq; non in loco.Is enim qui proprie locus eſt corporis nobis obducti,& circundati,& abi/entis eſt ultimum. Eſſe uero in aliquo dicitur locus,id eſt,in corpore eo, cuius ipſe pars atq; exi/tus fuerit,nõ tanquam in loco,ſed tanquam in toto.Nam & ſanitas in aliquo eſt intemperamen/to ſcilicet calidorum frigidorumq;,non tanquam in loco,ſed tanquam in corpore,cuius eſt habi tus. Caliditas item atq; frigiditas in corpore,nõ ut in loco,ſed ut qualitates eius & affectiones ha bentur. Ita & locus in aliquo ſit,dum non ita ut in loco: alioquin diſsentaneum fuerit eam rem
19 in infinitum extrahere.Sed ſatis hactenus indubitatum diſputatumq; in contraria eſt.Nunc de/cernendi ſententia & fiducia inſumenda.

[a] *Vndecim enumerantur in præſentis modi quibus res in altero dicitur. hæc vero tantummo/do octo.quod ob id eſt quia quidam ibidem in duos diuiduntur. vt ait.Simpl.qui in vnum hæc co/guntur: ſicuti modus ille quæ forma in materia: & accidens in ſubiecto eſſe dicitur.ſimiliter quæ aliquid in vaſe vel in loco omiſit prętera in præſentiarum modum quo aliquid eſſe in tempore di cimus: qua propter forſan quia de tempore nondum egerat.inter hos autem modos propriſſimus eſt is:qui ad locum refertur:quia eſſe in aliquo proprie videtur importare eſſe alicubi:quod maxi/me ſignare videtur eſſe in loco:vt ait Alexan.* [b] *Ex his forſitan quæ de ſuperficie ab Ariſ.hoc in loco dicuntur occaſionem accepit Themi.vt quinq; crederet eſſe modos quibus aliquid per ſe di/citur:cum tamen cæteri quatuor tantum enumerent nam:quintum eſſe credit:qui oritur ex relatio ne accidentium a ſubſtantia:quibus non per aliud inſunt:vt color ſe habet ab ſuperficiem compara tus de quare loquitur ipſe primo poſterio. analyti. libro cap. 10. & .2. de anima. cap.22.*

[c] *Per aliud cõmune quid eſt:quod diuiditur in id quod per accidens dicitur & id: quod partem vt etiam Simpl. hæc exponit.*

[b] *Querit hoc Alex.quonam ex his modis:qui ſuperius ſunt enumerati:locus in aliquo dicatur: & ſoluit dicens nunquid vt affectio vel habitus aut omnino vt in ſubiecto: an potius vt pars in to to:quodam enim pacto ſuperficies pars eſt:qua quidem ratione vt terminus ſumitur terminati cor poris:qua vero lõgitudine & latitudine eſt definita: pars eſt corporis cuius ſubſtãtia tribus cõſtat dimẽſionibus.vnde ſuperius quo loco Ariſ.docuit multa i aliquo eſſe nõ primo:ſed ſecũdũ partes:*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vſuſq; eſt exemplo albi quod in corpore eſſe dicimus nõ quia ei primo inſit ſed per ſuperficiem. hac eadem ratione expoſuit ſuperficiem corporis eſſe partem.

30 QVoniam uero loci natura compertu exploratuq; ardua eſt. Primum conſiderabimus & quaſi reponemus ea, quę ineſſe loco communi hominum intelligentia opinioneq; iudicantur: deinde ſenſim irrepemus ad cõmunitionem abſolutionemq; reliquorum. Ac primum quidem confeſſum eſt omnibus, locum complecti continerique eas res, quarum eſt locus. Deinde locum rei illius, quam continet, nihil eſſe, quod nos ſupra neceſſariis rebus addiximus. Tertium eſt locum primum citimum, & proprium maiorem minorem ue corpore, eo quod continetur, eſſe non poſſe. Non minorem: qui enim ambiret amplecteretur q; : nec maiorem, quia in partem illam ſubſiduam corpus alterum poſſet inferri ſuffarcinariq; : ita confieri, ut iam neq; proprius, neq; primus, neq; citimus ſit futurus. Quartum eſt, ut locum à corpore collocato ſeparabilem eſſe dicamus. Atq; hęc nos ex ſucceſſu ſubeuntium corporum, & uiciſſitudinario rerum ingreſſu egreſſuq; uerum eſſe ſuprà docuimus. Poſtremum quod affirmauerim eſt, ut quæcunq; in loco ſunt, aut ſuperiori, aut inferiori loco eſſe
31 neceſſe. Subiectis his hunc ad modum perſpicienda & reducenda ſunt reliqua. Prorſus neceſſe eſt, talem definitionem afferre, qua tum argumenta contraria diſſoluantur: tum ea quæ ineſſe uidentur loco aſſerere ac tueri poſſimus. Inter hæc illud quoque manifeſtum obiter fiet, quidnam
32 cauſæ fuerit, quod in ea re explicanda enodandaq; difficultatem & ſcrupulum pareat. Primum ſcire oportet nullam haberi poſſe de loco mentionem, niſi motus localis aliquis haberetur, propterq; id potiſſimum cœlum eſſe arbitramur in loco, quia in motu ſit & excitu maximo. Tria autem genera localis motus ſunt, delatio, auctio, & minutio. Nam & in auctione rerum locus exloco mutatur, & quod prius fuerat, hic quodq; dodrantem (uerbi gratia) occupauerat loci: maiorem deinceps minorem ue ſibi locum adoleſcendo minuendo ue comparauit. Mox & illud quoque notatu dignum, non ex omnibus quæ mouebantur, ueniſſe nos in cognitionem loci, ſed ex his modo quæ per ſe ac proprie mouebantur. Nam quæ per accidens mouentur, quemadmodũ proprie nõ mouentur, ita neq; loco egere, neq; loci noticiam perducere poterant. Sed & diſcrimẽ quoq; non admodum tenue uiſitur inter illa ipſamet, quæ per accidens mouentur. Quædam ſimul à toto ſubiecto ue ſeparaueris, per ſe moueri differriq; poſſunt, ut corporis membra, ut nauium claui. Quædam non poſſunt, ut albedo, ut ſcientia. Neutrum genus nos in primam loci cognitionem perrexit. Sed ea duntaxat occaſionem momentumq; præſtitere, quæ per ſe ac proprie mouebantur. Per ſe autem mouentur, ea quæ diſſeparata diſiunctaq; ſunt ab eo quo conti-
33 nentur, eiq; quod nihilominus tãgunt, minime continuantur. At manus implexa uolumini ſcribendo ſeorſum eſt à reliquo corpore, non tamen eſt à reliquo corpore ſeparata, neq; attigua brachio, ſed continua eſt: proinde nemo ſecundum illam partem, neq; per ſe mouetur, neq; in loco per ſe eſt. Verum quemadmodum ex iis, quæ per ſe mouentur, proculdubio natura loci petenda promendaq; eſt. Mouentur autem per ſe in mundo animalia. Num igitur mundum eſſe animalis locum cenſueris? minime. num igitur aërem? nequaquam. Quamobrem? quia probatum ſupra eſt, locum, neq; anguſtiorem, neq; ampliorem eſſe poſſe, quàm corpus locatum. Quiſnam igitur erit locus Calliæ peculiaris & proprius? Profecto nullus alius niſi eius aëris extrema & citima pars, qua ſolus Callias ambitur atque circundatur. Per id eſſe in aëre Calliam uerum eſt, per
34 aërem in mundo. Quo fit ut hic primus ſit Calliæ locus. Quum ergo, id quod continet, non eſt à re cõtenta ſeiunctum auulſum ue, ſed iunctum planè continuatumq;, ea res in loco eſſe, ſed nõ in ſuo toto putanda pars eſt, ut manus, ut crux, ut thorax in corpore. Quũ uero præciditur diſſe paratur ue, ita tamen ut tangat, tunc in eo loco eſt, ubi continentis eſt finis. Hic iam neq; pars corporis contenti, quum ſit extrarius, neq; arctior item aut capacior, ſed quoquo uerſus æqualis, & quadrans, & conſentiens finibus marginibusq; ambientis corporis ultimis, quia [a] contiguorum extrema ſunt ſimul. Planè partes, quæ in toto ſunt, non in toto, ſed cum toto mouentur: ea uero quæ ſeparata ſunt, in loco non cum loco moueri intelliguntur. Sed occurrat aliquis, nonne res, quæ in uaſis locantur, unà cum loco ipſo moueri uiſuntur, quotiens uaſa ipſa utcunq; moueñtur? Verum uaſa non ſunt loci, quos quærimus, proprii, quippe incluſis corporibus ampliora capacioraq;, ſed extrema, hoc eſt concaua illa fictilium internaq; facies, id maxime ac proprie locus eſt, utpote quæ habeat receptis rebus amplitudinem parem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Contiguorum extrema in eodem ſunt ait. Ariſ. verbum illud in eodem expoſuit Them. imitatus Alex. hoc eſt ſimul quod ſi hoc modo expoſuerimus fateri oportet vt notat Simpl. hunc aliũ eſſe modum a præenumeratis: quo aliquid in altero dicitur cum ambo ſunt ſimul. & hoc concedit Alex. attamen Aſpaſius in eodẽ exponit vt in loco eo modo quo ſuperius conceſſimus vini amphoram eſſe in ſeipſa ob id quia pars in parte eſt: & ſuperficies (ait ipſe) eius quod in loco eſt: in ipſo loco eſt vna cum fiat ſuperficies: ob impartibilitatem. Quærit tamen Simpl. ſi vna efficitur quomodo ſit in aliquo. & ait nunquid in continente corpore.

35 Si itaq; uera ſunt hæc, apertum eſt locum eſſe terminum rei, continentis extremũ, quę id quod ipſa continet, tangit. Atq; hoc etiam alia ratione monſtramus.[a] Nam quum quatuor habeantur, quorum aliquod neceſſe ſit locum eſſe: Forma, materia, ſpacium inter rei continentis extremas margines comprehenſum, ipſi termini ultimi corporis continentis: ſi de tribus nullum eſſe locus probatur, id quod reliquum ſubſidet, locum uideri neceſſe eſt. Sed enim materiam locum eſſe non poſſe declarauimus ſuprà euidentiſſime. Errorem quoque illorum coarguimus, qui quòd & locus & forma complecti contineriq; uidebantur inſcitia diſputandi ratiocinandiq;, locum eſſe ſuſpicati ſunt formã. Sanè tametſi utrunque ſit terminus, non tamen utrunque rei eiuſdem eſt terminus: forma rei contentæ terminus eſt, locus utique continentis. Equidem ſi quis de me id quærat preſſius, neque terminum quidem nuncupauerim formam, utpote quæ non ſit ſuperficies, ſed ratio, & id quod ſub hoc uerbo quid ſit rem eſſe percipitur: niſi quis dignationi eius hoc tribuat, quatenus materiam fuſam diffluentemq; quaſi coërcet finibus, & intra certos limites reuocat, ueluti
36 norma quædam menſuraq; rerum ac numerus. Reliquum eſt, ut doceamus ſpacium illud, quod inter cauum uaſis interiacet, locum eſſe non poſſe. Sanè peruetus hæc opinio eſt, & eorum maxime affinis conſentaneaq; ſententiæ, qui uacuum in rebus affingunt. Polluit, uiguitq;, ea primum ætate Chryſippi, mox ſub Epicuro emerſit atque floruit. Aſſerunt impendio nonnulli idem quoque Platonem exiſtimaſſe. Cæterum omnes ii, qui de loco id ſedulo ſentiunt, ut ueriſimili argumento nitantur, lubrico tamen planeq; uitioſo atque falſo mouentur. Quum enim in cogitationem loci ueniſſent, & adhibito ſenſu clariſſime deprehendiſſent, corpora continue alia atque alia eodem in loco per alternationem & ſucceſſum haberi ac recipi, iëre curſu, ut locum eſſe ſpacium illud interceptum marginibus dicerent, quòd unum idemq; manens excipere concedentia ac ſubeuntia uicibus corpora, quaſi ſeiunctum & diuulſum à ſingulis quæ ingrederentur. Vt uero ita connixe opinarentur, uaſa potiſſimum in cauſa fuere. Quum enim intra eandem ſuperficiem fictilis, quæ certis finibus circunſcribebatur, interim aquam, interim aërem includi, contineriq; intuerentur, arbitrabantur illud æquor, quod intra illos fines coërcitusq; iacebat, quodq; idem permanere ſemper, & abiunctum, & ſolitarium uidebatur, eum ad modum quo & ſuperficies ipſa ſuccedentibus corporibus locum eſſe, & conceptaculum oportere. Eſt autem indicium quo mouentur fallitioſum ac tenue: nam ſi uas eſſe locus poſſet uacuus corpore, fortaſſe ſpacium illud, quod comminiſcuntur, peruidere ac ſerere potuiſſent. Non dantur autem id genus loca. Simulatq; enim egreſſus dilapſusq; humor eſt, obiter ſeſe aër inſinuat: atque inde deriuatus eſt error, quòd dimenſum illum ac ſpacium, quod corporibus ſuum quibusq; adiungitur innectiturq;, corporibus detrahunt & uendicant locc, neque perſpiciunt omnem dimenſum in loco eſſe aliquo oportere, idcirco quia corpus quoque, cui ſoli debetur dimenſus, & ſpacium, ſemper in loco eſt. Declarant id uaſa ænea & quoquo uerſus obſepta, qualia ſunt clepſydræ: ex iis ne ſtillicidia quidem eliquantur, niſi orificio altrinſecus aliquo adaperto, unde ſit aditus aëri ad eum locum ſubinde implendum, quem aqua diffluendo uacue feciſſet. Sed eo quoque falluntur maxime, quòd uaſorum ſuperficies caua nunquam adducitur. Nam ſi ut ueſicæ & utriculi ſolent, uento aut aqua dilapſa concideret ſolidaturq;, non tamen facile opinor decepti & ſeducti fuiſſent. Ergo igitur de ſpacio corporis mei atque aëre illo, quo ambior ſiccine imaginator: Quum primum me mouero, ſuperficies, quæ me operit & continet, coaleſcit atque diffunditur, & in ſe ipſam, ut ita loquar, inſinuat: eam uero ſuperficiem, quæ, quia ſolidorum corporum ſit, coire & confundi non poteſt, corpus continue aliquod tangit. Illi igitur corpus in eo ſpacio recipi autumant: proinde'que intra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſuperficiem ſpacium illud ſeorſum haberi ſemper ceu patorem,& amplitudinem quandam con dendis & hoſpitandis corporibus delegatum.

[a] *Ratio hæc ex diuiſione procedit: vt Simplicius ait, quæ quidem ſatis erit inefficax niſi oſtenſum fuerit quod ea diuiſio nequaquam manca ſit: quod nititur ipſe oſtendere in hunc modum. ſi id quod ſecundum locum mouetur: ſecundum locum tranſmutatur neceſſe id eſſe locum: ſecundum quod illud tranſmutatur quod ſecundum locum mouetur, tranſmutatur autem quod loco mouetur: aut ſecundum aliquid eorum quæ in ipſo ſunt: in ipſo vero nihil eſt præter materiam & formam. ait ſecũdum aliquid quod ipſi hereat: ipſi autem heret aut finis rei ipſum continentis aut ſpatium illius finis medium ſi quid aliquid eiuſmodi eſt.*

Contra Galenum.

SEd ſtatuamus,inquies, aqua dilapſa nullum corpus ingredi. Nonne iacebit intra ſuperficiem ſpacium ſeparatum? At Galene, uir ſcilicet ſapientiſſime accuratiſſi/ meq;,nonne abſurda & futilis eorum diſputatio eſt,qui ſumunt id quod in quæ/ ſtione diſcutioneq; ponitur. Quum enim quæremus hoc ipſum eſſe,ne poſſit ſpa cium tale, extemplo illud tute tibi conſtituis, & quale uolebas appingis, nulla id prorſus ratione cõmuniens. Præterea rem impoſſibilem poſtulas. Nihil enim aliud eſt ingredien tium & faceſſentium corporum tollere ſucceſſionem,quàm ipſa corpora tollere: neq; aliud facis, quàm ponis nec cœlum eſſe nec terram,neq; aliquod poſtremo eorum corporum,quæ nunc ha bentur: neq; gigni ſubinde poſſe alia. Ita efficis,ut illud ſpacium, in quo nunc ſunt corpora,& in quo non amplius ſunt futura,relinquatur ſolum in rebus. hoc autem eſſe non poteſt.[a] Neq; igi tur quod Galenus putat. Nam ſpacium ſine corpore nequit ſubſiſtere,quin frãgerentur potius diſſilirentq; æra, quàm corpore uacarent. Etenim uacuum inane ue nihil eſſe, & uero uacuum eſſe mox probabimus. Cur uero parietem putas undiq; uerſus ab aliquo corpore non poſſe non tangi(ſiquidem in hoc neceſſe non eſt uacuum admoliri)dolium & craterem poſſe. Etenim ſimi liter hunc ſemper aliquod corpus quaqua uerſus obit & tangit, differentia duntaxat in figura eſt. Sed dices: unde nã ſpacium illud,ſi nõ eſt ſeparatũ à corpore,intelligitur tamẽ quoquo modo ſeorſum à corpore? Tu uero,inquam,unde albedinẽ? unde nigritiam? Ea tametſi in contempla/ tionẽ ueniunt ſine corpore,nec tamẽ p ſe ſunt,nec à corporibus redẽpta,abſoluta,præciſa,ſed ſola eſt cogitatio,quæ id cõminiſcitur. Nõ enim idẽ eſt in hac aqua ipſa aquæ eſſentia,& ipſę dimẽſio nes aquæ. Pariter in hoc uino,neq; in hoc aëre. Sed & qualitates quoq; animo tantũ ſequeſtratæ, atq; adeò abiunctæcorporibus,nõ qdẽ ſeorſum habẽtur,ſed ſeorſum intelliguntur à nobis. Qua litates,inquã illæ,ſecũdũ quas eſt hoc aqua,illud aër,illud uinũ. adæque & ſpacium id,quaſi per ſe ſolitariumq; concipimus. Quũ itaq; tria illa corpora in eodẽ ſpacio,ſed uicibus cõſidere,& ue/ luti caſtra metari uiderent,quamuisq; qualitatibus & natura diſſentiant,tantundem tamẽ ęquo ris incubare,obtinereq; uiderentur. Contingebat illos credere id, quod ut aſſeuerãtiſſime poſtea tuebantur, ſpacium illud ab receptis corporibus eſſe diuerſum. Nam & ſenſu id probari poſſe, quo ſcilicet nullum eſt iudicium acrius obtutuq; iſto gemino,ſi intenderimus agnituros aërem, qui poſt uinum ingrederetur,non qualitates uini,ſed ſpacium idem occupaturum. Ita cum cor/ pora per qualitates ſuas,caliditatem,frigiditatem,candorem,nigrorem,in loco non ſint, ſed à ſpa cio id ſcilicet habeant,neceſſario ſpacium illud ueteres pro loco corporum habuere. Cęterum nõ acute hoc. nec enim ſequitur: Ex ſpacio habent res,ut in loco ſint,eſt igitur ſpacium locus. Quẽ/ admodum non ſequitur: Ex impetu habent res, ut moueantur, eſt igitur impetus motus. Hæ ſunt fermè cauſæ, quæ illius ſectæ homines in errorem præcipites egerunt. At locum quidem non eſſe ſpacium illud,quod inter rei continentis terminos iacet,manifeſtarie palàm fiet, ſi memi nerimus earum proprietatum,quæ nobis ſuprà formula quadam agentibus, ceu communes de ſcriptiunculæ indicatæ atq; adiunctæ ſunt loco. Ac primum quidem locus continet,continetur ſpacium. Locus à corporibus ſeparabilis diuiduusq; eſt, ſpacium cum corporibus adeſt abeſtq;. Diximus enim eum qui ſine corpore ſpacium poſtulat, uelit,nolit,uacuum poſtulare. Diximus etiam eandem neceſſario permanere amplitudinem ſpacii,Spacium diuerſorum idem eſſe nõ po teſt. Item locus nihil eſt corporis,Spacium minimo minus ipſum corpus eſt. Prętera qui locum eſſe ſpacium aſſerit,non ſolum corpus in loco eſſe aſſerit, ſed etiam locum in corpore, quum ali/ quanto rectius dicatur ſpacium in corpore eſſe, quàm corpus in ſpacio: quia [b] alterũ accidens eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qualitas,ſubſtantia,alterum corpus. Equidem perlubenter illud didicerim, quum corpus in loco recipitur,ſeruet retineatq; ſuam dimenſionem (eſt enim ſuus cuiq; menſus,primum: deinde ita in loco recipitur) an abiiciat ſuam,atq; ita in eam modo, quæ loci eſt, recipiatur. Si reſpondeꝛint ſuam abiicere, doceant qui fieri poſſit, ut incolumi corpore dimenſiones corporis corrumpantur. Et hercules,cur proprias exuat, ut alienas induat? Quòd ſi utranq; ſeruatam & retentam uelint,qua ratione,quo digeſtu duas ſimul cõmiſerint? Vtram eſſe in altera dixerint,utram continere, utram contineri cenſuerint, iam illud diſcrimen rationis afferte:ſi eſse ſimul duo corpora nequeunt,quamobrem opinemini duo ſpacia duas dimenſiones poſſe. Nam cętera accidentium,caliditas,frigiditas,albedo,nigritia,impedimento non ſunt:nec ſtat per ea,quo minus eodẽ in loco plura ſint corpora. Nec enim molem aut amplitudinem qualitates, id genus habent, ſed ſolæ dimenſiones & ſpacia. Quoniam uero illi hoc fortaſſe, tanquam ſequens admitterent, noſtræ partes ſunt, qui refellere illos occepimus, hoc ipſum quod ſequens eſt coarguere. Sciſcitandum eſt igitur & quærendum de illis,num aucto ampliatoq; corpore augeantur & dimenſus loci,necne. Si primum,poſſet enim quis facile credere magnitudinem augeri, quæ continet ex alterius magnitudinis incremento:non ſecus tamen id fuerit,atque ſi pullum augeri de alimonia catuli crederet. Si ſecundum, iam id nemo facile crediderit. Qui enim fieri poteſt, ut locus ille qui auctis rebus ipſe non eſt auctus, ſit amplius capax rei maioris loco? Hæc autem ratio in nos recurrere,aut retorqueri non poteſt,qui ultimam corporis ambientis marginem locum eſſe ſtatuimus. Non enim poteſt per ſe ſuperficies augeri. Hæc ferme ſunt,quæ nos ſeorſum cõtra eam ſententiam excogitauimus.

[a] *Simpl. etiam ait ea Gale. petere quæ ſibi ipſis pugnantia ſint quia qui poſtulat in vaſe nullum eſſe corpus: eſse tamen ſpacium dimenſionem ue: poſtulat in ipſo vaſe & eſse & non eſse corpus: nam ſicuti corpus nequaquam eſse poteſt ſine dimenſione: pari ratione dimenſio ſine corpore ſubſiſtere nequit.* [b] *Mendum eſse reor in latino codice nam ipſe* εἴγε τὸ μὲν συμβεβηκὸς ποσὸν γάρ, τὸ δὲ οὐσία, σῶμα γὰρ αἰσθητόν. *græce ait, hoc eſt quia alterum accidens eſt: quantum enim alterum vero ſubſtantia: corpus etenim ſenſile.*

37 RAtiones uero quibus utitur Ariſtoteles, quanquam ſubobſcuriores uidentur eſſe,conabimur tamen pro fide ſaltem inſtitutæ nobis cõmentationis mediocrem illis lucem inferre. Si,inquit,ſpacium ullum per ſe eſſe naturaliter poſſet,& in ſeipſo manere,infinitos haberi locos oporteret. Quamobrem? Quoniam ſi uas aquę aut aëris plenum aliquò traducatur, quicquid in eo reſpectu de tota aqua ſtatuitur, idem in partibus aquæ ſpectabitur. Quum itaque tota aqua in eo motu obtineat dimenſionem ſuam,& gerat partes quoq; in eodem motu ſuas,quæque dimẽſiones obtinebunt & gerent. Porrò quocunq; delata fuerit amphora:palàm eſt habituram ſpacium: aliquod eſſe inter continentis aëris terminos. Eius autem ſpacii ſuas ſibi portiones cum aqua, tum aquæ partes habebunt. Sed collige obſecro uno in loco,quot dimenſiones & ſpacia habebuntur: primum id,quot uniuerſa geret amphora:tum id,quot tenebit aqua,quę pars eſt amphoræ:deinde quot partes aquę ſingulæ nanciſcentur. præter hæc ad tota,quot aqua habebit in amphora,utpote quæ in loco,id eſt,in amphora & in ultimis cauæ ſuperficiei terminis ſit. Accedunt & ea,quæ ad ſingulas partes ſortito accõmodantur iis,ſi adieceris id quod eſt amphoræ totius,in eo quod corpus eſt, quemadmodum & aqua: item,id quod partis eſt in eo quod corpus eſt pars,comperies plurimas, atq; adeò infinitas eodem in loco dimenſiones & ſpacia. Ego [a] abſurdius quiddam in partibus uideo: nam ſingulæ & in proprio aderunt loco & in loco maioris partis cubabũt. Quumq; abeat ſectio omnis in infinitum, abibit in infinitum & iſta locorum aggeſtio. Enimuero ſi ſpacium locus eſſet,nõ ſit diſſentaneum putare ſingulas partes in loco eſſe per ſe, quia in ſuo quæque ſpacio ſita, per ſe collocata uideretur,quod quidem ſpacium totius loci pars eſſet. Ii uero qui ultimum continentis eſſe locum uolunt,ut nos,per accidens partem eſſe in loco conſtituunt,quia totum in loco per ſe eſt. At ii qui ſpacium uniuerſum illud interiacens faciunt locum, qua ratione defenderint, ne partes per ſe in loco eſſe uideantur. Ita confit ut neceſſe ſit locos ſingulis rebus infinitos adiungi. Euenit etiam ut locus in loco ſit. Nam ſpacium id quod extremo illo ambitu cauoq; includitur,ſi tranſlata aliò amphora ſit, erit in alio quoq; ſpacio, atq; ita in alio loco ſubinde collo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

catum. Num hæc incõmoda ſequuntur eos, qui ultimam continentis faciem locum putant? Minime: ſed quam ob cauſam? Quia ſi transferatur moueaturq; amphora, haud conceſſerim ſcilicet aquam & aquæ partes alium locum eſſe occupaturas, quum eadem ſuperficies in cauea maneat, quæ aqua amplectitur, nec diuarietur, ut ſpacia. Sed quęres ſi uinum & partes in dolio tranſlato, eundem locum occupant, quem anteq; occupabant, quo pacto uerum ſit id, quod dicitur frequenter uinum de atrio in penum fuiſſe tranſlatum? Sanè quum ita transfertur dolium, per ſe non mouetur uinum, quippe quod acquieſcat in dolio, ſed dolium ipſum in quo uinum eſt, mouetur per ſe atque transfertur: id enim in quo aër, aqua, uinum, aut aliud quippiam eſt locatum, defertur moueturq;, non utiq; aër, non aqua, non partes. Hæc autem tunc moueri uidétur quum uiciſſim ſubeunt ac ſuccedunt in dolium. Quòd ſi ſpacium locus foret unà cũ uaſis, ipſa quoq; corpora per ſe, & partes corporum mouerentur, & ad exemplum uaſorum dimenſiones uarias & ſpacia obſiderent, & loca diuerſa mutarent, & ſingulę ſingulis locis diſtribuerentur: nõ quidem per accidens, ſed ita ut quiſq; locus pars ſit loci maioris, atq; ille alius exinde maioris, eatenus dum ad ampliſſimum locum & ad capaciſſimum ſpacium ueniatur, in quo cœlum contineretur. Ita hercules hoc de opinione illa mirabile ceu corollarium ferimus, locum eſſe partem loci oportere, quemadmodum dimenſionis & ſpacii partem ſpacium eſſe & dimenſionem oportet. Atq; hoc non illi quidem dicunt, ſed tanquam extrinſecus ſequitur. Illuc nunc recurrimus: Vinum aut contendunt per ſe moueri quum abſportatur (& dudum oſtendimus, quòd anguſtias adituri ſint, ſi id conceſſerint) aut fatebuntur quieſcere. Sed ò rem ridiculam, Thaſium uinum Athenas ſine ullo motu perferri. Non enim reddere cauſam diſcriminis poſſunt, quibus uidetur locus eſſe dimenſio, cur uinum motis uegetibus per ſe moueri non poſſit, per accidens poſſit.

[a] *Simpl. aſſerit, hac ratione voluiſſe. Ariſto. oſtendere ſequi infinitum in actu ex ea poſitione. nam ſequitur quamlibet partem & in loco eſſe & moueri per ſe: quod autem in loco per ſe eſt & per ſe mouetur: determinatum eſt & actu ſubſiſtit: vt eſt ſuperius declaratum. partes ergo corporis quod in loco eſt per ſe erunt & actu diuiſę: at infinitæ ſunt partes in continuo: erit igitur infinitum actu. præterea loci erunt infiniti: vnicuique enim parti: ſi in loco ſit per ſe proprius debetur locus. Ariſto. autem hoc intulit tantummodo ſequi ſcilicet infinitos eſſe locos: & non infinitas eſſe partes: ob id quia de loco nunc ſermonem habet. Conatur præterea idem Simpl. has rationes diluere. ait enim illud incommodum: ſcilicet infinitas eſſe partes actu ſeparatas: infinitaque loca quia credimus eas partes: quæ in loco per ſe ſunt: oportere vt actu ſint ſeparatæ: hoc autem neceſſe quidem eſt confiteri: ſi velimus defendere locum eſſe ſuperficiem vltimam rei continentis: quod enim per ſe eſt in loco: cum circunſcribantur externa quadam ſuperficie, opus eſt vt actu ſeparatum ſit. quod ſi velimus defendere locum eſſe ſpatium illud: non eſt neceſſe fateri: nam cum ſpatium illud per vniuerſas partes diffundatur nihil vetat partes per ſe in loco eſſe: nec eas tamen eſſe diuerſas: eo enim modo partes ſunt in loco quo habent eſſe: vnde cum locus continuum quid ſit: habeatq; partes: continuum etiam erit corpus quod in ipſo eſt & ratione qua totum & ratione etiam partium. ego tamen Simpl. enim hoc modo occurrerem. ſi pars in loco eſt per ſe: per ſe etiam moueri poterit ſecundum locum: quod vero per ſe mouetur actu eſt vt inferius oſtenditur: at pars vt in toto eſt: non eſt actu ſed potentia.*

38 SAtis hactenus dictum atq; adeò confectum & comprobatum uidetur, locum dimenſionem aut ſpacium nõ poſſe: demonſtratum eſt etiam nec materiam eſſe, nec formam. Nam extra ea quæ abunde à nobis ſuperius in eam rem adducta meditataq; ſunt: præterq; id quòd tametſi in materia quieſcere corpora uideantur, quemadmodum & uidentur in loco, non tamen à materia abiunguntur, quemadmodũ abiunguntur à loco, certe neq; ſimilitudo ipſa reſponderit quadraueritue. Quum enim de materia loquimur, id quod prius fuerat aqua, nunc aërem uocamus. Quum uero de loco habetur
39 mentio, ubi prius aqua fuerat, ibi nunc eſſe aërem dicimus. In plenum, ſi locus neque materia, neque forma, neque ſpacium eſt, neceſſario quarta res fuerit, continentis ſcilicet corporis terminus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ac limes extremus, ſecundum quod contento corpori circunſecus adiungitur atq; committitur.
Porrò[a] in loco corpus omne eſt, quod poteſt moueri delatione, & quieſcere. Dixi delatione, ut cę
40 leſte corpus exciperem. Nec enim idem delatio & circunlatio eſt. In totum, uidetur locus cognitu & compertu difficilis, & prorſus magna quædam res eſſe. Quū enim multa ſint, quæ ad eam naturam proximè uideantur accidere, & quaſi calcem urgere, facile nimirum in re tam uaria quaſi fuligine ob oculos iacto, caligat & confunditur animus. Præcipue uero dimenſiones & ſpacia metam premunt atq; collimant, quia proculdubio ſimilitudine ambigunt cum loco affinitateq; maxima. Nam & immobilia ſunt, quemadmodum locus primus, & diuerſa corpora ſucceſſim excipiunt conduntq;, ita planè ut locus ſolet. Sed aperuimus iam rationem captionis illius. Quum enim exeuntia & ſubeuntia corpora, quamuis diuerſas affectiones, ſpatium tamen & dimenſum æqualem in quem reciperentur, haberent, arbitrabantur non æqualem modo illum, ſed unum atque eundem haberi ſeorſum corporibus recipiendis dicatum. Alioquin & ipſa ſucceſſio corporum propter celeritatem oculos hominum præſtringebat. Aër quoq; adiuuabat & prouehebat errorem, tanquam inuiſus incorporeusq;. Ita illis non ſolum termini & extrema uaſorum, ſed & ſpatium interiacens locus eſſe neceſſario uidebatur. Nam interuallum illud, quod in cauea eſt, ſine corpore eſſe & plane uacuum putabant. quod (ut dixi) tenuitas aëris & gracilitas facit, propter quam elementum illud minorem ſenſum quàm cætera, inuehit, quæ propter inſignem euiden-
41 tiam ſui facile dignoſcuntur, nec uiſum effugiunt. Eſt autem non uas uniuerſum locus, ſed introrſus extimum caueę. Huiuſmodi locus non ſimpliciter, ſed per accidens delatilis eſt. Nam corpus ipſum cuius ultimum locus eſt, per ſe defertur: & quemadmodum uas locus eſt delatilis, ita locus uas eſt immobile. Quum enim in re mota mouetur quippiam, ut nauis in fluuio, id quod continet nauim ſimilius eſt delato uaſi quàm loco. Nam locus ſuapte amat tenditq; eſſe immobilis: & hercules merito, quum terminus ſit, & unà cum re adſit, cuius eſt terminus. Sunt enim extrema ſemper cum ea re, cuius extrema ſunt. Quare ex his omnibus conſtituitur definitio completiſſima abſolutiſſimaq;, ut locus ſit rei cōtinentis extremum, immobile, primum ac citimum.
42 Proinde terra medium complexa mundi infimus locus eſſe uulgo exiſtimatur, extima uero atq; ultima cœli facies, ſupremus ac ſummus, atq; id propterea quòd uterq; uidetur immobilis. Sanè unus reuera immobilis eſt, alterum ſenſus indicat. In hęc loca mouentur, feruntur nutu ſuo grauia & leuia corpora. Leue eſt, quod ſurſum uerſus ſublime corripitur: Graue, quod deorſum terræ caducum illiditur: Infernum locum facit ipſum plane meditullium cardoq; mundi, præterq; terra, mox aër & aqua. Nā omne corpus graue, ab iis tribus elementis circundatur, aut omnibus, ut extantes in fluminibus lapides: aut duobus, ut gradientia & nantia. Supernum facit ultimus cœli tergus, & ſi quid deinceps eſt cœlo attiguum.

[a] *Hæc verba interpoſuit Them. vt dubitationi occurreret: quæ ex verbis Ariſto. oriri poſſit. ait enim ipſe: dico autem contentum corpus quod delatione mouetur: quæ verba videntur præferre omne corpus quod locali motu mouetur: in loco eſſe: hoc tamen falſum eſt. ſi cęlum reſpexerimus: quod motu locali mouetur: attamen per ſe in loco non eſt. Them. Alexā. inſequutus ait per delationem motum rectum voluiſſe. & illud quod de loco omnino in locum mouetur. Aſpaſius vero dixit non conuerti: non enim ſequitur ſi omne quod in loco eſt locali motu mouetur vt quod in loco etiam ſit. At Simp. conuerti affirmat: ita tamen vt eodem modo in loco eſſe dicatur quo etiam mouetur: cęlum enim per partes mouetur: & per partes in loco eſt: in circulo enim ait Ariſto. alia aliam continet: & ideo tantummodo circulo mouetur.*

43 
Illud itaq; corpus, extra quod alterum corpus eſt ambiens, in loco eſt. Illud uero extra quod nihil eſt, in loco non eſt. Quapropter terra quanquam immota atque una ſede ſemper hærens, tamen in loco eſt. habet enim extrinſecus alterum corpus quod ſe complectitur. Corpus cœleſte non eſt in loco, quia extra cœlum nihil eſt amplius. Nam ſi aërem aquam' ue ad exemplum cœli conſtituas, extra quæ nihil ſit, neq; ipſa quoque in loco uiderentur eſſe. Dices qui poteſt cœlum localem motum mouere, ſi caret loco? an aliquo modo mouetur, aliquo non mouetur? Non mouetur ſecundum totum, quia toto quoq; non egreditur loco. Nam ea toto egrediuntur loco, quæ directo motu mouentur. At cœlum circulari mouetur. Atq; iis motus duntaxat partium eſt, & partibus ſui quibuſq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſunt loci. Nam globi ſphęræq; omnes illæ in cœlo, quæ in ſe orbe toto recurrunt, atq; uoluuntur, gradatim ſibimet ſuperlatæ, ac uiciſſim mutuis adhæſionibus nexæ, uiciſſim ergo proximi quæq; circuli ſuperficie continentur. Ita locos alteræ alteris complexu illo comprehenſuq; mutuo pariunt. Neq; totum igitur neq; uniuerſum in loco eſt, ſed partes. Harum quædã in gyrum circulumq; torquentur, nonnullæ ſurſum feruntur, aliæ deorſum currunt. Surſum & deorſum aguntur, quæ aut raritudinem aut denſitudinem agnoſcunt. Cæterum huic loco Eudemus in tertio rerum naturalium uolumine ad hunc ferme modum occurrit: Ipſum, inquit, uniuerſum erit ne in loco, an non erit, an utrunq; dicendum. Certe in loco nõ erit, quum nihil ſit extra quod ambiat, an ſi ſit, de illo identidem quæramus. Nec non erit: nam aſtra & reliqua quæ intra extimum cœlum habentur, locabuntur proculdubio in illius extremis ea parte qua continet. Sed quę ita in aliquo ſunt, in loco eſſe dicuntur. In quo autem partes ſunt, in eo totum quoq; eſſe haberiq; oportebit: atq; ita totum erit in loco. Sed & alio quoq; modo uidetur eſſe alicubi totum, quia ſcilicet omne totum in partibus eſt. Verum eſſe alicubi multiplices habet ſignificatus.

44 VT uero compertius & latius pateat quemadmodum eſſe in loco, aut non eſſe cœlum oporteat, quædam paulo altius repetemus. Diximus retro aliqua eſſe in loco potentia, in contrarium eſſe actu nonnulla. Potentia in loco ſunt partes continui, quæ & ſeparari poſſunt à toto. Sunt enim ea in loco potentia, quæ ſi ſepararentur pręcidanturq;, actu eſſe poſſunt in loco. Ita quę ante ſeparationem continuæ ſunt, ſeparatione facta contiguæ in acerui modum habentur. Actu in loco ſunt & ipſa continua, quũ ab aliquo corpore continentur, & partes continuorum quum à toto diſſeparantur. Item quædã habentur in loco per ſe, ut corpora quæ delatu, quæ actu, quæ diminutu mouentur. Quædam per accidens, ut colores, ut anima. Hæc in loco per ſe eſſe non poſſunt, quia nequeunt à ſubiecto
45 diſiungi: quemadmodum partes continuorum, quę ſola poteſtate in loco ſunt. Quo nam igitur modo erit cœlum in loco? Num actu? At nullo forinſecus corpore continetur. Num poteſtate? At neq; nunquam continebitur. Num per ſe? At delatu moueri non poteſt. Non enim deferri & circunferri idem ſunt, ſed Deferri eſt uniuerſum locum deſerere: Circunferri eſt in ſe eodem ſitu per eandem ambitudinem recurrere. Num per accidens? Certe hoc Ariſtoteles uoluit, idemq; ſequuntur expoſitores. Ait enim: Per accidens mouentur, ut anima atq; cœlum. Ego uero admodum uereor, ne tueri Ariſtotelem hoc loco poſſimus, quo minus ſibi ipſi pugnare uariareq; uideatur. Hic idem eſſe per accidens & per partem facit [a] ſupra: quum oſtenderet nihil eſſe in ſe ipſo ut in loco per ſe, conceſſit per partem non per accidens rem eſſe in ſe ipſa poſſe. Cæterum fortaſſe hic fuſius & generalius capit uerbum per accidens pro uerbo per aliud: alioquin mos quoque Ariſtotelicus eſt generum loco uti uocabulis ſpecierum. Ac ſupra quidẽ alio ſignificatu per partem accepit, alio hic. Illic [b] per partem dicit eſſe quum pars in parte recipitur: hic cõtra, quum totum in partibus. Quomodo igitur in loco per accidens cœlum mundus ue erit? Nempe quia mundus non continuatione una tanquam membrorum coalitu innexuq; coit, ſed partes habet abiunctas, quæ iniectu mutuo ſe attingunt, & mutuo complectuntur, ut globi, quorum ſinguli ſingulos motus exercent: propterea q; in loco ſunt partes. Totum itidem in loco eſt, ſed per accidens. Eſt enim totum in partibus, & à partibus ſeparari non poteſt, non tamen partes omnes in loco ſunt, quia non ambiuntur omnes. Nam circulus ultimus, qui inenarrabilis dicitur, utpote arcens & continens cæteros, ſimpliciter in loco non eſt, ſed penes interna quæ ambit. Tangit enim orbem Saturni, & quodam modo continetur penes externa, omnino expers eſt loci. Sed & partes quoque extremi globi eundem ſequuntur modum, qui uniuerſo debetur. Nam neq; illæ in loco ſunt actu, neq; potentia, quum ſubiecto auelli non poſſint. ſed neq; per ſe in loco ſunt. Solum ergo ſiqua poſſunt, per accidens poſſunt. Atq; hoc neq; adhuc quidem abſolute. Nam enim abſolute in loco per accidens extremus eſt orbis. Proinde quemadmodum ille eſt in loco per accidens totus, ita & partes conſtituendæ in loco per accidens ſunt. Quumq; is penes interna tantum in loco ſit, partes quoq; eandem rationem habebunt. Iam qui poteſt eſſe, ut uniuerſum in loco ſit proprie & abſolute, quum id quod ita eſt in loco ſemper aliquid exterius habeat, extra uniuerſum nihil eſſe poſſit: alioquin de ſuo nomine ceciderit, nec uniuerſum amplius fuerit, ſi addere-
46 tur exterius aliquid, in quo comprehenderetur? At hercules quid nam eſſe extra uniuerſum poteſt? non inane, non corpus. Nam corpus aut finitum fuerit aut infinitum: ſed finitum erit & illud in loco, atq; ita in infinitum abibitur. Si infinitum, promantur rationes quibus id ſupra im-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pulimus. Quòd ſi non de nihilo eſt uetus opinio obire operireq; cœlum omnia, & eſse omnia in tra cœlum, & cœlum eſse id quod uniuerſum uocamus, forte neq; licuerit quidem aliquid extra cœlum ſaltem fingere, quippe quòd loci non egeat, ſed in quo reliqua tanquam in loco coërcita comprehenſaq; ſint. Locus uero non eſt omne cœlum, ſed dorſum interius, atq; ea pars tantum quæ ultima à cœlo citima terris proxime deſpicit mundũ, & mortale corpus hoc tangit. Eo modo terra eſt in aqua, aqua in aëre, aër in æthere, æther in cœlo, cœlum in nullo.

a *Hunc eundem locum Simpl. pertractans: hæc in medium affert. Proprie in loco per accidens eſſe non poteſt neque ipſum vniuerſum neq; vltimus orbis. nam ſi id in loco eſt per accidens, quod vel eius eſt pars vel ei accidit quod per ſe eſt in loco. vniuerſum quidem nullius eſt vel pars vel accidens. orbis vero extremus eſt quidem pars vniuerſi: non tamen eius quod loco ſit per ſe non igitur in loco per accidens fuerit. per accidens igitur accepiſſe videtur pro eo quod eſt per aliud. nam quod eſt per aliud commune eſt ei quod per accidens & quod per partes eſt.*

b *Ex quo accipe iux. Them. opinionem cœlum in loco eſſe non per partes quidẽ continuas. quia vt Simpl. hoc in loco ait. neque circuli vltimi neque circuli alicuius alterius partes per ſe ſunt in loco. nam etſi inuicem contineantur non ſunt tamen ſeparatę quot ſi partes non ſunt per ſe in loco: totum etiam per partes nequit eſse in loco: cœlum igitur appellat vniuerſum cœleſte corpus quod ex pluribus orbibus veluti propriis partibus conſtat: quorum vnuſquiſq; per ſe in loco eſt: & hac ratione totum per partes in loco dicitur: verum orbis vltimus, qui nequaquam continetur ab alijs in loco per partes non eſt: neque per ſe proprie ſed per accidens ea ratione qua ſua intima ſuperficie attingit orbem contentum & ad eum finitur ea parte dicitur per ſuperficiem illius locari & ab eo quodam modo contineri: inuehitur attamen Simpl. contra Them. in hac parte hoc modo: ſi vltimus orbis in loco eſt, quia eius interna & caua ſuperficie proximum ſaturni orbem pertigit: neceſse eſt fateri locum in loco eſse: quod veluti abſurdum habitum eſt ſuperius. hic vero oſtenditur: nam per ſuperficiem intimam tangens ſaturni orbem eſt ei locus & viceuerſa per eandem locatur: poteſt attamen facile dilui Simpl. ratio quia intima vltimi orbis ſuperficies, ſi reſpiciat ſaturni orbem extra quem eſt eius eſt locus: vt vero reſpicit ſaturni orbem non habet rationem loci ſed finis vel termini. eodem modo de ſuperficie ſupremi orbis dicendum eſt: quare non ſequitur loci locum eſse: quia alia ratione locus eſt: & alia ratione in loco: nec hoc ſolum in hac re oportet affirmare ſed multis in alijs: aqua enim fluminis eadem ſuperficie locus eſt & in loco: nam fundus aluei eſt in loco per ſe: nec in alio præterquam in ſuperficie fluentis aquæ a qua tangitur: fluens etiam aqua in loco eſt in alueo a quo continetur: eadem ergo ſuperficies & locus eſt & non locus: ſed non eſt eadem ratio: abſurdum vero eſſet ſi ea ratione qua eſſet locus in loco etiam eſſet.*

48 NVnc quod ſumus polliciti, præſtandũ eſt, ut eas rationes dilui poſse monſtremus, quibus merito addubitatum ueteribus eſt, quid nam de loco ſtatui oporteret. Nõ eſt igitur neceſse auctis corporibus augeri locum & indoleſcere. Nullus enim terminus rei per ſe diminui augeri'ue poteſt, ſed corpore ambiente per reciprocationem compreſso uel denſendo per conculcationem adducto atq; coercito. Margines quoq; ipſæ, quibus includitur terminaturq; per accidens coercentur & comprimuntur. Ita fit ut ea quæ augentur, maiorem & capaciorem locum indipiſcantur. Quòd ſi locus ſpacium & interuallum foret, augeri ampliariq; per ſe utique poſſet, unde euenieba[t], ut diximus, locum in loco eſse oportere. Puncti quoq; nullus eſt locus, quum neq; à ſubiecto ſeparabilis ſit, neque ab ullo contineatur. Sed neq; duo corpora eodem in loco erunt, quum non ſit corporeum ſpacium locus, immo neque ſpacium quidem, ſed terminus intra quem ſpacium eſt, non ſeorſum abiunctimq;, ſed ſemper implexum innexumq; corpori. Quare locus erit alicubi non ut in loco, ſed ut terminus in ea re, cuius eſt terminus. Non enim omnia ſunt in loco, ſed corpora: atq; ea quoque
49 non omnia, ſed ea ſolum quæ delatu mouentur. Feruntur quoque in ſuos quæque locos optima ratione. Nam quæ ſe mutuo quaſi nexu nec uiolenter tangunt, quæq; alterum includunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& implicant, uicissim cognata & congenera quodammodo sunt: igni aëri affinitate coniungitur, aër humori, humor cognationi terrenæ consentit. Quum enim in quoddam commune conueniant, quod intra se gerunt, facillime in proxima & finitima uicibus permutantur. Ergo quæ ad cognata & congenera deferuntur, in proprios deferri locos uidentur, utpote à quibus contineantur & ambiantur. Quæ porro se tangunt mutuo, & in loco sunt & agunt patiunturq; mutuo. Partes uero quæ à toto nõ sunt defectæ abiunctæue, neq; in loco per se habentur, neq; mutuo agere patiue possunt adæque in suis quæq; locis morantur & quiescunt rationaliter. Nã si ratio est, ut ad cognata sibi quæq; & finitima deferantur, ratio etiam fuerit, uti in cognatis elementis morentur atq; consolidant, habeanturq; quasi partes corporis elementiq; cõtinentis. Nõ quidem eo modo implicitæ atq; commissæ, quo partes in continuis cernuntur, id est, quo aqua
49 aquæ pars est: sed eo modo quo tangentia, sed dissita disseparataq; solent. Mutuo autem sibi illa materiæ uicem præbent, & mutuo communicant cõmutanturq;, quamuis hoc non eadem omnibus formula contingat. Verum de hoc pressius disquisitiusq; in loco. Nunc descripte liquido explicari non potest, illud pro tempore satis est discere. Si materiam sibi mutuo exhibent præministrantq;, quemadmodum [a] in toto partes continuorum manent, ita ea quæ modo tangunt, simul coaluerint conuersione facta in elementis ad quæ mouentur esse mãsura. Quod si spacium locus fuerat, quo nam pacto corpora in proprios acta locos fuissent? quando corporibus non cuiusuis corporis ultimum naturalis est locus, sed ultimum cognati & finitimi elementi, quo nutu suo & motu spontali feruntur. Spacium uero quum sit translatitium, indiscriminatum, indifferensq; nullum potest esse naturalius & cognatius altero. Hactenus ut sit, & quid sit locus, abunder dictum.

[a] *Græca Thecm. verba in hunc se habent modum.* ὥστωερ τοί νυν τὰ συμπέφυκα τὰ μόρια μένει ἐν τοῖς ὅλοις οὕτως καὶ τὰ ἁπτόμενα. *hoc est quemadmodum ergo continue partes in totis manent eodem etiam modo quæ tangunt.*

50 Onsequens ab his est, ut de inani, siue de uacuo agatur à physico. Qui enim locũ esse dimẽsum, & spacium putant, definiunt idem subiecto esse locum & uacuum, ratione & cogitatione distare. Nam idem spacium quũ est obsessum impletumq; corpore, locum existimant uacuum & inane quum uacat: ita uacuum nihil aliud esse definiunt, quàm spacium absolutum carensq; corpore. Quamobrem (ut dixi) ad seriem doctrinæ interpretatio hæc quoq; de uacuo pertinet. Plane [c] nobis ingrediendum est uia & ratione qua cœpimus, scrutandumq; sit ne uacuum, an secus, & ut sit, quemadmodum sit,
51 & quid nam rerum sit. Primum afferenda sunt ea, quorum alia efficiunt, ut uacuum non sit, alia ut esse uideatur in rebus. Sed & communes in eam rem sententiæ inuestigandæ sunt nobis, atq; ita deinceps in reliqua procedendum. Sane ii qui uacuum nihil esse conantur ostendere, bona illi quidem mente uidentur esse, cæterum alia uia quam per ianuam nituntur. Non enim contra ipsam inanis naturam, quam ueteres tantis alioquin opibus communierant, directo congrediuntur pedem'ue ferunt: sed si quod illi errore aliquo uacuum esse arbitrabantur, in eo laborant, ut
52 id uacuum non esse demonstrent. Nam quum intellectus & conceptio uacui in eo habeatur, ut sit spacium uacans sensili corpore, & etiam si aliqui aërem non esse corpus sensile iudicabant, pro indeq; quod aëris plenum esset, uacuum esse credebant. Necesse est eum qui contra illam sententiam ordine disputaturus sit, non speciatim coarguere, aut incessere siquis seorsum aërem, aut aliquid aliud esse uacuum dixerit, sed rectà ipsum cardinem petere, cõmonstrareq; generatim uacuum in rebus esse non posse. Superfluo igitur Anaxagoras constrictos inflatosq; proferebat ut res, quibus insiliens aërem non esse resistentem ostenderet: argumento quoq; ad eandem rem de Clepsydris capto, quæ non ante instillatum humorem admittunt, quàm aër inclusus utcunque diffletur facessatq;. Itaq; initurus cum secutoribus uacui prælium, non ad id quod quisq; separatim de re aliqua constituit, flectenda torquendaue acies est, sed tenenda & dirigenda in uniuersum ad id, quod ipso nomine præferri & significari uidetur. Demonstrandum est igitur nobis, nullum esse spacium posse actu à corporibus separatum. Illud autem si sit, aut insertum corporibus est, ita ut nullum sinat esse continuum: aut extra cœlum habetur immensum quoddam & infinitum inane, quod mundum & interna mundi complectitur. Sane ii modi duo eorum sunt, qui uacuum introducunt. Alii insititium rebus implexumq; & interspersum per omnes naturas uolunt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ras uolunt, ut Democritus & Leucippus, & plerique alii, cui ſententiæ mox & Epicurus acceſſit. Ii cum id quod uere & quaqua uerſus continuum eſſet, diuidi nõ poſſe arbitrarentur, illam cauſam diuiſionis corporum afferebant, quia in rebus eſſet inane quoddam admixtum. Alii (ut ueteres nonnulli) paratum & coactum extrinſecus putant cœlum terramq; ambiens: cui ſectæ ſe poſtea Zeno Citienſis addixit.

Duo hoc animaduertit Simpl. primum quod ex aſpaſio excerpſit: idem ſignificare quemadmodum ſit & quidnam ſit. nã ſuperius dum de loco ſermonẽ haberet eodem pacto locutus eſt Ariſt. cum tamen inueſtigare intenderet an locus ſit & quidnam ſit ſecundum quomodo ſcrutandum eſt quemadmodum quid ue ſit vacuum: cum oſtenſurus ſit vacuum nullo pacto eſſe: ait igitur Simpl. hæc quidem propoſuiſſe non quia vacui eſſentiam reſpiceret: ſed vel habita ratione eorum qui vacuum eſſe credebant quo ſcilicet modo & quid ipſum poſuerint: vel ob id quia qui vacuum aſſerebant: id cauſam motus eſſe credebant. Ariſt. etiam eius cauſam materiam eſſe opinatur quam quodam modo vacuum eſſe concedit: ideo ipſe hac etiam ratione quodam pacto vacuum concedit: quo fit vt ille eſſe quæſtiones circa vacuum habeant locum.

53 AEſtimandæ autem excutiendæq; primum ſunt rationes eorum, qui uacuum introferunt: Motus inquiunt, cui loco ſit opus, haberi nullus poteſt, niſi uacuum admittatur. Loco autem opus eſt delationi & auctioni. Tollitur delatio primum, quia ſi res mota, per uacuum non mouetur: neceſſario per confertum & plenum mouebitur. Corpus ergo per corpus mouebitur, & totum corpus erit in toto corpore collocandum, & duo corpora eodem loco ſedebunt. Quòd ſi duo, cur & non plura concedimus? Non enim modo eſt oppletius, quia duplicatũ ſit, quàm prius, quũ unũ corpus implebat. Nam tunc & æque continuũ erat, & æque farctũ, & tamen adhuc uidetur alterũ potuiſſe recipere. Cur ergo non iterato rurſus altero, & frequentato ſæpius, alterũ poſſit recipere, atq; ita continue indentibus ſuffarcinantibusq; confieri, ut paruo in corpore recipiatur, colloceturq; maxi-
54 mũ. Nam prauitates multæ magnũ quiddam integrant atq; conflant. Non ſolum igitur æqualia ſibi corpora, ſed etiam inæqualia & amplıora receperit. Plura enim æqualia recepta quoddam inæquale conſtituunt, quod ſubinde & in plura æqualia, & plura inæqualia diſtrahi poteſt ac diuidi. Quare uacuum ſit oportet in rebus, ſi motũ eſſe uolumus. Victus hac ratione Meliſſus,
55 qui uacuũ eſſe non putabat, nihil moueri poſſe opinabatur. Auctionem quoq; non conſtare inani ſublato, uel patere intuitu. Nam auctio conficitur alimento in corpus uſquequaq; diſtributo atq; diſperſo. Hoc autem fieri non poſſe, niſi penetratu cibi coaleſcentis, & quoquo uerſus accedentis atq; euntis in corpus. Quũ uero alimentũ omne ſit corpus, poſſet corpus alterũ permeare, niſi uacuũ quoddam corporibus eſſet innexũ. Ita illi de motu primam rationem inducunt. Sed & alia quoq; uia occurrunt: Videri aiunt, nonnulla ita in ſe comprimi & tanquam ſubire, ut quã quam in minorem ſeſe molem recipiunt, de ſubſtantia tamen eorũ nihil abeat pereat'ue. Iam dolia quoq; tantũdem uini capere, etiam ſi conjecti immiſſiq; ſint utres, quaſi uacuæ quædam habeantur ſedes in uino, in quas ſeſe res impulſæ applosæq; conferant, teſtimonio eſſe cinerem, qui
56 tantũdem aquæ excipit, quantũ uas ipſum uacuũ excepiſſet. Demũ corpora à corporibus diuiſa eſſe nõ poſſe, niſi ſeſe inane inſinuaſſet obſtitiſſetq;, ne in unam omnia congeriem & maſſam naturæ coirent confunderenturq;. Atq; huius potiſſimũ diſſeparationis diſcretionisq; Pythagorici cauſæ faciunt uacuũ, cuius ſcilicet interuentu diremptuq; fiat, ne corpora corporibus coaleſcant, congermaneſcant'ue. Quanquam hercules non ſatis id qui conſtare poſſit intelligo, utcũq; tamen affirmant influere & inſpirari mundo, inflariq; uacuũ de illo halitu extero qui circũfuſus eſt cœlo. Præterea nec ipſam numerorũ naturam retineri cõſtare'ue potuiſſe, immo neq; futuros quidem numeros unquã fuiſſe, niſi quæ inanitas interpollinis unitates diſcriminaſſet. Atq; hæc afferri ſolent ab iis, qui uacuum aſtruunt. Contra quos aliqui quemadmodum perperam diſputent, & quibus rationibus uelicentur, initio diximus.

57 NOs iam qui uerum ſenſerint arbitrabimur. Initium autem quæſtionis aptiſſimũ iudico inueſtigare quid res, qua de re agitur nomine ipſo ſignificet. Item unus ſignificatus, an plures eius nominis habeantur. Si unus ut illud ipſum uideatur, poſſit eſſe nec ne; Si plures, quis illorum ſit, quis non ad id quod quærimus, accõ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

modatus & uetus. Quòd ſi nullus demonſtrabitur uerus,concludendum erit uocem cõmenti/
tiam & uero inanem eſſe quę ita feratur,& cui ſubſita nulla res ſit. Si itaq; ſciſcitauero,quidnam
in appellatione uacui ſignificari putent,aliud reſpondebunt,quàm locum ſignificari in quo nul/
lum eſt corpus? Atq; hoc aliud eſt,quàm dicere locum in quo ſit nihil? nam idem quod corpus
eſſe cõſtituunt.Ergo ſi uacuum eſſe definiunt id,in quo nullum ſit corpus,corpus autem omne
eſſe tactile arbitrantur,omne uero tactile quod eſt, grauitatem & leuitatem habet:ſyllogiſmo eli
58 citur uacuum eſſe id,in quo neq; graue,neque leue ſit quicquam.Ex his ſequitur punctum eſſe
uacuum oportere,quum in puncto nihil ſit nec graue nec leue:quamuiſq; locum in definitione
adiungant,nihil tamen ante præſtabunt quam ſtatuant utrum locũ eſſe uelint eum, in quo ſpa/
tium ſit conceptaculum tactilis corporis. Ea propter aliqui definiendo eo ſpatium addiderunt,
ut uacuum eſſet ſpatium, non plenum corpore tactili. Hunc in modum ſcopulum & laqueum
illum euitant quidem,ſed alterum inhærent & incidunt lõge incõmodiorem extricabilioremq;.
Si enim ſpatium hoc aut colorem, aut ſonum, aut qualitatem aliquam ſine grauitate & leuitate
ſuſciperet,utrum defendent uacuum illud etiam tum eſſe, atq; ita uacuum,quod eſt,ſub uiſum
auditumq; uenerit,eoq; fuerit ſenſile,an negabunt. At quomodo? Erit enim aliquid non uacuũ,
quod alioquin non erit plenum corpore tactili.Non eſt autem impoſſibilis fictio,eſſe aliquid cor
pus,quod neq; graue,neq; leue,neq; tactile ſit,cuiuſmodi cœleſte monſtrauimus.Si quod itaque
59 tale corpus(ut dixi)eſſet in loco,inanis tamen locus foret,quamuis corpus uiſile recepiſſet. Quo
circa nonnulli ne id fateri cogerentur, diuerticulum inuenerunt,excogitata ratione quemadmo
dum illis anguſtiis elaborentur. Itaq; uacuum eſſe ſpatium inquiunt,in quo non ſit actu quicq̃,
id eſt,in quo nullum omnino ſit corpus,neq; natura corporea,neq; tactilis,neq; aliud genus ſen/
ſilis.Cæterum ſequitur ex ea deſcriptione,& quidem ipſis confitentibus,uacuum eſſe materiam:
quippe quæ nullum actu ſit corpus.Iidem & locum eſſe materiam putant. Certe rectius illi quã
pleriq; alii naturam corporis coaluere:accuſandi tamen in eo ſunt,quòd uacuum eſſe materiam
crediderunt.Nam materia à rebus ſeparari non poteſt,niſi definitione. At uacuũ ſi ſit,ſeparatum
60 eſſe actu & abiunctum oportet.Illi uero quęrunt id quidem,ſed inter quærendũ deſerunt. Illud
autem prius eſt, ut ſciamus hoc ipſo quod ſeparatum dicitur,non poſſe conſtitui uacuũ. Supra
expoſitus eſt nobis hic locus. Quũ enim demonſtraremus ſpatium à corporibus ſeiunctum, nõ
poſſe locum eſſe,obiter quoq; ratione atq; uſu cõmuni neq; uacuũ eſſe poſſe oſtẽdimus. Si enim
eſſe nequit ſpatiũ ullum ſine corpore,neq; locus utiq; erit ſpatiũ quod poſſit à corporibus ſepara
ri,neq; erit ſpatium quod iam ſit à corporibus ſeparatum.Vacuum uero atq; locus apud eos qui
ita ſenſerunt,ſola cogitatione definitioneq; differunt. Nam (ut dictum eſt) locum tunc intelligi/
mus,quũ receptũ eſt corpus: quia neceſſe eſt locũ eſſe alicuius corporis locũ. Vacuũ tunc accipi/
mus,quũ nondũ receptũ eſt corpus,ita illi quũ utranq; rem ſpacii abiunctione & ſeparatione de/
ſcriberent,rationes quæ id uni eripiunt eædem extorquebunt ab altero.Quamuis igitur fortaſ/
ſe illa ſufficiant,eſt tamẽ ſeorſum id nobis hoc loco fuſius & exactius explicandum demonſtran/
dumq; ratione,latius numeroſiusq; conſciſſo nullum eſſe uacuum poſſe, neq; per ſe, neq; ita ad/
mixtum in rebus,ut tenuiora in craſſioribus ſolent:quod genus aërem proferunt, quem quum
uacuum eſſe contendant, ignorare uidentur uacuum non corpus, ſed ſpacium corporis eſſe de/
61 bere. Propterq; hoc uiſum illis eſt uacuũ eſſe oportere eodem argumento,quo uiſum eſt iis qui
locũ eſſe ſpacium ideo poſuere,quia neceſſarium uidebatur aliquam regionem haberi, in quam
reciperentur conderenturq; corpora.Sanè utriq; rationes ducunt ex eiſdem locis,utriq; enim de
motu aggreſſiones & cõmentationes ſuas eliciunt. Nam uacuũ eſſe aſſerunt cauſam,motus non
ſimpliciter cauſam,ſed ut ſubiectũ quãdam regionem,in qua corpora moueantur:atq; hoc nihil
aliud eſt,quàm dicere uacuum eſſe idem & locum.Si enim(inquiunt)non ſit ita,penetrari corpo
ra oportere,& reliqua quę ſupra attulimus.

62 QVoniam itaq; ex motu potiſſimum colligunt eſſe uacuũ in rebus, [a] primum hoc
(ſi placet)adeamus diſcutiamusq;. Prorſus cuiuſque motus cauſam arbitrari eſſe
uacuum, neque ueriſimile eſt, neque ipſi uolunt. Non enim alterationi opus eſt
loco, in quo Meliſſum nos ſupra obiurgatione iuſta inceſſuimus: ſed neque ad
motum localem requiritur locus. Poſſunt enim ſuccedere ſibi mutuo corpora,
ita,ut locos quęq; ſuos uiciſſim deſerant,& in alienos identidem migrent atq; ingrediantur.Cui
rei obeundæ nihil hercules,opus uacuo eſt, aut ſpacio aliquo ſeparato. Nam [b] aqua tametſi neq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſpacium neque locum nouum requirit, partibus tamen diffluctuantibus uiciſſimq; ſubeuntibus concedentibusq;, quod in reciprocationibus æſtuq; præterq; & in uorticibus cernitur moueri agitariq; conſtat. Quiſnam igitur uſus eſt uacui? Ne corpus recipiatur in corpus. Si quem
63 locum modo hæc pars inſedit, eundem pars altera obtineat. Secundum quod afferunt huiuſmodi eſt. Si denſentur comprimanturq; corpora, ſubeſſe uacuum oportere, in quod ſeſe illa quaſi receſſu ad hunc uſum parato recipiant. Hoc autem falſum eſt. Nam [c] corpora ex amplo tumore in exiguum reſident tenuioribus corpuſculis tanquam euaneſcentibus atque difflatis, aqua aëre profligato, aër igni depulſo, terra expreſſis humoribus. Eſt enim ſemper ſubtile aliquod corpus admixtum & inſitum craſſiori, cuius compreſſu obliſum excluditur: hinc eſt ut ignis non poſſit comprimi, quum ſit tenuiſſimo corpore. Tertium quod aiunt eſt hoc: Si quid augeſcit, aut corpus corpore penetratur, aut aſciſcitur inanitas. Sanè ſi auctionem capiunt pro quolibet magnitudinis incremento perſpicue mentiuntur. Nam pleraque intumeſcunt & ampliuntur, quibus nihil accedit accreſcitue. Aqua enim quum in aërem tranſit, quamuisq; nihil ei adiicitur: tamen moles ipſa dilatatur & tumor attenditur. Si autem de ea auctione loquuntur, quæ ad animantem naturam pertinet, & quæ de alimento prouenit, ſua ſibi uoce ipſi ſeſe reuincunt, atque arma ſua incurrunt, nec alienis iam, ſed planè ſuis opibus tenentur. Eſt enim ratio ea, quæ de auctione fit, utcunq; anceps & lubrica. Conari autem introducere uacuum, ut communem difficultatem ſoluant, quo introducto nihilo ſecius hæreant, eſt ludibrio habere non aſſerere uacuum. Volebant ſeruare auctionem euitatis incommodis, quæ conſequi uidebantur. Cæterum offendunt ad illa potius, quàm caueant. Nam ſi alimentum per inane corporis demeat, ſimul adiectio aliqua reliquo corpori fit (uide quàm periclitetur ratio) aut non undique uerſus augebitur corpus, ſed eatenus ſolum ubi uacuæ illæ partes comparuerint: atque ita non erit proprie auctio: aut ſi undique, duorum alterum dederint, aut ubique uacuum eſſe corpus: aut corpus meare per corpus. Quòd ſi utrunq; abſurdum eſt, rurſum ex duobus utrũlibet optanto, aut alimentum eſſe uacuum, aut partem nullam corporis augeri. Cedo nunc, quale nam operæprecium feciſſe ſe putent, qui uacuum intulerunt: quia quemadmodũ aliquid accideret, reperire non poterant. Alioquin nonne ſeipſos quoq; accuſant uecordiæ: quòd quum ad functionem augumenti uacuum eſſe neceſſarium prædicarent, uacuo tamen admiſſo auctionem tueri nõ poſſunt? Ratio etiam cinerũ contra eos facit & cõmeat, qui illa utũtur. [b] Aut enim minus aquæ poſt cineres contineri oportebit in uaſe (nam uacuitates minores cũ cineribus, quã ante cineris habebuntur) aut ſi tantũdem (quod tamen ſtatim quàm ſit abſurdum apparet) neceſſarium erit, ut aqua per plenos cineres meet ac penetret. Quod etiam illi recte autumant eſſe falſiſſimum. Iam ad id quod uolunt, nullam ratiocinationem adiungunt. Nõ enim quemadmodum eſſe uacuum poſſit oſtendunt, ſed reprehendunt in quibus addubitant, & argumentis inſtant, quæ neque ipſi quidem recte diſſoluunt. Nos citra præſidium uacui difficultatibus omnibus abunde ſatisfaciemus.

[a] *Primo rationem ex motu acceptam eſt aggreſſus: quia ea efficacior videbatur, ait Simpli.*

[b] *At dicet fortaſſis: is quis uacuum tueri uoluerit: non ea moueri ſecundum locum dicimus: quę locum non deſerunt vniuerſa: ſi quidem & cœlum multi aſſerunt ſecundum locum nequaquam moueri: quia vniuerſum nunquam e propoſitio loco migrat: neque horum ratione vacuum introferimus: ſed eorum quæ dum mouentur locum commutant. Ideoque Simpl. refert ſtratonem accommodatiori vſum eſſe exemplo hac in re. ſi quis lapillum in vas aqua plenum injtiat & eo operto conuertat vas: mouebitur lapillus: nec vacuo erit opus: nam aqua ei ſuccedet: idem in nautibus intueri poſſumus maxime in piſcibus.*

[c] *Dubitat hoc in loco Simpl. quonam pacto hanc rationem diluens Ariſt. duo concedere videtur omnino eis oppoſita: quæ probauit in libro de anima. primum ea augeri quæ ſunt inanima. deinde auctionem etiam fieri abſque ingreſſu alimenti. Et refert primo reſponſionem Alexan. qui ait ob id Ariſto. de his hoc pacto ſermonem habere: quia nondum notum eſt quid ſit vel quo modo auctio fiat: hæc enim dearticulate in libro de gñatione fient manifeſta. Ipſe vero reiecta hac reſpõ. ob id quia illis occurrit Ariſt. ex ratione etiam vere auctionis: quæ ex alimenti ingreſſu efficitur.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Aitque quemadmodum reiecit rationem primam ex motu acceptam: ſi motum indeterminate intellexerint: deinde ſi motum tantummodo localem: eodem etiam modo in præſentiarum eos redarguit primo ex ratione auctionis quomodocunque acepte: poſtea ex vera auctionis ratione: & hoc voluit etiam Them. ▷ *Eudemus dubitationem de cineribus ſoluit dicens: in cinere veluti etiam in calce non nihil calidi ſeruari: & hinc eſt quod ambo vrunt: ſi ſuper infundatur aqua: calx quidem ipſa. ſed in cinere aqua per ipſum tranſiens corpora comburunt: quo fit vt ex aqua aſperſione multi effluant attollanturque vapores: & ea de cauſa corporis moles imminuitur: non tamen tota conſumitur cineris ſubſtantia: vt tantumdem poſsit aquæ ſuſcipere. Credit igitur ipſe hoc quod de cinere adductum eſt æque illis fauere qui vacuum ponunt: ac illis qui denſationem: dicendo non modo ex vacuitatibus cineris quæſtionem ſolui poſſe: ſed & ex aquæ etiam raritate: quæ cineris compulſione denſatur: ita vt non eam molem amplius habeat quam ante cineris infuſionem.*

64 AVnc quoniam motus cauſam eſſe uacuum arbitrantur, id potiſſimum in præſentia penſiculabimus. Et quia ut dictum eſt, nonnulli uacuum inſerunt, atq; interſeminant rebus, nonnulli ſeparatim & ad aggeratum extrinſecus conſtituunt, æſtimemus primum, utrum genus hoc poſterius cauſam motus habere poſſit. Planè abſurdum eſt motus cauſam uacuum putare, quum ipſæ ſimplicium corporum naturæ motuum ſuorum cauſæ apertiſſimæ uideantur: quibuſq; enim ſuus naturalisq; nixus eſt igni actus ad ſumma terræ ad ima impetus. At uacuum quum ſit indifferens undique, quo pacto poteſt cauſa eſſe, ut res ſurſum aut deorſum ferantur? Quare ſi eſſet corpus ullum in uacuo, aut in omnes partes diriperetur diſtraherenturq;, aut ubique acquieſceret. Equidem quietis cauſam aliquanto rectius utriuſque, quàm motus uacuo attribueris. Eadem ratio contra eos quoque ualet, qui locum eſſe ſpacium ſeparatum uolunt. Nam quemadmodum naturalia corpora in ſuos locos, aut ferantur, aut quieſcant, demonſtrare non poſſunt. Nos uero qui locum eſſe ultimum continentis corporis opinamur, ferri & quieſcere in illa finitima atq; congenera, & quieſcere in eiſdem nullo labore probauimus. Sed ſpacium circumſecus indifferens eſt, & caret omni diſcrimine. Qui enim diſtabit ab infimo ſupremum in ſpacio? Porrò nunc quia corpora, quæ ſurſum ſunt, differunt ab iis, quæ deorſum morantur, termini quoq; illorum, quibus cognata corpora continentur, neceſſario differunt. Non enim ut mathematici ſuperficies ſuas ita nos noſtras, ſeparatos eſſe dicimus locos, utpote quas naturalibus ineſſe corporibus, & nũquam abſolui ab iis cõmeare ue contendamus. Ii uero qui ſpacium dicunt locum eſſe, confeſtim illud
65 à naturalibus & ſimplicibus corporibus reuocant. Nihil itaq; differat ſpacium quod ſit in igni, ab eo quod ſit in aqua, quum ſpacium illud nihil corporis ſit, ſed per ſe ac ſeorſum intelligatur eo modo, quo cum uacat. Dictum eſt enim, uacuum nihil aliud, quàm locum, ſed priuatum corpore exiſtimari ab iis, qui ſpacio locum definiunt. Si igitur ſua cuiuſque natura etiam motus eſt cauſa: ſpacium uero illud, quod afferunt, motum omnem tollit, ſimiliter quoque tollet & uacuum. Non eſt autem ſpacium illud, non erit igitur & uacuum. Quemadmodum enim ſimulatque unum infertur, alterum quoque neceſſe eſt, ſit illatum, ita ſimulatq; de rebus unum admitur, alterum quoq; neceſſe eſt, ſit ademptum. Addit Ariſtoteles eum qui ſpacium eſſe locum prædicat, fateri oportere partes eſſe in loco per ſe. Sed quia nos id tractando loco ſemel expoſuimus, non magnopere eſt cur nobis denuo recurrendum ſit. Iis itaque, qui ut motus eſſet, uacuum addiderunt, euenit contrario, nihil moueri, ſi uacuum fuerit. Nam quemadmodum non nulli dicunt, ideo terram quieſcere, quia ea ſuperficies, intra quam clauditur, indifferens ſit natura ambigente, & quò perpendat negante, ita de uacuo ſentiendum eſſet. Non enim poſſet eſſe quippiam in uacuo, quo res potius, quàm alio differri deberet. Nam uacuum quatenus uacuum
67 eſt, omnem differentiam abdicat. Præterea quum motus omnis aut uiolentus, aut naturalis neceſſario ſit, ubi uero uiolentus eſt præceſſiſſe aliquem naturalem oporteat (omnis enim uiolentus motus eſt aliquo naturali poſterior) & econuerſio ipſius naturalis, id eſt, qui ex altera parte naturali reſpondeat (nõ enim uiolentus eſſet, niſi naturali controuerſim opponeretur) ſimulatq; oſtenderimus motum naturalem in uacuo ſeruari & retineri non poſſe, palàm erit neque uio-

60 Plato in Timeo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſentum ullum poſſe. Age quonam pacto naturalis exercebitur motus in uacuo, quum in uacuo infinitoq; nulla differentia conſtitui poſſit? Nam ſimul infinitum dicitur, omnis ſitus, inferni, ſuperni, medii, ſummi tolluntur: quorum tamen in ſuos quæque corpora moueri perſpicuo cernimus. Simul uero uacuum effertur, differentia omnis adimitur. Quemadmodum enim ipſius nihili nulla eſt differentia, ita neq; uacui ulla eſſe poteſt. Vacuum porrò Democritus non ens & priuationem appellat. Quare ſi motui naturali opus eſt diſcrimine & diuerſitate aliqua continentis, uacuo autē nulla poteſt ineſſe, maxime ſequens eſt, ut motus omnes tam naturales, quàm uiolenti aſſertione illa deficiant. Deſtruitur itaq; motus ſi aſtruitur uacuum. Et hercules ueriſ-
68 ſimum fuerit, ut motus eſſe poſſit, amoliendum eſſe uacuum non aſciſcendum. Sed quamuis ſatis uidcatur oſtenſum ex eo, quòd naturalis motus in uacuo eſſe non poteſt, uiolentum quoq; in uacuo defendi non poſſe, ſeorſum tamen eius quoque rei puto reddendam eſſe rationem. Motus omnis ui & contra naturam exercitus, quod genus iaculatio eſt, aut præſente atque adiuncta re, quæ uim attulit, aut abſente remotaq; fit. Neutro modo haberi poteſt in uacuo. Nam propulſio illa atque proiectio ſatis cauſæ non eſt, ut quicquam agitetur & moueatur in uacuo. Res enim quæ ita mouetur, ui authore & propulſore etiamnum ceſſante, aut mouetur eo, quòd aër qui ante miſſum iaculum habebatur, illo impetu retro circumfluit atque reciprocat, idq; ſucceſſu ſemper alterius aëris fit, atque itidem alterius, quaſi idem opus urgentis, eatenus dum uis propulſiora faceſcendo ſeneſcendoq; deſerat: aut eo quòd aër iactu illo impulſus impellit, & cōſequio arreptus adagitatusq; miſſis rebus prouehiculo eſt.[a] Quum enim mobiliſſimus ſit, & natura cedens maxime & diſſipabilis, omni impulſu facillime pellitur, ſimulq; excitus leuiter & tanquam commonitus itineris eſt nullo labore cedit, ſedulo etiam & ſua ſponte dilabitur, motumq; eum, quem ſemel imbibit, diutiſſime retinet: pernicior futurus, ſi res naturalem locum uerſus acta impactaq; fuerit, neutro genere tela mouebuntur in uacuo. Sed neque quum præſto eſt id, quod pellit trahit ue, dicere poſſunt fieri pulſionem ullam, aut tractationem in uacuo. Non ſtatim tormenta illa adhibemus, percunctabimurq; motus illos uelint naturaliter, an con-
69 tra naturam accidere? atque ita ad eaſdem anguſtias reuertentur. Iam aſſignare nemo poſſit in uacuo, ubi nam quieturum quippiam ſit, hic potiſſimum, an alibi. Nam ſi hic concedis, cur non & ubique conceſſeris? ita quieſcatur in uacuo neceſſe eſt. Oportet enim, aut ſemper ut quieſcant in uacuo res, aut ſemper ut moueantur. Dices impedimento aliquid futurum in uacuo, ne ſemper moueri res poſſit, quod fortius & ualentius ſit, quàm res quæ mouetur. Sed eodem noſtra redibit oratio: ſciſcitabimur enim quieſcat uetale ualentius, at undenam hoc loco, non alibi, an moueatur. At quemadmodum, ſi non ſit motus in uacuo? aut qua ratione poſſit mo-
70 ramentum afferre? Præterea aiunt, nihil moueri per plenum, idcirco quoniam reſidere in ſe atq; ſubire non poſſunt ea, quæ uere plena ſunt. Peruacuum poſſe, utpote in quo nulla ſit diſſidentia, nullum impedimentum: quo fieri, ut per aërem, qui uacuo finitimus eſt, corpora facilius cōmeent, per aquam ægrius, per terram nullo modo. Ergo quum in uacuo nihil ſit gracilius aut ceſſilius altero, undiq; in omnes tractus res in uacuo differentur. Iidem aculei admouendi Chryſippo ſunt, quærendumq;, quidnam interſtet, quo minus euolet mundus in uacuo, petatq; euagando omnes receſſus & latebras uacui: & curnam uelit hac potiſſimum parte uacui, in qua iacet & ſedet cœlum, conſtituiſſe & ſtabiliuiſſe ſe mundum. Vt enim ordo rerum & habitus ille omnia continens atq; modificans efficere poſſit, ne poſitus in uacuo mundus diſtrahatur dilacereturq;, nullam tamen afferunt cauſam, cur mundus cum illo habitu, atq; ordine uniuerſus, hac potiſſimum ſede conſtiterit.

Huic opinioni aſſentire uidetur Plato i Timeo ut refert Simpli.

Them. Alexā. imitatus iōnē Ariſto. contra ſtoicos cōuertit.

[a] *Hu us loci hoc eſt fidelis interpretatio: quum enim mobiliſſimus ſit: modo principium ſuſceperit longius progreditur: motum eum qui ei eſt impreſſus diutius ſeruans & velocior eſt eius motus quam ſit is quo res propulſa in proprium defertur locum.*

71 PRæterea uel argumento illo patebit motum in uacuo exerceri non poſſe, quòd uelocitas & tarditas ſine queis motus non cōſtat, in uacuo non ſubſiſtit. Res mehercle euidētes, & quæ nullius probationis indigeant. Ac primū quidem in iis corporibus, quæ quòd de ſimilaribus partibus componuntur homogenea appellari diximus, quæq; ad alterum locum ſummum aut infimum mouentur, duplicem rationem perpendimus, cur aliquando inæquali celeritate decurſiones ſuas obeant peragantq;,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

etiamſi figura non diſcrepat: Aut enim id faciunt mediæ regiones, per quas mouetur (ut huic per mare eundum, illi per cœnoſam ſubluuiem ſit, huic per humorem, illi per aërem tranſitus, hic tranquillo nauiget, ille hyemanti atque turbato, hic ſecundo, ille aduerſo uehatur. Fit enim hac ratione maxime, ut corpora tantundem itineris hæc ſegnius, illa uelocius conficiant) Aut inæquitas ponderum. Nam ut cætera ſint paria, quo quicq; grauius eſt eo, uiſu celeritateq; præualeat ſi duæ maſſæ, auri una, argenti altera per aërem deferantur. Verum de differentia grauium & leuium habebitur mox mentio peculiaris in loco. Nunc de iis corporibus agendum, per quæ grauia mouentur & leuia. Si igitur horum fuerit, alterum craſſius, alterum tenuius, proculdubio res quæ ſint pari, tum figura, tum pondere, tantundem æquoris per tenue, quàm per craſſum uelocius peragent. Non enim æquè facile eſt aquam & aërem ſcindere. Deſtinetur globulus æris, qui centenariam lineam motu ſuo tranſabire & decurrere debeat. Non enim per aërem id menſus, quàm per aquam facilius celeriusq; tranſmittat, qui tanto celerius quanto aër eſt, quàm aqua dilutior. Sed & proportio quoq; temporum illorum intra quæ mouebitur, tanta planè fuerit, quanta & corporum, per quæ tranſeundum eſt. Nam qua proportione aër comparatur ad aquam, eadem tempus in quo per aërem quicq; defertur, reſpondet ad tempus. In quo per aquã id fit. Quanto enim aër rarior ſolutiorq;, quàm aqua eſt, tanto alterum tempus altero breuius uidetur. Contraq;, quemadmodum tempus habet ad tempus, ita corpus ad corpus. His ita propoſitis manifeſtum eſt nullam afferri poſſe in uacuo proportionem ſubtilitatis ad plenum, utpote quo id nullo modo ſit corpus. Quod ſi quem reſponſum habet proportionis plenum ad uacuum, eũdem tempus, in quo per plenum iter fit, habet ad tempus in quo per uacuum meatur. Plenum autem & uacuum nulla proportione iunguntur. Profecto neq; tempus, & tempus proportione ulla iungentur. At finiti cuiuſq; temporis ad quodq; tempũs proportio aliqua eſt. Illud itaq; tempus, cum quo nulla ſocietas proportionis habebitur, tempus eſſe nõ poterit. Erunt ergo res aliquæ, quæ ſine tempore mouebuntur (idq; concedendum in uacuo eſt) aut, quod uero propius fuerit, neq; mouebuntur quidem quum motus omnis tempore abſoluatur. Et ut faciliora uideantur ea quæ diximus, ſubiectum ſit tribus horis pondus aliquod per aërem, quatenuiſſimus eſt, centumpedalem magnitudinem decurriſſe: quæro quanto nam tempore eadem menſura fuiſſet confecta per uacuum? Si ſexquihora reſponderis, atque ita conceſſeris moram eius temporis, in quo facta delatio per aërem eſt, proportione illa maiorem haberi, continuo quoque fateri cogeris, aërem eſſe altero tanto, quàm uacuum craſſiorem. Siue item tripla, ſiue decupla, ſiue milleſima dixeris, eadem euentura incommoda ſunt. Nulla enim proportio ad uacuum poteſt, uel fingi, ſed quantamcunq; attuleris, in infinitũ reſidebit, excediq; poterit. Quòd ſiquis
72 adhuc contenderit pondera in uacuo moueri tempore oportere, ſciat ſe alios laqueos inhæſurũ. Percurrat lapis magnitudinem centum pedum hora una per uacuum, per aërem duabus tantũdem, quia per aërem proculdubio plus temporis ſumptitatur: quæro, hora una partem aëris aliquam confecerit? [a] Et negari non poteſt, ſit ea pars quantalubet, ſit dimidium. Mouebitur ergo æquali tempore per plenum & uacuum, quod ſtatim abſurdum eſt. Quamobrem ſequitur, & quidem abſurdius aliud, plenum ad plenum eandem habiturum proportionem temporum. Exempli cauſa: Semiſtadium aëris ad ſtadium aëris, quàm plenum ad uacuum, id eſt, ſtadium aëris ad ſtadium uacui. Nam quemadmodum hora una ſtadium uacui, duabus ſtadium aëris percurritur: ita ad eandem proportionem ſemiſtadium aëris, aut quicunq; alius modus & ſta-
73 dium aëris percurretur. Hactenus Ariſtoteles cogentiſſimis & neceſſariis rationibus contra aſſertores uacui diſputat, præter hæc quæ ille adiicit, nec confeſſa nec prorſus uera ſunt, ſuperq; obſcura & ſalebroſa, & quæ tum audienti, tum legenti conſueuerint ſuperfluam moram inferre. Quod genus neq; ad hoc noſtrum inſtitutum magnopere pertinet, & ab hac breuitate interpretandi remotum eſt: alioquin hunc locum, ſicui noſcendi hæc quoq; ſtudium & ocium ſuppetit, expoſitoribus aditis diligentiſſime tractatum & explanatum inueniet. Quum [b] igitur hęc diſſentanea, & naturę pugnantia uideantur, tollenda ea ſententia eſt, unde illa ſequi & proficiſci noſcuntur. Porrò argumenta, quæ in hoc ſupra adhibuimus certis concluſionibus ad confeſſum liquidumq; perducunt. Eorum ſumma in eo atq; cardo eſt, quòd quum cuilibet motui opus tempore ſit, eum quoq; motum, qui in uacuo conſtituitur ſuum habere tempus oporteat. Temporis autem omnis ad tempus utique ſi utrunque ſit finitum, habetur proportio aliqua. Talis igitur ſit, neceſſe eſt uacui ad plenum proportio, qualis eius eſt temporis, in quo per uacuum magni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tudo aliqua decurritur ad tempus, in quo per plenum id fit.

[a] *Simpl. hanc rationem exponens: in eius fauorem hæc ait. Si quis crediderit nihil absurdi concludi ob id: quia & si equali in tempore maius tamen est spatium quod percurritur cum in vacuo quam cum in pleno mouetur. is animaduertat: quod nec ipse etiam Arist. concludere voluit eorum equalitatem, sed rationum solummodo similitudinem. nam cum sit prius monstratum vacuum ad plenum nullam habere rationem sicuti nihil etiam ad numerum. merito nunc veluti absurdum concludit equali in tempore permeari plenum aliquod & vacuum.*

[b] *Si qui attamen esse vacuum concedat: id tamen vacuum, quod secundum separatum quidem sit: & per id fieri motum: quia per plenum nequaquam fieri valeat continere tamen hoc vacuum semper corpus aliquod quod sit necesse expelli ab eo quod mouetur: si per vacuum transire voluerit: non illis illabetur incommodis: ait Simpl. quæ fuerunt inducta: vel quis poterit inducere: ratio enim temporis & velocitatis seruabitur in motu non quidem ex parte vacui: sed ex parte corporis in vacuo reperti quod diuidi vel expelli oporteat.*

74 HAnc itaque motus inæquabilis causam de duabus alteram tollunt ii, qui uacuum intuuntur asserere,[a] sed neq; illam tuentur, quæ de ponderum discrimine & mo/mentis corporũ nascitur. Nec enim dici potest, in uacuo haberi aliquid, quod aut contrà tendendo, aut cessando sedendo' que inæqualitatem motuum faciat. Quid enim sit sedentarium, quid irrequietum in uacuo, aut quisnam motus frustello & segmento uacui accidat. Præterea nonne cerdones saltem hoc sciunt, quod illi tueri non possunt, excussores, fabri ferrarii, aurifices, lixæ, nautæ, piscatores omnes: postremo qui utcunq; sedem uel officium tenent, in mari, aut uictum indidem capiunt, quotiens aut perpendiculum consulunt, aut trutinam librant, aut euerriculum & gasapam immergunt, aut anchoras iaciunt, si (uerbi gratia) interrogentur: cur per idem mare anchora decem pondo, & anchora trium pondo in eandem altitudinem missæ, in eandem effigiem deformatæ, tempore tamen in æquali descendant, hæc celerius, illa tardius hæreat fundo. Respondebunt opinor Hercules non sine risu, dignam scilicet quæstionem, de qua ad Apollinem referatur, cur decem pondo sint grauiora, quàm tria. Cęterum hanc causam reddere illi non poterunt, eruditi alioquin & sapientes uiri. Et si in uacuo plumbi massæ & pumicis moueantur, aut æqualiter moueri concedent, aut nullam rationem habebunt, cur plumbea uelocius moueatur. In pleno autem necesse est moueri uelocius quicquid est grauius, quia scindit ui & nisu maiore subiectum, siue aquam id, siue aërem statuamus. At in uacuo non ocyus ferrum, quàm suber corruit? Quum uacuum utriq; cedat æqualiter, sed neq; cedat quidem: quũ enim id nihil sit, subtilis hominis est putare uacuũ cedere: ita fit ut differentia grauium & leuium, id est, rerũ momenta tollantur, & quod sequens est, omnibus quæ mouentur, æqualis & indiscriminata uolucritas accidat. Quòd si hæc pericula sunt & constare non possunt, declinandã tibi eam sententiam censeo, de qua creantur. Sed dixerit aliquis, differentiam, quæ posset ex figura constitui, superstitem illis adhuc uideri. Nam quæri solet: Quamobrem plumbum in latitudinem defectum & deminutum in laminas, fluitet, coactum in massam, aut in longitudinem tereti ambitu diffusum, & si pondere iniquiore, mergatur? Ac nos quidem facile possumus illam rationem afferre, quòd laminæ inuectu aquæ uel aëris multi, quem amplitudine orarum sub se colligunt, facile insident, in summoq; restitant, & defenduntur à mersu præsidio figuræ inefficacis scindendo & pissuendo subiecto. Aliæ uero formæ, quibus ille obtusus & hebetatus non obstat, quia per angustias coëuntium marginum minus instrati moliminis amplectuntur, propellunt'ue, ad instar mucronis facile adaperiunt & dissecant parte, qua ingruunt: præcipue uero aër id sentit, utpote inter elementa fluxissimum atq; mollissimum. Vtrum uero illi quoq; hanc causam reddere possint, ipsi uiderint, ego nõ perspicio. Hoc[b] idem in atomis queri de Epicuro potest, uelit inæquali uelocitate moueri illas, an æquali. Si inæquali, rationem desidero. Si æquali, requiro constantiam ostendat, quonam pacto continuabunt, & assequentur sese illæ uicissim atque comprehendent, aut quomodo ad insertum complexumq; mutuum uenient, ut subinde res alias, quemadmodum ipse prædicat, concursu illo progenerent. Doceat, qui possit hoc fieri æquali motu promiscue omnibus dato. Patet igitur uacuum argumento

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

motu non aſciſci, ſed tolli.

[a] *Series huius loci in latino codice præpoſtera eſt vt facile poterit vnuſquiſq; animaduertere, ſiquis vero verba latina digerere voluerit in eum ordinem qui in græcis conſpicitur: hoc pacto oportet legere & emendare, hanc itaq; &c. qui vacuum intuuntur aſſererent & alteram etiam quæ ſimiliter ex eorum differentia naſcitur per quę fit motus: nec enim dici poteſt in vacuo haberi &c. quæ ſequuntur ad eum vſque locum vbi ait & ſegmento vacui accidat nam ſtatim ſequitur ſed neque illa tuentur quæ ve ponderum diſcrimine & momentis corporum naſcitur nonne cerdones ſal tem hoc &c.* [b] *Alex. Themi. imitatus qui contra Epicurum contorquet Ariſt. rationem Simp. attamen ait: quod ſi quis poſuerit atomos equali velocitate & ſemper moueri non poteſt incommodum illud aufugere quod ſi aſſerat eas quandoque etiam quieſcere nihil amplius incommodi conſequatur, nam poterunt viciſſim ſeſe aſſequi.*

75 Ed etſi citra reſpectũ motus ipſam per ſe naturam uacui æſtimans, uere uacuam
76 eſſe cõperimus. Quũ igitur corpus ſubire per corpus nequeat, ſi corpus addatur in corpus, neceſſe eſt partem aliquã eius, quod additur, cedere ingredienti, & tantum indidem abire, quantum acceſſit. atq; hoc in nonnullis apertiſſime cernitur. Nam ſi lapidem in aquam miſeris, tantum aquæ recedet, quanta eſt lapidis moles: in aliis quoq; quanquam minus id ſenſu percipitur, poteſt tamen quibuſdam argumentis facile coniectatio elici. In hydraulis (hoc eſt, in iis inſtrumentis, quæ ad aquam mouentur) quotiens aqua, iis aëre ac ſpiritu oppletis, infunditur, lingulæ tibiarum intrinſecus foraminibus additæ, meantis aëris tranſitum indicant ſonitu. Is ad exitum properans, feſtinansq; ad ora inſtrumenti ſtrepitum ciet. Quod ſi nullam dederis regionem, in quam coniecto alio corpore pulſi aëris partes euadant, aut compreſſum reſidebit in ſeſe, tumoremq; priſtinum coëundo & denſendo quaſi præcinget, quatenus uas tantũ inditi corporis capiat, quantum aëri abiit molis: aut frangetur & diſſiliet potius, quàm alterũ corpus excipiat. Hęc adeò manifeſta omnibus, adeò ſingulis horis & uulgo comperta, aut non uident illi, aut uidere diſſimulant. Sed ad propoſitum, ſtatuatur corpus in uacuo, abibit ne recedetq; de uacuo tantũ, quantus eſt ingreſſi corporis modus (quod eſt ridiculum) an manebit etiam pars illa uacui, poſtquã receptũ eſt corpus? At quo modo? Nonne hoc admirabile? niſi fortè magis impoſſibile per corpus illud receptũ æquale uacui ſpaciũ penetrare. Quod ſi dixeris poſſe penetrare uacuũ, quia nihil eſt uacuũ, hoc ipſum eſt quod uolebam tenere. Si uero naturam in eo quandam haberi contendunt, qua ſpaciũ quoddam ſit in treis dimenſiones porrectũ ac fuſum, nullo modo efficere aut conſequi poterunt, ut res per ſpaciũ illud deferantur. Sit enim hoc modo inconueniens par, uacuũ dicere meare per corpus, & aquam aut aërem dicere. Nam quanquam calida hæc, aut frigida ſint, grauia, leuia, aut aliter id genus affecta, uacuum non ſit: non tamen id eo ualet, ut illa ſe mutuo penetrare non poſſint, uacuũ poſſit. Sed, ut dictũ eſt ſuprà, habent à ſpaciis & dimenſionibus corpora, ut ſint in loco: quamuisq; ab aliis accidentibus ſpacia non uideantur abiuncta, definitione tamen cogitationeq; diſſident. Non enim propterea lapis tantũ loci obſidet, quia candidus niger ue ſit, calidus, frigidus, grauis, leuis, ſed quia eius dimenſus ſit tantus. Quanquam uero corpora per grauitatem in locos ſuos ferantur, ſimul tamen tenuerunt illos, per amplitudines ſuas & ſpacia eſſe dicuntur in loco. Tumor enim ſolus ex iis quæ corpori inſunt ad rationem hanc pertinet, non grauitas, non leuitas, poſtremo affectio illa uel qualitas. Nam ſi lapis (exempli gratia) cubus, id eſt, figura teſſeratum à cæteris accidentibus abſolui poſſet, ſola amplitudine atq; menſu retento, tantũdem regionis occuparet, quantũ cũ omnibus accidentibus occupat. Quare ſi in uacuo quoq; fingatur eſſe, tantũdem loci obtinebit, ſiue cũ qualitatibus, ſiue abſq; qualitatibus intelligatur. Atq; tunc quęro ab illis, quid nam differet corpus hoc cubũ ab æquali uacuo atq; loco? Et Hercules, ſi duo hæc in eodẽ ſunt,
77 cur non tria & quatuor, demumq; infinita? Et ut repetendo demonſtrationis huius uim colligere planius poſſis, qui corpus in uacuo eſſe contendunt, ſpaciũ in ſpacio collocatũ eſſe cõtendunt. Nam neq; uacuum cedere poteſt, quũ nihil ſit, & corpus ex ſolo habet ſpacio, ut in loco ſit. Sed & corpus fatebũtur in corpore. Quũ enim non ex accidentibus reliquis, ſed ex tumore & amplitudine corpora nanſciſcantur, ut ſint in loco: ſi tumor eſſe poterit in tumore, reliqua accidentia nõ uetabunt, ne ſit corpus in corpore. Quare ſi abſurdũ eſt haberi corpus in corpore, abſurdũ erit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

haberi corpus in uacuo. Nam corpus in uacuo facit, ut in tumore ſit tumor: tumor in tumore cauſę eſt, ut ſit corpus in corpore. Hunc in modum elicitur ſuperfluo ac temere uacuũ propter illam rationem adhibitum fuiſſe, ut corpora, quæ ſeipſa condere & recipere non poſſent in ſe, ha-
78 berent uacuũ in quod reciperentur. Sed & hinc uel clarius conſtabit uacuũ ſuperfluere. Nam ſi cuiuſcũ rei dimenſus, qui à qualitatibus ſaltem ratione diſtrahitur, nihil differt à uacuo: corpora autem cũ mouentur unà cum ſuis quęcũ dimenſionibus mouentur, quidnam corporibus opus eſt, ſpacii dimenſionibusq; non ſuis? Si enim ut quicũ dimenſionem habet & ſpacium, ita indiget alterius dimenſionis & ſpacii, ipſum quoq; uacuũ, quod ſecũdũ illos dimenſionem & ſpaciũ coaptabit: atq; hæc deinceps aliam, ad uſq; infinitũ. Hactenus illud egimus, ut probaremus uacuum ſeparatum non poſſe conſtitui.

79 NVnc ne illud quoq; poſſe cõſtare, quod rebus inſertũ diſtributumq; dicitur. Sunt enim qui id ex compreſſione ampliationeq; corporũ colligant. Nam ſi compreſſio (inquiunt) eſt, quotiens corpus ex amplo tumore in exiguũ reſidet, ampliatio quotiens de exiguo in amplũ attollitur, neceſſarium uideri uacuũ eſſe rebus immixtũ, in quod & denſentia abeant, & rareſcentia diffundantur: neq; compreſſionem modo ampliationemq; adimi ſublato inani, ſed cæteros itidem motus. Quũ enim quippiam mouetur in loco, corpora circũſtantia, per quæ tranſitũ facit, cogũtur in anguſtũ, & quaſi coërcent ſe, ut aditum nouo tanquam hoſpiti faciant: atq; ita uacuam regionem relinquunt, quale ſæpe animaduertimus fieri, quũ quis per confertiſſimam multitudinem iturus, hinc atq; illinc populo decedente tranſmittitur. Quòd ſi corporibus inane non eſſet imbibitũ, ſequeretur una re loco mota mutare orbem fluctuareq; uniuerſum. Et quũ proxima à proximis quæcũ corporibus pellerentur, cœlum quoq; ipſum elidi, proindeq; mũdo egredi, & quaſi circũfluere oporteret: quod in natabulis & urinantium uaſis cernitur, cum in iis aliquod corpus mouetur. Atq; huic ſententiæ aderat Xuthus, ignorans reciprocationem, ſucceſſionemq; corporũ in eodem loco non ſolũ fieri motu circulari ſolere: quod ille quoq; uidebat (erat enim illuſtrius quàm ut cõniueri poſſet) ſed & motu quoq; directo. Tantũ paulo obſcurius dicebat & illud Xuthus. Niſi uacuũ [a] aſciſceretur, corpora in conuerſionibus æqualem eſſe amplitudinem retentura, ita ex aquæ ſextario ſextariũ aquæ extiturũ. Nam qui ampliari poterit, ſi regione & loco caruerit, in quem dilatetur atq; fundatur, niſi quis orbem uniuerſum (ut dixi) defluctuare & exagitari conceſſerit? Et dum uacuũ minus cupit uitare, incidere uelit in maius. Nam quò deciderit, aut (obſecro) fluctuauerit mũdus? In corpore certe non poterit, in uacuo igitur quod circũfundatur mũdo. Plane rareſcendo corpora ampliari conſtat argumento uaſorũ, quæ aëre aut liquore plus nimio rareſcente diſſiliunt. Nam muſti quoq; dolia humore largius diffiato euaporatoq; interim diſrumpuntur. Vbi nam igitur amplificatæ res reciperentur, niſi continens quaſi decederet, & in uacuas ſedes ſeſe conferret.

[a] *Verba Ariſto. quæ his reſpondent ſunt hæc: aut æquale ſemper eſt mutare aerem & aquam quæ Simpl. exponens ait hoc modo. eſt & alia quædam fictitia poſitio in generationibus. nam & quis dicere poſſet: quod quando aquę ſextarium in aerem vertitur amplitudine maiorem aer alius ex quapiam alia parte illi æqualis in aquæ ſextarium comitatus æqualitatem ſeruat: ignis etiam quandoque in aerem conuerſus proportionem ſeruat. ſic enim reor melius audiri verba Ariſto. quam vti Themiſt. eodem modo Alexan. fortaſſis expoſuit cum ait æqualium inæqualia fieri tranſmutationem. niſi equidem ambo eſſe ambobus æqualia voluerit. non autem aerem aqua veluti Themiſt.*

80 VErum ſi uacuum corporibus ita inſitũ putant, ut in raro corpore ſpatia quædam inania ſeparatim habeantur quæ poſſunt corpus excipere, eaſdem excitabimus rationes, quibus ſupra & loci & uacui ſeparatim authores coarguimus. Nec releuabit illas remediũ quòd deſtructũ & qua cæſim deminutũ dicatur: qua correctione illi contra difficultates eas ſe cõmuniunt, quibus occurſum eſt iis, qui coactum
81 illud & ſolidũ abiunxere corporibus. Vtriq; enim uidentur ſpatium ſeparatũ admittere. Quod ſi nõ ſeparatũ, ſed inſertũ, & (ut ita dicam) dilutũ, infuſum inſperſumq; raris corporibus uolunt: quanquàm ueriſimilius aliquanto, non tamen uere loquuntur. Primum ex ea ſententia euenit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ut uacuũ non cuiuſq; delationis cauſa ſit,ſed eius dũtaxat,quę ſuperna ſpectat.Nam ſi id in quo uacui plus ineſt,rarius leuiusq; eſſe neceſſe eſt:quæ autem rariora leuioraq; ſunt, ſurſum etiam facilius migrant,eius delationis tantũ,qua in ſublime niſus eſt,cauſa relinquitur uacuo. Ea propter & ignem eſſe rariſſimũ putant, quia ſurſum celerrime deuolat. Propterea non quemadmodum locus cauſa motus eſt, ita uacuum cauſam faciunt eſſe motus: ſed quemadmodum utres retibus innexi, eo quòd ipſi fluitant, retia quoque in ſummo conſtituunt: ita & uacuum, eo quòd ipſum ſurſum fertur, ſubſtentat & leuat etiam rara corpora. At quomodo ferri uacuum quem eſſe locum uacuo arbitrantur? Certe dari alterũ uacuũ eſt neceſſe,in quo uacuũ quod fer-
82 tur in motuq; eſt,recipiatur.Sed ſatisfaciat uacuum motui leuium, grauibus quomodo ſatisfaciet? Quam afferunt cauſam,cur illa deorſum præcipitentur & ruant? Non enim conſequio trahuntur à uacuo,quemadmodũ leuia. Quam igitur cauſam afferunt? Num naturam? Ac poterant hoc idẽ de leuibus dicere,deq; iis quæ ſurſum incedunt.Deinde,ſi quo quicq; rarius & inanius eſt, eo ocyus euolat, manifeſtũ eſt ipſum inane eſſe ocyſſime euolaturũ. At in uacuo motũ ocyſſimũ aſſignare nõ licet:neq; tempus omnino ullũ, in quo motus ille exerceatur. Nam ſimul tempus dederis, uacuũ proportionem habebit ad plenũ. Quòd ſi dixerint uacuũ per ſe moueri aut euolare nõ poſſe:quũ ea lege corporibus additũ inſertumq; ſit, ut nunquam ab illis ſeparetur doceant nos, quũ denſentia corpora contrahuntur, utrũ excludant & exprimant uacuũ, an retineant. Si excludunt,palam eſt uacuũ per ſe moueri poſſe:ſi retinent,quid ergo conferet ad cõ preſſionem,ſi etiam cõdenſatis corporibus uacuũ ſubeſt adæque ut prius? Quũ enim uacuũ illi ad condenſationẽ maxime neceſſarium opinentur,ut in illud coacta conſtrictaq; corpora ſeſe recipiant,qui fieri poteſt,ut tũ ante,tũ poſt denſationem tantũdem inſit corporibus uacui? Et ſi fieri illud poteſt, quomodo tuebuntur ne tantũdem molis & amplitudinis habeant, quantũ antequam condenſuiſſent,ſi neq; corporis quicquam,neq; uacui ulla pars abeſt? Item quomodo uetabunt,ne denſari corpora in infinitũ poſſint,ſi ſemper tantũdem uacui ſubſitũ eſt. Quòd ſi abire aut decedere uacuũ,cõpreſſione facta,cõceſſerint,quò nam abibit? quo pacto mouebitur? qualis nam motus erit uacuo naturalis.Nimirum dicant illud oportet,qui leuibus debetur. At quo modo fiet in tempore,uelocitates certe comparari non poſſunt.

83 Sed quoniam ueriſimile eſt quod putant,uacuũ eſſe conſtituendũ in rebus,ut denſentia & compreſſio fieri poſſit,uidetur in præſentia indicandũ, quemadmodũ no-
84 bis ſine ope uacui condenſatio fit ſuperſtes. Equidem primũ id facillime ac breuiſſime poſſem refellere,uacuũ non eſſe neceſſarium, argumento illo quod afferunt. Quòd quum aqua mutatur in aërem,maior uiſitur aëris amplitudo, quia(quod & notari uelim) nihil uidetur obſtare, quin è contrario alius aër alio loco, eadem menſura conuerti poſſit in aquam:atq; ita per hæc conſarcinato quod laceſſitum fuiſſet,par utrinq; ratio fiat, quaſi reprehenſione quadam & compenſatione naturæ, quæ inſtituit ut utriuſq; elementi modus æquamento amplitudinis utcunq; facto,naturali hac uiciſſitudine ſolidetur. Sed cõmodius & dignius tanta re puto recenſere id altiuſcule, & rationibus addicere neceſſariis, & ſumptis ex iis,quæ confeſſa olim & cõprobata ſunt nobis. Intentio eſt corpora poſſe abſq; inani denſere atq; rareſcere. Oſtenſum eſt calidi,frigidi,duri,mollis,dulcis,amari,humidi,ſicci:poſtremo contrarietatis cuiuſq; naturalis unam eſſe ſubiectam materiam per ſe imprecabilem immortalemq; ſeculis omnibus,eamq; in actum de poteſtate conferri atq; conſtitui:quamuisq; à rebus abiuncta nõ ſit, obtinet tamen definitionem atq; naturam diuerſam à rebus. Ea ſubſtantiæ alteri,quæ rerum eſſentiæ uis atq; ratio eſt,dico formæ iugata & copulata, conſtituit res quæ concreta & compoſita appellantur. Quanquam uero numero una eſt, uicibus tamen infinitas formas alternat: fundi-
tur,premitur:mille modis patet,inſculpitur.fingitur,effigiatur,afficitur:preſſa calcataq; denſitudinem & ſpiſſitudinem facit:attenſa & fuſa,raritudinem,leuitatem. Quemadmodum uero quotiens calet & friget non diuerſarum naturarũ confuſione miſtione ue calet & friget,(Nam quanquam calor & frigus diuerſæ res ſunt,eadem tamen materia eſt,quæ uiciſſim iis,tametſi contrariis ſternitur,quęq; ad ea de poteſtate ad actum refertur)Quemadmodum inquam,tametſi contrariarum qualitatum omnem affectionẽ colores,ſapores,& id genus cæteras concipit,non tamẽ alia eſt quæ modo calida,modo frigida,modo ſciti,ſaporis,modo fatui,modo nigra, modo candida cernitur. Et quemadmodum numero una eſt,quę calida & frigida redditur,ita una & eadem eſt,quæ magna ſit atq; parua. Quũ enim eadem materiæ portio quandoq; aqua quando aër fiat,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

interdum ampla,interdū anguſta: nec ſit aliud quod aqua factum eſt, aliud quod factū eſt aër, ſed eadem plane natura utrunq; facta eſt. Igitur & quū materia ipſa de aqua fit aër, nullo addito extrinſecus corpore,aut uacuo intrito,maior & amplior redditur. Contrà quū de aëre aqua fit, nullo deraſo adempto'ue minor & arctior prouenit. Atq; in hoc maxime diſſidemus ab iis, qui per concretionem excretionemq; ortus rerū abſoluunt. Illi per appoſitionem & defectionem generationes & corruptiones conſtituunt, neq; ſubiectū unū omnibus elementis inſternunt. Nos unam materiam rebus ſubſitam haberi probauimus,quæ in totū mutaret,atq; in uarios modos & formas conuerteretur. Quemadmodū itaq; una quanq; ſit caleſcit eadem & frigeſcit,non alterius rei miſtura appoſitura'ue, ſed ſuapte potentia, per quam illa ipſa eſt, in qua uertitur: ita & magna & parua euadit nō acceſſione magnitudinis detractione'ue, ſed illa ipſa ui ſua,qua utráq; amplitudinem potentia continet. Eodem igitur modo ſi aër dehiſcendo rareſcendoq; panditur, aut craſſeſcendo & coëundo compellitur in anguſtum, atq; contrahitur,tota ea ratio tribuenda materię eſt,quæ cū poteſtate tū magna tū parua ſit,interim actu interim poteſtate ſub utroq; exitu uiſitatur. Vt enim quū quid de calido calentius fit,nō ita uidetur mutari, quaſi prius aliqua pars non fuerit calida (nam & calida erat uniuerſa materia antequam calidior fieret,& nulla pars erat non calida) ſed nunc quū crementū & tenſio caloris fit,uniuerſa atq; omnes partes incremētum ſimul accipiunt. (Nam ſi partes aliæ calidæ haberentur,aliæ calidiores,quū materia facta calidior eſt,utiq; non eſset numero una materia, quæ pluris minorisq; differentias & momenta reciperet, aut quæ de calida calidior fieri uideretur, ſed præſenti ac præcedenti calori nouus calor adiectus & admixtus acceſſiſse intelligeretur.) Quemadmodū itaq; hoc recte in affectionibus dicitur,ita in denſentibus & rareſcentibus corporibus recte dicetur unam & eandem haberi materiam,quæ utrūq; recipiat,nō forinſecus quicquam modo ingredi,modo egredi,ut dicunt ii qui uacuū rebus inſitū uolunt. Ignorant plane illi naturam materiæ,non ſequius atq; ii,qui in ferro quod canduiſset igni,nō in materia conceptū ignem putabant,& ferrū in ignem eſſe conuerſum.

85 Poſsumus & aliud exemplum afferre:Partes circuli deuexæ & curuæ omnes habentur. Si igitur in interiora nitantur & uergant ad centrū, atq; ita in minorem orbiculū ſe contrahat & corrigat circulus ſubeunte undique curuamine & decedente partiliter,deuexeriores proculdubio incuruioresq; fient:non quòd partes aliquæ quæ in circulo fuerint maiore de rectis cernuæ & incuruæ ſint futuræ,ſed quòd quæ curuæ fuiſsent prius, modo proniores curuioresq; habebuntur. In totū,plus & minus nactæ res dicūtur,non propterea quòd quicquam adſit abſit'ue,ſed quòd ea quæ adſunt,tentionem totam aut remiſſionem accipiunt,ut quū aliquæ res calidiores,dulcio res,candidiores efficiuntur. Ita quū materia aut extenditur aut contrahitur,neq; ueterem amplitudinem perdit,neque nouam acquirit, ut ſentiunt ii qui uacuum eius rei cauſam conſtituunt. Sed idem ſubiectum,eadem natura de amplo tumore in exiguum coërcetur, & de exiguo in amplum expanditur, id quod de circunferentia circuli paulo ante monſtrauimus. Idem igitur erit & quod denſum fit,& quod fit rarū,& una erit utriq; materia. Neq; rara exiſtimanda,quæ imbiberint uacuū,denſa quę excuſserint. Sane denſa ſunt grauia:rara ſunt leuia. Item denſa uiam moliuntur deorſum: rara ſurſum commigrant. Quamobrem ſi uacuū nihil conducit ut rara ſint, neq; conducet ut ſurſum ferantur. Item ſi nihil conducit ut denſa ſint,neq; cōducit ut deorſum ruant. Plane denſum ſpectat ut graue & durū ſit:rarū,ut leue atq; mobile. Non tamen hoc perpetuū eſt, nec ut quicq; durius eſt, ita etiam grauius fuerit: [a] nam in ferro & plumbo diſſonat ra-

86 tio. Ex iis quæ dicta ſunt,late patet uacuū neq; ſeparatū,neq; aggregatū,neq; in raris corporibus eſse permiſtū, ſed ne potentia quidem. Quòd ſi cui libuerit uacuū dicere id, quod cauſa motus ſit, quodq; efficiat ut graue ſit quicq; aut leue profecto is uidebitur contendere uacuū eſse materiam. Ea eſt quæ raritatem & denſitatem recipit. Raritudinem & denſitudinem conſequuntur grauitas,leuitas,durities,mollities. Harum alteræ delationis cauſæ ſunt, grauitas,leuitas:alteræ patibilitatis impatibilitatis'ue,& omnino alterationis,durities,mollities. In hunc modum hactenus de uacuo egiſse ſit ſatis.

[a] *Non ab re (ait Simpl.) plumbi & ferri hoc in loco meminit: ſed vt oſtenderet rarum formam per ſe eſſe: neque ex vacui commiſtione conſtare: nam ſi ex vacuo haberet res quod raro ſit quo eſſet rarior: eo etiam leuior: quod tamen in plumbo non conſpicitur. nam rarior eſt & molior ferro: grauior tamen.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

87 SEquitur ut de tempore agamus,ſed prius eſt,ut rationes communes quidem illæ atq; extrariæ,ſed accõmodatæ & neceſſariæ afferantur, quibus ſit ne tempus reuo cari ſolet in dubium:quibus perſolutis, tũ deinde quid ſit,ipſi pede cominus colla
88 to docebimus.ª Nihil eſſe tempus,aut ægre eſſe,& prorſus obſcure de ſequẽtibus ſtatim ſuſpicari quis poſſet.Primũ conſtat ex non entibus.nam præteritũ fuit non eſt, futurũ erit nondũ eſt:ex iis dies & menſis & annus , & infinita ad hoc æui lapſa nataq; ſecula texuntur.Quod ex non entibus conſtat,neceſſario nihil eſt.Momentũ uero,& id quod ſub hoc
89 uerbo nunc ſignificatur,non pars temporis eſt,ſed exitus terminus,& confinitũ temporis.Præte rea partes rei quæ conſtet ex partibus, aut omnes extant aut aliquæ (omnes,ut in linea bipedali: aliquæ,ut in ludis,in pompa,in bello) Tẽporis,quod & continuũ eſt,& conſtat ex partibus,nulla pars extat,ſed tranſabiere & exoluere aliæ,aliæ ſunt futuræ.(Nam momenta diximus ſupra non eſſe temporis partes,alioquin ſecari poſſent in partes,& metiri totum, & omnino dimenſum ali quem & amplitudinem obtinerent.Ea enim natura partium eſt,ex quibus aliquod totũ integra tur,quod diſtrahi & dirimi poſſit in partes.Sed neq; ex momentis cõponitur tempus,ſed ex præ
90 terito & futuro tantũ.) Non erit ergo temporis pars momentũ. De ipſo quoq; momento,quod præteritũ & futurũ definit,ſeorſum uidetur in quæſtionem uocari quemadmodũ ſit, utrũ unũ habeatur, idemq; ſemper, an aliud ſemper atq; aliud obiter prodeat , ita ut impulſo & corrupto priore , poſterius ſubinde aliud continue ingeneretur. Nam plura eſſe ſimul momenta non poſ ſunt.Quando neq; partes temporis plures ſimul poſſunt exiſtere,niſi altera continere,altera con tineri intelligantur,ut quũ dicimus adeſſe menſem & calendas:in eo uero quod proprie adeſt,& inſtans iunctum ue eſt ſiue momentũ,non poteſt intelligi continere,unũ alterũ contineri,unum amplius,alterũ minus. Quare neceſſe eſt corrũpantur & obruatur prius,ut poſteriora & ſequen tia generentur. Quũ uero corruptũ omne corrũpatur in tempore , momentũ ſi corrũpitur, aut in ſe ipſo aut in tempore corrũpetur.Sed enim non in ſe ipſo,idem enim eſſe & nõ eſſe ſimul eue niet,quia eodem pũcto corrũpi generariq; oportebit: nec ſequius ſuerit,ac ſi hoc lignũ in ſe ipſo 82
corrũpi,& in ſe ipſum mutari conuertiq; diceres:Si in alio tẽpore,quæro utrũ tempus illud bre uiſſimũ ſit,ut momentũ,an dimenſu aliquo ſit.Si ut momentũ,duo momenta habebũtur,ſimul & id quod corrũpendũ eſt,& id in quo abſoluenda corruptio eſt:Si dimenſu aliquo,nec momẽ tũ ſit,aut præteritũ igitur aut futurũ erit.In neutro deſinere aut corrũpi momentũ poteſt. Non in prẽterito,quia quũ ortũ illius momenti prẽceſſerit,ſequeretur momentũ fuiſſe corruptũ ante quam ortũ:nec in futuro,quia quũ futurũ nondũ ſit momentũ,illud nunquam corrumpi poſ ſet,ſed ſemper corrumpendũ,& ſemper corruptũ iri uideretur. Nam & id quoq; futurũ ſemper eſt,in quo corrũpi debet.Sed & facilius hoc idem explorabimus alia uia,ſic pote: Tempus omne præterito & futuro deſcribitur,ſi in tempore momenta deſinerent, id quod expers impersq; eſt, & omnino minimũ atq; breuiſſimũ,attenderetur diffunderetursq; cũ eo quod partes & amplitu dinem & dimenſionem haberet.Iam ſi momenta mutuo ſeſe non tangunt,quia tempus nõ con ſtat ex momentis,quemadmodũ lineæ non conſtat ex punctis(atq; hoc nobis hoc loci ſimplicius & rudius dicitur,poſt etiam comprobabitur)Si momenta igitur attigua non habentur,occurrit quiddam abſurdius & maius incommodũ.Nam ſi momentũ in alio momento corrũpitur,inter momentũ quod corrũpitur,& momentũ in quo corrumpitur proculdubio iaceat aliquod tem pus neceſſe eſt,quemadmodũ inter quæq; pũcta capitur linea:totũ igitur hoc quod intercipitur tempus,momentum illud durabit. At in medio tempore infinita ſunt momenta,quando diuiſi 83
le in infinitum eſt tempus,eo quòd continuũ.Erunt igitur plura & infinita momenta.Hæc con
91 ſequuntur ſi continue aliud atq; aliud momentũ gignatur & fluat. Si uero unũ idemq; in toto tempore ſtatuatur:Primũ quæro,qui poſſit tempus hoc totũ,quod omnino continuũ eſt,aut fi nita aliqua eius pars,dies,menſis,annus uno tantũ,nõ duobus extremis & terminis claudi? Quo modo inquam unum idemq; momentum ſit, unde menſes auſpicantur & ordiuntur intrantes, & quo deponunt & finiunr exeuntes,quando nullius rei diuiſilis & finitę,unus tantũ terminus
92 aut extremũ habetur,non lineæ,non ſuperficiei,non corporis. Secundũ quæro,ſi unum idemq; momentum ſemper manet,quo æuum inuehitur,quum & eſſe ſimul & fieri ſimul ea dicantur, quæ eodem tempore & ſunt & fiunt, nonne uetera cum nouis & noua cum ueteribus confun dentur.Nec regnũ Nelei ab imperio Cęſaris temporibus diſcrepat.Nihil enim prẽteritũ eſſe poſ ſet,ſi momentum unum idemq; omnibus ætatibus omnibus ſeculis permanſiſſet.Hactenus ex

poſitum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

poſitum nobis eſt ad ea, quibus tempus tolli uidetur.

[a] *Hæc ſecunda ratio a priori differt ait Simpli. quod prima quidem tempus conſiderat ratione qua ex partibus: componitur at ſecunda qua in partes diuiditur vnde in prima qua eſt compoſitum quid accipitur: in ſecunda quo partiri poteſt.*

93 CAeterum ea quæ de tempore tradita à maioribus ſunt, tantum abſunt, ut inde aliquid adiumenti capere poſteris liceat, ut [a] ii qui modo cõmentationem illam in eunt, non modo non perſoluant, ſed rem ſuapte natura lubricam & ancipitem maiore periculo conſtituant: Id quod nos pauloante commiſimus. Quantum enim obſecro, & obſcura & aliena ſunt illa, quæ à nonnullis iactata & tractata reperio, dicentibus ſphæram & globum uniuerſi orbis ipſum eſſe tempus, argumento, quòd quemadmodum in cœlo ſunt omnia, ita in tempore eſſe omnia uideantur. Atque hoc illorum ego primum accuſo, quòd rem multiiugo ſignificatu fuſam & uariam pro unius rei ſigno accipere & abuti uidentur. Nam quum eſſe in aliquo rem multifariam dicatur, id quod nos hoc libro diſtinximus, ipſi ad unam modo ſignificationem accõmodant. Nam imperitia diſputandi & reſoluendi tanta fuerunt, ut rationis fallicioſiſſimæ, ſed perſpicuę alioquin, decipulum præuidere nequiuerint. Atq; ita illi facile irretiti atq; ſuffoſſi uidere uidentur, idem eſſe cœlum & tempus. Iam quid erat facilius, quàm huius uidere contrarium? Temporis partes præteritum & futurum ſunt, cœli non ſunt: tempus fit, cœlum iam eſt: cœlum ſubſtantia eſt, tempus ſubſtantia eſſe non poteſt. Sed quid ego hic ſuperfluo immoror? Stultum mediusfidius eſt, opinionem tam leuem, tam ſupinæ ſimplicitatis inceſſere, præterq; exoletam & rudis cuiuſdam olen-
94 tiſſimam uetuſtatis. Proinde [b] alii nõ ipſum cœlum, ſed ipſam totius conuerſionem cœli tempus faciunt. Ex ea ſententia primum id ſequitur, diem & noctem non eſſe tempus, quum neque noxſeorſum, neque dies conuerſio ſit cœli totius, ſed hemiſphæriorum, ſemirotundorumq; & partium cœli circuitus. Præterea rotatio uniuerſa cœli non una, nec ſimplex eſt, ſed ex pluribus motibus conſtat, & quidem aduerſis & obnitentibus mundo: tempus uero & unum & ſimplex eſt. Item motus cœli totius non eſt æqualis, ſed qui ſub æquinoctium ocyſſimus eſt, ſub polos repigratur & quaſi retunditur: tempus rebus omnibus idem æqualeq; habetur. Iam qui fieri poſſet, ut tempus eſſet in terra, eſſet in mari, ſi uertigo & uolubilitas cœli ipſa tempus fuiſſet: niſi quis ne hoc quoq; reueritus ſit dicere, terram & mare cum cœlo conuerti. Deinde ſi, & quemadmodum Plato fingit, captiui à pueris homines in arctiſſimas tenebras ſubterrenis atq; illuminis carceribus includantur, intellectum temporis atque ſenſum habebunt, conuerſionis habere non poterunt. Præterea ſi plures mundi forent (quod quidem iam uidetur Democrito) plura quoque ſimul tempora conſtitui oporteret. At hoc diſſentaneum eſt, quamuis enim motus plures eodem tempore habeantur, plura tamen tempora ſimul haberi non poſſunt. Super [c] hæc, ſi uerum eſt ante conditum cœlum motum aliquem exordinatum & inconditum fuiſſe (cui ſententiæ conſtat graues alioquin authores adeſſe) nonne tempus ante conuerſionem cœli fuiſſet? Nam motus omnis ſiue ordinatus ſiue exordinatus ſit, ſpatium temporis exigit, quo decurrat.
95 Atq; hæc longa diſceptatione non egent. Illud potius perpendendum, quod & latius patet, & generalius eſt, utrum motus aut mutatio ulla ſit tempus. Quilibet motus in re mota tantum habetur, atque eodem in loco ubi res mota eſt, utpote ad definitionem rei motæ & rationem eſſentiæ pertinens. At tempus ubique & rebus omnibus idem adiungitur. Motus item alius ocyor perniciorq;, ſegnior & retardior alius. Aequale ſemper eſt tempus, atq; hoc neq; prolixum, neque
96 difficile fuerit indicare. Tarditas & uelocitas tempore deſcribuntur (finitur id enim eſſe uelocius, quod breuiore minori ue tempore plus ſpatii peragit, tardius quod pluri minus) Tempus uero non deſcribitur tempore: nec enim fieri poteſt, paruo ut tempore multum temporis labatur, neque contrà multo ut parum. Non ſolum autem ratione hac uelocitatis & tarditatis differunt motus & tempus, quòd illæ pertinere ad motum uidentur, ad tempus non uidentur: ſed etiam illa, quòd quantitas motus tempore definitur, ut longus is multusq; habeatur, qui multo tempore agitur, breuis contrà qui paruo. At temporis quantitas non definitur tempore. Quamuis enim multum & paruum tempus dicatur, non tamen dicitur multum & paruum per collationem ad tempus quomodo illa motui tribuuntur, ſed alia ratione, quam infra reddemus. Iam patet tempus neq; motum, neq; mutationem eſſe.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

[a] *Nequaquam videtur latinus interpres expreſsiſſe penitus vim græcorum verborum. eorum enim fidelis interpretatio hæc eſt. vt temporis eſſentiam docere aggreſsi: ipſam etiam num eius exiſtentiam lubricam & ancipitem eque conſtituant ac fecerint hæ rationes quæ paulo ſuperius nos adduximus.*

[b] *Poſitionem hanc Theophra. Eude. & Alexan. Platoni attribuunt. ſed Simpli. contrarium nititur oſtendere. priorem vero quidam pythagoreis imponunt nonnulli etiam ſtoicis.*

[c] *In hoc etiam Platoni alludit immo hoc argumento connatur Alexan. Platonem redarguere quia ſi tempus non aliud ſit quam cœli motus neceſſe ſit fateri tempus fuiſſe antequam eſſet.*

97 NVnc quæramus, utrum ſit aliqua ſaltem affinitas inter motum & tempus, an quieti potius ceſſationiq; finitimum uideatur. Sed quanam id explorauero, inquies? Facillime quidem opinor, ſi conſideraueris habitum, in quo utique ſæpius conſtituti ſolemus præſentiſcere & deprehendere temporis fluxum: ac recordare quidem primum, ſiquando de longa inſomnia atq; excubia feſſus, aut ex laſſitudine aliqua obdormiuiſti arctius: & (quod de Vlyſſe Homerus ſcribit) ſi quando quietem placidiſſimam illam & morti ſimillimam carpſiſti, tunc Hercules etiam ſi te ſomnus in alterum diem attinuerit, ſimul expergitus es, nihil interim temporis fluxiſſe aduertiſti. Quod Heroibus illis qui in Sardo dormierunt, accidiſſe fabulæ narrant. Non enim ſenſum ullum habemus eius temporis quod dormientibus nobis abſumitur, ſed primum momentum extremo iungimus, & medium tempus ut non ſentimus, ita de medio tollimus. Quemadmodum itaque quum merum & ſolitarium momentum eſt, tunc non eſt tempus, ita quum unum momentum uidetur quod unum non eſt, tunc tempus quod præteriit præteriiſſe non uidetur. In totumq;, ipſi quũ aut non mutamur mouemur'ue, aut quum mutatio motus'ue latet, tempus ſentire non poſſumus. Hinc fit plerunq;, ut nos, & quidem incœnatos impranſosq; improuiſa & ſubita nox adoriatur ſuperniatq;, quotiens uoluptate ſtudii alicuius, cui incubuimus, capti, aut in opus nobis plauſibile impenſius intenti labore non frangimur, unde oritur illico ut motus ille neq; afficiat corpus, neq; animo præſentiſcatur. E contrario quotiens laborioſe aut faſtidienter quicquã agimus gerimus'ue, quia motum huiuſmodi uehementer ſolemus aduertere, neceſſe eſt ut ipſum quoq; tempus mirifice percenſeamus. Ea de cauſa ægroti prolixos dies queruntur, & tædia horarum inceſſunt: ſæpe illud occurrit Ariſtophanis, in ore, in animo eſt: Quantũ lupiter, & quã longum noctis huius demeaculũ. Ex iis patet temporis ſenſum cũ ſenſu motus eſſe coniunctũ, & ab eo potiſſimũ excitari atq; pendere. Clarũ eſt igitur tempus ſine motu nõ eſſe. [a] Non quòd ipſi moti demũ intelligamus & tempus, ut Galenus interpretatur: ſed quòd de cogitatione & intellectu motus in cogitationẽ & intellectũ temporis ueniamus. Cur igitur ille tam temere iſthoc deſcendit, obrepſit uelicandi contradicendiq; ſtudio? Immobilia multa concipimus, intelligimus, cogitamus, dum mouemur, ut polos mundi, & centrũ terræ: nihilominus illa cum motu non ſunt. Porro debuit audire Ariſtotelem utiq; apertiſſima & clariſſima uoce teſtantẽ dictitantemq;: Nos ſimul & motum ſentimus & tempus. Sed etenim per plurimũ refert, utrum iccirco tempus eſſe aliquid motus dicas, quia ex notione motus pendet notio & cõmonitio tẽporis, an iccirco quia ipſi moti demum intelligimus & cõcipimus tempus. Verũ Galenus in pleriſq; omnibus fere ad
98 hunc modũ moleſtus importunusq; eſt. Nos igitur ſuperiora nectamus, ſi tunc, tẽpus nõ percipimus, quũ nullam mutationẽ percipimus (illud autẽ ſit quotiens tẽpore pro momento & indiuiſili utimur) Cõtrà ſi tunc tẽpus percipimus, quũ & motũ eſſe, & quàm longũ ſit percipimus, palam eſt tẽpus citra motũ mutationem'ue non intelligi adeo, ſed ne eſſe quidẽ conſtareq; poſſe. Sane etiam ſi quieſcendo & nihil agendo motũ alicuius corporis tecũ animo contempleris, ſtatim concepetis & intellexeris tempus. Si enim obortis tenebris nullo corporis ſenſu adagitato, nulla uerba deforis auocante, ſed ocio plane ſummo de nauigatione, de ambulatione, de lucta, de bello, de pace ſoli conſilium aliquod ineamus, continuo uidebitur ſeſe nobis tempus offerre. Cęterũ non ſolum tempus motũ aſſequitur adducturq; cum eo, ſed exaduerſum quoq; motus ipſe comitatur & reſpondet ad tempus. Nam ſimul lapſum & confectum aliquod tempus animaduertimus, ita atq; ſtatim admonemur & motus, intelligimusq; initam & perſolutam interea motionẽ mutationem'ue aliquam: ut ſi duas horas abiiſſe nobis cognoſcimus, nõ aliunde id col-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ligimus,niſi de actibus:quia ſcilicet aut deambulauimus,aut ſcripſimus, aut declamauimus tantum.Quamobrem neutrū poteſt ab altero ſeiugari. Sane priores rationes aſciſcunt nō eſſe idem motus & tempus:ſequentes oſtendunt tempus ſine motu haberi poſſe.

° *Gale. in his quæ de demōſtratione ſcripſit lib. 8. ut refert Simpl. hoc ſcriptum reliquit. qui quidem liber nunc deſideratur. referens autem Simpl. quomodo ſit inuectus Gale. cōtra Ariſt. ſic ait eorū occaſione: quæ hoc in loco dicta ſunt: ſuſpicatur admirabilis Gale. Ariſt. dixiſſe ob id tempus abſq; motu nō eſſe: quia nos moti ipſum intelligimus. & huic deinde rationi quoddam anne erit abſurdum: nam & ea quæ penitus ſunt immobilia neceſſario erunt cum motu. ſi quidem & eorum intellectus una cum motu eſt. cum nihil nos immobili intellectione intelligamus. dixerit ipſe inſuper non ſine dimenſu ea eſſe quæ dimenſu carent: ſi nos ea cogitauerimus cum dimenſu: quemadmodū plurima nos imaginatione efficimus. Sed hoc primo conſiderare oportebat ait Simpl. quod Ariſto. non eius eſt opinionis: ut uelit animam moueri: ſed tantummodo operari. nam ſolum phyſicas mutationes motus appellandas cenſet. quare non quod ipſi moti tempus intelligamus aſſerit non ſine motu ipſum conſtare: ſed quod motus intellectus in temporis cognitionem nos perducit &c.*

99 QVapropter tempus aut accidens,aut affectio, aut hærens & additum, utcunq; annexumq; motu nō ipſe motus exiſtimandum. Nam accidentia & affectiones quāuis non ſint à ſubiectis abiuncta, tamen eadem ſubiectis non ſunt. Altius itaq; oridendum eſt, ut eas res quam latiſſime pateat. Quicquid per locum mouetur, quēadmodum ex aliquo mouetur in aliquid, ita in aliquo ſpatio & interuallo mouetur. Atq; hoc ego cauſæ facio, cur motus quoq; ipſe continuus habeatur: quia uidelicet cum magnitudine quæ continua eſt, attenditur, & ſpatio quaſi allinitur applicaturq; : quanquam ſtabili & ſedentariæ rei fluxat & ſubitaria. Quemadmodum itaq; motus ex magnitudine ut ſit continuus, obtinet: ita tempus ex motu. Quare & ad motum & ad tempus continuitas pertinet, merito eius magnitudinis, in quam receptus eſt motus. Dicitur uero in magnitudine aliquid prius, aliquid eſſe poſterius ſitu. Prius enim hoc punctū, poſterius illud in ſtadio eſt: quia hoc ad carceres, illud iacet ad calcem. Quum itaque magnitudinis prius & poſterius aliquid ſit, idem eſſe in motu compertum eſt. Prius in motu eſt, quod ad prius in magnitudine ſuo motu reſpondet. Poſterius, quod ad poſterius. Verum intereſt, quòd in magnitudine prius & poſterius permanent, in motu ſemper aboletur & corrumpitur prius. Quamuisq; non ſit in motu quicquam prius, niſi ſit itidem in magnitudine, nec tamen perpetua in totum ratio utrinq; eſt. Non enim conſeruatur prius in motu, quemadmodum in magnitudine cōſeruatur. Eodem modo quamuis motus ſit eo continuus, quia ſpatium continuum eſt: non tamen eodem iure continuus & ſpatium habituri. Nam ſpatium ita continuum eſt, ut compareat & permaneat uniuerſum, motus ut iugiter fluat, & identidem pereat. Ex iis patet in motu eſſe prius atq; poſterius. Sed & ratio quoq; pariter explicata eſt. Nunc ad examinandum uidetur, utrum prius & poſterius, quæ in motu ſunt, motus ipſe ſint, an aliquæ res à motu diuerſæ: & utrum ſubiecto idem ſit motus, & prius & poſterius, quæ in motu definitione & ratione non idem. Profecto uidetur diſſidere motus à definitione prioris & poſterioris in motu. Nam & prius & poſterius magnitudinis, quanquam ſubiecto magnitudines ſunt: definitio tamen magnitudinis à natura & definitione illorum abiungitur. Is enim qui prius & poſterius definit, ſitum & locum in definitione conſtituit. In definitionem magnitudinis, neq; locus, neq; ſitus ingreditur. Eundem in modum definitio motus à definitione prioris & poſterioris in motu diſſentit. Nam finiturum motum dicet mobilis rei actum eſſe: prioris & poſterioris redditurus rationem, altera uia conabitur. Quemadmodum itaque tametſi pater ex ſubiecto ſit Socrates, patris tamen & Socratis rationes euariant. Item quinarius tametſi ex ſubiecto ſit lignum, diuerſa tamen & citra ſubſtantiam ligni definitio aſſignanda quinario eſt, quia quinarius in eo quòd quinarius, numerus eſt non lignum. Ita prius & poſteriusq; in motu, quanquam ex ſubiecto habent, ut ſint motus, diuerſam tamen & demutantem à motu eſſentiam obtinent. Et nunc quando à motu differre moſtrata eſt, capeſcenda nobis hoc loco diſquirenda que eſt. Itaque animaduertendum diligenter eſt, quemadmodum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

100 tum prius,tum poſterius intelligamus in motu.Ergo quemadmodum quamdiu lineam concipimus unam continuam,integram,perpetẽ,nihil neq; prius,neq; poſterius notatur in linea,ſed ſimul diſiecta in partes eſt,aut interpuncta definitaq; notulis,ſtatim prius hoc,poſterius illud in linea fecimus:ita in motu prius & poſterius nõ ante cõcipimus,quàm definiatur,& quaſi dehiſcat aut diducatur in partes:atq; ita unus ille tanquã alius atq; alius poſſit afferri. At quomodo diui di poteſt motus?Nũ pũctis? At motus caret ſitu & poſitu.Sed dicendũ puto motũ,ſi non eũ qui proprie eſt,ſaltẽ ſui generis aliquẽ quaſi ſitũ habere:ut puta,ſcribit nunc manus continuata ſerie, nec interpollat ſtylũ,dico illum motũ,quem abſoluit prioré eſſe eo quẽ initura abſoluturaq; eſt. Quamobrem?nempe,quia illum iam confecit,hunc incipit. Stat itaq; ſecari motũ hunc poſſe,& aſſignari aliquod huiuſmodi diſcrimẽ in eo, quale eſt punctus in linea, quod partis prioris depoſitio finisq; ſit,ſequentis ortus initiumq;. Signũ id (uerbi gratia) ſit hoc quod dico. Nunc ſi igitur diuidere denuo motũ illũ currentis manus,& uolumini implexæ uoluero,utar ne eodem ſigno momentoq;,quo ſum in priori diuiſione uſus:an præſente,quod modo effero,immò quod nemo iam poſſit efferre? Patetq; me nõ illo priore quod abiit,ſed alio & inſtante hoc atq; iuncto uſurũ.Ex iis duobus ſignis utrũ dixeris prius? utrũ poſterius? An antequã reſpondeas,teſtatũ ſcriptura eſt,illud eſſe prius,cuius opera interuentuq; priorem diuiſionẽ cõmiſimus,illud poſterius,cuius poſterioré? Sed quamobré prius eſt hoc altero?Nũ idcirco,quia hoc in tabula ſcriptũ eſt hic,illud illic?Nequaquam,alioquin ſi ſcriptũ non fuiſſet,neq; hoc prius,neq; illud poſterius haberetur,quod ridiculũ eſt. Nam cur ita? Conſtat igitur prius hoc utiq; præteriiſſe, poſterius

101 alterũ ſubſequutũ.Quũ ergo diuidimus motũ,& in plura momentis ſecamus, aliud quàm tempus & temporis partes afferimus?Præteritũ enim & futurũ,ex quibus conſtat tẽpus,nihil aliud ſunt, quàm ſeries prioris & poſterioris in motu, quæ momentis definiuntur, & tanquàm aliud atq; aliud numerantur. Quare idem erit tempus & prius & poſterius in motu, non ſimpliciter, ſed quotiens definiuntur & numerantur. Definiuntur uero non alio modo, quàm quum duo momenta afferuntur,& accidunt animo,unum,ut prius & prioris motus extremũ, alterũ ut poſterius & poſterioris motus extremũ.Item non aliter definiuntur, quàm extrema à mediis diuerſa eſſe concipimus.Quum enim animus eius momenti memor,de quo pridie cogitauerit,poſtridie de altero cogitat, continuo intelligit eſſe tempus, quod duobus momentis, perinde ac duabus marginibus includitur: atq; ita demum uniuerſitatem illam poteſt diſtribuere in partes,& horas quindecim aut ſexdecim dicere:tanquam ſi de linea finita pedem quis recidat,duobus modis inditis punctis.Sed & unum quoq; momentum facit,ut intelligatur tempus.Verum hoc nõ abſolute aut perpetuo,ſed quotiens momentum illud pro initio & pro exitu inſumitur.Nam ex hoc quoq; prioris & poſterioris ſenſus quidam elicitur. Id enim prius eſt, cuius momentum eſt exitus,illud poſterius cuius initium. Ita omnino conſit, ut natura omnis & eſſentia temporis à priore & poſteriore in motu ducatur.Erit igitur hæc definitio temporis,diſcrimen prioris & poſterioris in motu,quotiens diſtinguuntur diſcriminanturq;, hoc eſt, quotiens in numerum ue-

* ἀλλὰ τὸ ἀριθμούμενον τῆς κινήσεως. ſed cẽ nũera-tur in motũ.

niunt & percenſentur ab animo.Numerus enim non unius eſt,neq; eius rei,quæ promiſcua penitus indiſcretaq; ſit,ſed eius quæ partes diuerſas ſuiq; generis habeat. Non ergo motus ipſe,ſed partes * in motu penes prius & poſterius numeratę ſunt tempus. Quare ut quę dicta ſunt omni no breui concluſione teneantur,commodiſſime definiemus hoc modo:Tempus eſt numerus de priore & poſteriore motu collectus.



102 Llud autem argumento eſt, tempus eſſe numerum oportere, quòd quicquid rationem pluris & minoris capit, numero indicatur æſtimaturq;. Numerus ergo quiddam eſt tempus. Sed & prius atq; poſterius recte adiectum eſt:quod hinc liquet:Numerantur motus & quidem plures ſimul.Nam & augeſcere,& caleſcere, & deferri quis eodem puncto poteſt, atq; ita tribus ſimul agi moueriq; motibus huiuſmodi motuũ.Ternariũ numerũ nõ dicimus eſſe tempus,ſed eum numerũ quem ſeorſum in ſingulis motibus prius & poſterius faciunt.Neque perturbari uelim,quòd quum numeratas partes in motu tempus eſſe dicamus:nõ tamen numeratas res modo,ſed numerum in definitione locauimus.Nam res numeratæ ſolent interim numerus dici. Quemadmodum enim duplex ſignificantia menſuræ eſt(Nam & quod menſurat,ut olla,ut cadus,ut modius:& quod menſuratur,ut triticum in modio,ut uinum in cado,utrunq; nomini menſurę communicat.Dicimur enim eſitaſſe modium, non ligneum, & bibiſſe cadum non ipſam uegetem æneam) ita & nume-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rus non ſolum eſt is,qui ex unitatibus conſtat,ſed & res ipſæ,quæ numerantur.Ille diſcretus eſt non continuus, & ad naturam temporis explorandam ſignificandamq; pertinere non poteſt,immò impedimento eſt potius:hic continuus eſt eo modo,quo tripedaneum telum.Neq; accedendum Galeno eſt,qui tempus cauillatur definitum eſſe per tempus.Is quũ pleraq; ſignificata prioris poſteriorisq; dinumeraſſet,dixit cætera non congruere definitioni prius & poſterius, temporis ſolum uideri congruere. Ita efficiebatur,ut tempus numerus motus eſſet ſecundum prius & poſterius temporis.Sed [b] ſciendum eſt prius & poſterius,quę in motu ſunt,non habere à tempore ut prius & poſterius ſint, ſed econtrario potius efficere, ut prius & poſterius adſint in tempore. Quod autem prius & poſterius in motu eſt, dictum eſt à priori & poſteriori in magnitudine proficiſci, unde & continuitas naſceretur. Atq; hoc euidenter Ariſtoteles indicat. Prius, inquit, & poſterius in loco primum habentur,inibiq; poſitu conſtat & ſitu.Sed cum ea in magnitudine afferantur,neceſſe eſt in motu quoq; eaſdem rationes afferri.Sed concedatur Galeno prius & poſterius in motu nihil aliud ſignificare,quam prius & poſterius temporis,quid tum poſtea? Neq; enim nos ferè aliud dicimus.Nam quum tempus eſſe prius & poſterius in motu dicamus,neceſſariumq; ſit,ut idem afferat definitiones & nomina quæ definiũtur,nihil certe aliud fuerit prius in motu,atq; poſterius,quàm prius & poſterius temporis.Quamobrem hoc illum latuit,qui de
103 finitionem oppugnat, & mehercle tutius fuerat illam admittere. Sed & ut aliud atq; aliud tempus ſit,hoc facit motus,qui alius ſemper atq; alius cernitur.Cæterum quæri ſolet,quum plures motus ſimul ac pluribus locis exerceantur (exercetur Athenis, exercetur Lacedæmone, exercetur Corinthi) quidnam cauſæ eſt,cur non & plura ſint tempora? Quoniam,inquam,idem momentum idemq; ubiq; nunc eſt:ab ipſo autem nunc habet tempus, ut idem & diuerſum intelligatur:atq; unum tempus eſt tunc,quum unum eſt nunc,plura quum plura differentiaq;.Plura & differentia ſunt,quotiens unum ut prius, alterum ut poſterius deſignatur. Sed adhuc ſubiit, quod ambigas, qui fieri poſſit, ut ipſa nunc momentaq; differant, quum ratio & natura una ſit omnibus,quamuis prius hoc,poſterius illud intelligatur. Aut Socratem alium putemus fuiſſe, quum in Lycio ſederet,alium quum in foro ageret,quod ſophiſtę pollicentur oſtendere.Sed ſoluitur:quemadmodum Socrates, quamuis ſeſe huc illuc conferet, tamen ſubiecto unus erat, ratione diuerſus,quia non idem ſit in Lycio & in foro eſſe:ita & in ipſius momenti,quamuis ſubiecto natura una,atq; ſubſtantia habeatur,ratione tamen definitioneq; differret Eſt enim alia ratio eius nunc quod apud Homerum Hector dicit,quum equos alloquitur inhortaturq;:Nunc agite alipides generoſum attollite pectus, Promite præſentes animos diſcrimine herili.Conſtet ueſtra manus.Alia huius,quod hoc albo nunc ſcribitur.

[a] *Hac ratione motus Aſpaſius quod ſcilicet in motu pluris minoriſue rationem tempore perpendimus credidit Ariſto. ſentire tempus eſſe non res numeratas:ſed ipſum numerum quo numeramus:quem Auer. hoc in loco eſt imitatus:ſed Aſpaſius vt ſuam tueretur opinionem multa commutauit in huiuſmodi textu ſermonis Ariſto. vt refert Simpl.*

[b] *De hac re Simpl. loquens credit ipſe duplex in motu prius poſterius ue inueniri: & hæc inuicem eſſe diuerſa. alterum quidem quod a magnitudine habet: quod ex loco & poſitione naſcitur. alterum vero quod ex tempore prouenit: ait enim motum medium quoddam modo locum habere inter locum. tempus & vtriſque accipere menſuram numerumque prioris & poſterioris. ſed a loco quidem quod locetur & poſitionem quodammodo habeat retinet: & hoc ratione quaſpatium poſitionem habet. a tempore vero temporeus efficitur:hoc uero ei ineſt ea ratione qua influxu ſubſtantiam habet. prius ergo & poſterius quod in ſpatio eſt ratione poſitionis a loco menſuratur. quod uero fluxum protenſionemque conſequitur a tempore unde non utique aberraret inquit Simpl. qui motum definiret numerum prioris & poſterioris quod motui ineſt ratione fluxus. ſicut ſi locum definiret quod numerus ſit prioris & poſterioris quod eſt ſecundum poſitionem ſpatij. hoc deinde ueluti fundamento accepto refellere nititur:primã Themiſtionẽ:ait enim prius & poſterius quod motus ex magnitudine trahit:nõ. i. quod tẽpore mẽſuratur:ſed loco:utpote qã ſecũdũ poſitionẽ attendatur. cũ. n. magnitudinis priori ipſum naſcatur. ei etiã proportione rñdebit. prius*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

autem magnitudinis loco & poſitione terminatur. prius vero quod ſecundum tempus eſt & ſimul cum priori in motu eſt aliud quia eſt. naſcitur enim ex protenſione & fluxu motus non ex poſitione & magnitudine ſecundã etiam Themiſtionẽ refellit eodem fere fundamẽto. ait enim ſi vnũ tantummodo prius poſterius ue eſſet in motu: illud ſcilicet quod tempore perpenditur: recte equidem dicere poſſemus vt Themiſtius ſoluit motum in ſeipſo non definiri. at ſi aliud prius poſterius ue eſt quod tempore perpenditur: aliud vero quod ex poſitione naſcitur neceſſe erit dicere quod motus eſt prius poſteriusq; quod ſecundum tempus attenditur. hæc tamen facile ſolui poſſunt: quomodo autem conſidera.

104 ET ut planius condiſcantur hæc, paulò ſunt altius petenda. Magnitudinem comitatur motus, motum comitatur tempus, ut diximus. Quapropter æquum eſt, ut harum quoq; rerum cauſæ efficientes ingenerantesq; eadem inter ſe proportione reſpondeant. Magnitudinis efficiens cauſa punctus eſt: Motus ea res, quæ mouetur in motuq; eſt: Temporis ipſum nunc ſiue momentum. Erit igitur momentum unum, quemadmodum unus eſt punctus, unus eſt lapis, ſiue huc, ſiue illuc feratur. Sed ratione definitioneq; diſcrepat. Nam rem, quæ mouetur deferturq;, ita conſequitur momentum, ut ipſam delationem tempus. Sed & cognoſcitur quoq; ipſum momentum non alia re, quàm ea, quæ mouetur & fertur. Nam prius & poſterius, quæ reperiuntur in motu, ſecus rem delatam, & eius tranſitum numerantur. Alioquin illa quieſcente, nullum diſcerniculum prioris & poſterioris extaret. Sed quoniam mobile interim locum priorem obtinet, interim poſteriorem: fit ita ut in motu, tum prius, tum poſterius incernatur. Porrò hoc, tum prius, tum poſterius, quod numerari dicimus, ipſum omnino nunc eſt: unde fit, ut ſubiecto idem ſit prius & poſterius nunc, ratione utiq; & definitione diſſentiat. In eo enim quod numerum prębet, quodq; poteſt tanquam aliud atq; aliud accipi, efficitur ratione & definitione diuerſum. Pro eo uero quòd res quæ defertur notior eſt delatione ſua, quum omne quod mouetur, monſtratum aliquid ſit & ſubſtantia, ipſum quoq; momentum notius erit & manifeſtius tempore. Nam de tota immenſitate tempo-
105 ris ſolum momentum attingitur. Clarum eſt autẽ ſemet comitari & appellare uiciſſim momentum & tempus, ita ut ſine altero neutrum poſſit conſiſtere. Eſt enim tempus ferè de momentis conſtitutus conflatusq; numerus. Nam momentum quodammodo unitas tempori eſt. Et ſicut unitas repetitione alternationeq; numerum facit, ita momentum reciprocatione & iteratione tẽpus: & quemadmodum unitas quanquam infectilis, cõſtituit tamen numerum ſectilem, ita momentum, quod indiuiſile eſt, inuehit tempus quod diuiſile eſt. Cæterum differentia in eo noſcitur, quòd momenta unam continentiam pariunt, unitas diſcretionem molitur. Planè continuat momenta tempus, ut dixi, ſed & diuidunt quoq; eo modo, quo motum ſuum mobile, & delatile delationem. Eſt enim ideo iugis & una delatio, quia unum eſt quod defertur. Vnum inquam, non ſimpliciter (nam hoc quidem modo una res fuerit, qua monſtratur, corpusq; eſt, qua lignũ, qua ferrum, qua lapis) ſed qua defertur, id eſt, in eo quòd in motu delationeq; eſt, quo reſpectu unum eſſe nõ poteſt, ſi motum diſtrahat, interrumpat'ue. Tunc enim neq; continuus, neq; unus fuerit motus, quamuis ſit id, quod moueretur, unum, ſed tunc & unus cõtinuus eſt, quũ quod defertur, in eoq; defertur eſt unum, hoc eſt, quum non interlaxat, nec interquieſcit, alioquin interpollando prior motus definitur, & poſteriori abſcinditur atq; dirimitur. Deinde repetitur ſe-
106 ries, continuaturq; uicibus. Atq; ad hæc omnis res, quæ refertur, ita ſe habet, ut punctus ad lineam. Quanquam non nihil intereſt, quia punctus aſſignari bis, tum pro initio, tum pro exitu poteſt. Eſt enim permanens quiddam punctus, & ſitum ferè ſtabilem habet. At quod defertur, in eo quòd defertur, bis afferri non poteſt, quia continue à ſtatu ſuo demutat, non quòd demutet à ſe, ſed quod alium ſubinde ſemper atq; alium locum demutat & uertit. Nam ſi bis eodem in loco haberi poſſet, iam inibi inſiſteret: atq; ita non continue moueretur, ut ſubiacebat. Eodem modo neq; momentum aſſignari bis poteſt. Dicat aliquis ſi momentum bis aſſignari nõ poteſt, quomodo pertinebit ad numerum? Certe ut puncta, nõ ea quæ principium finisq; ſunt, ſed quę utrinq; extremas lineæ clauſulas inſident diuerſa inter ſe diſtinctaq; ſunt: ita ut tum hoc, tum illud ſeorſum monſtrari & accipi poſſit. Ad eũdem modum & momenta, quibus includitur tem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pus,accipiuntur,uti diuerſa,hoc ut prius,illud ut poſterius afferatur. Idem uero bis accipi nullo
107 modo poteſt,quia nullo modo etiam poteſt tempus ſiſti: Palàm quoq; eſt temporis partem non eſſe momentum,ſicut neq; res quæ defertur,pars eſt delationis,neq; lineæ punctus. Nam lineam partiri eſt in lineas,& motum in motus, & tempus in tempora. Sed quæritur utrius extremum ſit ipſum momentum,utrum motus an temporis. Dictum eſt enim aliquando momentum mo uentis & inſtantibus diuidi. Soluitur. Per ſe extremum eſt temporis: ſed quia tempus nihil aliud eſt,quam partes motus ſecundum prius & poſterius numeratæ, quotiens momentum & nume ratum accipitur,tunc motus quoq; ipſius extremum & terminus fuerit. Ita per accidens erit ter/minus motui,& ubiq; ſimul motibus omnibus aſſidebit,cauſa ea quam dixi: quia uidelicet non eſt per ſe terminus motui (alioquin ei tantum motui præſeruiret, addictumq; eſſet, cuius eſſet terminus diceretur) ſed per ſe terminus tempori eſt, quod numero motus deſcribitur. Nume/rus uero plurium rerum ſimul eſſe idem poteſt. Exempli gratia: Denarius ueterinorum & ho/minum. Quamuisq; tempus non ſit numerus is quo numeramus (qui ob id numerus nume/rans recte appellabitur) ſed is quem numeramus (qui & numeratus numerus dicitur) habet ta/men proprietates & ueſtigia numeri numerantis. Vbique enim tempus unum idemq; habetur, numeratur,percenſetur pluribus ſimul motibus,corrogatur auctioni,delationi,alterationi. Iam ſatis oſtenſum uidetur tempus eſſe, tum numerum, tum numerum motus ſecus prioris poſte/
rioris q; rationem.

Simpl. in his quæ hæc exponuntur dupliciter dubitat primo quomodo ſit vero conſonum mo mentum idem eſſe ſubiecto ratione vero diuerſum: ſimiliter prius & poſterius. nam qui fieri po/teſt: quod vt præteriit iam idem ſubiecto ea ſit quod nunc eſt eiq; quod nondum eſt: ea etiam ſimi/litudo qua Ariſt. hoc monſtrare nititur nihil videtur habere. quod rationi ſit cõſonum. de re enim quæ mouetur: vtpote quæ ſubſtantia permanens ſit & eadem poteſt eſſe diuerſis in locis: recte af/firmare poſſumus quod eadem ſubiecto ſit: & ratione diuerſa at motus: tempus & ea omnino quæ tantummodo ſunt dum fiunt neque poſſunt diutius permanere non video qua poſsint ratione dici eadem ſubiecto. Dubitat etiam ſecundo loco cum tria hoc inuicem ſe conſequantur: magnitudo: mo tus eſt tempus: & magnitudo quidem puncto terminatur tempus autem momento: quid erit igitur in motu quod his proportione reſpondeat: quo ſcilicet terminetur. hoc enim aliud oportet vt ſit quam res mota. Primo igitur reſpondens Simpl. ait hoc fere modo: momenta inuicem in nullo dif/ferunt: præterquam quod hoc quidem prius eſt: illud vero poſterius. neque enim genere neque ſpe cie neque etiam numero: ſicuti nec vnitas ab vnitate nam quæ numero differunt: quibuſdam diffe/runt accidentibus ſicut a Platone Socrates, ob id ergo quia nulla alia ratione differunt. forſitan dixit eadem ea eſſe ſubiecto. ſimilitudo autem ad punctum lapidem ue reuera ſatis violenta vide/tur: cum hæc quidem permaneant illa vero nequaquam & ideo ſi eius non magnam voluerimus ha bere rationem: dicemus quod ſubiecto idem non aliud ſignificat quam ſpecie idem. nam & Ariſto. paulo inferius dicet quod quemadmodum motus ſpẽ idem eſt: qua iterum atque iterum fit: ita & tempus: & quod ſpecie ita eſt idem vt in nullo ſit differens: aliquo etiam pacto numero idem vide/tur. Secundum etiam ſoluens. ait motus terminus eſt mutamentum. ſed quia non eſt motus cauſa vt principium ſit & punctum ipſumque momentum tanquam principia & cauſas hoc quidem lineæ illud vero temporis hic eſſe ſupponit: merito tanquam his proportione reſpondens quod fertur accepit.

108 SEd & continuum quoq; ſit tempus oportet. Motus enim uniuerſus & ipſe conti/nuus eſt. Sed ambigas cum numeri ſectio extrahi nõ poſſit in infinitum, ſed finem offendat,& quidẽ minimus habeatur, ut duitas quamobrem nõ poſſit & tempus aliquod oſtendi minimum? An duplex eſt numerus alter, qui ex unitatibus con/ſtat, atq; hic eſſe minimus poteſt: alter, qui non ex unitatibus abſolute, ſed ex re/bus conſtituitur, ut equis, canibus, lineis. Nam & quinq; lineas & quinq; triangula dicere nume/ros ſolemus. Tales numeri ſi de multitudine quæris, minimum habent. Nam duæ lineæ,& duo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

equi minimum ſunt,ſi magnitudinem ſpectas,non habent.Nam quæcp res talis in infinitum ſe/
cabilis eſt.Eodem modo præfiniti alicuius certicp temporis.Verbi gratia: Duarum horarum,in
eo quòd continuum eſt afferri breuiſſimũ,aut minimũ aliquod nequeat,quia in eo reſpectu nõ
eſt numerabile: In eo uero quòd definitur,& quodammodo differatur momentis priore poſte/
rioreq; hactenus & numerari poteſt,& minimum indipiſci.Duæ horæ,quo ad numerum perti/
109 net minimæ ſunt,quo ad magnitudinem & continuationem non ſunt.Nec caret ratione ut tem
pus multum & paucum,longũ & breue dicatur.Habet enim conditionem utriuſcp quantitatis,
tum continuæ,tum diſcretæ.Nam qua iuge & continuũ eſt,dicitur longum & breue,qua diſtin
guitur numeraturq;,in hoc numerus dicitur multus & paucus. Non tamen uolucre aut tardũ
proprie dixeris tempus,quando neq; ullus quocp numerus,aut tardus,aut uelox habetur.

110 PAr eſt autem ut ſimul ubique idem tempus ſit, quamuis quod prius & poſterius
eſt,diuerſa inter ſe ſint tempora.Nam & motus præſens unus eſt,tametſi præteri/
tus & futurus diuerſi. Præterea tempus & numerus non is,quo numeramus,ſed
is qui numeratur:hic autem idem eſt omnium,ut denarius, ſiue is equorum ſiue
hominum fuerit. Numeratæ uero res, id eſt homines decem, & equi decem non
ſunt amplius eædem/ Ergo ſi tempus ſecundũ prius & poſterius numeratur,neceſſe eſt ut prius
111 & poſterius diuerſa ſint tempora. Item [a] quemadmodum motus unus & idem ſemel digeſtus,
poteſt iterum atq; iterum inſtituiita & tempus poteſt unum & idem iterum atcp iterum reuer
ti, uer,æſtas,autumnus, hyems. Subſtantia itaq; temporis hæc eſt: nam in motu prius & poſte/
rius numerata ſunt tempus.

[a] *Simpli. per ea quæ hic ſcribuntur voluit magis dearticulate exponi id quod ſuperius dictum eſt ſcilicet momentum ſeu prius & poſterius eſſe ſubiecto eadem. eo enim modo momenta ſunt eadem quo ea quæ iterum atq; iterum fiunt: veluti motus qui ab eodem in idem ſepius repetitur: velu ti ſol qui ſuo motu quot annis ab eodem ſigno ad idem reuertitur. at hoc nihil aliud eſt quam idem ſpecie regenerari. ait deinde. Simpl. Ariſt. loco ſuperius habito ob id potius dixiſſe eſſe idem ſubie cto quam ſpecie: quia quæ eadem ſunt vel genere vel ſpecie plurimum etiam inuicem poſſunt differre. nam quæ genere ſunt eadem ſpecie differunt: quæ ſpecie numero diſtant. quæ enim ſum numero diuerſa accidentibus quibuſdam differunt vt a Platone. Socrates. motus vero momenta & tempora quæ iterum atque iterum: eadem fiunt parum adeo diuerſa ſunt: vt quaſi numero eadem videantur: vnde & Pythagorei hoc modo eadem etiam numero iterum atque iterum fieri aſſerebant. confirmat deinde Simpl. hoc idem Eudemi auctoritate cuius verba longum eſſet referre.*

112 POrro tempus quum ita definiatur principaliter motum mẽſurat,per accidens con
trà menſuratur à motu. Nõ ſolum enim dicimus motum multum eum qui mul
to tempore agitur exerceturq;, ſed tempus è diuerſo multum,in quo multus con
ficitur motus:alioquin hoc & in cæteris menſuris quoque uiſitur.Omnes enim à
menſuratis uiciſſim contraq; menſurantur. Nam & modius tritici modiũ ligneũ,
113 & cadus uini cadum æneum remetitur,ſi quadrent,id eſt,ſi necp exuberent neq; ſubſidant, Atcp
hoc in menſuris continuis non admodum mirum eſt, quando & ipſe ille numerus qui ex unita
tibus conſtat,quodammodo à numeratis rebus uice inuerſa recurritur renumeraturq;. Quem/
admodum enim ex denario decem equos intelligo: ita ex equis decem denarium numerum ap/
prehendo,quia unitates decem uideo equis decem reſpondere & accommodari:nec poſſet dena/
rius unquam intelligi, niſi aut ſingulis ſingulæ unitates ſortito tribuerentur, aut equus unus
decies promeretur. Sane debita ratione utrunque contingit ut & menſuret & menſuretur tem/
pus.Nam ſi (ut dictum eſt) magnitudinis motus,& motus tempus affecla comeſq; eſt,quem fa/
mulatum habet ad magnitudinem motus,eum habebit tempus ad motum:& quemadmodum
motus magnitudinem menſurat, contraq; à magnitudine menſuratur. Nam & uiam dicimus
multam,quia profectio multa ſit, & profectionem è conuerſo multam, quia multa ſit uia, ita &
tempus motum metitur, & motus remetitur tempus. Proinde motum multum dicimus, quia
114 & tempus multum ſit: & tempus multum,quia ſit multus & motus. Sed quonam pacto motũ
menſurat tempus? An quia partem aliquam definit? quæ uniuerſum motũ menſurat,ut paſſus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qui replicatus totam ſtadii longitudinem conficit. Nam hora, menſis, annus eſſe aliud poſſunt quàm tantus, aut tantus curſus motuſq; ſolis.

115 QVoniam [a] uero propterea in tempore motus eſt, quia menſuratur à tempore(Nihil enim aliud eſt motum eſſe, quàm oriri & fieri, cui iam affunditur & attenditur tempus, atque id quod hunc fluxum menſurat) palàm eſt & cæteras quoque res futuras in tempore, ratione illa quòd menſurantur à tempore. Nam eſſe in tempore aliquid bifariam dicitur: uno modo quòd ſit tum, quum tempus eſt: altero, ut ſunt ea, quæ in numero eſſe dicuntur. atque hic poſterior modus rurſum diducitur. Nam aut res in numero ſunt, tanquam partes affectionesq; numeri, ut duo par & impar: aut ita ut earum rerum habeatur aliquis numerus, quo genere decem equi, & decem boues eſſe in numero uidentur. Si igitur tempus eſt numerus, patet ea quæ in tempore ſunt, in numero quoq; eſſe oportere. Ac momentum quidem & prius & poſterius, ita ſunt in tempore, ut impar & unitas in eo numero, qui ex unitatibus conflatur. Nam quemadmodum illa ſunt accidentia numeri, ita hæc ſunt accidentia temporis. At res ita ſunt in tempore, non ut impar & unitas, ſed ut equi decem in numero. Quemadmodum itaq; ſemper eſt aliquis numerus, qui excedit ea quæ in hunc modũ in numero eſſe dicuntur (quia omni numero determinato poteſt ſemper maior aliquis aſſignari) ita & tempus ſemper amplius eſt, excedensq; ea, quæ tempore continentur. Tempus enim numerus quidam eſt. Quod ſi ita habet, ea quæ ſunt in tempore, neceſſe eſt ut contineatur à tempore: quemadmodum ea quæ ſunt in numero continentur à numero, & ea quæ in loco ſunt continentur à loco. Atq; hic ſignificatus maxime proprius & primarius eſt, quo res eſſe in tempore di
116 citur. Nam putare eſſe quicquam in tempore, iccirco quia tunc ſit quum tempus eſt: aut eſſe in motu, quia tunc ſit, quũ motus eſt: nihil eſt aliud, quàm putare cœlum eſſe in milio, quia tunc cœlũ eſt, quũ & milium. Verũ ut eſſe ſimul multa poſſint, eſſe in altero quippiam, nihil eſt aliud, quàm unũ ab altero contineri. Vnde conſequens eſt, ut utrũq; ſit ſimul, non tamen ſimulatq; res aliquæ ſimul ſunt, continuo altera in altera continebitur. Atq; hoc primũ accidit iis, quæ eſſe di
117 cuntur in tempore. Accidit etiam ut pati res oblædiq; à tempore uideantur. Nam & putreſcere & exedi res tẽpore, & inueteraſcerẽ, conſeneſcere, & obliuione deleri dicũtur. Nõ enim eadẽ ratio temporis eſt, quũ domũ hanc exædificatam in tempore dicimus, illam tempore & uetuſtate collapſam. Sed hinc ab opifice exædificatur in tempore, hinc utrunq;, & à tempore collapſam, & collapſam in tempore dicimus. Item docemur in tempore, ſed à magiſtro, dediſcimus in tempore, ſed ſola iniuria temporis. Demum aliam cauſam quàm tempus obliuionis & ſpontalium oblæſionũ afferre non poſſumus. Proinde non male uidentur uidere, qui tempus authorẽ interitus & corruptionis appellant, quũ numerus motus ſit, motus autem diſcutiat & deturbet, quod prius extabat. Quòd ſi uera ſunt hæc, conſtat immortalia & perpetua, quatenus talia ſunt, in tempore, eſſe nõ poſſe. Nam neq; incluſa ſunt tẽpore, neq; ad capiendã & ferendã iniuriam tẽporis parata, neq; cũ tempore cõmutantur, neq; tẽpori prorſus aſſiſtunt. Igitur neq; menſurantur, neq; circũſiſtuntur à tempore, quia nullũ tempus ſubſtantiam eorũ poteſt excedere. Sed cõtrà potius ipſa omne tẽpus allatũ tranſcendunt & ſuperant. Sed occurritur. Nam ſi motus perpetuus eſt, quod infra probabitur, perpetua autem in tempore eſſe nõ poſſunt: uidetur effici, ne ſit motus in tempore. An quia diuerſus aſſidue motus eſt, neq; numero unquã idẽ habetur, ſed & eſt, & oritur cũ tẽpore. Immo uero cũ motu ipſum tẽpus efficitur, ut alterũ alterius ope inniti indigereq; uideatur. Quapropter [b] tametſi tempus motũ neq; excedat, neq; contineat, quia tamen uicilſim addita connexaq; ſunt, utique hoc nomine motus eſſe in tempore dicitur.

[a] *Non exit ab re quædam referre ex Simpli. accepta: quæ non parum lucis afferent his quæ ſubcincte ſcribuntur a Themi. primo igitur animaduertit Simpl. ad id quod hoc in loco ait Ariſto. tempore motum menſurari & eſſe motus: nam nõ eo modo accipit eſſe motus quo a peripateticis accipi ſepius ſolet pro ſpecie ſcilicet atq; forma ipſius rei: ſed pro extenſione & ſpatio exiſtentiæ rei. unde cum motus ſit tantũmodo dum fit: & non ſit aliud eſſe motum quam ipſum fieri: ideo ut etiam Alex. auctor eſt tam motus quam eſſe eius tempore menſurantur atq; hoc non modo in motu uerum eſt: ſed in omnibus quæ non permanent ſed fluunt: quia ipſa & eorum eſſe idem ſunt. motus enim ſubſtantia actus quidam protenſus eſt & fluxu conſtat. ſed ea quæ nõ modo dum fiunt ſunt:*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſed vniuerſa etiam permanent & ſubſiſtunt vt puta homo: eſſe quidem ipſorum tempus metitur hoc eſt ſpatium exiſtentię ipſorum. ipſa vero minime. neque enim tempus hominem ipſum metitur neque eius dimenſum ſed vlna vel ſimile quid. inferius deinde interuallo quodam ſoluere volens. Simpl. quo nam pacto aliarum rerum eſſe in tempore ſit cum tempus ſit dum fit: alia vero permanentia ſint. rationi enim conſentaneum videtur: vt quod in tempore eſt vna cum tempore attendatur. in hanc fere ſententiam ſcripſit. alia vero a motu. quæ in tempore eſſe dicuntur vtputa homo equus: ipſa etiam ratione motus ſubſtãtiæ ipſorum qui ſignificatur hoc verbo quod dico, eſſe, quod actus eſt ſubſtantiæ & entis: & actus quidem imperfectus imperſiſtenſque & tantummodo eſſe habens ſimul atque fit. hac igitur ratione in tempore ſunt cum ex generatione: corruptione ſit permiſtus. quo fit vt ſi alia etiam præter motum acceperimus. ipſas ſcilicet ſubſtantias quæ in tempore ſunt eas etiam ratione propry cuiuſdam ipſarum motus qui quidem aliud non eſt quam eſſe earum extenſio & fluxus in tempore eſſe ait Ariſto. Quapropter quæ vere etiam ſunt vtpote eterna: quorum eſſe fieri non conſtat & ſempiterna ab Ariſt. & Platone appellantur hæc non in tempore ſed in euo & in vno manent & ſemper.

[b] *Simpl. non approbat. Themi. reſpon. ea enim ratione (ait ipſe) non erit magis in tempore motus quam in motu tempus. ipſe vero reſpon. quod & ſi motus eternus ſit non tamen idem ſemper numero permanet: ſed aſsidue alius eſt & alius: & hac ratione a tempore & contineri & menſurari poteſt.*

118 TQuia tempus menſura motus eſt, erit etiam quietis menſura. Etenim quies priuatio motus eſt, habitum uero & priuationem eodem inſtrumẽto cognoſcimus, oculis lucem & tenebras, auditu uocem & taciturnitatem. Quare erit & quies in tempore, nõ tamen quia in tempore, continuo erit etiam in motu. Non enim tempus eſt motus, ſed numerus & accidens motus. Neq; ſi quicquam eſt in accidente, erit item in eo cuius eſt accidens. Nã neq; ſiquid in die fuerit, erit etiam in curſu ſolis. Igitur quies non erit in motu ipſo, ſed in numero & accidente motus. Proinde ſolemus dicere ęgrotantem tanto tẽpore quieuiſſe. Non tamen eodem modo quietem menſurat tempus, quo menſurat motum: ſed motum per ſe, quietem per accidens, ex [a] eo uidelicet, quòd tunc quũ aliqua res quieſcit, alibi agitur motus, quem tempus per ſe menſurat. Nox enim per ſe menſura eſt eius curſus, quo ſol ſub terrenas orbis plagas illuminat: per accidens dormitionum, & quietis & ſomni, quo tunc animalia perfruuntur. Quieſcere uero non dicuntur ea, quæ penitus immobilia ſunt, ſed ea quæ quanquam moueri poſſunt, non ſunt tamen in motu. Hæc igitur quæ ita immota ſunt ut quieſcant, id eſt, quæ ad accipiendum & ferendum motum apta paratáq; ſunt, excedũtur à tempore: & propterea quæ ita quieſcunt merito dicuntur quieſcere in tempore, quia ſuæ quietis ad eſt & ſupereſt tempus. Menſurat uero tempus res quæ mouentur in eo quòd mouentur, & res quæ quieſcunt in eo quòd quieſcunt. Nam motum earum rerum & quietem, quantũ utrũq;
119 ſit metitur. Non ergo ſimpliciter res quæ mouentur, menſurantur à tempore, ſed rerum quanti ſunt motus. Nam ſolem menſurare ſimpliciter tempus non poteſt, quia eius eſſentiam nõ menſurat, ſed motum: neque nos id fugiat motus quietisq; menſuram dici tempus poſſe, numerum non poſſe niſi motus dici. Prius enim & poſterius quorum numerus tempus eſt, in motu habentur, non in quiete, utpote cuius eſſentia non conſiſtat in prioris alicuius ad aliquod poſterius tranſitu.

[a] *Alexã. autem tempus eſſe quietis menſuram ait propterea quia quies motui accidit cuius per ſe tempus menſum eſt. At Simpl. alio modo exponit quia enim ſemper quies media eſt inter duos motus quos per ſe tempus menſurat. & primum quidem momentum terminus eſt motus prioris qui præcedit quietem: poſtremum uero motus poſterioris ſpatium quod medium relinquitur inter ea momenta tempus erit quo quies menſurabitur ſed per accidens quia hoc accidit ut quies inter tempus ſit media.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

120 MAniſeſtum eſt ex iis,quæ diximus,ea quæ neque mouentur,neque quieſcunt, nõ poſſe à tempore menſurari. Tempus enim tantum motus quietiſq; menſura eſt. Sed & ea quæ non ſunt,in tempore eſſe non poſſunt,qualia ea quæ conſtare nullo modo queunt. Verbi gratia, ut diameter cum horis quadret conueniat'ue,id eſt, ut commenſurabilis lateri ſit. Hæc enim neq; mouentur, neq; quieſcunt. At tempus menſura eſt motus & quietis. Motus per ſe,per accidens quietis. Quæcunq; itaq; ortum & interitum agnoſcunt: demum omnia quæ interim ſunt,interim nõ ſunt, neceſſe eſt in tempore habeantur. Afferri enim tempus aliquod poteſt,quod eorum excedat eſſentiam,quodq; amplius ſit æuo illo,quo ſuæ cuiuſq; eorum ſubſtantiæ menſurantur. Ea quoq; quæ non ſunt, utcunq; à tempore continentur,eſſe uidentur in tempore, quoniam aut à præterito, aut à futuro, aut ab utroq; omnia continentur. A præterito Homerus,à futuro deliquium ſolis & lunæ. Ab utroq; ea quæ partim fuerunt, partim futura ſunt, ut bellum Perſicum. Sed quæ nulla ratione includuntur in tempore,ea neq; fuiſſe unquam,neq; modo eſſe,neq; futura ſequentibus ſeculis uidẽtur. Eorum uero quæ non ſunt,ſi contraria & oppoſita ſemper ſunt (ut diametrum incõmenſurabilem eſſe cum coſta) in tempore eſſe non poſſunt, quia perpetua ſempiternaq; ſunt. Quòd ſi hoc in tempore non ſit,neq; illud quoq; fuerit,diametrum cõmenſurabilem eſſe cum coſta,quia opponitur perpetuæ ſempiternæq; ueritati. At quorum oppoſita non ſunt, ſemper ea poſſunt eſſe & non eſſe,& generationi & corruptioni debentur.

121  PRo nunc bifariam utimur,proprie & latius. De proprio agendum eſt prius. Sanè illud tale eſt, quale definiuimus ſuprà, quo uidelicet & continuatur & diuiditur tempus. Nam præteritum futuro cõmittit atq; continuat. Vtrunq; enim termino cõmuni tanquam copula innectitur, iungiturq;. Sed & diuidit quoq; atq; diſcriminat, quemadmodum lineam punctus. Cæterum differt à puncto in eo, quòd punctus manet & reſtitat, hoc non manet, ſed aliud ſemper atq; aliud oritur. Præterea punctus actu ſecat lineam, hoc poteſtate diuidit tempus, quippe quod actu aſſignari, accipiq; non poſſit. Nam aſſignare uolentem præuenit ſemper,atq; prælabitur. Quo fit,ut ſola ratione cogitationeq; aſſignetur. Ac in eo quidem quod momentum diuidens eſt,& finis præteriti, & initium futuri, quamuis unum ſubiecto ſit,ratione tamen in duo momenta diſtrahitur. Nam ratio finis à ratione principii diuerſa alienaq; eſt. Contrà ſi ſpectetur in eo quod continuat,tunc & ſubiecto uno, & ratione una cenſebitur,quemadmodum & in lineis mathematicis punctus. Nam ſi punctum, ut diuidentem attuleris,quaſi dehiſcet in duo, aliusq; atq; alius definitione monſtrabitur. Si ut continuantem, unitas in eo & coalitus apparebit. Ita & hoc quod nunc uocamus, ut ſemper ſubiecto unum eſt,ita definitione nõ ſemper eſt unum. Nam ſi monſtretur ut dirimens,altero tantum genere unum,id eſt,ſubiecto uidebitur. Sin ut continuans,utroq; id eſt,ſubiecto & ratione. Alioquin momentum ſemper potentia eſt,ſiue ut ſecans,ſiue ut copulans afferatur. Nam & differt hoc iam à puncto,quòd punctus,quanquam ipſeq; ſecat & copulat,non tamen potentia ſemper eſte ſed ambigit modo ut actu,modo ut potentia conſtet. Hactenus de eo quod proprie exacteq; appellatur nunc. Eſt & latior alius fuſiorq; ſignificatus. Nam tẽpus id quod iunctũ utrinq;
122 eſt, & proxime adiacet, tum præteritum, tum futurum, ratione uiciniæ ſolet hoc aduerbio demõſtrari. Nam & neutrum quem nunc dicimus,qui perendie ſit uenturus, & ueniſſe nunc,qui pridie uenerit. At diluuium & bellum Troianum non dicimus nunc fuiſſe, quamuisq; abinde tempus fluorem ac ſeriem ſuam aduſque hodiernum attinuerit: quia tamen ab hoc æui remotiſſima illa ſunt,hoc nomine cenſeri non poſſunt.

123  VM olim aliquando'ue dicimus, demõſtrationem prioris aut poſterioris alicuius momenti ad præſens ſignũ referimus, ut ſi olim captum Ilium dicimus, aut olim diluuium futurum,neceſſe eſt,tum præteritum momentũ,quo captum eſt Ilium, tum futurum,quòd ad diluuium pertinet,utrunq; ad notam præſentem reuocare atq; cõferre. Argumento eſt,quòd quum alicuius rei geſtæ,gerendæ'ue certum tempus ſupputare aut afferre non poſſumus,nec ſcire utiq; profitemur quando fuerit futura'ue
124 ſit. Dicat aliquis,ſi ad quodq; tempus accommodari hoc aduerbium aliquando poteſt,quia nullum eſt tempus,quod aut non habuerit aliquando,aut habiturum non ſit certum initium: huiuſmodi autem aduerbium præfinitum ſemper, & terminatum tempus oſtendit,nonne maxime uidetur futurum,ut omne tempus præfinitum,determinatumq; ſit? Nunquid ergo deficiet,in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tercadet ue aliquando tempus? quod esse non potest, quia neq; motus quoq; unquam cessaue-
rit. Aut igitur aliud continue tempus exoritur, aut idem iterum atq; iterum alternat & cõmeat.
An idem est de tempore sentiendum, quòd de ipso motu statuitur? Nam si idem & unus aliquã
do exercetur motus, erit itidem unum idemq; tempus. Si in illo sequius, in hoc quoque sequius.
125 Et Hercules manifestum est, semper aliud atq; aliud tempus oriri. idq; de momento ipso cogno-
scitur: quum enim simul id & initium & exitus sit, liquido patet, alterius temporis exitum, alte-
rius esse initium oportere. Nam idem momentum pro exitu, & initio eiusdem temporis esse, ne-
mo, nisi aut imperitissimus, aut obstupidus dixerit. Alioquin circa idem duo maxima pugnantia
atq; opposita uersarentur. Sed neq; deficiet unquam cadet ue tempus, quia semper in initio est.
In initio porrò est, quia semper in momento est.

126 IAm proximum adiunctumq; est, & quasi imminet præsenti momento, ita ut in fu
turum perpendat eiusq; pars sit. Quando iam proficisceris? Iam, quoniam prope
est proficiscendi tempus. Sed ad præteritum quoq; interim respicit, eiusq; pars ef-
ficitur, modo ne à præsenti longinquum. Quam olim profectus es? Iam, quoniam
pridie. Nam Ilium captum iam esse non dicimus, idcirco quia id à nostra ætate,
quemadmodum longe sit positum.

127 MOdo & nuper præteriti pars est, & propinquum præsenti. Quando uenisti? Mo-
do, nuper, quoniam uidelicet tempus id proximum iuncto instantiq; habetur. Pri
dem, quod longinquum est, & à nostra ætate memoriaq; remotum. De repente ea
dicuntur facta, quæ inopinantibus nobis improuisa & subitaria accidunt. Sed &
illis potissimum debetur hæc uox, quæ puncto breuissimo tenuiter atq; insensili-
ter ab oculis uanescunt & diffluunt.

128 QVoniam uero omnia & oriri & occidere uidebantur in tempore, idcirco sapientissi
mum alii, stultissimum alii appellauere tempus. Simonides sapientissimum, quia
beneficio ætatis multarum rerum noticiam indipiscimur. Paro indocile & stultis-
simum, quia iniuria temporis, tum obliuio, tum deliria hominibus inuehuntur.
Atq; hic rectius meo quidem animo, quàm Simonides. Omnis enim mutatio na-
turalis deturbat & dissipat. Quare tempus corruptionis potius, quàm generationis per se causa
fuerit, quia ut supra dictum est, motus suapte natura impellit & disiicit, quæ prius habeban-
tur. Quoniam autem priore natura profligata impulsaq;, euenit, ut res se in aliam naturam
conuertat, huius ortus causa per accidens uidetur motus & eius numerus fuisse. Illud equidem
constat tempus non satis esse gignendis rebus futurum, nisi actus adsit, quo authore & princi-
pe generentur, ut ars, ut natura, ut doctrina: postremo ut actio aliqua corrumpendis & obli-
terandis futurum, etiam si nulla causa extrinsecus adiuuet, ut cernitur in iis, quæ sola uetusta-
te, aut situm ducunt, aut collabuntur, aut fatiscunt. Quamobrem recte consueuimus dicere la-
bem atque interitum de tempore potissimum accidere. Veruntamen nec interitum per se tem-
pus creat, sed creari accidit illum in tempore. Natura [a] autem & subiecta cuiusque materia cor-
ruptionis est causa. Nam quæque res orta modo crescit & uiret, modo adulta est, modo statu
præcipiti cernitur, habetq; proculdubio limites atque ambitus uitæ constitutos & certos. Ac de
tempore quidem abunde, tum ut sit, tum quid sit, explicatum nobis scio. Nec omissum est quot
modis illa uerba, nunc, olim, aliquando, iam, nuper, modo, pridem & repente dicantur.

[a] *Noluit Simpli. sicco pede præterire ea quæ de causis interitus a Them. & cæteris exposito-
ribus hoc in loco afferuntur: si enim naturam proprie audiamus (ait ille) ipsa effectrix est atq; mo
trix corporum. & hac ratione magis est causa generationis & quod ea sint: quod eorum interitus:
nam non ad interitum sed ad generationem & esse spectat: sed quia cum hæc sit lex generationis in
rebus his caducis: vt si vnum generetur aliud omnino intereat: inde euenit vt semper generatio-
nem corruptio subsequatur. at quod si aliquis quæsuerit quæ sunt corruptionis causæ dicemus: eas
esse tum huius materiæ sublunaris natura: vtpote quæ semper nequeat formas detinere: tum con-
trariorum dissolutio quæ insimul inuicem esse non possunt quod si hæc vera sint: necesse etiam fue-
rit vt tempus principaliter quidem sit generationis auctor. secundo vero interitus. verum Arist.
respiciens causas quæ magis apparent hoc in loco protulit tempus esse magis corruptionis causam.*

His ita

129 His ita definitis,aptum eſt omnem mutationem, & omne quod mouetur, fieri,mo/ ueriq; in tempore oportere. Velocius enim & tardius in omni mutatione cernun/ tur. Velocius uero nihil eſt aliud, quàm id quod prius tranſit in ſubiectum ac per uenit. Voco ſubiectum,id quò tendit:Motus locus formam & qualitatem. Et ut clarius id ſit,exemplum in delatione ſumatur. Quum per æquale ſpatium duę res aguntur,ea moueri uelocius dicitur,quæ prior ſpatium conficit. Vtiq; ſi & eiuſdem generis ſpa/ tium ambabus ſit ſubſitum,uidelicet utriq; rectum,aut utriq; orbiculare,& motu præterea uni formi ferantur. Ita duabus his rationibus obſeruatis, ea res uelocior intelligetur, quæ prior cal/ cem tenebit. Quòd ſi conditionum illarum defuerit altera,fieri poſſet,ut res tardior prius finem attingeret, quàm uelocior. Verum hæc alibi diligentius & perquiſitius tractanda & dirigenda ſunt nobis. Quoniam itaque motus omnis & ocyor eſſe & tardior poteſt, hoc uero nihil aliud eſt quàm habere prius & poſterius,neceſſe eſt eſſe motum omnem in tempore. Prius enim & po ſterius dicitur facta collatione ad diſtantiam & abſentiam à præſenti momento. Nam momen/ tum futuri & præteriti terminus confiniumq; eſt. Quare quum momentum in tempore ſit (in eodem enim eſt momentum & momenti diſtantia) manifeſtum eſt ueriſſimum eſſe, quod dici/ mus: Si prius & poſterius omnis habet motus, ea autem ſunt in tempore, omnem motum eſſe in tempore oportere.

130 ET quamobrem eſſe ubiq; uolumus tempus,in terra,mari,cœlo:nempe tempus eſt affectio quædam & habitus motus. Portiones enim numeratæ in motu ſunt tem pus. Terra uero,mare,cœlum,& id genus reliqua ideo mobilia ſunt,quia aut in to tum,aut in parte in loco ſunt. Et hercule motus & tempus uincta & religata mu/ tuo ſunt. Quare in quibus perſpicitur motus,in iis quoq; ſpectabitur & tempus: & ut quæq; ſe habent ad motum, ita ſe habebunt ad tempus. Proinde res potentia mobiles, po/ tentia quoq; intelligentur in tempore, cuiuſmodi ea ſunt quæ [a] quieſcunt. Quæ uero iam mo/ uentur,in actuq; ſunt,actu quoq; habebuntur in tempore.

[a] *Per ea quæ mouentur potentia & potentia in tempore ſunt audit Them. inſecutus Alexan. ea quæ quieſcunt at ait. Simpl. quonam pacto quæ quieſcunt in potentia ſunt in tempore: cum ſu/ perius dixerit tempus non modo menſurare motum ſed ipſam etiam quietem. per ea igitur quæ & potentia mouentur & potentia in tempore ſunt: exponit Simpl. quæ nondum ſunt genita poſſunt attamen generari. verum facile Them. & Alexan. ab eo effugerent incommodo vt idem etiam tradit: nam quietem per accidens tempus metitur: hac vero in parte de his eſt ſermo quæ actu & per ſe ſunt in tempore.*

131 ET quia enumeratæ partes in motu ſunt tempus, ſi non ſit uſquam res quæ nume/ ret,conſtat neq; numeratum quoq; eſſe uſpiam futurum. Quòd ſi nihil aliud nu merare poteſt quàm anima, aut animæ ea portio, quæ dicitur intellectus & ratio, niſi extauerit anima,utiq; neq; ipſum tempus extauerit. Si igitur duplex eſt nume/ rus, numerabilis hic, ille numeratus, hoc eſt, potentia hic, actu ille, quum neuter poſſit conſiſtere, ſi nec poteſtate,nec actu habeatur aliquid numerans:perſpicuo liquet non exti/ turum tempus,niſi extiterit animus. Quanquam Boëthus putat nihil uetare numerum eſſe ſi/ ne eo quod numeret,quemadmodum ſenſile ſine eo quod ſentiat. Sed fallitur. Ea enim quæ re/ feruntur ad aliquid,ſimul habentur: & quæ poteſtate ſunt, ad res eiuſdem habitus referuntur. Quamobrem ſi non ſuperet id quod poſſit numerare, hoc eſt (ut ita loquamur) ſi non ſuperet numeratiuum, neq; numerabile ſuperabit. Quamuisq; illud, cui accidit eſſe numerabile, poſſit eſſe ſine eo quod numerat,non tamen ipſum numerabile hoc poteſt, neque qua numerabile eſt. Igitur motus poteſt eſſe,etiam ſi nulla res numeret:prius [c] & poſterius eſſe non poſſunt,niſi nu/ merentur atq; monſtrentur. Si ergo tempus monſtratio, aſſignatioq; prioris & poſterioris con/ ſtituit,qui effeceris,ut ſine actione animi tempus conſtet? Immo [b] neq; motus quoq; ipſe conſta/ bit animo dempto,quum circularis motus fons & origo ſit omnium motuum. Hinc enim cor/ pora tum alterantur,tum minuuntur & creſcunt. Illum uero intelligentia certo deſiderio inten tioneq; cieat. Sed & animalium quoq; motus ſunt opera animæ. Motuum autem omnium tem pus eſt numerus:quicunq; enim motus & unus & continuus fuerit, habebit prioris & poſterio/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ris diſcrimina: non ſolum delatio, ſed auctio, ſed generatio, ſed alteratio.

[a] Τὸ δὲ πρότερον αὐτῆς καὶ τὸ ὕστερον διαλαμβάνεσθαι τε καὶ διακρίνεσθαι, ὧν διάληψις καὶ διάκρισις καὶ ἀριθμὸς τὸν χρόνον ποιεῖ, πῶς δυνατὸν μὴ οὔσης ψυχῆς. *hoc eſt, Verum prius & poſterius diſtingui diſcerniq; quorum diſtinctio diſcretio atque numerus tempus conſtituit ſine actione animi quomodo poterit?* [b] *Ea verba Ariſt. perpendens vbi ait, ſi contingit motum eſſe ſine anima hæc protulit Them.*

132 QVæritur autem, cur non & ſimul plura ſint tempora, ſi plures ſimul ſpectantur & exercentur motus, cuiusq; autem motus numerum dicimus eſſe tempus? An quia momentum idem & numero unum habetur, quod omnibus illis præſeruit, delationi, auctioni, alterationi? ipſumq; eſt quod numeratur, quod modo ut prius, modo ut poſterius ſolet afferri. Quòd ſi illud eſt unum omnibus, tempus quoque eſſe unum omnibus oportebit. Si enim tempus aliter atq; eſt, motibus inhæſiſſet, ſecari utique cum illis poſſit ac diuidi, quemadmodum poſſunt cum corporibus calor, frigus, albedo, nigritia. Sed quia duratio & commoratio ea, quæ numeratur in motibus, tempus eſt, nihil prohibet unum idemq; tempus præſto eſſe præminiſtrareq; pluribus motibus. Atq; hoc quoque in eo numero cernitur, qui ex unitatibus oritur, in eo ſumma eademq; eſt, etiam ſi ex differentibus & diſſidentibus rebus ducatur: canum hic cœtus, illic equorum habetur: ſeptem tamen & hi & illi dicuntur. Quare quemadmodum idem numerus diuerſis rebus adiungitur, ita in plures motus ſimul unius temporis opera ſufficit. Non tamen propterea uelocitas eadem, neque idem locus omnium motuum eſt, quia tempus earum rerum numeratu non conſtat: uelocitatis dico, tarditatis ue, aut differentiæ omnino alterius: ut quod corruptio hæc, illa ſit auctio, hæc alteratio, illa delatio, ſed prioris & poſterioris tantum, ut dixi. Prius autem atque poſterius idem adeſt omnibus motibus, qui ſimul cientur. Hæc ſunt quæ Ariſtoteles hoc loco dicit. Ea uero quæ ſuper hæc parere difficultatem cuipiam poſſent, in medium conſideratui hominum afferemus.

Digreſſio. SI prius poſteriusq; in magnitudine & ſpatio primum habentur, mox in motu qui inibi exercetur, tum deinde in tempore quo pacto in auctione, minutione, alteratione prius & poſterius notauero? quando nullæ illarum magnitudinem ullam, aut ſpatium permeant, neq; locum ex loco mutant, ſed in corpore ita ſpectantur, ut uniuerſum id ſenſim altereſcat, & uniuerſum paulatim increſcat. Vnde inquam, tempus in huiuſmodi motibus ſuum prius & poſterius reponat? quemadmodum reponit in motu locali. Quòd ſi in illis motibus neq; prius, neq; poſterius inuenitur, quomodo eorum motuum numerus poterit eſſe tempus? Sed forte in auctione ſuſpicari quis poſſet dari aliquem locum, unde res diuertit, & locum item aliquem in quem intendit, quia mutatio ea de minore fit in ampliorem locũ. At in alteratione, generatione & corruptione, quod ſuffugium habeas, in iis neceſſe eſt tempus ſibi ipſi prius & poſterius prębeat. Quo fit, ut tempus aut ſolum motum localem principaliter menſuret, aut ſi cæteros quoq; menſurat, principaliter certe eo prio re & poſteriore non egeat, quod ſpatio ſituq; oritur.

PRæterea ſi communis omnium motuum numerus tempus eſt, qui fieri poteſt ut à motu pendeat eſſentia temporis? Nam ſi neque ab hoc, neque ab illo motu tempus pendet, ſane neque à motu ſimpliciter pendet: ſit enim abſurdum idem eſſe prius & poſterius in omnibus motibus dicere. Nam & hoc ipſum in quæſtione eſt, qui poſſit fieri ut omnis motus inuehat momentum unum. Enimuero illud unum aut genere, aut ſpecie, aut numero unum habebitur. Si genere aut ſpecie, ſaltem numero plura eſſe momenta utique oportebit: ſi numero, ſcire uelim, qui conſtet ut rerum numero diſſidentium, unum numero accidens & affectio ſit. Dixi affectionem, quia Ariſtoteles quoque tempus uocat affectionem, & accidens motus. Omnino impoſſibile eſt, ut res una atque eadem numero inſit in pluribus. Alioquin unum quod eſſet, dehiſceret in plura, demumq; unum eſſe deſineret. Ita uidetur motibus pluribus plura momenta defendi, & ſingulis qui ſimul agantur, deberi, ſingulaq; ſimul oriantur & fluant. Res me hercule, quæ captum quoque hominis refugit. Contrà ſi non ſit idem momentum, proculdubio tempus nihil fuerit motus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NEque illud quoque ſatisfaciat, quod inquiunt: Quemadmodum ſumma & ſupputatio ipſa quæ numero aliquo comprehenſa eſt, eadem ad decem equos & ad decem pecudes pertinet: ita omnes motus unius temporis decurſu ſufficiuntur atque ſupplentur. Id autem eſt idem prius & poſterius numerari, ſpectariq; in omnibus motibus. quod ſtatim falſum eſt. Non enim idem prius & poſterius ex omni motu colligitur, niſi id ratione tantum fictioneq; noſtra, utpote quibus collibeat res diuerſas eodem numero dicere. Facit hoc cogitatio & inſtitutio noſtra (ut dixi) quæ res diſcrimine maximo diſcrepantes communi uſu, quaſi ſimilis contemplantur, etiam ſi nulla euidentia aut ueritas ſubſit. Iam illud quomodo recte? Tempus ad cogitationem tantum ualere, nullam ſoliditatem habere aut ſubſtantiam? Atque huic ſententiæ liquido adeſſe uidetur Ariſtoteles, quando is animo adempto tempus quoq; ademptum iri concedit. Nam uocare menſuram, tempus aut numerum putare, hoc ipſi cominiſcimur, & noſtra illa interpretatio eſt. Vt enim Boëthus ait, nulla menſura conſtituitur à natura, ſed menſurare & numerare noſtra eſt functio, noſtrum eſt opus. Hæc arbitror non ſtrictim curſim'ue, ſed penſiculate & diligenter eſſe tractanda promendaq;, & ut non temere deſciſcendum, ita non facile ac leuiter accedendum.

133 SEd quoniam menſurabilia omnia cognato & congenere aliquo menſurantur, lineæ lineis, unitatibus unitates, quum tempus menſurabile ſit, poterit etiam tempore menſurari. Illud quale nam ſit, in præſentia ueſtigandum à nobis. Cæterum palàm eſt, quodcũq; tempus [a] menſura temporis conſtituitur, idem motus quoq; alicuius menſuram futuram: nam tempus omne menſura motus eſt. Si igitur motum aliquem principem dederis, qui menſura ſit motuum aliorum, profecto tempus qui motui illi præſeruiet, menſura temporis eius habebitur, in quo motus alii exercebuntur. Sed quiſnam princeps ille motus eſt? Alteratio ſane, auctio, generatio eſſe non poſſunt, quia nec plane uniformes [b] ſunt. Erit ergo delatio, non omnis utiq;, ſed ea quæ orbicularis eſt, & quæ cœlo uniuerſo debetur, cuius ratio & numerus nunquam in incerto eſt, adeo ut nihil perinde conſtet. Quapropter is cæteros motus regere & metiri dicetur, & eorum menſura iure uocabitur. Menſura porro fit, ſi ſub aliquam temporis rationem ſupputationemq; ueniat, ex qua motus fuiſſe tantus aut tantus poſſit intelligi. Annus enim, menſis, & dies, & nomina temporis ſunt, & motus certos præfiniunt. Nam hora & tempus eſt, & præfinitam ſibi mundanæ conuerſionis portiuncula uendicat: ita fit ut illa motuum omnium ratio menſuraq; ſit. Tempus uero quod motum illum primarium demetitur, cæteros quoq; motus ſubinde menſurat, neque ad motus adeo, ſed etiam ad tempora eandem rationem habebit: nam tempus longius à breui menſurabitur. Proinde menſura diei hora eſt, menſura menſis dies, menſura anni menſis. E diuerſo quoq; tempus menſuratur à motu, nam tantus aut tantus cœli motus, tantum ſibi aut tantum tempus determinat. Atq; hoc apertiſſime liquet. Temporis menſuræ ſunt anni, menſes, dies, horæ. Hæc autem nihil aliud ſunt, quàm ſolis commeatus & curſus. Non ergo caret ratione penitus eorum ſententia, qui motum orbicularem cœli tempus eſſe dixerunt: quippe quum ab eo, & ab eius tempore motus alii menſurentur. Quanto tempore captum eſt Ilium? Annis decem, hoc eſt decem recurſibus & reciprocationibus ſolis ſignifero circulo. Propterea quòd dici ſolet, non eſt peſſime uſurpatum, nexa eſſe in orbem omnia, atque humanas res quendam eſſe ueluti circulum. Eius rei cauſa ea eſt, quia tempore omnia menſurantur, indidemq; principium & finem accipiunt, perinde quaſi circuitu quodam obambulationeq; temporis. Tempus autem eſſe uidetur circu-
134 lus ea ratione, quòd & menſurat circularem motum, & ab eodem retroq; menſuratur. Cæterum [c] nihil aliud menſurata res eſt, quàm menſuræ plures: quemadmodum nihil aliud ſtadium eſt, quàm cubiti multi atque ulnæ.

[a] *Nititur Simpl. priorem hanc Them. dub. ſoluere hoc modo, prius & poſterius quod ordinis eſt indicatiuum aliud eſt quod mea qui de ſententia in tempore eſt atque ex ordine & numero pluriũ momentorum enaſcitur quæ ipſus definiunt. aliud autem quod in ordine cernitur qui impoſitione reperitur, & hoc etiam dupliciter eſt: nam aliud quidem eſt in magnitudine: vtputa ea eſt pars prior vie: vnde iter auſpicamur, poſterior ea vbi finis eſt itineris aliud vero in numero eſt: qui etiam dupliciter eſt, nam aut numerans eſt & qui ex vnitatibus oritur: ſicuti quando dutatem*

prius esse trinitate dicimus: aut numeratus veluti cum intellectilia dicimus sensilibus priora nam & incorporea quandam videntur positionem habere: ita tamen vt per translationem eam positionem dici intelligamus, tertium praeterea prioris & posterioris significatum in actionibus & motibus reperitur: quod diuiditur nam vel in numero terminorum conspicitur qui motum finiunt eo modo quo puncta lineam & momenta tempus appellanturque mouimina: aut in ipsis partibus motus qui sua parte natura continuus est. verum motus quidem qui in loco cietur expositione in loco prius & posterius transumens: id proprio suo accommodat: siue vt terminus siue vt pars accipiatur: vt quando motum priorem dicimus in cursu qui iusta carceres fit: posteriorem vero qui prope metã. sed peculiare est locali motui huius generis prius & posterius. Alijs autem motibus eodem exemplo tempus ex seipso prius & posterius impartitur: id cum priori & posteriori motus adaptando: momenta nanque quae tempus determinant coeuntia cum terminis motus tempore motum definiunt. est itaque tempus mensura motus quia per sua & propria priora & posteriora: ea priori & posteriori motus accommodans motum mensurat: & ita etiam vice versa motus metitur tempus: propria priora atque posteriora eis accommodans quae sunt in tempore: & ita tempus motu definietur. eodem etiam modo localis magnitudo motum mensurat: non omnem tamen sed localem tantummodo: eum prius & posterius loci: quod positione constat: quadrauerit priori & posteriori in motu: quod si Arist. tanquam commune sit vsus, motum a magnitudine mensurari: rationabiliter effecit ob id quia euidens erat vnde plurima explicauit ac si de motu locali verba faceret.

Alias etiam dub. hoc modo soluit: hoc nobis in praesentiarum est inquirendum: quonam pacto Arist. duo tempore pronunciat quae inuicem pugnare videntur: nam & affectionem motum habitumque esse ait ac si separatum non sit: & quod idem praeterea non sit in differentibus numero motibus ac si inseparatum esset. nunquid ergo Arist. tempus quidem esse numerum omnino supponens: quod numeri proprium est in tempore etiam considerauit & in alio quouis numero participato: quamuis enim differentia sint subiecta: numerus tamen in omnibus equalis est: vt equi vnitas & hominis vnitas: si a subiectis cogitatione abstrahantur: ipse penitus erunt indifferentes. at albedo quae in niue quaeq; in cerusa est etiam a subiectis cogitatione separate differunt differentijs albedinis: nam proprie sunt aliorum accidentium differentiae per se & a subiectis separatim acceptorum: sed numerorum equalium nullae sunt. vnitas enim ab vnitate nõ differt. dico etiam quae participatur qua vnitas est. Ait autem Iamblicus Arist. a tempore inseparato ad separatũ tẽpus transcendisse & ea ob causam ipsum idem numero posuisse in motibus distinctis. reuocãda tamẽ in memoriam est ea solutio quam prius dedimus tempus esse numerũ motus secũdum cõmunem rationẽ motus qua est ipsius esse protensio: quod vbiq; semper est. hic Simpl. quae vera sint necne cõsidera.

[b] Quispiam forsitan dubitauerit hoc in loco (ait Simp.) sicuti dubitasse videtur Plotinus, quia si continui & vniformis motus numerus mensurá ue tempus sit: quaenam erit inequalis & inordinati motus mensura. quod si cuiuslibet motus mensura est eodem modo quanã ratione tanquam numeratile accipitur: nõ autem tanquã separatum: sicuti, numerus denarius idem in elephantis est & formicis vt separatilis contemplatur. Nunquid igitur dicendũ quod veluti principaliter quidẽ existentiam habet continuus ac vniformis motus: & ab hoc is deriuatur qui inordinatus & vniformis nõ est eodem etiam modo motus vniformis principaliter tempore mensuratur secũdo loco qui vniformis non est. [c] Vnum propterea est animaduertendum Themi. vltimã particulam huius quarti libri, praetermisisse: eo quia eadem illa videtur Arist. repetere quae superius sunt exposita. quonam videlicet, modo idem tempus in pluribus motibus simul reperiatur.

FINIS LIBRI QVARTI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PHYSICORVM

THEMISTII PHYSICES,

LIBER QVINTVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

1 QVONIAM Vero alia per ſe, ex accidenti alia, alia per partem mutantur, neceſſe eſt prius, quàm ad ea quæ per ſe mouentur, noſtra cõſideratio intendatur, attingamus leuiter ea & tanquam expediamus, quæ per accidens, & per partem moueri dicuntur. Per accidens igitur mutatio eſt, quum muſicus ambulat. Sed quamobrem per accidens? Quia non ambulat in eo quòd muſicus, ſed tanquam is, cui muſico quadam ſorte acciderit: rurſum ut qui locum ex loco mutet. Sed & id quoq; per accidens habetur: ea enim quis per ſe locum de loco mutat, quà in loco aliquo eſt. Per partem mutantur hoc more, quotiens ſimpliciter recuratũ quem dicimus, quia in eo oculus conualuit aut pectus. Per ſe ea mouentur, quæ neq; ex accidenti, neq; per partem mouentur, ut quum equus currit, quum deuritur ueſtis, quũ lignum uniuerſum flammatur, quũ oculus ſaneſcit. Nõ enim omnibus omnia motibus moueri poſſunt, ſed quædam ſolum motu locali, ut cœleſtia: nõnulla
2 alteratione tantum, ut pectus, ut oculus. Contrà item alia per accidens mouent, ut quũ ædificat muſicus. Alia partibus, ut quũ is, qui meſſem exterit, machinarias molas abagitat manu. Alia per
3 ſe, ut ea quæ neq; per accidens, neq; partibus mouent. Quum uero quinque res ad functionem omnis motus neceſſariæ habeantur: mouens: quod mouetur: tempus, in quo fit motus: diuerticulum, unde motus accepit: intentio, quo procedit: quæri ſolet in quonam ex iis conſtituere motum oporteat. Plane ſupra demonſtratum eſt, motum in re mouente eſſe non poſſe, neq; item (ut conſtat) in tempore: neq; autem in eo unde ſoluit, collocari poteſt, hoc eſt in albedine, quum quis de albedine in nigritiam mutatur. Non enim à carceribus nomen accipit motus, ſed à calce quo pergit, & in quod res conuerti feſtinat. Nam quod de albedine ad nigritiam mouetur, nigreſcere, nõ albeſcere dicitur: pari pacto interitus & corruptio nuncupatur, nõ ab ente unde mouit, ſed à
4 nõ ente quo properat. Reliquũ igitur eſt, ut motus aut in ipſa re ſit quæ per ſe mouetur, aut in formis & accidentibus in quę abitio eſt. Quamuis autẽ ſupra ſatis docuerimus, motũ in re tantũ illa, quæ moueatur, eſſe conſtitutũ & poſitũ, ſuperq; ad diluendã quæſtionẽ admonere & meminiſſe ſufficeret definitionẽ motus, in qua dictũ eſt, motũ eſſe rei quæ moueretur actũ, nõ tamẽ abre fuerit hoc quoq; loco in ea paulũ diuertiſſe hactenus: utrũ in formis accidentibusq; atq; locis, in quæ motæ res tendunt, poſſit ineſſe motus intelligi. Ac primũ quidẽ motus ineſſe loco nõ poteſt, quũ natura loci ea ſit dicta, quæ ſit immobilis. Debemus enim differentiam illam tenere me-
5 moria, quę inter uas & locũ retro nobis cõſtituta & expoſita eſt. Dices accidẽtia & affectiones candorẽ, fuſcedinẽ, frigus, caloré eſſe motus uideri. Ac hercule ſi ita eſſet motus q ad qualitates illas inſtitutus dicitur, inſtitutus uideretur ad motũ ex quo accipi alterũ poteſt, aut ut res moueri ad huc pergant, quũ iam ſunt mutatæ, aut ſi moueri deſinant, in motu tamẽ eſſe dicãtur. Liquet igitur ipſas qualitates & affectiones nõ eſſe motus, ſed ipſum (quod cũ pfatione ueniæ dixerim) affici, atq; ipſum trãſmutari, ita ut nõ albedo ſit motus, ſed ipſa inalbeſcentia. Iam cõſtat nullã formã poſſe motum eſſe, aut motum habere. Mouere autem nonnullæ formæ dicuntur, ut animal anima, & lapidem grauitas. Non tamen ab iis mouentur illa quatenus procreantur, id eſt, quatenus ad ea genialis tranſmutatio inita eſt. Nec enim grauitas lapideſcentem & concreſcentem uaporẽ progignit ipſa, alioquin motus in iis neceſſario haberetur, quod ſtatim reuincitur falſum, quoniam in rebus motis, nõ in mouentibus motũ eſſe, perſuaſum atq; adeo cõprobatum ratione eſt. Atque hoc à nobis hactenus hunc in modum diſcuſſum & definitum ſit. Adiiciendum & illud ſtudioſis mentibus eſt, quòd aduerbia hęc, per ſe, per accidens, partiatim, poſſunt etiam in eas res, in quas motus ſuſceptus eſt, cadere. Ita inalbeſcens mutari per accidens dicitur in id, quod intelligit animus (accidit ſiquidem colori ut intelligatur.) Partiatim dicitur in colorem, quia colo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ris pars ſit albedo. Eodem modo qui Athenas proficiſcitur, partiatim in Europam proficiſcitur, quia ea urbs pars ſit Europæ. In albedinem uero conuerti & mutari dicimur, & Athenas proficiſci per ſe. Quemadmodum igitur per ſe, per accidens partibus moueri res dicantur: quanquam motus non in ipſis formis & accidentibus, ſed in re mota incluſus conſtitutusq; ſit, ab iis quæ dicta ſunt, nimis quàm dilucide cõmonſtratum uidetur. Cæterum de mutationibus quæ per accidens conſtant, relinquenda omnis ſuperſedendaq; ratio eſt, utpote quas nullo præcepto directo aut perpetuo poſſis includere. Id adeo euenit, quia infinibiles ſunt. Nam promiſcue quodlibet in quodq;, & ut cunq; mutari per accidens poteſt, in magnitudinem color, in nigritiam muſica, in amaritiem gelu, poſtremo in qualitates omnia omnes ac ſpecies: quia (ut dixi) hoc genus uagum pluriforme interminatumq; eſt. Illo modo dicere poſſumus demutare albedinem, quum demutat corpus, quum moleſcit, quum igneſcit, quum gelaſcit, quum mille modis afficitur. Quamobrem tranſilienda & prætermittenda ſunt iſta.

6 POrro agendum de mutatione & conuerſione per ſe, quia & definita eſt, & ſemper aut circa contraria, aut diſperata uerſatur. Album enim aut ex nigro, fuſco ue, aut ex non albo producitur, atq; hoc leuiter re ab ſe intelligetur, ſi ad mutationes ſingulas uel reſpexeris. Neque nos perturbet, quòd quum ſuperioribus libris dixerimus, ex oppoſitis conſtare mutationes, hoc loco intermedia quoque in numerum aſciſcamus. Nam res quæ tranſmutatur, intermediis utitur tanquam oppoſitis. Quum enim intermedia participatione, & confuſione utriuſque contrarii coalita temperataq; uideantur, ſimul res aliqua ex intermedio in contrarium commeat, non in eo commeat, quòd medietas eſt, & utriuſque naturæ conſors, & proxima, ſicut neque cum huc ſe uertit, ſed in eo quòd contrarii particeps. Exempli gratia: Tepens refrigeratur, non in eo quòd frigore, ſed in eo quòd calore participat. Idem contrà recaleſcit, non in eo quòd calori, ſed in eo quòd frigori affinitate coniungitur. Quapropter & medium extremis opponi, & extrema medio iudicantur. Quemadmodum mediæ in fidiculis chordæ imis & citimis comperatæ graues, & longæ ſummis & principalibus acutæ uidentur & tinnulæ: parí pacto aquilum nigro collatum candicat, candido nigricat. Definitis iis, quoniam tranſmutatio omnis ex aliquo tendit ad aliquid
7 (quemadmodum uel clariſſime nomen ipſum oſtendit) quadrifariam hoc reſpectu diuiditur: aut enim de euidenti in euidens. id autem eſt de ſubiecto in ſubiectum: aut de non ſubiecto in non ſubiectum: aut de ſubiecto in non ſubiectum: aut de non ſubiecto in ſubiectum fit. Voco ſubiectum id quod affirmatione oſtenditur: affirmationem appello, ut album, ut nigrũ, ut feruidum, ut glaciale: poſtremo quicquid euidens eſt, atq; ipſa re conſtat. Quod ſi ſubiectum nobis affirmationem ſignat, nõ ſubiectum ſignabit negationem. Quamobrem neceſſe eſt ex quatuor illis generibus treis duntaxat tranſmutationes haberi. Primam eam quæ incipit ab affirmatione, & deſinit in negationem, alteram quæ controuerſim huic reſpondet, id eſt, quæ à negatione uiam capeſcit, & in affirmationem deponit. Tertiam quæ ab affirmatione auſpicatur, & ſimiliter in affirmationem finit. Quartum genus tranſmutationis cõſtare non poteſt, ea ratione, quòd non circunſiſtitur oppoſitis: non enim oppoſita ſunt, non ſubiectum, & non ſubiectum, quia uterq; terminus negatio eſt: neq; autem contraria, quia contraria ſibi affirmationem conſciſcunt. Dicitur igitur de non albo fieri album, & de non aqua oriri aqua. Horum utrunq; de non ſubiecto in ſubiectum uenit, & de negatione in affirmationem. Cæterum differunt. Nam album & muſicum non fit ſimpliciter, ſed homo aliquis fieri dicitur albus & muſicus, aqua ſimpliciter fit. Non enim aſſignari aliquid poteſt, quod quum iam ſit actu, demum aqua fiat, quemadmodum in priore conuerſione poteſt, cum album quid aut muſicum fit, homo, Callias, luſcinia. Dixerit aliquis, nonne materiam corporibus omnibus ſubiectam afferimus, quæ ſit id quod fiat aqua? Verum non ita ſubiici poteſt materia, aut aſſignari in ſimplici conuerſione, ut Callias & homo in accidentali. Et hercules, quis eſt tam ignarus rerum, cui duo illi genitus differre non uideantur, quo quiſpiam efficitur muſicus, & is quo aqua producitur? An ſi paulò accuratius exploraris, inuenies alterum eſſe non ſimplicem genitum, ſed tenuem quaſi genitum, utpote quo pars rei aliqua non uniuerſa ſubſtantia progignatur: alterum eſſe proprium, abſolutum & ſimplicé, quippe qui uniuerſam aquæ ſubſtantiam in ortum prouehat, non accidens aut qualitatem modo, ut quum quid aridum, liquidum, candidum fit. Quamuisq; tam aqua, quàm muſicum de non ente orientur, quia ut retro probatum eſt, omne quod fit, de non ente fieri ſit neceſſe, tamen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

hoc diſcrimine ſeparantur: quòd muſicum non oritur ex omnino non ente, quoniam ex Callia oritur, qui nondum eſt muſicus, aqua oritur de omnino non ente. Sed occurret quiſpiam, uideri aquam, quemadmodum & muſicum ex aliquo, id eſt, ex aëre fieri: proindeq; non de non ente omnino, ſed de non ente hactenus, quia de aëre, qui non ſit aqua. Sed facile ſoluitur, ſi eius differentiæ meminerimus, quæ ſupra nobis primo libro conſtituta eſt. Aër non obmanet, quum de aëre aqua producitur, Callia obmanet, quum de nigro fit albus. Et ut planius diſtinctionem illam teneas, reponantur duo hæc, quæ ex oratione noſtra ſequuntur, fit Callias de nõ albo albus. Quum dicis de nõ albo, de ruſſo, de rauo, de nigro, de aquilo, de flauo poteſt intelligi. Hæc omnia quanquam opponuntur albo, tamen opponuntur ut affirmatio affirmationi, & ut euidens euidenti. Eodem modo quum aqua oritur de non aqua. Quemadmodum in tranſuerſione nõ ſimplici, qui non album dicit, dicit rubrum, aut nigrum, aut flauum, ita in illa ſimplici & abſoluta, qui non aquam dicit, dicit aut aërem, aut terram. Ergo dixeris, quemadmodum album oſtenditur nigro aut fuſco contrarium, cur & non aërem demonſtraueris aquæ contrarium? Id enim re ab ſe intelligitur. Quamobrem? quia ſubſtantiæ ſubſtantiis non aduerſantur. Quum itaque declaratum ſuperius ſit, quum dicimus de ſubiecto in ſubiectum mutationem iniri, id aut de affirmatione & contrario, aut de negatione intelligi oportere, ſequitur, ut ſi hoc quod dico non aquam, neque affirmationem, neque contrarium ſignificat, neceſſario, quod reliquum eſt, negationem ſimpliciter & abſolute ſignificet. Erit igitur hoc genus conuerſio ortus, & generatio de non ente ſimpliciter. Voco autem non ens ſimpliciter, non id quod omnino & uſquequaq; ſit nihil, ſed id quod nuda & mera potentia, cuiuſmodi originalis & prima materia eſt. Idem, ſed obuerſe, de interitu & corruptione dicendum, ut ea uidelicet in non ens ſimpliciter deſinere & procumbere intelligatur.

* *Eudemus ſubiecti nomine quodam modo priuationes comprehendi cenſuit: quia ipſis ſunt ſimiles: plurimum enim inter eſt: quia cæcum dicere & id viſum non habere eſt etiam quartum hoc genus indeterminatum, ait Simpl. & ea propter relinquendum: qui enim ex non albo in non album tranſmutatur terminatam tranſmutationem non habet.*

§ HAec ſi ita ſe habent, plurificariam uidetur ſignificare non ens: nam & non album dicitur eſſe non ens, & non homo dicitur eſſe non ens. Sed & mendacium quoq; dicitur eſſe non ens. Omittatur autem nobis hoc genus, quia id in complexione tantum & diſtractione orationis, ſeu diuiſione conſpicitur: in reliquis duobus ſignificatis, quæritur utrum non ens moueri dicatur. Ego uero aio moueri ſolum tale non ens, quale non album eſt, non bonum, non turpe, non calidum, non quòd ipſum non album, aut ipſum non bonum utiq; moueantur. Nam qui fieri poteſt prorſus, ut moueatur quod non eſt? Sed Callias qui ſit non albus, ſit non bonus ipſe moueatur. Quia huiuſmodi negationes non per ſe, ſed per accidens moueri conceſſerim, ea ratione, quòd accidiſſe aliqua uideantur iis rebus, quæ per ſe mouentur. Cæterum non ignem, non aquam, & reliqua ſimilia quo pacto moueri intelliguntur? Num per ſe? non poſſunt, quum nuſquam ſint. Num per accidens? At quibus nam rebus accidiſſe non ignem, non aquam, nõ aërem dixeris? Fieri igitur nequit, ut ea quæ ita ſunt, non entia ullo genere moueantur. Quòd ſi ita eſt, generatio quoq; motus eſſe non poteſt. Quare neq; mouetur, neq; quieſcit, quod eſt non ens, quippe quod neq; in loco quidem ſit ullo, neq; generatio modo non eſt motus, ſed neq; corruptio. Nam quum motus omnis, aut motui ſit, aut quieti contrarius: ſi corruptio motus eſſet, generatio quoq; quæ corruptioni contraria eſt, aut quies, aut motus foret. Poſſumus igitur omnia hęc uel ſyllogiſmo complecti, hoc quo dicturus ſum genere: Omnis motus tranſmutatio eſt, omnis tranſmutatio, aut contrariis, aut diſperatis obibitur: Motus igitur omnis aut contrariis, aut diſperatis, obibitur. Nullus autem motus diſperatis includitur, ergo motus omnis in contrariis collocabitur. Voco contraria, quæ affirmatione ſignantur. Eodem * & priuantia referuntur in motibus, ut cæcum, nudum, illiteratum, infœlix.

* *Si priuatio in motibus eodem modo ſe habet ſicut contrarium: & (vt ait Ariſt.) affirmatione monſtratur: quæ igitur ratio eſt: quærit Simpl. cur generatio: quæ a priuatione in formam mutatio eſt: e motuum numero ſit ablata: & non dicatur ex ſubiecto eſſe in ſubiectum. Qui deinde hęc*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

respondet modo: sicut quod potentia est duplex est: quoddã enim quod substantiam respicit, quoddã quod accidens, pari passu & priuatio duplex: quædam enim substantiæ: quædam accidentis est priuatio: quæ accidentis est ea ratione qua in substantia est non nihil entis particeps esse videtur: & ea ratione affirmatione monstrari potest: & subiecti nomine comprehendi: & id in quo ipsa est moueri potest: at substantiæ priuatio quia omnino a substantia decidit: decidit etiam ab entis ratione: & ea de causa negatione tantummodo monstratur, nam ens in hoc loco appellamus substantiamque id quod est actu.

9 SPectandum est igitur, in quibus generibus contraria habeantur, utpote ad quæ sola pertinere uerus motus possit. Ac primum quidem in substantia nullus erit motus, quum nihil sit substantiæ ulli contrarium. Nam priuatio formæ non est contraria. Quamuisq; superioribus libris aliquando usurpatũ hoc sit, ut formam & priuationem diceremus esse contraria, non tamen id presse, aut proprie intelligi, sed data quadam & rudiuscula ratione uoluimus. Nam si exacte loquendum sit, priuatio absentia quædam est formæ, atq; adeò non ens: non autem enti, aut formæ contraria. Quòd si de eo quòd fieri animal ex genitura & semine dicitur, demonstrari posse aliquis putet conuersionẽ substantialem de subiecto in subiectum procedere, proindeq; motum uideri, eodem in luto reuoluitur, denuoq; in nomen generationis & ortus incurrit, quem constat motum esse nõ posse. Quid enim est cedo per deum, quod in ea mutatione conuersione'ue moueatur? Num animal? At cum oritur nondum est animal. Num semen genitale? At nõ remanet semen, sed dissoluitur, atq; corrumpitur. Deinde ut concedatur hoc illi, quo pacto reuincet semen esse contrarium animali? certe motus omnis contrarios terminos requirit. Sed dicet quispiam, quum aqua in ignem uertitur, tum uideri motum in substantiis fieri, utpote quòd de contrario in contrarium cõuersio illa procedat. Huic occurrit Alexander, concedit q; nõnullas ignis qualitates esse qualitatibus aquæ contrarias, frigiditatem caliditati, & humiditatem siccitati: nec tamen ex eo accipi uult uniuersum ignem esse aquæ contrarium, quippe quæ nõ ex qualitatibus tantum, sed ex aliis quoq; cõplusculis constent. Ego[a] uero falsum esse arbitror id, quod proponitur. Nam ignem in aquam nego conuerti posse nisi se prius in aërem uerterit: aër uero atq; ignis apertissime iam non aduersantur. Quid igitur obsecro in ea mutatione mouebitur? quando neque aqua potest, quippe quæ corrumpatur: neque ignis, quippe qui nondum sit ortus. Quod autem post motum omnem fuit motum, hoc erit id, quod antea mouebatur. Ex iis dilucet in substantia motum haberi non posse.

[a] Quod hæc Theophrastus cõtra nũ ex vi eius qd Arist. 2. de gnõ. & corru. lib. de elitec. & in ãl mutatione docet.

10 SEd neq; in relatione constitui motus potest. Ea enim quę in illo genere ponuntur de suo statu atq; habitu decidunt: uel si nullam mutationem accipiant. uerbi causa: Nix quæ mihi nunc respondet à leua, etiam si ipsa non differatur, simul priorem locum egressus, aliò me contulero, respondebit à dextera. Item denarius numerus fieri duplus potest, nulla adiectione qualitatis facta, sed si duntaxat quinarius controuersim atq; altrinsecus opponatur. Nam & ratio ipsa quandoq; de uera in falsam, & contrà conuertitur: tantum si res quæ in ea significantur, cõmutauerint conuariatæ'ue fuerint. Vna enim hæc eademq; ratio dies est: uera erit die exorto, ingruentibus tenebris falsa. Si igitur motus omnis absoluitur per mutationem conuersionemq; rei, quæ mouetur: relationes autem sine ulla mutatione & conuersione creantur, & pereunt, clarissime complexio illa efficitur, quam uolebamus motum in relationibus non posse constitui.

11 SEd neq; in genere actionis passionisq; motum ullum inuenias, quum agere sub eo, quod est mouere: pati sub eo, quod est moueri, contineantur ac recidant. Motus autem nullus esse possit in eo, quod est mouere, & longe magis nullus in eo,
12 quod est moueri. Vt enim deridiculus sit, qui ita dicat ita? sed tanto ridiculosior qui sentiat. Cæterum Aristoteles ex eo plurima deducit incõmoda. Primum, quia mutationis motus futura sit mutatio alia, & motus alius. Res hercule captu difficilis, sed nec opinabilis, quia cogitatione in infinitũ bibitur, occursura semper in termino mutatione aliqua prio-
13 re, per quam mutatio posterior atq; recens emerserit. Tum deinde motum & moueri, & quiesce-
14 re oportebit. Mox, quemadmodum id, quod mouetur corpus & anima, ut subiectum, & hoc ali-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

15 quid monſtratur,ita & motus ipſe monſtrabitur. Poſtremo quoniam alia res eſt motus,alia res, quæ mouetur: aliud enim homo eſt, aliud ambulatio, aliud equus, aliud curſus: pari ratione motus ille, qui ponitur moueri, alia utique res erit motu. Quo euenit, ut motus ſimul & mo-
16 tus ſit,& non motus. Illud iam dementiæ proximum alteraſcere,motum localem putare,aut al-terationem auctionem'ue deferri motu locali. Sanè omnia hæc ſubiectis hærent, & corporibus
17 accidunt,non ſeorſus ipſa conſiſtunt. Planè mutari per accidens mutationem,& moueri per acci-dens motum,recte dici ferè poteſt. Verbi gratia: ſi currenti acciderit,ſaneſceret: bono periculo di-xeris curſum illud quodam modo factum incolumen. Non quòd cur ſui reſtituta ſit ſalus, ſed quòd is cui accidit curſus conualuerit currendo. Verum accidentarios motus dudum à noſtra commentatione repulimus.

18 Manifeſtum igitur arbitror motum eſſe in tribus duntaxat generibus collocatum, qualitate,quantitate,ubi. Inſunt enim ſingulis iis ſua contraria,quæ requirantur in motu. Motum in qualitate alterationem uocamus. Qualitatem hoc loco acci-pimus,non ita,ut ſubſtantiarum differentias,quæ interim appellari ſolent hoc no mine,rationale,uolatile,aquatile,greſſile: ſed ita,ut intelligamus affectiones & qua litates id genus,quæ patibiles & alteratiles nuncupantur,nigritiam,frigiditatem,caliditatem, al-bedinem. Motum in quantitate, quo uoces non habetur generale nomen, proinde diducimus, ita ut eum,qui ad ampliorem magnitudinem tendit,augmentum: eum uero,qui ab hac recedit, decrementum dicamus. At ſlocalis motus,niſi confingas,nō illa generali modo,ſed propria quoq; nomenclatura caruerit. Quamobrem nos ei nomen commenti ſumus commune, Delationem, quanquam improprium illud quidem: Ea enim proprie ferri & deferri uidentur, quæ ui cor-repta ſiſtere ſe ac ſuſtinere non poſſunt: demum omnia ea, quæ ipſa ſe non mouent,ut in anima.
19 Sed [a] de alteratione illud eſt diſquiſitius explorandum. Quum enim quicquam ex albo fit al-bius, aut contrà hoc tento remiſſius, difficile eſt perſpicere, quo pacto inter contraria motus ille uerſetur. Sed ſoluitur. Tentius & remiſſius candidum, temperatione contrariorum permixtio-neq; coaleſcit. In quo enim plus eſt candoris in eo nigritiæ minus habetur, & quod prius candi-dum eſt,amplius nigroris eſt particeps. Quum igitur de nigro ſimpliciter ad album ſimpliciter demutatio eſt, tum de contrario ſimpliciter in contrarium ſimpliciter motus procedit. Quum uero de albo fit albius quippiam,tum non de contrario ſimplici,ſed de contrario tamen utcunq; fit motus, quia in albo remiſſo pars quidem ipſius nigritiæ confuſa eſt. His enim definitis con-
20 ſtat, quod intendimus tris motus tribus deberi generibus. Immobile porrò multis capitur mo-dis. Primum id dicitur immobile,quod nullo modo moueri poteſt auerſante & repugnante na-tura,ut ſonus inuiſilis, quia natura ineptus & inhabilis ſit, ut uiſitari poſſit. Alio modo dicitur immobile, quod impulſum fatigatumq; perdiu uix ægreq; dimouetur, hoc eſt, quod difficile ſeroq; moueatur: quemadmodum incommobiles eos uocamus, qui ſero obiraſcuntur. Ter-tio & illud ſolet immobile nuncupari, quod quamuis apta & conſentanea ſit natura ad motum ferendum accipiendumq;, non tamen quotiens poteſt mouetur, aut eo modo quo poteſt. Quod genus immobilitatis quietem uoco: quies enim priuatio motus eſt. Priuatio uero ad eas res per-tinet, quæ paratam habent naturam, ut poſſint id capere, quod nondum ceperunt, atq; id agere eoq; modo, quod & quo non agunt.

[a] *Them. Alexan. eſt imitatus qui magis minuſq; in ſola qualitate accipi ab Ariſt. retulit. ob id forſitan: vt Simpl. ait: quia hæc qualitati ſunt propria. ſed Porphy. & ſi etiam Ariſto. verba in alteratione tantum exponat: deinde: attamen ea propter inquiſiuiſſe ait, ſub quo genere ſit reponen dus motus qui eſt inter magis & minus quia magis minuſq; in omni motu: reperitur tam incremen to & decremento & delatione: quam in alteratione.*

21 Porrò inter oppoſita ut oſtendimus mutatio omnis intercidit. Oppoſita aut con-traria ſunt, aut diſperata. Diſperatorum nihil eſt medium. Contrariorum eſt ali-quid. Medium eſt, quò res mobilis prius naturaliter applicat, quàm ad poſtremū, utique ſi continue & ſecundum naturam moueatur. Medium porrò momentis tribus minimum conſtat, quippe quod duabus extremitatibus, quibus tanquam clauſulis cohibetur, huic inde reſpondeat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

23 COntinue dicitur tunc res moueri, quum neq; pars temporis, in quo agitur motus, neq; rei per quam tranſitus eſt ſaltuatim aliqua prætermittitur. Quamuis enim is qui à ſumma chorda uelicatim deſcẽdit ad imam, interhabitis mediis nullo tem pore pulſum interpollem habuerit: quia tamen rei per quam motus is habebatur, partem aliquam prætergreſſus eſt ſaltu, uideri poteſt interruptum motum mo uiſſe. Sed latius planiusq; exemplum in motu locali eſt. In quinquertio qui ſaltant continue, moueri idcirco non uidentur, quia ſpacii illius in quo operantur, partes medias intactas relin quunt, quas ſublimati uicibus & deducti tranſiliunt. Cæterum continuitas motus non omnis hinc prouenit. Nam illo quidem modo decurſus equorum in ſtadio laceſſitus erit & diſſitus. Num igitur rectius fuerit continuationem motus ex ſerie temporis accipi? ita ut is habeatur cõ tinuus, qui nihil temporis interceperit. Nam rei quidem per quam fit motus, hiare aliquid atq; intermitti poſſe pars uidetur: & tamen nihilominus iugis & continuus motus intelligitur. Sed de ipſo continuo accuratius nobis agendum eſt poſt. Nunc quoniam id quod adhibitum, ſiue proximum, ſiue attiguum dicitur communius & fuſius eſſe, quàm continuum uidetur, & quod deinceps & conſequens eſt, communius etiam quàm adhibitum, de hoc primum quod latius patet, aggrediendum eſt nobis.

25 DEinceps & conſequentia ſunt, inter quę nihil eiuſdem generis habetur interſitum. Nam ſi alterius generis aliquid intercedat, nihil officitur. Aedes meæ ſunt, dein ceps & conſequentes tuis: ſi nullæ utique ſint ædes inter meas & tuas. Item, lineæ deinceps ſunt, inter quas nullæ habentur collocatæ conſtituræq; lineæ. Et dein cipites homines inter quos nemo ſit medius. Id autem quod deinceps eſt, ſem per ſecundum eſt, & ab eo quod eſt primum. Primum uero aut poſitione ſituq;, ut in lineis & domibus cernitur, aut natura, ut in unitate & duitate perſpicitur. Eſt enim unitati deinceps dui tas & duitati ternio, quia alius numerus non intercedit. Dicitur & primum ab ordine, ut exor dium ante narrationem. Et enim exordium conſequitur narratio, quia deinceps eſt exordio, & quia nihil eiuſdem ſpeciei medium habetur. Atq; hoc eſt, quod proprie exacteq; deinceps & con ſequens dicitur. Sed & ea quoq; interim cenſentur hoc nomine, quæ unius ſunt generis etiam ſi diſcrimine ſpeciei diſſideant. Nam & certamen dicitur eſſe deinceps & conſequens pompæ, & nymphæum Gymnaſio.

26 ADhibitum, proximum, ſiue attiguum eſt, quod rem aliquam conſequitur modo eorum, quos prætexuimus aliquo, quodq; præter hoc habet, etiam terminum cum termino illius atq; extremitate coniunctum. Horum alia ſolo nomine adhi bita, proxima, & attigua nuncupantur, ut præteritum dicitur proximum attiguũ futuro: Alia ipſa re tanguntur, ut corpora. Tangunt autem ea, quorum ſunt ſi mul extrema. Extrema terminos & limites uoco. Quum itaque duorum corporum extrema ſic committuntur, tunc habere ſe illa mutuo attingere & conſequi dicimus. Nec tamen propterea continuantur. Sed quum duo illi corporum exitus coaleſcunt, & uniuntur, tunc moles una & continua redditur.

27 NEc fieri tamen continua de attiguis poſſunt, niſi ea quæ natura coibili ſunt. Tan git utiq; lapidem lignum, ſed fieri ligno continuatus, quantauis ferruminatione non poteſt. Adeò ignorandum non eſt, ea fieri poſſe continua, quorum contactu coaugmentatuq; natura una exit atq; confunditur. Hoc & in tempore & in lineis uiſitur: præſertim uero in ſitionibus & in occulationibus arborum. Fiunt arte nõ nulla contigua, ut lignum, clauis, & glutino: uerum hęc proprie continua exiſtimari nõ poſſunt.

28 Manifeſtum eſt itaq; quod ſumus præfati, conſequens eſſe prius & communius, quàm adhibi tum, proximum, ſiue attiguum. Quicquid enim eſt attiguũ, neceſſe eſt, ut ſit etiam conſequens. Quod uero conſequens eſt, non continuo commeat, ut ſit item attiguum. Quare prius hoc & maiore ambitu fuerit, quàm illud, utpote quod tanquam genus magis hiet, atq; in plura ſe fun dat. Nam etiam in numeris cernitur conſequens, attiguum non cernitur. Rurſus attiguum ge neralius, quàm continuum eſt, quia ſeſe res prius tangant neceſſe eſt, quàm coaleſcant, ut unian tur. Patet igitur in his eſſe non poſſe coalitum, in quibus non poſſit attactus. Non tamen retro flectitur, in quibus ſit contactus, ut poſſit item haberi coalitus. Nã ut poëta inquit Epeus, quanq; ueterrimum, illud tangebat non tamen coaleſcere illi, aut congermaneſcere poterat, homo quòd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

29 erat. Atq; hæc ſi uera ſunt,& ſi quod conſequens,à contiguis diſtant,punctus quoq; ab unitate diſtabit: nam puncto attingi res poſſunt,unitate nõ poſſunt. Quia conſequuntur,nõ attingunt ſe unitates. Inter puncta quoq; ſemper aliqua linea capitur. Inter unitatem nihil interuenit,quia neque inter duitatem quidem & unitatem intercedere,aut hiare aliquid poteſt. Manifeſtum eſt igitur ea tantum poſſe contingere,quæ poſſeſſionem & ſitum habeant. Conſequi ea, quæ etiam poſitione ſituq; careant,ut adhibita & proxima.

30 
31 Otus unus multipliciter conſueuit intelligi,quia & nomen ipſum unius pluriſor
mem ſignificatum habet. Primũ genere unus dicuntur motus,qui in eodem præ/
dicamento uerſantur,ut delationes, quia in genere quod uocatur ubi,conſtituun
tur & reponuntur omnes,una genere delatio eſt. Item, omnes alterationes genere
unus eſt motus,quia in qualitate comprehenduntur & collocantur omnes. Dici/
tur & unus ſpecie,qui ad unam ſpeciem indiuiduam pertinent,id eſt,ad ſpeciem citimam,& ſen/
ſilibus proximam. Ita omnes inalbeſcentiæ motus unus eſt ſpecie. Eſt enim albedo ſpecies quæ/
dam ultima & indiuidua qualitatis. Quod ſi qua ſunt ambigua, id eſt, quæ ſimul,tum genera,
tum ſpecies uideantur,motus quoq; qui de iis effluxerint,eandem rationem ancipitis naturæ ſe/
32 quentur. Sed quæri poſſit,ſi unus ſpecie motus eſſe dicitur is,quem idem mobile ex eodem ter/
mino ad eundem terminum proficiſcendo conſtituit, id adeò eſt quotiens idem eſt mobile,idem
eſt terminus unde diuertit,idem eſt terminus quò concedit,nõne orbicularis motus erit eadem
ſpecie cum directo, quia poteſt eadem res ex eodem termino ad eundem terminum procedere,
33 interim recta, interim giro? Soluitur. Scite dictum eſt motum eſſe unum ſpecie, quotiens id in
quo conſtituitur ſpecie indiuidua unum eſt. Sed linea & orbis in quibus illi duo motus gerun/
tur,differunt ſpecie. Non eſt igitur motus rectus eadem ſpecie cum circulari cenſendus. Hacte/
nus dictum quis ſit motus genere & ſpecie unus, diſtinctione ſumpta de rebus citra quas agi/
tur. Nunc quis nam proprie ac unus ſit prodendum.

34 
Voniam igitur eſſe uidentur in motu mobile,ut homo, ut ſydus: res circa quam
uerſatur motus,ea duplex eſt,locus & affectio:tertium,id in quo motus fit,atque
hoc ipſum tempus eſt,neceſſe eum motum, qui unus ſit futurus, habere ſingula
hæc numero numerum, ut formam unam circa quam obeatur motus, colorem,
unum,lineam unam,tum ipſam rem mobilem, Coryſcum, Calliam,& Socratem.
Poſtremo tempus planè unum numero tempus accipitur,quod continuum iugeq; ſit,nec inter
35 laxet. Quod ſi ex tribus iis aliquod numero unum eſſe deſierit,neq; motus quoq; unitatem ſuã
retinuerit. Si enim Plato,& ambulet ſimul & albefiat,quamuis tum ſubiectum quod mouetur,
unum ſit,tum tempus idem omnino atq; continuum,quia tamen duæ res ſunt,quas Plato mo/
uet,locus & color,huiuſcemodi motus numero unus eſſe non poteſt. Item Callias & Socrates,ſi
ab eadem ægritudine,puta lippitudine conualeſcant,non erit ſanatio ea motus unus,quia ſubie/
36 cta conſtituuntur duo. Sed & ſi idem Callias ambulet nonis atq; iterum idibus,motũ hunc ue/
tabit unum eſſe diuerſitas temporis,utpote quod neq; unum, neq; continuum fuerit: alioquin
abſurdius quiddam euenerit. Nam ſi de ambulatio heſterna numero una cũ hodierna dicatur,
contenditur id, quod iam abſoleuit corruptumq; eſt, unum idemq; eſſe cum euidenti extante
atq; ſuperſtite. Cæterum quæritur uideri nullum motum eſſe poſſe unum, etiam eum in quo
tempus unum atq; continuum ſit, cum ſemper motus prior corrumpatur obiter atq; uaneſcat.
Quo igitur pacto defendetur unus. Sed [a] ſoluitur. Certe motus talis unus eſt,quia iugis & con/
tinuus habetur, nõ interpollis neq; diſtractus, neq; ſeiunctus ab eo motu ſeu parte motus, quæ
aſſidue diſperit. Hoc autem nõ habent motus illi inter quos uicibus interquieſcitur,aut tempus
37 intercidit. Verum ambigat quiſpiam,motus is,qui unus eſt futurus,unum numero ſubiectum
requirit,cum fluxa & labentia ſint naturalia corpora,nullus motus idem numero ſubiectum ha
bebit. Eadem addubitatio de habitudine corporum fuerit. Qui enim una eſſe ſanitas uideatur,
quum id quod ſeneſcit unum eſſe non poſſit? Sed quanquã diſcuſſio iſta ad nos hoc loco nõ per
38 tinet. ([b] Nam quemadmodum conſtent ſimul duo illa, eandem eſſe ſubſtantiam corporum, &
nihilominus continue occiduam eſſe & profugam, mutationibus & conuerſionibus perpetuo
addictam,quæſtio noſtra non eſt, qui motum & naturalia commentamur.) Non tamen conni/
uendum id eſt,quod de habitudine corporum ſubditur, ſed cõmonendi ſunt nobis qui hæc no
ſcunt non eſſe diſſentaneum, ut unus idemq; habitus pridie & poſtridie fuerit ualetudo,ſcien/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tia,probitas. Series enim & continuatio temporis, continuas quoq; poſſeſſiones habituum facit. Actum uero ipſum atque adminiſtrationem unam eſſe non conceſſerim, niſi quæ iuncta ſit, & continue defluat. Adeò conſequens eſt,ut quamuis unius geſtionis,& actus tantum unus ſit habitus:tamen unius habitus plures eſſe actus & geſtiones poſſint.

[a] *Eo modo.ait Eudemus: vt Simp.retulit.alteratio & delatio vt vna ſit habet: quotẽpus etiam. nam neq; alteratio neq; delatio permanet: ſed fluit: ſemper alia eſt ſicuti & tempus: iccirco proprię vna eademq; potius ſpecie quam numero dicenda eſſet.*

[b] *Ea quæſtio libro de generatione propria eſt.ait Simpl.ſecum enim trahit dubium perdifficile ſolutu quonam pacto qua augentur: vnum permaneant.*

39 QVia uero motus omnis cõtinuus eſt, utpote qui ſecabilis & diuiſilis ſit,neceſſe eſt, qui ſit unus eundem haberi continuum, contraq; qui ſit continuus eundem & unum intelligi. Non enim poteſt quilibet motus cuilibet motui eſſe continuus: quemadmodum neq; corpus cum quolibet corpore,neq; omnibus cũ omnia attineri,ut uoci linea:ſed quorum extrema coire, ita ut facta unitas ſit,eorum motus poteſt eſſe continuus. Verum quædam res carent extremo:nam unitatis quum ſit inſectilis,nullum eſt extremum. Ex hoc genere nihil poteſt fieri continuum. Sunt & aliæ res,quibus non deſunt quidem extrema,ſed quæ diuortio naturæ & ſpeciei diſſideant: ea quanquam ſunt genere abiuncta, commune tamen hoc nomen ferunt extrema. Proinde qui extrema lineæ, & extrema
40 deambulationis appellat, uocem eandem rebus longo interſtitio deſitis tribuit. Quapropter nihil è duobus illis continuum aut unum cõflaueris,ſed quæ neq; ſpecie, neq; genere conueniunt, conſequentia tantum atq; adhibita inuicem feceris. Poteſt enim quiſpiam inter currendum febrem incidere, atq; ita continget motus diuerſos deinceps, & conſequentes haberi. Quapropter quum thedæ candentes in cerealibus accipientium,& tradentium uicibus curſu continuo diffe-runtur:quanquam motus illi ſpecie conueniunt,non tamen proprie continui, ſed conſequentes ſubciſiuiq; ſunt,propterea quòd extremitates ſuæ ſingulis diſcrepantes diuerſęq; habentur. Sed & ſi motus inter ſe plurimum diſtent,conſequentes tamen atq; adhibiti poſſunt intelligi, modo tempus in quo geruntur exercenturq;, ſit unum atq; continuũ. Continui uero eſſe nõ poſſunt,
41 niſi etiam extrema conſentiant,quæ in unam naturam coaleſcere poſſint,atq; confundi. Quamobrem neceſſarium eſt motum eum qui ſit unus & continuus futurus, non ſolum uno ſubiecto eſſe,ſed etiam ſpecie una,& tempore uno,quemadmodum & initio diximus.

42 SVper hæc motũ qui conſumatus perfectusq; ſit,uerius unum appellaueris,quàm eum qui cæteris paribus inchoatus imperfectusq; habeatur. Perfectus motus eſt, qui ad finem & abſolutionem ſuam peruenit: Imperfectusq;, qui non peruenit.
43 Vnitas enim de perfectis iuſtius quàm de imperfectis affertur. Eodem argumento rectius unum uocaueris, qui ſit æquabilis & uniformis, quàm inæquabilis & pluriformis, utpote quem illa ipſa difformitas diuidere quodammodo atq; interrumpere & diſtrahere uideatur. Porro in quolibet motu alteratione,augmentatione,diminutione,ęquitatem,
44 & inæquitatem inuenias. Naſcitur [a] autem inæquitas hæc interdum culpa eius rei, in qua conſtitutus eſt motus. Vt quum quid ſuper arcuatam, aut obtortam lineam mouetur. Fieri enim nequit,ut in magnitudine inæquali ac difformi,ſit æqualis & uniformis motus. Ea uero uniformis & æquabilis magnitudo habetur,cuius quælibet pars cuilibet omnifariam complanata coęquataq; eſt,ita ut poſſint coaptari uiciſſim atq; cõmitti. Interdum non ipſa rei natura,ſed modus & ratio inęqualitatem facit,ut ſi quid modo ſe uelocius,modo pigrius moueat:quamuisq; adeo cætera habeantur parilitas magnitudinis,continuatio temporis,conuenientia & cõſenſio ſpeciei, ſimul citatio & feſtinantia claudicat, motus is inæquabilis & difformis efficitur. Hinc datur intelligi tarditatem & uelocitatem ſpecies motus eſſe non poſſe,quia inſint omnibus motibus. Nã & alteraſcere,& creſcere, & in loco moueri, quædam uelocius,quædam tardius dicuntur. Nam ex iis quę deorſum pondere natiuo deuergunt,grauiora:quæq; celerius & cõcitatius corruunt, leuiora ſegnius & cunctantius deuoluuntur. Quapropter neq; grauitas & leuitas rerum, quæ in eundem ſitum procumbunt ferunturq;, diſſidio ſpeciei diſtauerint, quia neq; motus ipſi qui
45 inde proueniunt,diſcrimine illo differre noſcuntur. Plane motus is proprie unus eſt, qui pariter

inæqualis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

inæqualis unimodus: quamuis is quoque, ſed depertius, dignatione huius nominis cenſeatur, qui inæquus, ſentus, eminulus, ſubſultansq; ſit. Qualis qui ſuper ſinuoſam & inflexam lineam exercetur. Porro quod minus, quodq; depertius eſt, conſtituitur & temperatur permixtione contrarii. Ex iis illud quoque obiter apertius & dilucidius factum eſt, quod ſuperius dicebatur, motus diuerſos & conſequentes ſint, continuos tamen eſſe nō poſſe. Nam ſi continuus motus æquabilis eſſe & uniformis poteſt, motus autem diuerſi uniformes, & æquabiles eſſe non poſſunt, relinquitur motus diuerſos nō poſſe haberi continuos. Aequabile enim & uniforme definiuimus, cuius quæque pars cuique coaptari committiq; poteſt. Partes albefactionis & curſus coaptari & committi qui poſſunt?

[a] *Quærit hoc in loco Simpl. quonam modo inæquitas inalteratio culpa eius rei naſci poſſit in qua motus eſt conſtitutus. ſi quidem qualitas in alteratione ſe habet ſicuti locus in delatione in quo defertur: id quod mouetur: pars vero albefactionis alteri parti coaptari & committi qui poteſt? non ob id dico quia non permaneant partes: nam neque cogitatione id fieri poſsibile eſt: ſed quia pars vna nequaquam eſt alteri ſimilis: crementum attamen & decrementum quia ſecundum magnitudinem fiunt hæ mutationes in recta fieri & æquales etiam videri poſſunt. An aliam quandam reperi as inæqualitatem in eo quod creſcit: vtputa ſi nunc quidem defectu alimenti augumentatio ſiſtatur. nunc vero ad interitum etiam vergat. vt in morbis euenire ſolet. nam inæquabilis augumentatio tunc redetur: veluti etiam ſi aliquando plus & aliquando minus diminuatur. in alteratione etiam exordinata qualitatis tenſione æqualitas naſcitur. nam quando nunc quidem vehementius incaleſcit: deinde remiſsius & iterum poſtea vehementius inæqualitas oritur culpa qualitatis in qua motus conſtituitur.*

46 Vnc aggrediendum ad ea eſt, quæ de oppoſitione motus quæruntur. Opponi-
47 tur motui motus, opponitur & quies. Sed motus ut contrarium, quies ut priuatio. Primum de contrariis motibus eſt agendum. Quia igitur motus omnis ex aliquo termino in aliquem procedit, & ex contrario in contrarium abit, nimirum motus illi aduerſi contrarii ſtatuentur, qui de contrario in contrarium uice uer-
50 ſa proficiſcuntur, ægrotatio, ſanatio. Nam altera de ſanitate in ægritudinem uadit, altera de ægritudine in ſanitatem obuerſe. Hoc adeo inductione clareſcet: Videntur contraria eſſe ægreſcere, ſaneſcere, aſcendere, deſcendere: progredi, regredi, leuorſum flectere, dextrorſum in-
51 cedere. Atque hæc ſecus locos contraria colliguntur. Quod ſi tranſmutatio ulla eſt quæ contrarijs careat, tum ea quæ ex uno termino abierit, contraria illi quæ ſe ad eundem terminum conferet. Vnde enim corruptio & obitio mouit, eò ſe ortus & generatio inſinuat. Corruptio ab ente diuertit, generatio ad ens contendit. Pariter unde ſoluit ortus, eò pergit interitus. Generatio de non ente recedit ad ens corruptio ab ente ad non ens procedit. Itaque motus hoc genere motibus aduerſantur.

52 Qvies uero opponitur motui quaſi priuatio, dico quaſi priuatio, quia non eſt pror-
54 ſus [b] priuatio. Sed qualis nam quies motui opponitur? Diſtinctione utique opus eſt aliqua Non enim promiſcua ratione omnes omnibus opponuntur. Quoniam igitur omnis motus duos habet, in quibus cōſtituitur, limites, patet eam quietem ſiue moram quæ (uerbi gratia) in imo loco trahitur, eſſe oppoſitam motui, qui de imo ſurſum uerſus agatur. Et è contrario eam quietem quæ ducitur in ſublimi, eſſe oppoſitam motui qui inde concedat. Nec enim quietem illam opponi dicendum eſt, quæ habetur in eo loco quo res defertur. (Nam locus eſt finis nullus: finis opponitur motui ſe petenti) ſed cognatus potius eſt, & quaſi conſpirat cum eo. Iam quæ naturalitus mouentur, finem motus ſui eo loco indipiſcuntur quo mouebantur. Finis porro qui poteſt illius rei priuatio eſſe, cuius eſt finis? Ita relinquitur quietem illam eſſe oppoſitam motui, quæ in eo ſit loco unde commeat motus.

[b] *Non eſt (ait Simpl.) quies eiuſmodi priuatio qualem docuit in prædicamentis Ariſto. a qua ſcilicet non eſt amplius reditus in formam. ſed medio quodam modo inter contrarietatem & priuationem opponi inuicem videntur motus & quies.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

56 POſſunt etiam diſtinctione alia, & motus motui, & quies quieti, tanquam contraria atque oppoſita capi. Si uidelicet quies motus'ue naturalis alius, alius contra naturam poſſit afferri. Ac in motu quidem locali facile id reperias. Nam terræ naturale eſt procumbere & ruere, contra naturam ſubire & ſublimari. Item & quies in imo naturalis eſt terræ, contra naturam in ſummo. In auctione & alteratione diſtributio iſta non æque conſtat: neque enim inalbatio naturalis eſt, nigricatio contra naturam, neque utrumuis plus habet una quàm altera. Sed neque ſanatio plus quàm ægrotatio, eo quòd omne animal ad capiendum utrunque ferendumq; natura paratum aptumq; eſt. Sed neque illud dici poteſt, auctionem eſſe naturalem, diminutionem contra naturam, aut è diuerſo. Item neque illud, auctionem eſſe aliquam auctioni contrariam, id eſt, naturalem ei quæ ſit contra naturam. De generatione quoque & corruptione idem dicendum, non uideri eſſe naturalem hanc, illam contra naturam: alioquin & ſeneſcere proculdubio naturale eſt. Sed neque generationem ullam uidemus generationi hac ſortione contrariam. Atq; ita ſuper his poſſet quiſquam merito addubitare. Sed ſi omne uiolentum contra naturam eſt, corruptio uiolenta naturali erit contraria. Nonne igitur & generationes quoq; nonnullæ uiolentæ, præterq; fatum habentur? Nam fato euenire dicitur, quod naturale eſt, & naturæ inſtitutionem atque ordinem ſequitur. Nonne & auctiones quoque aliquæ uiolentæ, & minutiones item aliquæ immodicæ aliquando cernuntur, quæ iam liquido inuicem opponantur. Proinde auctio illa præcox intemperataq; dicitur, quotiens frumenta ſeminibus nondum lerando opertis depreſſisq; celeriter indoleſcunt. In alteratione quoque eandem rationem inuenies, ſi incognoſcere & intendere cura uolueris. Nonne ſanari diebus non decretoriis, quos medici indices & creticos uocant, contra naturam eſt? decretoriis naturale? Erunt igitur & corruptiones aliquæ ſibi contrariæ, & generationi corruptio. Neque hoc ratio aliqua prohibet, quia non eodem reſpectu contraria corruptio corruptioni ſtatuitur, & generationi corruptio. Nam in eo quod corruptio eſt, generationi contraria ponitur. In eo uero quòd talis & præter naturam corruptioni utique naturali. Et enim ſi hæc fuerit uoluptifica, illa ſubtriſtis, uel hoc diſſidio poſſunt exiſtimari & appellari contrariæ. Non eſt autem aliud omnino genus contrarietatis putandum hoc, quod modo explicauimus, & quo motum & quietem innaturalem & contra naturam diuiſimus, ſed in priores modos recidit. Motus enim & quietes, ut ſunt eo modo contraria quo nobis expoſitum eſt, totum ſibi hoc genus naturalis & contra naturam abunde diſtribuunt. Verbi gratia: Motum de inferiore loco ad ſuperiorem diximus eſſe contrarium motui, qui de ſuperiore ad inferiorem ſit. horum alter naturalis habetur igni, alter contra naturam. Econuerſo eſt ſi de terra loquaris. Idem exemplum in quiete congruit: Quum enim quies in ſublimi (ut oſtenſum eſt) contraria motui ſit, qui inde ſit profectus, utrunque colligitur, & quietem illam eſſe naturatæ contrariam, & motum huiuſcemodi naturalem. Quamobrem & motus contrarius motui eſt, id eſt, naturalis motus motui contra naturam, & quies motui qui ſit eiuſdem rei, id eſt, quies contra naturam rei, contraria eſt motui eiuſdem naturali. Dixi eiuſdem rei, quia quod contra naturam eſt terræ, poteſt eſſe alteri elemento naturale. exempli cauſa: Contrarii motus ſunt qui à ſublimi deorſum uerſus, & qui ab imo ſurſum nituntur, nihilominus utrunq; dicimus naturalem, alterum igni, alterum terræ. Cæterum quæritur, ſi res quæ alicunde quopiam mouetur, partem habet eius rei unde moueri cœpit, partem illius quo uadit, quum quies in termino, à quo uenit, contraria ſit motui inde ſoluenti, qui poteſt uitari ne circa idem duo contraria habeantur? Sed nullus labor eſt ſoluere, quin contra id gemina defenſio eſt. Nam aut illa omnino contraria eſſe negabimus, quum alio genere quieſcat res in termino, quum nondum mouetur, alio quum inde iam mouetur (Non enim inſectile aut indiuiduum eſt quod mouetur, quemadmodũ aliquando monſtrabitur) aut reſpondimus motum & quietem non eſſe contraria proprie, quum motus motui potius, quàm quieti uideatur eſſe contrarius. De contrarietatibus & oppoſitionibus quietis & motus, hac fini egiſſe ſit ſatis.

57 Annotat R ex poſitores græciſcuri referre Simp. pipateticos ſenſiſſe eaq; ſim nam ſint fato diſponi.

58

59

60

61

62

63

FINIS LIBRI QVINTI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII PHYSICES,

LIBER SEXTVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

1 I CONTINVA Sunt, quorum extrema ſunt unum, attigua, quorum extrema iunguntur, & ſimul habentur, impoſſibile eſt ex indiuiduis atque inſecabilibus conſtare continuum. Nam ſi continua linea eſt, puncta uero ex quibus illa conſtitueretur, indiuidua, neceſſe eſt ut ea pũcta mutuo ſe primum attingant, ſi coire debent, & coaleſcere. Alioquin continua alio genere ratione ue non conflantur. At quo nam modo extrema coibunt earum rerum quæ extremis carent? Quod enim extremum indiuiduo uel fingas, quum omne extremum ab eo ſit diuerſum, cuius eſt extremum? Quorum autem coire & ſimul eſſe extrema non poſſunt, quo pacto ex
2 illis unum aliquid, aut continuum effici poterit? Et hercule quis modus poteſt afferri, quo indiuiduum ſuos fines atq; oras excedat? alioquin neceſſe eſt id quod finibus clauditur, fines ſuos amplitudine & magnitudine ſuperet. At in puncto quod diſcrimen in menſu reperias, nonne ipſe contactus uniuerſam eius molem exhauriat? Non enim partibus ullis aut extremis poſſunt ſe mutuo tangere, quibus extrema deſunt & partes. Sed in ipſo applicatu confunduntur, & quaſi ſumptitantur & exoleſcunt, uniuerſaq; atque tota in totis uiciſſim recipiuntur & ſubeunt: ſi modo poſſunt tota appellari, quæ nullas habent partes. Nihil igitur ex pluribus indiuiduis conſtituitur maius, ita ut in particulas ſecari ullas poſſit. Nam neque is locus amplior fuerit, in quo infinita indiuiſilia coniungantur, quàm is in quo ſit unum: quia indiuiduum quod indiuiduo priori ſuperuenit, ſpatio & capacitate maiori non indiget. In magnitudine autem continua ſemper locus totus amplior, quàm pattium habetur. Item ſi partes magnitudinis ſeiugatæ locis diſcluſæq; ſunt, ita ut una hoc ſitu, una illo ſit poſita, quod in linea cernitur. Congeſtus autem indiuiſilium nullam magnitudinem attollit, quomodo igitur partes in iis loco ſeparabuntur? Si dicet quiſpiam, ut falſum ſit ex mutuo contactu indiuiſilium magnitudinem continuam poſſe conſtitui, quod & rationes quæ paulo ante nobis allatæ ſunt, reuincunt. Fortaſſe illud recte dicatur, indiuiſilia ſeſe mutuo conſequi, ut puncta punctum, & momenta momentum: quo fieri, ut magnitudinem atq; tempus ex indiuiduis conſtare poſſimus concedere: non quidem contingentibus aut continuatis (ne in eas anguſtias recidamus, quas ſuperius de ratione extremitatum induximus) ſed deincipibus & conſequentibus. Verum is qui hoc ſentiat, primum ſe in eo falſum habet, quòd alteram ſpeciem quantitatis tollit. Illo enim modo omnem quantitatem diſcretam, perinde uti numerum, facit, continuam non relinquit. Deinde in eo decipitur, quòd rem impoſſibilem ſumit. Id adeo hunc in modum colliges: Inter ea puncta quæ conſequentia defendun-tur, aut aliquid, aut nihil intercedit. Si nihil, certe ſe tangunt, nedum conſequentia ſunt (quia ſi nihil interiacet, nihil poteſt prohibere quin tangant) Si aliquid, quæramus illud quid ſit. Atque inane quidem eſſe nõ poteſt, quia id de rerum natura prioribus libris exegimus. Aut igitur corpus, aut lineam, aut ſuperficies fuerit. Et dudum liquet, lineam eſſe oportere, quia inter quæuis duo pũcta neceſſarium eſt hiare & intercipi lineam. Quũ autem in qualibet linea poſſint capi & deſignari puncta, ſtatim in ea quam eſſe intermediam oportet concedere, punctum utiq; aliquid notaueris, quod adæque in meditullio illo haberi uidebitur. Quonã igitur iure conſequentia dicebantur, inter quæ punctum erat aliud interſitum? Quamobrem ex duobus alterũ aut conſtituant attingere ſe uiciſſim impertia, aut ſi id dicere nõ audent, fateantur cõſequentia eſſe nõ poſſe. Si enim impoſſibile eſt, ut ſe contingant, neceſſarium eſt ut nõ ſint conſequentia. Cõſtat igitur neque hoc modo magnitudinem ullam ex inſectilibus poſſe concreſcere. Eſt & illud ex iis, quæ diximus, propalam factum, magnitudinem continuam ſecari & diuidi ſemper poſſe in magnitudines alias, quæ & ipſæ ſint identidem ſectiles atque diuiſiles, atq; hoc poterimus uel ſyllogiſmi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nexu complecti: Omnis magnitudo continua, aut ſectilis eſt, aut inſectilis. Nõ inſectilis, quia continua eſſe non poſſet, ſectilis igitur. Omne porro ſectile, aut in partes obiter ſectiles, & diuiduas ſecari poteſt, aut in inſectiles. Non in inſectiles: quia tunc illud quod ſecatur, ex indiuiduis inſecabilibusq; conſtaret, quod nos modo impoſſibile probauimus. In partes igitur ſectiles. Præterea ſi ex indiuiduis aliqua magnitudo exiſteret, linea lineam puncto poſſet excedere. At quum linea omnis, tum maior, tum minor dimidiari poſſit, quotiens linea maior, quæ lineam minorem in puncto uincit, pertiliter diſſecabitur media, punctus quoq; dimidiari diſſecariq; poterit. Proinde quemadmodum linea ex imparibus punctis poteſt conſtitui, poterit etiam circulus aliquis reperiri, qui ex punctis numero impari ſit conflatus. Illum quoque quomodo dimidiaueris? Ita: Primum tollitur facultas & ratio dimidiandi dimetiendiq; circuli: deinde & ipſe quoque diameter tollitur. Nam cardo qui expers & indiuiduus medio globi ſubiicitur, lineam directo à marginibus profectam per medium non incurrit, ſed altrinſecus prætectam interius, quaſi cauet & uitat: ita ut duas quidem in partes, ſed non æquales tota rotunditas diducatur. Ita neque ſemicirculus quoq; ſuperſtes erit nam quũ neceſſe ſit, ut alterutri parti totum centrum accedat, maior ſemper illa portio fuerit, cui centrũ acceſſerit. Pleraq; & alia poſſent afferri, ſi quis uerba Ariſtotelis hoc
4 loco diligenti diſcuſſione perpenderet. At hæc ſi ex indiuiduis, atq; impertibus magnitudo conſtaret, neceſſarium eſſet motus eos qui ſuper magnitudinem agerentur, ex impertibus quoque motibus eſſe coalitos. Nam ut prioribus libris oſtendimus: motus magnitudinis comes aſſeclaq; eſt. Et quemadmodum ſi eſt continua magnitudo, motus quoq; continuus efficitur: ita ſi ex diſcretis & impertibus illa componitur, motus quoq; ex diſcretis & impertibus uidetur eſſe com-
5 poſitus. Sed ut ſequelæ huius neceſſitas latius pateat, ſubiiciatur magnitudo aliqua, quæ ſit ex tribus indiuiduis cõflata, quibus aſcripta ſunt A, B, C. Res ſuper eam magnitudinem mota eſto
6 G, quæ moueatur motu: cuius notæ ſint D, E, F. Cõſtabit igitur motus ille ex tribus indiuiduis motibus, quia ſinguli quique tres motus eo modo indiuidui habebuntur, quo tres magnitudinis partes, in quibus gerentur. Nam ſi motum qui ſuper A, partem magnitudinis exercetur, contenderis eſſe diuiſilem, continuo & ipſum A cogeris fateri diuiſile, quia diuiſioni motus ſemper diuiſio ſpatii reſpondet & ſimul habetur. Quare & dimidium motus ſuper dimidium A obibitur. At nos ſumpſimus A, quòd indiuiduum atq; impers eſſet.

7 DEmonſtratum eſt ſi magnitudo indiuiduis conſtaret, ipſum quoque motum ex indiuiduis & impertibus motulis conſtiturum. Nunc hoc quàm ſit impoſſibile oſtendemus. Perſpicuum eſt moueri non poſſe rem, niſi præſto ſit præſensq; motus. Item eo modo rem moueri, quo motus adeſt. Si itaque motus ſuper A magnitudinem indiuiduam indiuiduus & inſectilis fuerit, erit & ſuper A ipſum moueri (ut ita loquar) inſectile. Hoc autem impoſſibile eſt: non eſt igitur motus ullus inſectilis. Quæres cur id pro impoſſibili habeatur. Quoniam hercules neceſſe eſt rem quæ alicunde quopiam mouetur, non ſimul & moueri & motam eſſe eò quo mouebatur, id eſt proficiſci Thebas, & iam profectum eſſe. Neq; ſimul in forum deſcendere, & iam deſcendiſſe, ſed prius proficiſceris Thebas, quàm ſis profectus, & in forum deſcenditur antequam deſcenſum ſit. Proinde quo pacto effeceris, ut res agitabilis ſuper A magnitudinem, præſente motu D, qui ſit inſectilis, moueatur, quum ſit impoſſibile ut in magnitudine imperti res ante moueatur quàm ſit mota, ante proficiſcatur quàm ſit profecta. Alioquin diuiduus fieret motus, qui ſubiectus eſſet indiuiduus. Quodammodo autem huic quod dico moueri appoſitum erit quieſcere, quando nullius motus poteſt oſtendi fuiſſe, neque in eo unde mouit res, neque autem in eo quò per mota iam eſt. Nã ſiue in hoc, ſiue in illo quieſcat, iam non mouetur. In intermediis ergo mouebitur. Erunt igitur tum magnitudo tum motus diuidua. Quamobrem ex duobus alterum da, aut ea quæ erant inſectilia ſecari & diuidi ulterius poſſe: aut ſi id fieri poſſe negas, conſtitue nobis deridiculum ſaltem illud, eum qui procedit in forum, inter procedendum illico proceſſiſſe: & eum qui in
8 pyræum uiam capeſcit, inter proficiſcendum in pyræum illico deſcendiſſe. Neq; hoc loco ſapientiſſimum ſcilicet Epicurum depudet operire ſalebram ſalebra, & grauiorem plagam recipere ut leuiorem repellat, & quidem quod minus ſit, diuinante quodammodo præſagienteq; Ariſtotele, futurũ aliquãdo hominem, qui ad eum modũ impetitus proteruiturusq; eſſet. Quamobrem ut calumniam illam de cogitatione legẽtis excluderet, ſubiunxit quæ hic ſequuntur, quibus uerbis nihil eſſe poteſt expreſſius. At ille alter facie pfricta urget, atq; obloqtur ruſtice: Vt res (inqt)

Rõnes has nõ ex Ariſt. ſed ex Eude. Alexã. q3 acceptas retulit Themi.

mobilis ſuper uniuerſam magnitudinem A,B,C moueatur,in nullo tamen ſigno mouetur punctorum impertium, ex quibus illa magnitudo componitur, ſed in ſingulis iam eſt permota. Ne tu uſque eo hallucinator Epicure & ſupinus fuiſti, ut laqueos infinitos non peruideris, quos inhærere te atque incurrere oportebat, ſi ita ſentires? Primum illud quis uno te excepto,conniueat,motum eum qui ſuper magnitudinem illam ex indiuiduis tribus, A,B,C cõpoſitam exercetur,non ex tribus motibus conſtitutum,ſed ex tribus terminis motus,& (quod cum uenia dixerim)ex tribus motum mutatumq; eſſe? Totius enim motus D,E,F partes,D,& E,& F non poterunt cenſeri motus,quum dicas non moueri rem penes eas partes,ſed iam eſſe permotam. Age & illud qui effugias? rem eſſe motam uerum futurum, quam tamen nunquam fuerit uerũ moueri:& cucurriſſe aliquid,quod nunquam fuerit uerum currere:& ambulauiſſe aliquem,quem nunquam fuerit uerum ambulare. Et poſtremo uera eſſe præterita,quorum nunquam ſuperio
9 re tempore uera fuerint inſtantia. Iam ſi quicquid moueri naturaliter poteſt,quotiens non impeditur,aut mouetur, aut quieſcit: nimirum res quæ moueri ſuper A non conceditur, neceſſe eſt ut in A quieſcere concedatur. Similiter in B,& ſimiliter in C. Ita fit ut res,quæ in ſingulis partibus, proindeq; in uniuerſa magnitudine dicitur quieſcere, defendatur nihilominus uniuerſam illam utiq; peregiſſe. Præterea aut in qualibet illius magnitudinis parte motus habebitur,aut in nulla. Si in qualibet,quomodo res in motu poſita non mouebitur? Si in nulla,ſed quies in qualibet,quomodo tueberis ne ſit motus ex quiete compoſitus?

10 DEinde ſi magnitudo ex impertibus conſtet, tempus quoq; ex inſectilibus impertibusq; conſtabit. Siquis enim imperti ſubiecta magnitudine tempus dicat impers eſſe,ſed ſectile,ſtatim magnitudinem impertem ex pertibus conſtare fateri compelitur. Confeſſum eſt, quicquid eſt uniformiter & æquabiliter uelox, minori tempore minus itineris ſpatiiq; conficere. Si igitur tempus illud ſit diuiſile,in quo ſupra magnitudinem indiuiſilem res mouetur, palàm eſt in parte temporis partem magnitudinis aliquam iri percurſam. Neceſſe eſt itaq; ut is,qui magnitudinem ex impertibus compoſitam putat,tempus quoq; ex impertibus compoſitũ eſſe concedat. Iis uero qui tempus impers atq; indiuiduum arbitrabantur, contingit uelociorem & tardiorem motum adimere. Res me hercule in oculis omnium poſitas, & quæ penes cunctos certam fidem & promiſcuam noticiam poſſident. Quis enim nõ uiderit aſellum ire ſegnius equo? celocé uelocius corbita? Et hercules ſi de plebe uulgaria aliquem interroges,cur bigæ plauſtro ocyores dicantur? Reſpondebit opinor (& quidé nihil ab Epicuro de placitis conſultisq; ſapientiæ mutuatus) quia hora una bigæ ſtadia triginta percurrunt,plauſtrum tribus aut quatuor horis idem ſpatium conficit. Quanto enim tempore equi triginta ſtadia peragunt, boues ægre ſeptem conficiunt. Quænam iſthæc ſapientia eſt ſcire, quod uelocius ſit breuiori tempore magnitudinẽ æqualem percurrere: quod uero ſit tardius, æquali tempore breuiorem. Ego & Atrienſes mei idem iter, eandem uiam ingreſſi, ipſe publico curru,illi onerario carpentó non æquali tempore in patriam ex urbe Nicæa peruenimus,ego diebus noctibusq; duabus, famulitium quatuor. Hæc uſq; adeo uiſitata exploratáq; omnibus tol-
11 lunt ii,qui tempus eſſe ſine partibus arbitrantur. Sed quæſo adhibe animum. Si tempus ullum impers & breuiſſimum haberetur,quæro moueri quicquam in eo poſſet,an non poſſet? Si non poſſe dixeris,neq; in eo ſane toto potuerit,quod ex illis impertibus conflaretur. Nam quomodo in toto eo moueri res poterit,quæ in nulla totius parte moueri poteſt? Si poſſe reſponderis, neceſſarium eſt fatearis ſpatio indiuiſili, tum quòd uelocius, tum quòd tardius ſit, poſſe moueri. Neque in una re,quæ modo tardius,modo uelocius mouetur intelligo,ſed in diuerſis. Et ut noſtra parumper diuagetur & ludat oratio. Ponamus in cœlo moueri teſtudinem,ſeu malis animal aliud,teſtudini de proximo tardum: ea ſi tépore imperti & minimo moueatur,profecto ſpatium aliquod ſumptitabit. At hoc tam modicum,tam breuiculum ſpatium,celerrimus ipſe ſol,ille inquam alato inuectus curru,tempore imperti conficiet ne,an breuiore quàm ſit impers. Si imperti,efficies ſolem teſtudini æque pigrũ & tardum (Sunt enim ea æque tarda,& æque uelocia,qua æquali tempore æquale ſpatium & magnitudinem peragunt) Si breuiore quàm ſit impers,utiq;
12 illud tépus quod breuiſſimũ ſpatium eſt nõ erat breuiſſimũ. Ac contra illos quidem, quæ dicta ſunt hactenus,ſufficere poterant,ſed quãdo ocium eſt,ne ſit nobis fraudi,in eo uerſat paulo diutius. Alioquin conſequemur hac morula,ut id exploratius atq; apertius diluneat, neq; tempus, neq; magnitudinem comitione indiuiduorum atq; impertium cõponi. Quum ergo neceſſe ſit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

equum breuiore tempore quàm ſcorpionem tantundem ſpatii tranſabire, deſignetur id quod uelocius eſt litera A, & ei quod eſt tardius aſcripta ſit litera B, peragat B rectam lineam quæ ſit C,D, tempore quod ſit E,F: palam eſt ipſum A, quod ſtatuitur uelocius breuiori tempore quàm ſit E, F, tempus, eandem magnitudinem eſſe decurſum. Sit hoc tempus breuius (uerbi gratia) E,G. Si igitur A uniuerſam lineam tempore E,G peregit, ipſum B, quod eſt tardius æquali tempore maiorem lineam confecerit. Sit autem minor hæc linea C,H. Quum itaque B, quod eſt tardius, E,G tempore, C,H magnitudinem perficit, profecto A, quod eſt uelocius eandem C,H magnitudinem breuiori tempore inceſſerit. Atque ita E, G tempus diducendum iterum diuiden-
13 dumq; erit. Sit illud E,L. ergo ſi A lineam C,H, tempore E,L trãſit, neceſſe eſt ut B, quia tardius
14 eſt æquali tempore illam nondum tranſierit, ſed minorem. Sit ea ſi iubet C. His exemplis datur intelligi eam eſſe differentiam inter uelocius & tardius mobile, quòd alterum, id eſt uelocius ſecat tempus: alterum, id eſt tardius magnitudinem diuidit: quia id quod uelocius eſt, tantundem ſpatii breuiori tempore perficit. Econtrario quod eſt tardius, æquali tempore minus ſpatii confi cit. Porrò quum ea acceptio poſſit eſſe perpetua (Semper enim uelocius & tardius poſſunt intel-
15 ligi) ſemper quoq; & tempus diuidere, & cum tempore magnitudinem poſſumus. Comitantur enim ſemet illa, & quaſi obuerſe reſpondent, diuiſio magnitudinis & diuiſio temporis. Nam ſi diuiduum tempus eſt, diuidua quoq; magnitudo habetur. Et quot modis diuiduum tempus ui-
16 detur, totidem & magnitudo conſpicitur. Atq; hoc maxime patere ſolet in iis, quæ inæquali uelocitate mouentur. Semper enim ſexqui temporis, ſexqui magnitudinis obitur, & ſexquitertio illius, ſexquitertium modi reſpondet: demum quantum cuique libuerit temporis concedere, tan-
18 tundem æquabiliter concedet & ſpatii. Quòd ſi tempus in infinitum attenderis, magnitudo
17 quoq; procedet, concreſcetq; in infinitum. Ediuerſo ſi magnitudinem ſupra quam res continue mouetur, quamlubet auxeris, tempus quoque tantundem adauxeris: ita fit, ut eo planè modo, quo infinitas competit tempori, etiam magnitudini competat. Quare[a] ſi impercurſile, & ſine fine fuerit tempus, impercurſilis erit, & infinibilis magnitudo. Et ſi tempus infinitam diſſectionem capit, infinitam capiet & magnitudo. Quod ſi ad tempus utraque infinitas pertinet, utraq; pariter ad magnitudinem pertinebit.

[a] *Simpl. dubitat, quonam pacto hoc verum ſit. tempus enim impercurſile eſt, cum ſine careat atque principio ſicuti in octauo huius monſtrabitur & cum ſit etiam continuum ad ipſum vtraque infinitas pertinet: ad magnitudinem vero vtraque infinitas pertinere qui poteſt? cum in tertio huius ſit monſtratum: nullam magnitudinem eſſe impercurſilem & infinitam. Reſpon. ipſe quod ſicuti tempus duplex eſt: hoc quid eſt infinitum quantum ad extrema attinet vtpote quod & principio careat & fine circularem, ſcilicet motum metiens aliud vero vtrinque finitum ratione extremorum: ad quem ea tantummodo pertinet infinitas quæ ex diuiſione enaſcitur: quod motus recti eſt menſura. pari etiam paſſu duplex eſt magnitudo. altera quæ extremis vtrinque careat: non ea quidem ratione quia interminata ſit: nam in tertio hoc eſt reprobatum. ſed quia veluti in circulo videmus. principium non habet neque terminum. altera vero quæ vtrunque extremum habeat principium, videlicet & finem vt ea ſunt quæ generationi & corruptioni ſunt obnoxia.*

19 ATque hoc Zeno, aut ignorat, aut certe diſſimulat, quãdo ſubſtuliſſe de medio motum credit ea ratione, quòd ſi is concedatur, futurum putat, ut finito tempore infinita peragi tranſiriq; uideantur. Id enim quod moueretur, tangere infinita, eaq; ſeorſum etiam ſingula oporteret, cum magnitudo omnis in infinitum infinities ſectilis ſit, tempus uero eius motus, qui ſuper magnitudinem gereretur, finitum eſſe ab omnibus ſit conceſſum. Nam ſi rotæ, inquit curruum, quæ conuoluuntur in ſtadio, nihil relinquunt ſtadii, quod non dimetiantur & diuidant, quum diuiſio illa ſit infinita, & partes diuiſę ſint etiam infinitæ, qui fieri poteſt, ut finito tempore percurrantur? Vnum hoc ille impoſſibile iudicabat, propterea quod aut conniuebat: aut certe non poterat aſſequi, dupliciter intelligi ſolere, cum magnitudinem infinitam, cum tempus, cum omne continuum diceremus, aut quia in infinitum conciderentur, aut quia nullum finem & extremũ agnoſcerent. Eam magnitudinem quæ quantitatis ſuæ nullum finem haberet, etiam nos accedimus finito tempore uniuerſam tan

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gi & percurri non poſſe. Aſt eam quæ quanquam diuiſionem infinitam acciperet, finem tamen aliquem modi ſui & quantitatis nanciſceretur, quia poteſtate non actu infinita eſſet, affirmare atque adeò prædicare licet, & tangi uniuerſam poſſe, & tempore finito percurri. Nam & tempus quoq; ipſum penes quantitatem finitum habetur, penes diuiſionem ſectionemq; infinitũ, denicq; omnibus modis ac generibus infinitum quibus & magnitudo cenſetur. Vtrunque enim infinitum poteſtate eſt, eo fit, tum ut tempore, quod ſit potentia infinitum, infinita quoq; magnitudo non ſimpliciter, ſed cum eadem adiunctione potentiæ decurratur: tum ut partes item magnitudinis, quæ ſola ratione cogitationeq; infinitæ ſunt, tanguntur conficianturq; partibus temporis, ſola ratione cogitationeq; infinitis: quando præſertim & nos quoq; concedimus, immò etiam certe id demonſtratione concluſioneq; comprobamus, utrolibet ſignificatu, neque magnitudinem tempore infinito finitam, neque finito infinitam poſſe tranſiri: ſed ſi tempus infinitum fuerit, magnitudinem quoq; infinitam fore. contrà, ſi magnitudo fuerit infinita, tempus quoq; futurum
20 eſſe infinitum. Eſto itaq; magnitudo finita cui aſcriptum ſit A,B, tempus infinitum, cui C. Secetur à tempore pars finita C,D, in quo magnitudo B,E, perficiatur: hæc pars, id eſt, magnitudo B,E, replicata, aut uniuerſam A,B, magnitudinem partiliter ſolidabit commenſurabitq;, aut certe ultimo inductu partem poſtremam excedit (nihil enim intereſt, utrum quadret, an ſuperet.
21 Dummodo tanta quanta eſt B,E, pars, tanto & æquali tempore percurratur) hæc ergo B,E, pars uniuerſam A,B, magnitudinem menſurabit, & partem extremam excedet. Erat igitur finitum tempus omne, in quo uniuerſa conficitur. In tot enim partes conſectum tempus eſt, in quot ipſa magnitudo. Quòd ſi quempiam obturbat id, quod B,E, magnitudo nõ ſumptitat nec menſurat adæquate magnitudinem uniuerſam, ſed excedit, poteſt ſibi defingere magnitudinem alteram, quæ totam expugnat, adæquateq; commenſuret. Et ſi enim uniuerſam tempore infinito percurrit, ipſam tamen B,E, finito conficiet. Quare ſi B,E, magnitudo magnitudinem A,B, adæquate menſurat: & tempus quoque in quo B,E, magnitudo percurritur, adæquate menſurabit tempus, in quo magnitudo A,B, uniuerſa abſoluitur. Alioquin diceret quiſpiam etiam B,E, partem magnitudinis uniuerſæ tempore infinito oportere tranſiri. Quod eſt impoſſibile. Nam ſi alterum extremum temporis, id eſt, punctum, unde res auſpicata motum eſt, puta ipſum B, præfinitum determinatumq; eſt, totam quoq; B,E, determinato & finito tempore eſſe decurſam oportet. Quum enim breuiori tempore pars, quàm totum peragatur, neceſſarium eſt breuius illud tempus eſſe ambifariam finitũ, id eſt, exordium & finem habere. Exordium propterea, quia idem ſit principium magnitudinis totius & partis. Finem ideo, quia breuius ſit.

22 IAndem demonſtrationem contra eos adiungere poſſumus, qui inuerſa uice magnitudinem infinitam, & tempus finitum putant: adeò quam illi infinitam prædicant, finitam eſſe ratio eadem protinus extorquebit. Idem poteſt oſtendi, etiam ſi ſit difformis & inæquabilis motus, id eſt, inæquabili exitu uelocitate actus. Quanquam enim poſita conſtitutaq; inæqualitate motus æquali tempore, æqualis magnitudo non perſoluitur, ſed aut longiore æqualis aut breuiore: ſi tamen infinitam magnitudinem ſecueris in partes æquales, in totidem quoque, non tamen æquales, tempus ipſum cedi ſecariq; poterit. Quamuisq;, ut dixi, huiuſmodi temporis partes inæquales ſint, tamen ad demonſtrandam finitudinem temporis ſatis habetur, ſi partes illas numero finitas eſſe uincamus. Ediuerſo quoq; ſi tempus finitum fuerit, magnitudo autem exiſtimetur infinita ad functionem probationis ſufficit, ſi magnitudinis illius infinitæ finitas numero partes eſſe teneamus. Vnus igitur modus habetur duntaxat, quo tempore infinito finita magnitudo poteſt impelli: ſi uidelicet eadem moles repetitis iteratisq; motibus recurratur, quemadmodum cœleſtia corpora. Quòd ſi finitum corpus tempore finito infinitam magnitudinem non percurrit, manifeſtum eſt, ſi corpus infinitum moueri poſueris, tempore finito magnitudinem finitam non poſſe percurrere. Quum enim corpus infinitum finitam lineam percurrit, tunc & ipſa quoq; linea corpus illud infinitum remetitur atq; pertranſit. At hoc eſſe impoſſibile indicatum eſt, tum quum paulò ante probaremus, finito tempore infinitam magnitudinem non poſſe perſolui, quando præſertim (etiamſi infinita ſit magnitudo, & corpus itidem, quod mouetur, infinitum) ſimulatq; tempus finitum conſtituitur, reliqua etiam finita conſtituuntur.

23 HActenus Zenonis cauillus fecit, ut in hęc pręter rem fortaſſe longiuſcula oratione diuerterim. Nunc regrediendum eſt, unde diſceſſimus. Neque igitur linea neq; ſuperfi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cies,neq; ullum omnino continuũ poteſt indiuiduum ſtatui, aut ex indiuiduis, atq; impertibus coalitũ uideri.Neq; ſolũ priores rationes hoc cogunt,ſed & illa,quòd alioquin ſecari poſſet inſectile. Quũ enim quolibet tẽpore & uelocius, & tardius moueri res poſſit, & quũ id quod uelocius mouetur, æquali tẽpore plus conficiat ſpatii, quæro hoc plus, erit ne duplũ, triplũ dimidio tantũ,aut quauis alia proportione ſignatũ. Sed proferatur (exẽpli gratia) dimidio tantũ:id autẽ eſt ſexquialterũ ſpatiũ,quod res uelocior decurrit æquali tẽpore,ad id quod res tardior conficit: concidatur hæc magnitudo in tris partes, igitur pernicius mobile uniuerſa perfungitur,tardius nõ uniuerſam, ſed duas tantũ partes abſoluit. Ita enim ſexquialtera ratione magnitudo magnitudini reſpõdebit. Si igitur ex tribus impertibus indiuiſilibusq; magnitudo ea cõponitur,ſupra quã uelocius mobile agitatur, ex tribus impertibus cõpoſitũ conſtitutũq; erit, quia ut demonſtratum eſt, tempus magnitudinem pone ſequitur. Sed quoniam tardius mobile duo impertia conficit eo tempore, quo uelocius mobile tria, conſequens eſt, ut quum ſecundum impers obibat,dimidium temporis ſumptitatum eſſe dicatur. Tempus uero compoſitum erat ex tribus impertibus,igitur unum inſectile temporis dimidiari ſecariq; oportebit.

24 25 QVanquam autem ſatis eſt libris ſuperioribus comprobatum,id quod uere & proprie nunc momentumq; appellatur, oportere indiuiduum atq; impers eſſe, & in quouis tempore unum,atq; idem haberi,quod ſit præterito exitus,& conſequenti principium:tamen hoc quoq; loco cõmodiſſimum arbitror æſtimare denuo id, atq; perſpicere,utrum eiuſmodi eſſe,quale tunc oſtendimus,uideatur.Nemo hercules,ut ego quidem ſentio,fuerit qui negare audeat præteriti temporis finem eſſe id,ante quod nihil futuri habetur.Nam quomodo haberi futurum aliquod poteſt,antequam præteritum ſit finitum? Si enim tum eſſet futurum,non poſſet utique amplius futurum dici,ſed planè præteritum,utpote,quod intra fines præteriti contentum eſſe, & coërcitum uideretur. Eſt & illud, ut arbitror,confeſſum conceſſumq; omnibus, momentum eſſe futuri exordium temporis. Porrò exordium eſſe non poteſt,niſi tale ſit,quo nihil præteriti relinquatur.Nam qui poſt initium futuri præteritum amplius maneat? Proinde quæritur,finis præteriti temporis,& initium futuri, utrum duo ſint momenta ſeorſum abiuncta? an unum idemq; habeatur,[a] quod ut præteritum deſinit,ita futuro præbeat auſpicium? Sed putandum eſt unum & idem haberi. Nam ſi abiuncta & diuerſa dicantur,primum ſe nõ poſſunt attingere,quia inſectilia ſunt,& nulla pars eorum ultima eſt, ſed ipſamet ſibi ultima extremaq; ſunt. Atque hoc abunde ſuperius eſt nobis probatum,quum doceremus non poſſe tempus ex conſequentibus,aut contiguis momentis conſtare. Nullum enim continuum conſtituere,aut attollere poſſunt impertia. Si ergo ſe non poſſunt attingere,neceſſe eſt aliquid intercedat.Id non poteſt aliud eſſe quàm tempus. Nam quum & principium futuri, & finis præteriti extrema ſint temporis, quemadmodum inter lineæ extrema nihil aliud,quàm linea intercipitur:quemadmodum inter ultima corporis nihil niſi corpus interiacet (nam uacuum ſupra in exilium naturæ mundiq; egimus) ita inter extrema temporis nihil niſi tempus intercidit. Si ergo inter præteriti temporis finem & principium conſequentis interſitum tempus eſſet,patet illud neque rationem futuri, neq; præteriti habiturum. Quamobrem? quia puncto & momento contineretur.Poſt iunctum autem & præſens momentũ nihil præteriti uiſitur,ante uero nihil futuri comparet.Sed ſi neq; præteritũ eſt,neq; futurũ nihil aliud eſſe totũ poteſt,quàm momentũ merũ ac ſimplex:& quũ omne tẽpus ſit ſectile,poterit tempus illud, quod eſt momentũ ſecari. Omnis porrò temporis ſectio partẽ præteritam monſtrat, partem futuram oſtendit. Quamobrem collige quot incommoda conſequantur. Nam tempus hoc intermedium,hoc inquam,tam prolixũ & lentũ momentũ, quod in futurũ præteritumq; diuiditur, in eo quòd poſt finem præteriti remanet,uniuerſum eſſe futurum oportet(Quo euenit,ut pars futuri ſit præterita) in eo quod principium futuri præuortit,uniuerſum uidetur eſſe prçteritũ. Erit itaq; præteriti pars futura. Omitto quòd illius momẽti pars uidetur:præterita pars futura cognoſcitur,quodq; ſi ſectũ conciſumq; multotiens fuerit,in uno momento plurima ſpectabuntur,eaq; non ſimul. Quare ſi hæc eſſe nõ poſſunt,proculdubio affirmandum eſt unum & idem momentum haberi,quod ſit pro clauſula & calce præterito,pro initio & miſſu futuro. 26 27 28

[a] *Alicui forſan videbitur (ait hæc Simpl.) rationem hanc: qua Ariſto. Themiſ. quæ nituntur probare nunc eſſe indiuiduum atque impers: petere quod in principio erat probandum, ob id enim*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

probare conantur nunc idem eſſe quod præterito finis ſit futuroq; initium vt ex hoc conuincant deinde illud eſſe etiam indiuiduum. id vero ea ratione comprobant: quia ſi diuerſa ſint ſe attingere non poſſunt: cum ſit oſtenſum in ſuperioribus ea quæ ſint impertia attingere ſe non poſſe continuumq; conficere. videntur igitur pro comperto accipere nunc momentaq; eſſe impertia atq; indiuidua. Qui dubitationem hanc diluere volens ait dici poſſe id quod nunc quærimus eſt nunquid termini ambo vnum & idem numero ſint: & hoc eſt quod nunc appellatur. ad quod probandum veluti confeſſum accipitur non poſſe duos terminos ſe immediate tangere: ita vt continuum quid conſtituant ea de cauſa quia opus ſit ea quæ ſe tangunt partibus quibuſdam ſe tangere: terminus vero vnuſquiſq; per ſe quidem impers eſt indiuiduuſq;. nam nihil eſt quod vetet quod inuicem ſint ſeparati atque abiuncti: quod tamen in principio atque fine monſtrabit eſſe impoſſibile. vniuerſaliter autem oſtenſum ſupra eſt non poſſe ex impertibus: quæ ſe tangant: continuum componi: & ex hoc deinde monſtratur nõ eſſe duos terminos qui ſe mutuo tangant: ſequenti deinde ratione, quod etiam ita duo nõ ſint: vt ſint inuicem ſeparati & diſuncti ex quibus colligitur quod vnum atque idem ſint quod etiam conſequitur vt ſit indiuiduum.

29 AT nonne ſequitur ex iis quę dicta modo ſunt (res mehercule, & tametſi ueriſſima, præter tamen fortaſſe opinionem multorum) nihil uidelicet momento poſſe moueri. Si enim poſſet res momento moueri, poſſit etiam tardius & uelocius moueri. Conſtituamus igitur tardius mobile pedalem lineam exegiſſe momento ex iis, quæ ſuperius demonſtrata ſunt, oportebit uelocius mobile non momento, ut tardius, ſed breuiore ſpatio, quàm ſit momentum, eandem magnitudinem tranſmiſiſſe. Secabitur
30 itaq; quod nos eſſe inſectile oſtendimus. Quare nihil moueri poterit in momento, ſed neq; quieſcere. Nam illud quieſcere arbitramur, quod tunc quũ quieſcit, moueri nihilominus poteſt ido-neo ad id, atq; habili naturæ eius ingenio. Si ergo nihil poteſt momento naturaliter moueri, profecto neq; quieſcere. Quum itaq; utrique tempori, ut docuimus, idem momentum præſeruiat: huic, ut depoſitio & abſolutio: illi, ut promptio & inchoatio, ſi quid præterito tempore moueri intelligeretur: conſequenti quieſcere, manifeſtiſſime illum eodem momento moueretur atque
31 quieſceret. Nam parte qua præteriti finis caſus eſſet, neceſſario moueretur: qua uero principium & ortus futuri, quieſcere utique oporteret. Atque hanc difficultatem incidunt ii, qui momento moueri res poſſe defenderent, nos non incidimus, qui id non poſſe contendimus. Si quod enim momento poſſet moueri illud, tum præterito tempore uniuerſo, tum in fine præteriti temporis moueretur. Eodem modo, quod poſſet in momento quieſcere, & futuro tempore uniuerſo, & in principio atq; exordio futuri quieſceret. Ita eueniret, ut in eodem illo momẽto, quod utriuſq; temporis collimitium ponitur, quieſcere moueriq; oporteret. Vtrunq; igitur caueat ſentire philoſophus, quanquam alterum impenſius. Videtur enim illud quaſi exploratius non moueri momento, quàm nihil momento quieſcere. Cęterum & hoc quoq; recipiendum comprobandumq; eſt. Nam ſi corpus quieſcere tunc putamus, quum ita ſe nunc habet ut prius: in momẽto autem nihil ſi prius, nimirum res momento non quieſcet. Neceſſe eſt igitur, quicquid mouetur quieſcit ue, moueatur & quieſcat in tempore.

32 NVnc & illud quoq; arbitrandum inueſtigandumq; eſt, utrum quodlibet mobile ſit diuiſile, an contrà indiuiſile atq; impers, eo modo quo apud mathematicos punctus: qui quanquam ſtatuitur indiuiduus indimenſiliſq;, tamen ſuo motu lineam dicitur parere, quæ diuidua eſt, & menſu, attentioneq; funditur. Et hercules diuiſile eſt. Nam ſi id quod mutatur & uertitur, neq; in eo eſſe, in quod uertitur neceſſe eſt (alioquin non uerteretur, ſed iam eſſet mutàtum atq; uerſum) neq; in eo unde receſſit (quia nondum in conuerſione motuq; eſſet) reliquum eſt, ut partim in uno, partim in altero termino habeatur, quum neq; in utroq; totum, neq; utiq; in neutro eſſe poſſit. Quare neceſſarium eſt, omne quod de loco ad locum mouetur, eſſe indiuiſile, atque hoc uel inductione conſtabit. Quanquam in alteratione & auctione illud etiam aliquanto ſit motus. At iis quorũ ſubitaria & cunctim concreta mutatio eſt, quonam pacto fieri poteſt, ut pars in diuerticulo ſit, pars in exitu habeatur, anceps locus. Et qui Alexandrum in primo eius libro de motu uarie anxerit, deinde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

expoſitoribus quoque reliquis iniecerit difficilem ſcrupulum. Nam defendere nullam fieri momentariam conuerſionem, ſed in iis in quibus fieri uideatur, tum in lactis coagulatu, tum in corporibus uſtulati & nigricantibus ſole, tum in colluſtrationibus, quæ inuectu illatuq; luminis repentinæ tenebris accidunt ſemper aliquam partem prius conuerti, quàm totum, uidelicet eam, quæ maxime corripi, patiq; idonea fuerit, aut quæ proxima rei, quæ influit cierq; motum. Hoc * tueri & dicere eſt hominis carentis ſenſu. Senſus enim palàm nobis oſtendit, nõnullorum corporum coactas & adunatas eſſe conuerſiones. Atq; hoc quoq; in partem taxationis eius, quæ nobis contra Melliſſum inſtituta eſt, initio operis ſumpſimus. Sed neq; illi quoq; ueri ſunt, qui Ariſtotelem putant de eo ſolum mobili locutum, quod in loco uerſatur, quum clara uoce teſtetur, ſed de toto agitabili intelligere atq; ſentire. Proinde tempus eſt, ut ea nos quæ ad huius loci enodationem pertinent, in medium afferemus. Interpretamur itaque Ariſtotelem de compoſito præteriſſe genus illud momentariarum abitionum, utpote ut quibus, ea quæ ita conuerterentur, & ſectilia eſſe, & magnitudine atq; omni menſu diffundi nulla cõtrouerſia eſſet, ideoq; nulla ratione ad eam rem aſciſcendam opus eſſe cognoſceret. Nam ſi ea ſubito & concretim conuerti exiſtimãtur, quorum omnes ſimul partes toto corpore alterari aut augeri contingit, manifeſtum eſt huiuſmodi perfunctionem non poſſe, niſi in ea re obiri geriq;, quæ conſtet ex partibus. Quibus enim nullæ ſunt partes, qui poſſunt cunctis atq; omnibus partibus affici? Aut ergo ſubitaria mutatio conſtituenda non eſt, quæ uno impetu omnes partes afficiat: aut ſi id negari non poteſt, deridiculum eſt quærere an diuiſilia ea ſint, quæ hoc genere cõmutantur. Quapropter merito Ariſtoteles nullam de ea mutatione mentionem habuerit, ſed ad ea tantum indaginem ſuam adiunxerit, quæ motibus aliis agitantur.

* *Simpl. hoc in loco ait: non eſſe vſquequaque tutum plenam fidem ſenſus iudicio adhibere his in rebus: facile enim ſenſum latere vtique poſſent partes quædam tenues admodum quæ non ſimul omnes in lactis coagulatu vertuntur alia igitur via conatur ipſe Alexan. reſponſio. reſellere. aitq; vel in his conuerſionibus: quæ momentarie videntur: aliqua eſt particula quantumlibet exigua, quæ vniuerſa ſtatim conuertitur: quod videtur etiam aſſeuerare Alexan. vel nulla ſi aliqua habeatur cum ea diuiſilis ſit: ſimulque vniuerſa conuertatur: falſum erit vtique quod Ariſto. affirmat eius ſcilicet quod mutatur partem hanc in eo eſſe ex quo mutatur partẽ vero illam etiam in eo ad quod. At ſi nulla habeatur pars quæ vniuerſa ſimul vertatur ruit quod in libro primo aduerſus Melliſſum adductum eſt ab Ariſto.*

33 PErrò motus bifariam diuidi ſolet, nam tum penes tempus, tum penes particulares motus ſingularum mobilis partium ſciſſilis & ſectilis eſſe cognoſcitur. Penes tempus ideo, quia longior motus longiore tranſmittitur tempore breuior breuiore perſoluitur. Penes particulares partium motus ea ratione, quòd cum in tota re mobili motus totus miniſtretur, agaturq;, neceſſe eſt ut partes in partibus geri exerciq; uideantur. Sed & illa quoq; ſectilia ſunt, circa quæ motus uerſantur locus, modus, affectio: non eadem tamen in omnibus formula, ſed modus, id eſt, magnitudo & quantitas ſuapte diuiditur. Affectiones & qualitates ex accidenti, quia ſcilicet accidunt corpori, quod diſtrahi poſſit & dirimi: id autem eſt, quod diuiſionis capax ſit. Eo conſit, ut tam motus, quàm ea, circa quæ motus adminiſtrantur diuidua ſint, propterea quia diuiduum quoque primum eſt id quod mouetur.

40 QVum autem omne quod conuertitur ex aliquo procedat in aliquid, neceſſarium eſt, ut conuerſa res ſimulatq; conuerſa eſt, primum in eo ſit, in quod conuertebatur. Verbi cauſa: eum qui Athenas peruenit, ſimulatq; peruenit, applicuitq; primum, eſſe Athenis oportet: & eum qui augeſcendo increſcendoq; factus eſt tricubitus, ſimulatq; ita inoluit, tum primum eſſe tricubitum: & eum qui recuratur, recuratus eſt, ſimulatq; recuratus eſt, tum primum ſanum atq; ualentem eſſe. Dico ſimulatque curatus eſt primum, & ſimulatque primum applicuit, quia poſſet eſſe ut is, qui anno ſuperiore fuiſſet Athenas profectus: non tamen eſſe nunc Athenis, ſed quum primum applicuit, tunc neceſſario erat Athenis. Patet & hoc etiam ratione. Id enim quod mutatur ab eo recedit, atq; id deſerit unde mutatur. Neque aliud eſt ab aliquo mutare, quàm illud deſerere unde mutuauit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

41 Quàm uero hoc ita ſe habeat plane, ut dicimus, æſtimemus conuerſionem eam, quæ diſperatis terminis continetur, & ut dixi, duas ſpecies mittit ortum & obitum. Quum igitur aliquid ſe de non ente ad ens conuertit, ſtatim uidetur deſeruiſſe & reliquiſſe non ens, ſtatim ergo ſe in ente conſtituit, quum nihil interlinitio medium habeatur, quod neq; ſit, neq; non ſit. Idem uidere in reliquis mutationibus licet. Et hercules ubi nam ſit res, ea quæ mutata eſt, niſi in eo in quod mu-
42 tata eſt? nam id unde abiit, diuertitq́; exuiſſe iam deſeruiſſeq́; confeſſum eſt. Sed ambigat aliquis, nonne ſi in intermedio interuallo ue fuerit res, ea quę mutatur, in alio eſſe uidebitur, quàm quo eſt mutata? quando non omnis mutatio circa diſperata uerſatur, ſed aliqua eſt, quæ circa contraria, proindeq; latiuſculos ſinus habeat, meditulliumq́; & interſtitium capiat. Verum hoc nihil officit ad ea quæ diximus. Nam ſi in intermediis illa res fuerit, utique nondum ſit perfecte conuerſa, ſed adhuc mutatur atque conuertitur. Noſtra autem ratio ſumebat rem, quæ eſſet tota
43 conuerſione perfecte & abſolute perfuncta. Qualis in intermediis reſidere non poteſt. Alioquin uidebitur id quod eſt mutatum, quum iam eſt mutatum, adhuc mutari ad id, in quod iam eſt mutatum. Quamobrem conſtat, id quod eſt genitum, ſimulatq; genitum eſt, tum primum eſſe compareréq; oportere. Illud contrà, tum primum obſoleſcere, atque non eſſe, quod eſt corruptũ, ſimulatque corruptum eſt.

44 ATque hoc, in quò res primum dicitur conuerſa, oportet indiuiduum eſſe, carereq; partibus, idq; unum tantum haberi. Primum enim id dicitur, quo nihil eſt prius, quodq; id à ſe, non aliunde obtinet. Quamobrem tametſi receptæ ſunt rationes, ille homo audit, homo guſtat, olfacit, obtuitur, non tamen primariæ ſunt: nec primum competunt functiones illæ homini, ſed ſenſoriis & internuntiis ſuis, hoc eſt, auribus, linguæ, naribus, oculis. Dicitur & triangulus æquilaterius duos rectos habere: utique non primum, quia ea affectio primum debetur triangulo. Quicquid enim in partibus, aut in genere primum ineſt, non poteſt de integritate, aut de ſpecie primum afferri. Ergo ſi quicquam ali quo primum eſſet conuerſum, mutatumq́; in tempore, quum omne tempus diuiſile ſit, non primum in tempore, ſed primum in partibus conuerſum, mutatumq́; uideretur. Quare aut prius
45 primo conceſſeris, aut primum eſſe indiuiſile, inſectile, impertile dederis. Quamobrem manifeſtum eſt, id quod primum eſt ortum & obitum, indiuiduo eſſe ortum & obitum. Proinde non deerit nobis ratio ad illam argutiolam reſpondendi, quam ſophiſtæ interrogant, quando non moriens moreretur: quum iam in morte eſſet, an tum etiam quum in uita foret. Vtrum horum dicas, abſurde ridiculoſeq; dixeris. Si quũ in uita foret, eodem igitur tempore & uixerit, & mortuus fuerit: ſi quum iam erat in morte, morietur igitur qui iam ſit mortuus: ſi neutro tempore non eſt igitur mortuus. Cæterum complexio non efficitur: nam poſtremum hoc quod concludunt, non ſequitur, idcirco non eſſe mortuum quempiam, quia neutro tempore ſit mortuus, ut enim oſtenſum modo demonſtratumq́; eſt, non in tempore moritur quicquam, ſed in termino & confinio temporis.

46 SEd ſi finis mutationis & extat & ſenſu percipitur (Nam motus omnis procumbe-
47 re finiriq́; apertiſſime cernitur, & finis huiuſmodi habetur, ut quia finis eſt, inſectilem, & indiuiſilem eſſe neceſſe ſit) Nonne & principium aliquod temporis in motu poſſit afferri, in quo primum moueri & conuerti res cœperit? quid eſt enim cui cum extremum aliquod ſit, nihil ſit principium. Age contrà, ſi principium ullum poſſit afferri, utrum tempus id, an momentum & principium temporis fuerit? Si tempus, quum diuiſile tempus omne ſit, nunquam ita diuiſio temporis illa defecerit, ut ſubiri ad initium poſſit. Atque ita nullum penitus primum tenebitur inexhauſta materia, unde futurum ſit ſemper, quod deminui ſecariq́; tenuius & conciſius poſſit, quodq́; prius ille uideatur fuiſſe, quantulamcunq; partem attuleris. Si momentum, quum omne quod mutari conuertiq́; incipit, ſtatim quadam tenus mutetur, nimirum uidebitur aliquid poſſe momento conuerti, quod impoſſibile eſt. Item quũ de quiete quicquam procedit ad motum, manifeſtum eſt extremum illius quietis momento concludi. Quæro igitur utrum extremum hoc, quod momentum eſt, idem cum principio mutationis ſit an diuerſum. Si diuerſum, duo momenta erunt attigua. Nam & quietis extremitas & initium mutationis momenta eſſe æque indiuidua uidebuntur, neq; tempus aliquod dari intermedium poterit, utpote in quo neq; moueretur corpus, neq; quieſceret. Quod ſi idem eſſe principium & finis dicatur, quemadmodum neceſſarium eſt, euenit quietis finem prin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cipium eſſe mutationis,ita rem & moueri ſimul & non moueri continget. Nam in eo quod in ſi
48 ne ſit quietis,nondum mouetur:in eo uero quod in principio mutationis ſit,iam mouetur. Nō ſolum uero primum temporis aſſignari atq; afferri non poteſt,in quo res moueri conuertiq; cœperit,ſed neq; ipſius rei, quæ.mouetur & conuertitur, aſſignari prima pars poteſt, quæ ſit mota primum atq; conuerſa.Poteſt enim ſemper corpus omne ad exemplum temporis diuidi.Mirum hercules mirum,& præter communem hominum ſenſum, ut Theophraſtus inquit,quum finis ſit aliquis motuum,initium tamen eſſe non poſſe:atq; ita rem aliquam eſſe, quæ non utrinque, ſed altero tantum extremo ſit clauſa:ambulationis & nauigationis finem extare,non extare principium:poſſe reddi quando deſierit equus currere,quando calcem attingerit, non poſſe quando cœperit,quando ſit miſſus. An forte non id uult Ariſtoteles, principium omnino non eſſe motus,ſed principium afferri & deſignari non poſſe.Sed quamobrem? quia cum finem motus indiuiſilem eſſe monſtrauerit,eo poteſt finis aliquis motui afferri principium,cum indiuiſile eſſe nō poſſit,neque igitur poteſt afferri. Atqui ęquum fuerit,dixerit aliquis,initium eandem rationem ſequi quam finis, ut ſi punctus lineæ finis ſit, initium quoque ſit punctus. Sed & proloquium quoq; & enunciatio quædam cōmunis eſſe, & maxima uidetur eſſe, idem originem & progreſſionem non poſſe.Nihil pro principio & pro eo cuius ſit principium eſſe,neque igitur motus poterit principium motus eſſe.Quòd ſi motus non poteſt eſſe principium,motus certe diuiduum non erit id,quod principium motus conſtituitur: neq; latitudine temporis, ſed momento conſtabit eo modo quo finis. Sed certe quemadmodum finis motus poteſt afferri,poteſt etiam afferri principium:ita tamen ut intelligamus principium motus afferri poſſe,primum motum affer-
49 ri non poſſe. Atque hoc me hercle ueriſſimum eſt. Fit enim motus in tempore,& tempus infini-
tum eſt ſectile. Idem & Ariſtoteles proceſſu declarat, ſi diligenter aduerteris pari iure ultimum
50 motum afferri non poſſe:finem tamen quia ſit inſectilis,poſſe. Proinde neq; temporis, neq; magnitudinis,neq; loci,neque adeo molis ullius circa quæ motus obit, aſſignari primum afferri ue poterit. Sunt enim omnia ea continua,& in infinitum ſecare uolentibus prompta,niſi ſi quis ambigat in alteratione,quaſi coloris, frigiditatis, caliditatis, in quæ res mutatur:aſſignare primum poſſis cum affectiones & qualitates protſus inſectiles atq; indiuiduæ ſint. Sed per accidens ex ſubiectorum diuiſione ſectioneq; diuidantur.

51 Is ita demonſtratis,oſtenſoq; tempus & magnitudinem eſſe indiuidua, clare dilucet,omne quod mouetur, fuiſſe dudum in motu: non quòd deſierit moueri, ſed quòd partem motus ſui confecerit. Quum enim res mobilis quoaddum mouetur, ſit res actu mobilis, neceſſe eſt rem actu mobilem, prius in motu fuiſſe. Nam quum quælibet magnitudinis portio,quam decurſam afferas, cæſim deminui ſeariq; in infinitum poſſit, ſequens eſt,ut res quæ mouetur infinitum per eundem locum ſit mo-
52 ta.Sed & illud quoq; neceſſarium eſt,id quod eſt motum,infinitum ante ſit motum: eadem ra-
tione,quia partes magnitudinis decurſæ,quæ infinitum ſecantur, infinito illo motu tranſierint.
53 Iam ſi tunc dicimus rem mutatam,quum accipit ultimum motus ſui,quod eſt momentum,mo
mentum uero in quolibet totoq; tempore eſt:poterit igitur in toto tempore afferri mutatam eſ-
54 ſe rem mobilem, quia momentum quoq; in toto tempore poteſt afferri. Præterea id quod conuertitur,nec dum eſt uniuerſum,nec dum à conuerſione atq; motu ceſſauit, neceſſe eſt momentis ſingulis,aut conuerti,aut conuerſum uideri.Conuerti certe non poteſt(nihil enim poteſt momento conuerti)neceſſarium ergo eſt in quolibet fuiſſe conuerſum. Quare ſi momenta ſunt infinita,id quod mutatur,neceſſe eſt dudum ante fuiſſe mutatum. Verum contrà quoq; id quod mutatum eſt,neceſſario ante quoque mutabitur, quia motum mutatumq; eſſe, quodammodo
55 pauſa finisq; eſt mutationis & motus. Quicquid enim de aliquo mutatum in aliquid eſt,in tempore eſſe mutatum oportet. Tempus autem omne diuiſile eſt: nam aut in eodem momento eſt, in quo quum cœpit mutari, id eſt, unde diſceſſit,aut in alio. Non in eodem, quia non inita eſſet mutatio.in alio igitur. Ergo tempus interiacet,quia neq; puncta neq; momenta poſſunt eſſe contigua. Et quum tempus omne diuiſile ſit, dimidio temporis aliquatenus mutata res erit dimidio dimidii partius,ſed tamen ad quendam modum omnino atq; reſponſum,ſubindeq; in infinitum,prout cæſum diuiſumq; tempus fuerit.Ita & mutatio aliqua prior ſemper habebitur, quæ
56 ad propoſitionem abſoluta iam & perfecta dicatur. Nam mutatum eſſe,finis atq; exitus eſt eius,
57 quod eſt mutari. Atq; hoc in locali motu latius patet, ea ratione quòd ſpatium continuum eſt,

& diuiditur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

58 & diuiditur eo modo quo tempus. Idem quoque in cæteris motibus ſtatuendum eſt, quippe quum mutatio omnis exigat tempus, & id quod mutatum eſt, neceſſe ſit ut per mutationes prio res ad hoc peruenerit, ut mutatum eſſe dicatur. Quòd ſi nonnullæ mutationes habentur, quæ concretim fieri uideantur, utique non conuenit in illas quod in cæteras conuenit. Illas uero fieri concretim intelligo, in quibus non ſolum partes ſimul omnes mutantur, ſed etiam ad quarum perfunctionem neq; opus quidem ullo ſit tempore, in quo ipſo mutari prius ſit, quàm eſſe mutatum. Prorſus Alexander arbitratur omnia in tempore commutari. Theophraſtus uero addubitanti ſimillimus, caute id & ſolicite ſine ulla affirmatione aut decernendi fiducia diſſerit. Alioquin difficile erat non agnoſcere quod uel ſenſui accidebat, conuerſionem eam quæ de tenebris ad lucem fieret, momentariam eſſe, ſimul lumen inferretur in domum. Sed de hoc alio loco quæ
59 rendum. Peruincit itaq; Ariſtoteles, res mutata neceſſario mutabatur, & res quæ mutatur, ante quoq; mutata eſt. Item mutatam eſſe rem prius contigit, quàm mutari. Retro etiam commea ut mutari contingat, antequam ſit mutata. Atque hæc ratio facit, ut primum nunquam poſſit aſſerri huius infinitatis cauſam. Ariſtoteles aſſerit eſſe magnitudinem atq; tempus, quæ in infinitum dirimi ſecariq; poſſunt: præterq; & illud, quòd nullum impers poteſt eſſe imperti attiguũ. Quare quod in linea cernitur (in qua ſi id quod à parte una reciditur, proportione adiungatur adiciaturq; alteri, nunquam defecerit ſectio) idem in continuis omnibus eadem ratione ſpectabitur. Certum eſt igitur id quod factum eſt, fieri prius oportuiſſe, & quod fit eſſe aliquatenus factum. Neq; de omnibus loquor, ſed de iis ſolum, quæ tum diuidua ſunt, tum menſum & magnitudinem obtinent. Nam attactus dici utiq; factus poteſt, non tamen fieri (ut ita loquar) præceſſit, quia non ſigillatim ſenſim'ue, ſed concretim & cunctim, momentoq; exſtitit. Sed uel generatim diſcurrendo rem facilius aſſequemur. Aqua hæc facta eſt, ergo & quandoq; fiebat. Aequata eſt ſolo domus, ergo & quandoq; æquabatur: ædificata domus eſt, ergo & aliquando ædificabatur, tum uidelicet quum fundamenta iaciebantur. Quòd ſi qui peruerſa diligentia contendant non domum ipſam uideri, ſed fundamenta tunc conſtitui, illud ſaltem concedant oportet, fundamenta eſſe domus illius aliquid. Atque hoc ſatis eſt nobis, proinde futuri ſimus ueri, ſi affirmabimus antequam facta eſſet domus, fieri prius domum, aut aliquid domus oportuiſſe. Idem modus & in corruptione perſpicitur. Semper enim eſſe corruptum prius eſt quàm corrumpi, & corrumpi prius quàm eſſe corruptum. Ex iis bono iam periculo aſſeuerandum liberius eſt, nullius mutationis primum poſſe conſtitui.

67 Aeterum per plurimum refert ſiſti ne ac conſiſtere rem dicemus. Nam conſiſtere eſt à motu ceſſare: ſiſti eſt ad ceſſationem tenere. Demum ſiſti eſt quietari tranquillariq;, conſiſtere uero iam quieſcere. Id igitur quod ſiſtitur & quietatur, neceſſario mouetur. Nam quum omnia aut moueantur, aut quieſcant, ſi id quod
68 ſiſtitur non quieſcit, certum eſt moueri oportere. Palàm eſt etiam in tempore ſi-
69 ſti * rem, quia ocyus & tardius ſiſti res dicuntur, quod non eſſe poteſt, niſi in tempore. Quare quicquid de re quæ mouetur, dictum eſt, idem de re quæ ſiſtitur, dicendum ſentiendumq; eſt. Nam & in quo toto primum ſiſtitur tempore, in qualibet eius temporis parte ſiſtetur: nec aſſignare licet, in quo primum ſiſtatur, atque hoc merito, quando ſiſti & moueri idem eſſe monſtratum eſt.

* *Siſti & moueri: ait Simpl. differunt hoc modo diuiſo enim bifariam motu: quod reſpicit id ex quod mouetur res quæ mouetur moueri appellat Ariſto. quod vero id reſpicit ad quod mouetur ſiſti aut quietari. Sed cuius nam rei gratia hæc eadem de ipſo ſiſti ſunt repetita. ſi enim nihil eſt aliud ſuperfluo factum videtur vt eadem de ſiſti quæ de motu fuerint replicata. Ad hoc reſpondet Simpl. ea de cauſa probaſſe Ariſto. ea omnia conuenire vni quod alteri conuenit: vt hęc vnum & idem eſſe oſtenderet. nam videbatur hoc eſſe præter communem exiſtimationem. Vel etiam dicere poſſumus: ait idem auctor: quod & ſi ſiſti ſit moueri. non tamen idem penitus eſt ſiſti quod moueri. Siſti enim non eſt ſimpliciter moueri: ſed ad ceſſationem moueri itaque vt ea quæ de motu ſunt demonſtrata vera eſſe in quolibet motu oſtenderet & vt reſpicit id ex quo: & vt reſpicit id in quod: ea propter hoc idem monſtrare uoluit in ipſo ſiſti.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

72 SEd neq; poſſumus reddere quando primum quieſcere aliquid cœperit. Nam mo
mento quieſcere nihil poteſt. Tunc enim quieſcit res, quum ex natura poteſt: po/
teſt etiam moueri, ſed ex natura habet, ut moueatur in tempore, ergo & quieſcit
73 in tempore. Item quieſcere dicitur quod ita ſe nunc habet ut prius, ita ut quies nō
uno, ſed minimum duabus notis conſtet. Non erit igitur inſectile id, in quo quie/
ſcit res, ſed tempus. Tempus uero nullum eſt primum, quemadmodū neq; magnitudo ulla pri/
ma neq; continuum primum. Quo fit ut neq; ipſius quietis aſſignare liceat primum.

74 QVoniam quicquid mouetur, mouetur in tempore, fieri nequit ut in quo primo
mouetur tempore, in eo ſit penes aliquid ſpatii. Capio penes aliquid ſpatii eſſe, pro
eo quod eſt ipſam rem motam, & omnes partes in eodem eſſe, & æquali ſpatio:
alioquin eueniret, ut res & quieſceret, & moueretur ſimul. Nam quid aliud eſt
quieſcere, quàm in eodem loco eſſe, & rem quæ mouetur, & partes? Sed quęritur,
ſi res nullo tempore ſunt penes aliquid ſpatii, ſuper quod mouentur, neq; æqualem ſibi locum
obſident, quo pacto uidentur uniuerſum illud ſpatium poſſe conficere? Soluitur: Penes aliquid
ſpatii non tempore, ſed momento res adſunt. Momentum porrò extremum & finis eſt tempo/
ris. Item momento tantum æqualem ſibi locum in ſpatio obſident: momento autem neq; moue/
ri poſſunt, neque quieſcere. Iam æqualem ſibi occupant locum in ſpatio, poteſtate, & fictione no/
ſtra non actu: alioquin conſiſterent, & tempus in momenta infinita dirimeretur actu. Eodem fer
75 me genere falſus eſt Zeno: Si quieſcunt (inquit) omnia, quæ æqualem ſibi dimenſionem & ſpa/
tium obtinent: id autem quod moueri uidetur atq; ferri, æqualem ſemper ſibi dimenſionem &
ſpatium incubat. Neceſſarium eſt telum intortum, dum fertur, quieſcere. In quo iam mentita ra
tio eſt. Non enim id quod mouetur ac fertur continuo æqualem ſibi dimenſionem & ſpatium
76 inſidet: immo nullo tempore in aliquo huiuſmodi ſpatio eſt, ſed momento dūtaxat, quemadmò
dum paulo ſuperius indicatum eſt. Non conſtat autem de momentis tempus, neq; actu momen
ta ſunt, neq; ut temporis partes habentur.

77 SEd quatuor Zenonis rationes feruntur, quas non temere quiuis, aut facile diluat.
Prima, ſi motus (inquit) fuerit, neceſſe eſt in quod mouetur, dimidium magnitu/
dinis prius conficere. Sed dimidia ſunt infinita, quum omne dimidium quamli/
bet modicum dimidiari rurſus poſſit ac dirimi. Non eſt autem poſſibile finito tem
pore infinita decurrere: neq; eſt poſſibile igitur quicquam moueri. Sed ſoluimus:
Sectio continuorum non eſt actu, ſed potentia in infinitum extrahitur: & res quæ mouetur, ſpa/
tium id in quo digeritur motus non ſecat actu. Alioquin neq; continue, neq; ſupra unam magni
tudinem moueretur. Neq; motus is poſſet eſſe continuus. Et quum eodem iure infinitudo inſit
in magnitudine & tempore, infinita magnitudo non poſſet tempore finito percurri, ſed infinito,
atque eo genere infinito, quo magnitudo eſſet. Eſſet autem magnitudo infinita, ſi actu diuide/
77 retur in infinitum. Secunda ratio eſt, quam ille Achillem uocabat, inflato nimirum iactabun/
doq;, & planè tragico nomine: Nedum (inquit) Hectora, ſed ne tardiſſimam quidem limacem
acupedius & nauus Achilles pronu curſu continuauerit. Nam ſi is qui pone ſequitur, neceſſe
eſt prius ad eam metam notamq; ueniat, unde is qui præibat, receſſit: nunquam hercule ſi cur/
ſu uelociſſimo fuerit, præuenire antecedentem, aut præuortere poterit. Nam illo interim tempo/
re, in quo is qui ſequitur, iniectum ſpatiolum conficit, apertum eſt eum, qui præcedit addidiſſe
identidem aliquid. Quamuisq; minus ſemper adiiciat (quippe quem expeditior & uelocior ur/
geat) adiicit tamen omnino continue ſubindeq; aliquid. Sit itaq; decuplo celerior Achilles lima/
ce: ſtadium ſit magnitudo quæ decurritur: limax dimidium ſtadii obierit (doleat enim hoc au/
ctarium Achilles, cum tam pigro animale compoſitus) Quanto igitur tempore dimidio ſtadii
Achilles perfuncturus eſt, tanto limax decimam reliqui dimidii portionem abſoluerit: rurſus,
quanto decimam hanc tranſmiſſurus Achilles eſt, tanto limax alterius decimæ decimam partem
adiecerit. Quare quum decimæ ſemper partis acceſſio fieri debeat, atq; ita ſemper aliquid priori
operæ adiungatur, utrunq; malum ſequitur, neq; uolucer pigrum comprehendere aut aſſequi
78 poterit, neque ſtadium ſumptitari unquam aut perſolui continget. Soluitur: Huius incōmodi
quod ſequi uidetur, cauſa eſt ſectio in infinitum, non poteſtate ab illo intellecta, ſed actu. Atque
hæc ratio à priore in eo tantum euariat, quòd illa ſectione in dimidia infinita utitur, hæc non
utitur, ſed alia, id eſt quæ in proportione huiuſmodi poſita eſt, qua inter ſe motus rei uelocis &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tardæ reſpondent. Quòd ſi finitam magnitudinem poſſe percurri uerum eſt, quemadmodum & demonſtrauimus ſemper, quod uolucre pernixq; eſt nanciſcetur, & relinquet ea quæ ſegnius mouebuntur. Si enim duo decuplo uelocius quippiam altero fuerit, quantum die tota id quod eſt tardius, perficit, tantum id quod eſt uelocius, ultima hora diei conficiet: ita in fine horæ tardiorem rem uelocior apprehendet. Zeno uero contendit definitam aliquam partem prius, deinde totum abſolui & peragi oportere. Atque hinc captio ſcilicet prouenit (ut dixi) quòd ſegmenta in infinitum educit ac prouehit. Quamuis enim partem potius primam decurri dicamus, non tamen definiri ullam in motu iugi poſſe concedimus: alioquin tum magnitudo, tum motus dirimerentur diſtraherenturq;, neque continuus aut unus eſſe amplius poſſet. Zeno autem per quam pueriliter & ludicre ratiocinatur, quum ita ſumit eũm, qui digito præcedat, nemo unquam continuauerit. Nam & nos quoque idem probamus quod præcedit, alioquin præcederet & non præcederet, ſed ſemper illum præcedere oportere iam non probamus. Proinde neque aliquam determinatam definitamq; partem in ſpatio reddas, quam quis in motu conficiat, ſed ſatis afferas, ſi illum ad metam aliquando atque calcem ocyus, tardius uenturum pronuncies, eoq; magis hoc de uolucri & præcincto dicendum. Quum itaque uelocioris motus tale tempus ſit, ut res tardior non plus retro diſtet relinquatur ue, quàm quanto res eſt
79 tardior, neceſſe eſt rem tardiorem uelocior utique conſequatur. Tertia ratio eſt de ſpiculo intorto, quam nos ſupra quaſi præſumendo & occupando diſſoluimus. Semper enim unaquæq; res quæ mouetur, ſpatium æquale ſibi occupat obtinetq; momento. Sed ex momentis (ut dixi) ingenium temporis coalitum non eſt, neque in momenta diuiditur. Hoc non conceſſo, nec in
80 finem recepto, iacet & fatiſcit tota complexio. Quarta ratio de iis ſumpta eſt, quæ agitentur in ſtadio. Tres (uerbi gratia) cubos, id eſt teſſellarum figura quadratos, per longitudinem æquales mole & uelocitate conſtituit, horum unum moueri, alterum quieſcere, tertium aduerſo ire motu uelut occurſabundum. Quoniam itaque is, qui mouetur contra nitentem & obuium, celerius præterit, quàm iacentem torpentemq; alterum, perſuadet ſibi homo acutus inuictiſſimam ſe, atque adeo ineffugibilem plicam commentum, ut ſit neceſſe fateri æquale ſpatium ab eo qui contrario motu nititur, & ab eo qui conſiſtit quieſcitq;, quorum uterque æqualis per-
81 nicitatis & ponderis eſt, tempore nihilominus inæquali eſſe percurſum. Quid ni? Vir calidiſſime, qum hic quieſcat, ille contrarium curſum agat. Quòd ſi uterque quieſceret, diſſentaneum id prorſus atque obſonum planè fuiſſet.

82 Ed & præter has rationes ſolet de tranſmutatione ea quæri, quæ inter diſperata uerſatur, & ea quæ contra aientibus appellatur. Quum res quæ mouetur omnis de quopiam in quippiam moueatur, in ea conuerſione quæ diſperatis continetur, res in neutro cernitur, neque in eo unde diſceſſit profectaq; eſt, neque in eo in quod abit atque conuertitur. Quotiens enim ex albo in non album itur, aut ex ente in non ens, manifeſtum eſt illud quod eò tendit, neque album neque non album uideri, neque ens item neque non ens. At hoc impoſſibile eſt, quando huiuſmodi pugnantiæ
83 nihil eſt medium. Sed ſoluimus: Res quæ conuertitur uterque quodammodo terminus eſt non neuter, ita ut alba & non alba, muſica & non muſica ſit: non quidem in totum, ſed partim alba & muſica, partim non alba, non muſica. Eundem in modum & res quæ corrumpitur, parte erit, parte non erit. In neutro tamen abſolute niſi abſolute ac penitus ſit corrupta. Atque hæc non aduerſantur, quia reſpectu ratione que alia eſſe, alia non eſſe res dicitur. Quod quidem remedium atque exceptio pugnantiam longiſſime defendit à dicto.

84 E ſphæra quoque ea, quæ nobis axe immobili æterna ipſa uertigine ſuperfertur: de globis quoq; aliis, qui circa cardinem immobilem torquentur in gyrum, ſcio addubitaſſe nonnullos, quaſi quieſcere oporteret illos, quia ſemper eodem in loco
85 eſſe haberiq; uiderentur. Verum facile ſoluimus: Primumq; id occurrit, partes orbium non eſſe ſemper eodem in loco prorſus, ſed continue in alio atque alio loco conſtitui. Sed neque totus eodem in loco poteſt eſſe. Non enim circuli ſemper iidem curuaturæ ue fuerint, ſi initia notarum diſcrimine diſtinguantur: niſi per accidens forte ratione ea, quòd idem ſubiectum circulis omnibus habeatur. Quamobrem cuius circuli principium mõſtratum eſt A, diuerſus erit ab eo, cuius principium mõſtratum eſt B. Ita nunquam totus orbis in eodem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

curuamine aut circunferentia collocatur.

86 POst hæc illud ſubiiciendum puto, nullum indiuiduum moueri extra, quàm per accidens poſſe. Quo genere tum punctum qui in corpore continetur, tum Socratem qui in naui uehitur, ad motum illorũ moueri agitariq; dicimus. Partes quoq; quum inſint in toto per accidens mouentur, ut pũcta. Sed intereſt tum quòd partes, ſi à toto præcideris, moueri per ſe poſſunt: tum quòd motus partium à motu totius apprime eſt diuerſus. Quod uel in cœlo poſſumus apertiſſime uideri. Quum enim totius unimoda uniformisq; uolucritas ſit, partium uaria & difformis habetur. Nam diuerſa eſt concitatio partium quæ ſub polos ſunt, & partium quæ ſub maximum illum æquinoctii diuiſorem diſcriminatoremq; circulum agitantur. At puncta nunquam ratione ulla, niſi per accidens, mo-

87 uentur, eò quòd contineantur in rebus, quibus per ſe accidit motus. Quòd ſi nihilominus putas poſſe pũctum moueri, conſtituamus hoc ita eſſe, uideamusq; quod ex illo ſumpto ſequatur. Ac primũ quidem ſi mouetur aliquid quod careat partibus, certe id aut de magnitudine in magnitudinẽ moueri, aut de qualitate in qualitatẽ, aut de eſſentia in negationẽ, aut contra de negatione in eſſentiam oportebit. Erit igitur pũctus aut in eo, unde cœpit moueri (hoc nõ quia, quieſceret) aut in eo quo tranſit (hoc nõ quia iam eſſet perfunctus motu) aut quod reliquum eſt, in utroq; partem habebit. Hoc quoq; obtineri nõ poteſt, quia id quod impers eſſet, conſtitueretur

88 ex partibus. Atq; una tantũ ratio eſt, qua per ſe moueri poſſent impertia, ſi uidelicet conſtaret ex momentis tempus. Quũ enim res momẽto quolibet moueretur, quod neceſſe utiq; eſt, ſi de momentis tẽpus exiſteret, conſtitui poſſet punctũ, & indiuiduũ momentis ſingulis motũ fuiſſe atq; mutatũ, & (quod ſequens eſt) toto tẽpore in motu & agitatu fuiſſe. Ita eueniret ut motus quoq; ex iis quæ mutatũ eſſe appellauerim, id eſt, ex terminis motus cõponeretur, ex momentis tempus coaleſceret, ex inſectilibus atq; punctis magnitudo conſurgeret. Præterea mutatũ eſſe nõ ſemper, priuſquam mutari aut moueri contingeret. Item quicquid per locũ mouetur, ſi ſpatium ullum maius ſe decurrit prius, neceſſario peragit aliquid minus ſe quam æquale. Nam ſi agitabile pedaneum fuerit: nunq; paſſus duos obierit, niſi ſemipedẽ prius quã pedem abſoluat. Semipes planè minor eſt quã pes, qua magnitudine cõſtituimus eſſe id, quod moueretur. Quamuisq; res in loco ſe ipſa minori eſſe nequaq; poſſit, agit ſe tamen atq; incedit ſemper p ſpatia ſe minora. Hęc quũ ita ſint ſi p ſe mouerentur impertia, oporteret aliquod ſpatiũ fingere minus illis, p quod ita agitarentur. Hoc fieri nequit, niſi ex partibus cõſtare dicantur impertia. Dices hæc nõ ut cætera p minus & anguſtius ſpatiũ, ſed p æquale ſibi ſemper moueri ſolere. Sed tũ quũ lineam (uerbi gratia) conficerent, nonne lineam quoq; metiri uiderẽtur? Planè qui id poſſit negari, nõ uideo. Hoc autẽ

90 ſimul cõceſſeris, nõne intelligis te lineam ex punctis & indiuiduis fateri eſſe cõpoſitam? Item ſi in tẽpore res mouentur: punctus quoq; quũ & ipſe p æquale ſibi ſpatium moueatur, moueri in tẽpore poterit. Sed quũ quantulocũq; tẽpore aſſignari aliquod breuius poſſit, ipſo illo tẽpore aſſignabitur aliquod minus & breuius, in quo pũctus æquale ſibi ſpatium pertranſiuit. At hoc impoſſibile eſt, quia in minori minus conficitur ſpatii, atq; ita aliquid eſſet minus quàm illud indiuiſile quod moueretur: ita fit ut indiuiſile diuiſile efficiatur. Nam uno genere duntaxat impertia & indiuiſilia mouerentur, ſi momento uidelicet exerceri motus abſoluiq; contingeret.

91 POſtremo dicendum eſt, nullam eſſe infinitam mutationem, quia ſingularum certi & præſcripti ſunt exitus. Sane in reliquis motibus ortu, obitu, auctione, minutione, alteratione, hoc eſt uel clariſſimum: ortus & obitus termini partes ipſæ diſperationis ſunt: alterationis contrarię qualitates, & ſua cuiuſq; mutationis extrema: auctionis amplitudo cuiuſq; ſua & naturę conueniens: minutionis contraria huic ra-

92 tio. At in motu locali non poteſt eadem præceptio cadere, quando non omnis motus localis inter contraria aut diſperata uerſatur. Nam nec animalium motus omnino terminatus definitusq; eſt: neque de contrario in contrarium procedit, nec conuerſio circulorum, quia recurrentibus in ſe illis, per eandem ambitudinem ſemper rediens ſuapte æterna ſit. Veruntamen neque motus illi ut indefiniti ſint, infiniti omnino poſſunt intelligi, quod quidem probabitur hoc, quod dicturus ſum, genere. Quod ſectum eſſe impoſſibile eſt, ſecari nõ poteſt. Voco impoſſibile id, quod eſſe poteſt nullo modo: & quod eſſe factum impoſſibile eſt, fieri non poteſt. Quum enim impoſſibile ſit, diametrum commenſurabilem eſſe cum coſta, etiam nunquam poterit cõmenſurari cum

93 coſta. Hæc ſi uera ſunt, quũ motum localem infinitum fuiſſe ſit impoſſibile, neq; inſtitui quoq;

Note magnitudinis ſi i loco: nõ mõ ętitas: i qua auctiõis motus eſt: ſed locus ẽt cõpre henditur: ait ſumpli.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

poteſt qui ſit infinitus futurus, ſed quantũ ferri & moueri res poteſt, tantũ quoq; delatam & motam fuiſſe poſſibile eſt. Finiti itaq; motus erunt, tũ ii quibus animalia, tũ ii quibus cœleſtia corpora mouebũtur. Ac finiti quidem nõ ſimpliciter abſoluteq;, ſed ſi ad magnitudinẽ in qua cientur aguntur q; ſpectes Nam ſi ad tempus reſpicias, poterit unus idemq; ſpecie motus infinitus atque æternus inſtitui, qui ſuper finitam nihilominus magnitudinem alternando commeandoq; dige
94 ratur, & rurſus incipiat. Porrò ſi motus unus alteri motui ſuccedat, ut ſi delationem alteratio ſubeat, alterationem excipiat auctio, auctionem ortus atq; obitus conſequantur. Atq; hoc perpetuo atq; identidem fiat, hoc utiq; nomine infinitus motus poſſit intelligi. Non tamen ut ſi unus, quia ex tam diuerſis, atq; adeo pugnantibus motibus non poteſt unus coaleſcere atque conflari. Sane nullus motus infinitum ſibi tempus præterquam circularis cooptat.

FINIS LIBRI SEXTI.

THEMISTII PHYSICES,

LIBER SEPTIMVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

1 QVIA Omne quod mouetur & fertur, aut à ſe, aut ab alio mouea-
10 tur neceſſe eſt, quæcunq; à ſe mouentur, manifeſtum eſt habere illa inter ſe aliquid, quod motum illum miniſtret ac præſtet, utpote in quibus uis mouendi contineatur, atque interius lateat. Quæcunq; uero alicunde mouentur extrinſecus motu locali, in iis ſuccedit illa diuiſio, ut alia mediam habeant quo mouentur, alia careant. Porrò quadrifariam res ab alio mouentur, trahuntur, pelluntur, uehuntur, in gyrum torquentur. Atq; omnes locales motus in hæc quatuor genera digerũtur. Nam iaculatio uehementior pulſio eſt, quã naturalis ſit rei iactæ motus, quũ de iaculãtis manu receſſit. Si ergo quatuor modis ab alio moueri res poſſunt, impoſſibile eſt pellendo, trahendo, uehendo, torquendo non tangere ea ratione, quòd inter id quod proxime mouet, atq; id quod mouetur, omnino
11 nihil interuenit. Sed neq; inter id quod alterat, & id quod alteraſcit, quia ſimul eſſe debent illorum extrema, quorũ alterũ afficit, alterũ patitur. Alterantur autem ſenſilia à ſenſilibus. Senſilia uero ſunt ea, quibus corpus differt à corpore, grauitas, leuitas, frigus, calor, & ſimilia. Tangit & id quod calefacit, & quod frigefacit: poſtremo id omne quod percutit, cietq; ſenſum. Nam ſenſus ad actum promoti, affici quodammodo atq; alterari cenſentur. Proinde igni aër contiguus dicitur, aëri corpus, color lumini, lumẽ aſpectui: eodem pacto de auditu, & cæteris ſenſibus pronunciandum. Simul eſt cum aure ſonus, cum guſtu ſapor, cum olfactu odor, cum tactu caliditas, ita ut nihil inter mouentem & motum hiet æque. Neque inter id quod auget, & id quod augetur, quicquam interiacet, quia res augentur alicuius acceſſu, minuuntur detractione.

Sciendum eſt: ait Simpl. in principio libri huius quod ex his quæſtionibus: quæ in hoc ſeptimo exponuntur. ille quæ potiores ſunt & huic negocio magis proprie in octauo etiam reperiuntur fortioribus etiam demonſtrationibus comprobate: quapropter & quibuſdam viſus eſt liber hic ſuperfluus. in hoc negocio: vtpote in quo leuiores ac vt ait Alexan. dialectice magis demonſtrationes afferantur. vnde Eudemus: qui attamen capita omnia huius operis examinauit hoc ſeptimo derelicto octauum ſtatim eſt aggreſſus. Themi. etiam qui ſua paraphraſæ opus hoc vniuerſum fere illuſtrauit ad hunc librum accedens multa illius capita de induſtria prætermiſiſſe videtur: quia tamen ait idem Simpl. præſens liber non plurimum videtur cæterorum librorum nobilitati diſſonare: nec Ariſto. artificio indignus: ideo dixerim ego. primo librum hunc compoſuiſſe Ariſto. deinde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vero quædam ex his quæ hic ſunt expoſita & ea quidem exactius diſtincta vtpote quæ ei negocio attinerent maxime in octauo, & digeſsiſſe atq; res hæc vtilitatem nõ aſpernandam affert: præexercemur enim & præparamur ad faciliorem earum rerum appræhenſionem: quæ maxime reuera ſunt continentq; in ſe totum fere phyſicum negocium.

11 QVot autem modis alterantur inanima, totidem quoq; poſſunt animantia: non tamen retro agit. Nam ſenſus quotiens operantur, propriæ quædam & peculiares
14 animalibus alterationes habentur. Omne uero quod alteratur, oportere ſenſilibus qualitatibus alterari. In reliquis nullam poſſe alterationem oſtendit: de iis quæ ſta
15 tim ſequuntur, apertiſſime indicabitur. Nam ſi in alia qualitate quàm ſenſili, poſſet alteratio conſpici, certe in formis, figuris & priuationibus eorum atq; mutationibus maxime caderet. Non cadit autem: non poteſt igitur alteratio, præterquam in ſenſili qualitate conſtitui. Primum non cadere in figuras & formas alterationem, hinc uel clariſſime demõſtratur: Id quod iam eſt figuratum effigiatumq;, non uenit amplius appellatione materiæ. Simulatq; enim confla ta eſt ſtatua, non uocatur amplius æs aut argentum: & lectica ſimulatq; fabricata eſt, non lignum amplius ebur ue dicitur, ſed per denominationem illa ænea aut argentea, hæc lignea aut eburnea dicitur. Non ſic ea quæ alterantur, ſed ſemper appellationem ſubiectæ materiæ retinent. Nam æs & calidum & frigidum dicitur, & lignum ſiccum & humidum, quia uidelicet ea res quæ per alterationem eſt affecta qualitatibus nouis, poſt affectionem penitus remanet uiſitaturq; eadem, quæ antequam eſſet affecta. Ea uero quæ per configurationem nouam ſibi formam cooptat, nec
16 remanet, nec ſpectatur omnino eadem, quæ, antequã diffingeretur, fuiſſet. Et hercules huiuſmodi conuerſiones ortui & generationi perſimiles ſunt, quia utrq; ſubiectam materiam quodam pacto demutant. Quemadmodum abſurdumq; eſt genitum hominẽ qua gignitur alterari, aut domum aut nauim putare (quia quod alteraſcit, ſemper idem oſtenditur) ita ſit diſſonum, quod effigiatur deformaturq;, alterari aut affici dicere. Quamuis autem in omni ortu præcedere alterationem oporteat, quippe quòd materiam prius refrigerari aut comprimi ſit neceſſe, non tamẽ ex eo accipi poteſt, quæ gignantur, dum gignuntur alteraſcere, aut generationes poſſe alterationes uocari. Et quidem de genitu rerum communis illa & omnium fere comprobata authoritate ſententia, antequam in lucem ædantur, prius certam alterari atq; affici materiam oportere. Nec tamen propterea quòd ita afficitur, quodq; ita præcedit ſupereſſe item, aut manere eadem natura poſſe, qua prius continebatur. Nam lutum & creta, neq; humor eſt neq; terra, ſed utrunq; ſpecie ſua & diuerſa coaluit. Non igitur quod factum eſt, puta intritum, aut amphora, dixeris alterari, quia antequam fierent, neq; intritum hoc, aut amphora illud fuit.

17 SEd neque corporis quidem atque animi habitus, quale ſunt ſanitas, morbi, uirtutes & uitia, poſſunt eſſe alterationes, neque circa illos alteratio ulla uerſari in anima, aut in animalium corpore. Virtutes ſiquidem perfectiones quędam ſunt. Quapropter quodq; tunc maxime ſecundum naturam eſt, quum propriam uirtutem obtinuit. Vitia contrà corruptelę quædam & labes. Quemadmodum itaq; id quod perficitur non alteratur (Abſurdum eſt enim domum, quæ integitur dicere alterari potius, quàm integi, & culmen accipere) eodem pacto de uirtutibus animi & corporis ſentiendum. Præterea uirtus omnis, & uitium in mediocritate & exceſſu conſiſtunt. Mediocritas & exceſſus in genere relationis habentur. In genere relationis probatum eſt quinto libro, non poſſe cadere alterationem.

Dubitauerit quiſpiam fortaſsis: ait hic Simpl. qui fieri poſsit vt vitium & virtus animæ dicantur generatio aut interitus. ſiquidem eadem permanens anima humana: nunc virtute exoriatur: nunc vitijs inficietur. præterea etiam quonam pacto virtutis adeptio comparatur domui quæ integitur. nulla enim videtur inter hæc ſimilitudo vtpote: quia tectum paries ue nequaquam ſint domus habitus: ſed eius partes: nam ſi virtus pars animæ eſſet: vtique interiret anima recedente virtute. qui deinde reſpon. Ariſt. fuiſſe ea ratione adductum vt hæc diceret quia conſiderabat id propriæ ſecundum naturam ſe habere quod propriam eſt perfectionem adeptum propriamq; virtutem: ita vt poſsit actiones perfectas gerere quæ ei ſecundum naturam conueniunt: quemadmodum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

igitur ſi corpus egrum ſit: perfectum nequaquam eſt: ob id quia proprio munere fungi non poteſt nec actus qui ſecũdum naturam ei competunt edere: & ſi membrum nullum nullaq; pars corporea ei deſit, nam & cadauera eis non carent: quæ tamen ſecundum naturam eſſe nullus dixerit: non eſt ergo multum cadaueri diſſimile corpus huiuſmodi, eodem etiam modo anima rationalis ea virtute denudata quæ natura conuenit: quæq; proprio & cõuenienti officio fungi nõ poteſt anima propriè nõ eſt: nec ea vita rationalis merito poteſt appellari ſed veluti cadaueri ſimilis iam facta eſt: tanq; pars igitur & ea quidem potiſſima eſt habenda vniuerſæ vniuſcuiuſq; ſubſtantiæ virtus illa quæ ei ſecundum naturam competit ſine qua veluti cadauer relinquitur neq; tale amplius poteſt propriæ appellari: niſi æquiuocæ quod eo poteſt colligi argumento: quia non poteſt eos actus ædere qui ei ſpeciei conueniunt: recte igitur perfectionem quæ habitum & virtutem conſequitur partibus ſubſtantiæ comparauit vtpote quæ potiſſima ſit pars neq; accidens propriæ poſſit virtus appellari roſa abſente ſubiectum intereat.

20 SEd & partis intellectualis habitus, & adeptiones habituum, non ſolum non ſunt alterationes, uerum neq; omnino quidem cenſeri generationes poſſunt. Nam ſcientiæ de uniuerſalibus conſtant. Vniuerſalia ex particularibus colligũtur. Item, neq; is actus, qui ad intellectũ pertinet, generatione ulla alteratione ue prouenit, quippe quæ omnia temporali perfunctione nõ parantur, neq; perficitur eorũ eſſentia tempore: quamuisq; extante fluenteq; tempore, & intelligamus & contemplemur, non tamen propterea intelligimus, aut contemplamur in tempore. Exempli gratia: Quamuis tempore exiſtente tangamus, non tamen id eo ualet, ut tangere etiam uideamur in tempore. Hoc autem inde liquet, quia quum ſingulis partibus momentisq; temporis tangant ea, quæ tangunt, uidetur ad procreandum tactum non eſſe neceſſarium tempus. Idem in nictationibus dixeris. Ea uero ad quorum procreationem non exigitur tempus, quo de potentia conferantur, ad actum neceſſe eſt ſubito momentoq; procreari.

21 NEc motus autem omnis, omni proportione reſpondet, neq; communis omnibus omnis menſura eſt. Quæ enim poteſt inter alterationem & delationem haberi cognatio? quãdo inter rectum quoq; atq; orbicularem motum ſimilitudo nõ cadit, quia loca conferri nõ poſſunt: Orbis & linea ratione ea, quòd neutrum maius minus ue altero eſt. Sed neq; uelocitas motuũ, aut tarditas in collationem mutuam ueniunt, ſicut neq; ſtylus uino acutior poteſt intelligi, neq; enſis chorda poſtrema. Verum dicet quiſpiam communem omnium motuum menſuram ſine dubio uideri tempus eſſe, mouendi, nandi, uolandi, rependi, grandiendi, creſcendi, decreſcendi, & cæterarum corporis functionum. Nam eodem tempore hic loco demigrat, ille febricitat, hic indoleſcit, ille minuitur. Sed non propterea generalem conſtitui aliquem motum oportet, in quo tanquam in genere cæteros contineri & cohiberi dicamus. Sola porrò ea, quæ genere & natura conueniunt, committi uiciſſim & in comparationem uocari ſolent: in quo illud planè reſcitu dignum eſt quædam eſſe homonyma, id eſt, eiuſdem nominis diſſentientia genere, quibus commune aliquid habeatur: quædam quibus nihil ſit commune. Item alia eſſe remota, alia proxima.

35 QVoniam uero mouens omne aliquantum ſpatium, aliquanto tempore, aliquanta ui mouet, quæritur, utrum quemadmodum maior & multiplicata uis, multiplicatum pondus mouet ita & pars potentiæ partem põderis moueat. Veluti utrum ſi columnam quinquaginta homines mouerint, quinquageſimã columnaris ponderis partem per ſe unus de quinquaginta mouere poſſit. Et utrum, ſi unius diei ſpatio ſtadium unum claſſem quinquaginta homines remulco traxerint, dimidium claſſis eodem tempore duo ſtadia trahere & mouere totidem homines poſſint, ſed uigintiquinque, ſtadium duntaxat unum. Et utrum quemadmodum ſtadium totum quinquaginta ualent: ita unus de quinquaginta quinquageſimam partem ſtadii eodem tempore mouere columnam poſ-
36 ſit. Certe horum quædam ſequuntur, proportionemq; & reſponſum ſine ulla dubitatione agnoſcunt, quædam contumaciter & incobiliter diſſonant, nec ratione ulla conueniunt, cuiuſmodi poſtrema quæſtio eſt. Nam ſi ratio illa congrueret, eueniret debiliſſimum & imbecilliſſimum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

idem pondus impellere, quod robuſtiſſimus & ualentiſſimus poteſt tantũ, nõ tam diu, neq; tam cito: hoc autem ſupra captũ eſt hominis. Vt enim ea differentia ſit, quòd alter facile, alter ægerrime moueat, omnino poſtrema dementia eſt putare imbecilliſſimũ & graciliſſimũ hominẽ mouere pondus, quodcunq; fortiſſimus & lacertoſiſſimus agitet, & nauigium & centenariam molem. Ac oportet quidem omne quod poteſt mouere, per certum aliquem exceſſum potentię moueat. Eſt uero quædam in aliquibus mouentibus potẽtia uſq; adeò exilis & tenuis, ut nedũ rei mobilis potentiam ſuperet, ſed cõtrà quoq; lõgiſſime ſuperetur, ita ut nõ poſſit ulla cõparatio cadere. Habetur & potentia alia, quæ uix uincitur, ſed tamẽ uincitur, imparq; eſt: alia quæ par: alia quæ iam ſuperior ſit: propterea unius hominis potẽtia procul eſt, ut poſſit (uerbi gratia) lapidẽ mouere. Decem adhuc impotens numerus. Triginta neq; uincunt, neque uincuntur, ſed unius acceſſu dat manus, quod reſiſtebat & ſequitur. Atq; hoc nõ unus facit, ſed illa integritas atq; uniuerſitas omnium. Nam & ad æquilibrũ unus calculus ſuper pondio additus, deſcendere alteram lancem cogit atq; procũbere. Semper uero id propius eſt ut moueat quod plus eſt, quàm id quod eſt minus: quemadmodũ in magnitudinibus ea propior tripedali eſt, quæ pede tantũ deficitur, quàm ea, quæ ſexquipede aut cubito. Propior etiamnũ illa, quæ tantũ duobus digitis uno ue uincitur: nondũ tamen farcias tripedẽ, niſi digitus alter acceſſerit. Cauſa uero eſt nõ ultimus qui ſuperue-
37 nit digitus, ſed quicquid ante congeſtũ collectumq; ex adiectiunculis omnibus eſt. Cæterum in iis, quorũ certa determinataq; quantitas eſt, facile tum cõtemplari ſenſu, tũ ratione conſequi poſſis, quid nam illud ſit, quod poſtremo appoſitũ tripedem ſolidet. In naui uero quæ trahatur remulco, & in ſtatera difficile eſt reddere, quando tanta uis, aut potentia coaluerit, ut primum agitari permoueriq; poſſint. Iam hoc loco ſe oggerit, caputq; exerit acerualis illa præſtigia, quam ſoritem appellitant: qualis ex acceſſu teruntii in cumulo diuitiarum, & in aſſignatione caluitii ſolet afferri. Non eſt igitur mirũ, ſi unus mouere nihil poteſt, ſolus comitatu aliorũ poteſt. Ná ſi unus in theatro, quamuis exerta & contenta uoce inclamitet, ſolus opinor exaudiri nõ poſſet, utiq; cũ multis raui coniuncta, poſſet. Id enim quod cũctim ex omnibus reponitur, pluſculũ diuerſumq; ab eo eſt, quod diſcretim à ſingulis prouenit. Quamuisq; unũ ſit, quod ex omnibus & quod ex ſingulis cõſtat: ſemper tamẽ uis in unũ collata aſtrictaq; animoſior & firmior eſt, quàm diffluens diſſociataq; partibus. Quãdoquidem aliquantũ cibi uicibus ingeſti ad ualetudinem facit, multa 39
tantũdem ſimul deuorata iam & nocent, & ægritudinẽ pariunt. Proinde ad argumentũ Zenonis de occaſione hac calũniam farciens, facilis & abſoluta reſpõſio eſt. Nec enim ſequitur, ſi modius milii totus refuſus murmur & ſtrepitũ ciet, ſingula quoq; ſemina poſſe granatim ſuam murmuris particulam ciere. Neq; ſi lapidẽ multa ſtillicidia incauant, neceſſe eſt ſingulis ſtillicidiis ſeparatim ſua ramenta reſpõdeant. Nec enim ſemper ad diſcretionẽ potentiarũ ſubiectæ magnitudines diſſecantur, ſed nõnullæ quoq; potentiæ ſunt, quæ illas quaſi trãſcurſu prætereant, nõ diuidẽdo
38 ſecãdo ue, ſed ita afficiendo & præparãdo, ut ſecari & diuidi aliquãdo poſſint. Sed de his ſatis hoc loco. Nam ſeorſum illud exploratu digniſſimũ eſt, utrũ uniuerſi iũctim poſſint in eũdem numerum põderis, qui ratione de ſingulis expũcta & ſubducta colligitur: hoc eſt, utrũ ſi ſinguli in põdus librale ſufficiunt, centũ utiq; homines centũ librale, an hoc etiam amplius moueant. Ná minus hercules nõ eſt putandũ, ſed ut dixi etiam amplius & grauius, quãdo comicatus ille laboris unius & operæ animantiores & uegetiores in quodq; munus reddit. Quod uel in equis curruli bus apertiſſime cernitur, in iis ſimul paulo incaluit æmulatio, flagrantia quædã maior, & ſtudiũ fere impenſius certandi & uincendi cognoſcitur. Econtrario nõ ſine ratione eſt, ut diſtributũ in ſingulos pondus à ſingulis ſortito, moueri non poſſit. Atq; hoc forte neceſſarium fuerit utiq;, ſi idem uerũ eſt in ſparſis & diſſitis partem illam uirium deperire & obſoleſcere, quam coalitus & contentio faceret. Atq; hæc ex parte magna uideri ſimile poteſt ei, quod iis accidit, qui in Geometria numeris ludunt. Vt enim ibi quod duntaxat duplum eſt, interim quadruplum ualet, ita hic rerum uires ſocietate multiplicantur & cœtu.

REfert etiam perplurimum in motu, quali quicq; ſit forma quod mouetur. Habet enim plerunq; cauſam hanc figura, ut res modo ægre, modo facile moueantur. Ná ſphæricũ corpus, etiam ſi id à quo pellitur, uim debilem afferat: tamẽ ſuapte ſpõte defertur opportunitate & procuratione figurę, cuius procliuitas quaſi uia progreditur, & regit ad motũ. Ita id quidẽ facilius contingit moueri, quàm cætera. Hæc omnia ſeorſum peculiares quoſdam, atq; adeo indifficiles tractatus habent.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII PHYSICES,

LIBER OCTAVVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.



BIIS Consequens ea quæstio est, factus ne sit aliquando motus, ita ut cœperit esse quum antea non fuisset, proindeq; & consumari ac desinere debeat, ita ut nihil moueatur ultra: an neq; factus sit unquam, neq; consumari unquam possit, sed & fuerit semper, & semper sit futurus, nullo neq; fine obstrictus, neq; addictus exordio, sed ambifariam ante retroq; æuiternus, immortalis, immẽsus,[a] qui pro uita sit rebus omnibus natura constitutis & factis. Equidem motũ esse fatentur omnes, qui de natura agunt, quiq; de ortu rerum & interitu commentantur: perpetuum uero ac sempiternum esse aliqui diffitentur. Atq; ii quidem qui innumerabiles mundos haberi constituunt, quorum alii assidue oriantur, alii occidant, quia uidebant genituras illas, & obitus sempiternos sine motu esse non posse, motum quoq; arbitrabantur esse perpetuum. Idem sentiunt & ii, qui unum æternumq; posuere mundum. Qui uero unum quidem esse, sed non æternum concedunt, motum quoq; genitum aliquando uel fateri coguntur. Duo autem genera eorum feruntur, qui negant mundum esse perpetuum, neq; præter hos est alius modus. Porrò quidam fuere, qui ut Anaxagoras dicerent, cum omnia aliquando simul essent mixta, confusaq; tempore infinito, admoliri manus, cœpisse mentem, adornasseq; mundum & motum. Quidam qui, ut Empedocles, longis interualsis moueri per uices, & quiescere omnia crederent: moueri tunc, quũ concordia aut discordia hæc cogeret, illa distraheret: quiesceret temporibus mediis. Quamobrem ex Anaxagoræ sententia motus semel initus, quemadmodum & mundus, semper duraturus uidetur. At secundum Empedoclem alternat uicibus interpollatq; aliquando ut sit, aliquando uti non sit.

[a] *Qui pro vita sit rebus omnibus &c. ob id dictum est, ait Simpl. quia ea propriæ viuere dicimus quæ internæ a seipsis mouentur. vnde cum ea omnia quæ natura sunt constituta in seipsis naturam habeant: quæ motus principium est: ea etiam viuere merito poterit quispiam dicere ea ratione: quæ internam promptitudinem ad motum habent: vel vita etiam propriæ secundum motum est promptitudo ipsa ad motum: vt in hoc octauo notatu fiet Alexan. autem dictum puta hoc: vt inde ostendatur immortalem esse motum atque inexaustum. nam si eo pacto rerum naturalium comparatione motus se habet: quo vita animatorum: sicuti sine vita animata nequaquam possunt esse: ita neque poterunt absque motu esse naturalia: si itaq; eterna sint naturalia: quatenus naturalia sunt vtpote quæ nunquam inceperint nunquam etiam in non ens sint abitura: cum semper vnius rei naturalis interitus sit in aliam mutatio: corrupta namq; aqua aer sit: erit igitur & motus eternus quo naturalia sunt. at Aristo. ait idem Simpl. non ex rerum naturalium eternitate motus eternitatem monstrat: neque enim hucusque comprobatum est naturalia perpetua esse: verum ex ipsa naturalia motus definitione motum naturalem esse æternum monstrat. & ex hoc deinde corpus naturale.*

HIVius ueritas arbitranda nobis conquirendaq; est, utpote quæ non utilis modo ad explorationem & cognitionem naturæ sit futura, sed ad eam quoq; partem philosophiæ, quæ de primo exordio, & causa rerum suprema ac principe fatagit. Cæterum commodissime initium ab iis cœpero, quæ nobis superius edocta demonstrataq; sunt. Motus est rei mobilis in eo, quod mobilis, cessans & inchoata perfectio. Necesse[a] est ergo, si quando aliquis inceptus est motus, quũ ante nõ esset, præcessisse res aliquas, quàm motum illum possent accipere. Nam hoc uel sine definitione motus necessarium compro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

batur hoc modo: Si futura sit alteratio, nonne oportet antegressum id esse, quod possit hoc pati: si delatio, id quod possit agitatum hunc ferre, si deustio, id quod corripi possit incendio, prꝫterꝙ;
5 & id, quod hanc uim possit afferre. Quæ quum ita sint, id est, quum necessarium uideatur esse, ut res quæ debent moueri habeantur, antequam motum accipiant, interrogandi sunt mihi de rebus ii, qui natiuum esse motum & exordium habuisse temporis opinantur. Quum enim per se non subsistat motus, sed contineatur atqꝫ insit in rebus, statim se illuc cogitatio refert, ut quærat, utrum res illæ infinitum tempus antecesserunt motum, sempiternæꝙ; fuerint, an ipsæ quoqꝫ ali
6 quando sint genitæ. Quod si aliquando sunt genitæ, quum antequam gignerentur, non essent, necessario aliquis motus periit, cuius procuratione prodirent ac promerentur in lucem. Neque nunc id contendo, ut ortus iste sit motus, sed ut res illas per motum ortas & natas esse cõcedant. Eo euenit, ut motu quem primum ipsi constituunt, alium exhiberi priorem oporteat. Nec enim institui motus potest, nisi præsto sit res, quæ motum capere & gerere debeat. Porrò ut res quæ motum capiat procreetur, necesse est priorem alium motum constituere, qua quidem ratione nullum exordium motus tenebitur, quia semper eum quem primum putaueris, alius antecedet. Sed concedant hæc fortasse, illi tamen capere se mutationem illam priorem atque ortum dicant, qua res nasci & gigni uidentur, antequam motum accipiant. Cæterum hęc solutio non tollit, sed differt incommodum. Nam si definitionis eius meminimus, quæ conceditur esse motus, confessumꝙ; illud iam est, oportere prius adstitui res, quæ debent moueri, quàm motus agatur, quum ea quæ per motum generari contingit, necesse sit motu in generatione participent, semper licebit quocunqꝫ motu priorem motum extraherẽ, per quem res illæ ad generationem uenisse dicantur. Quum enim de nihilo nihil fiat, sed de eo, quod parte sit, parte non sit, prorsus necessarium est ante fuisse aliquid, quod partum illum conuersionemꝙ; sustineret. Ita rursus eadem inquisitio reuertetur, percunctabimurꝙ; id, quod præcessisse sumitur, perpetuum ac sempiternũ, an natum aliquando & procreatum intelligant. Nam si procreatum, admoueri sibi eosdem aculeos sentient, quibus paulò ante perurgebantur. Alioquin iis, qui mundum constituũt, exædificariꝙ; faciunt, proindeꝙ; primordium aliquod motus inueniunt, unum modo suffugium tuendi
7 se ab iis angustiis relictum est, si de nihilo creata esse omnia, initio fateantur. Sed alteram partem disiuncti defendas, duasꝙ; non progenitas illas unquã, sed sempiternis seculorum ætatibus præcessisse, motum utique aliquando progenitum & inchoatum fuisse. Sed statim ipso in limine occurrenti temere, id à nulla ratione dictum uidetur. Nam ab iis quorum id placitum est, primum id sciscitor, cur res moueri tam repente? cur tunc potissimum cœperint? innumerabilia secula tanto præsertim torpore consederint? Sed & sequentia quoque, si intraueris aut pedem contuleris, absurdiora obtusioraꝙ; uidebuntur. Nam si quum hæc mouere, illa moueri possent, utraque tamen hæc ab agendo, illa à patiendo quiescerent, nunc uero mutata ratione, & hæc mouere, & illa moueri cœperunt, necessarium est, causa aliqua mutationis extiterit, propter quam illi ædificatores atque opifices mundi mouere occœperint, quum ante non mouerint. quod tamen mouere potuerint. Neque enim fieri sine causa potest, ut ea quæ & prius, & nunc eadem sunt, nunc demum agant, ante non egerint. Sed totum id tribuendum rationi est: aut quòd inter se longioribus interuallis dissiparata erant, quàm ut agitatrix uis pertinere ad res tam remotas ac desitas posset, nunc collecta adducta'que proximant, aut intermedium aliquid
9 habebatur, quod obuiaret & prohiberet, quodꝙ; modo impulsum sublatum'que sint. Quodcunque horum attigeris, ulcus est: quia utcunque dixeris, motus alius semper inuehitur, qui primo illo sit prior. Nam si res semper fuerunt, nec tamen mouentes semper, neque semper motæ, sed in præsenti & mouere & moueri cœperunt: manifestum est, eas non eodem habitu aut dispositione fuisse, qua nunc sunt: quum nonnullæ mouent, nonnullæ mouentur, sed aut mota & mouentia demutarunt, aut tantum hæc, aut tantum illa. Si itaqꝫ priore aliquo motu semper est opus, ut primus incipiat, qui dixerit res non natas, sed sempiternas fuisse, easdem plagas accipiet, quas qui natas aliquando & progenitas sentiunt. Si quis uero pergat, contendatꝙ; motum illum posse principem statui, per quem rebus mouentibus præparatio atque habitus contingit, secundum quem mouere cœperunt, nihil tamen serio cõmuniet. Nam rur mutationis huius causam requirimus, neque poterit hiscere, nisi nobis motum alium priorem uel ingratis comprobet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

[a] Ioan. Grammaticus, ſicuti teſtis eſt Simpl. primam hanc demonſtrationem: qua peripatetici comprobant motum eſſe ſempiternum nixus eſt infringere: & duobus potiſſimum argumentis inititur: quibus conatur diruere id fundamentum ſcilicet ſemper neceſſe eſſe vt motum res ipſa mobilis tempore præcedat. primo quidem quia id veluti ex motus definitione ſequens Ariſto. accipit: quot ſi res ſe ita habeat: neceſſe id eſſe verum in quolibet motu: cum definitio cuicunque conueniat quod definitę rei ambitu continetur: ſed ſi hoc conceſſerimus neceſſe etiam fuerit fatere cœlum tempore præceſſiſſe cœleſtem motum: quo dato concludetur deinde motum cœli incepiſſe quandoque. ſecundo etiam falſum fundamentum id eſſe contendit: non ſolum in motu cœli: ſed in his etiam inferioribus. nam ignis ſimul atque genitus eſt: ſi extra ſuam regionem fuerit: ſtatim ſurſum fertur: non ergo tẽpore res quæ moueri poteſt motum præcedit quot ſi quis contenderit omnino eam præcedere ea ratione: qua tempore lignum præcedit quod quidem potentia ignis eſt. præcedit dico motum ignis: reiecit hoc multis argumentis. primo quia in ligno non reperitur ea potentia: cuius eſt actus motus quo ſurſum fertur ignis: quia mutatio qua lignum in ignem vertitur generatio eſt non motus: deinde res quæ mouentur vnaquaq; ſpecie motus permanentes in propria earum ſubſtantia: non autem corrupte mouentur: lignum vero ignem permanens nequaquam facultatem habet vt ſurſum feratur: niſi violenter: ſed oportet vt corrumpatur & in ignem vertatur. Has tamen ſalebras diluit Simpl. hoc modo. concedit enim primo motus definitionem omnibus conuenire. verum etiam eſſe fundamentum id: ſemper mobile tempore motum præcedere. verum hoc in motibus terminatis: quæ principio ſcilicet & fine continentur: adeo præcedit vt verum ſit quandoque mobile ſubiectum fuiſſe: quando tamen non mouebatur. in his vero quæ perpetuo motu agitantur ſemper quidem eorum motus eſt: non tamen ſemper idem penitus ſed continue alius & alius eſt motus quo mouentur: & quemcunque motum ſemper præcedit quod potentia eſt: vtputa ſol cum in ariete mouetur potentiam retinet vt poſt arietem taurũ percurrat vnde cum arietem permeat potentiamque habet vt ad taurum tranſeat manifeſtum eſt quod tempore prius eſt quam ſit motus is quo taurum adit. ſecundam vero. Ioan. Gramma. rationem ſoluit hoc pacto: duplex eſt. ait ipſe: id quod dicimus poſſe moueri: nam & id poſſe moueri dicimus quod perfectam habet facultatem potentiam̃ue: quæ ſcilicet vna cum ipſo actu permaneret poteſt: & hac ratione ignem poſſe ſurſum ferri dicimus: aquã vero deorſum: id eſt præterea moueri poſſe dicimus quod potentia mobile eſt: quod ſcilicet nondum eam habet potentiam quæ actui ſit iuncta eius tamen naturę eſt. vt eam poſſit adipiſci. Ariſto. itaque cum protulit oportere vt id quod moueri poteſt motum præcedat intellexit hoc modo quo ſecundo loco expoſuimus: ignis autem cum ſurſum moueri poſſe dicimus intelligimus primo modo. vnde alio modo ignis moueri ſurſum poteſt alio lignum: ignis nãque ratione eius potentiæ quæ vltima eſt & actu etiam ſeruat: lignum potentia remota ratione qua in ignẽ verſum aſcendere poteſt.

10 SEd quid hæc perſequor, quum illi ſeipſos ita reuincant atq; coarguant, ut nedum inconſtantia, ſed etiam pugnantiſſima dicere uideantur. Nam qui [a] dicunt aliquando non fuiſſe motum, dicunt fuiſſe tempus, quum motus ante non eſſet. Nihil enim ſignificare aliud uidentur uerba illa aliquãdo, & antequam tempus; ſed tempus citra motum eſſe non poteſt, quemadmodum ſuperioribus libris eſt monſtratum. Qui itaq; aliquod fuiſſe tempus dicunt, quo nullus motus eſſet, nihil aliud præ ſe ferunt, quam tunc motum fuiſſe, quum motus non erat. Quòd ſi quis etiam de genitura temporis nobiſcum diſſentiat, putetq; factum fuiſſe aliquando tempus, quum ante non eſſet, quemadmodum Plato in Timæo uidetur ſentire, qui unà cum cœlo genitum eſſe tempus affirmat. Ad hoc refellendum ſatis eſt communis philoſophorum conſenſus, qui perennitatem æternitatemq; cõſone tribuunt tempori. Democritus adeò cum probaret non eſſe orta omnia, quę haberentur in mundo, pro argumento ſumit, quòd una illa res maxime, quæ tempus uocatur exordio atque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

11 origine careat. Sed ne multitudine ſola teſtium certari ac fidere uideamur, rationibus eſt agendum perſcrutandumq;,utrum fieri potuerit aliquando tempus,quum ante non eſſet. Et hercules ſibi hærere non poſſunt,quibus id uidetur. Nam,quandoq;,olim,aliquando,antea,nunc,appellationes & nomina temporis ſunt. Et ut [b] cætera præteream, quis non intelligit momentum & tempus ita eſſe uiciſſim conſentanea atq; connexa, ut alterum eſſe ſine utroq; non poſſit. Momentum enim interlimitium & confinium temporis eſt, quippe quod exitus præteriti ſit,& initium conſequentis. Neque temporis ulla pars accipi poteſt alia, quàm momentum. Si itaque in omni generatione uſus momenti eſt,ad mentionem illius admonitio utriuſq; temporis corrogabitur. Quapropter ſi nunc cœpit eſſe tempus, etiam prius fuit tempus, quia hoc momentum, quod huius principium eſt, finis erat alterius. Quod ſi hæc eſſe non poſſunt,æternum tempus ſit oportet: & ſi æternũ eſt tempus,æternus erit & motus,quando oſtenſum eſt ſine motu temporis intellectum haberi,aut conſtare non poſſe.

[a] *Nihilo etiam minus Ioannes Grammaticus has duas rationes infringere conatus eſt: ad primam nanque quæ ex temporis perpetuitate motus perpetuitatem probat:ait ipſe:quot & ſi ea nomina videantur ex vi propry ſignificati tempus importare: non tamen quando illis vtimur in explicanda earum rerum natura & conditione quæ extra tempus ſunt & a temporis menſu ſeparata:ſtatim etiam ea tempori eſſe obnoxia concludendum:quia hoc non ex earum rerum conditionem conſequitur:ſed modum ſolum quo nos eas res cognoſcimus nam quemadmodum deus ipſe ea etiam quæ temporis curriculo ſubiacent abſque tempore cognoſcit: ita nos viceuerſa quæ extra tempus ſunt non niſi temporaliter cognoſcimus:vnde neque intelligere neque inueſtigare poſſumus ea quę extra tempus ſunt:niſi nominibus vtamur tempus ſignificantibus:non ob id tamen tempore ea terminari cenſendum. cum igitur dicimus aliquando non fuiſſe motum:aliquando non fuiſſe tempus: non eſt intelligendum quod eo tempore motus vel tempus fuerit: ſed quod tempus vel motus non ſemper fuerit.*

[b] *Ait prætereà Ioannes Grammaticus rationem eam:quæ ex momento ducitur: quod quidem medium ſemper eſt præteritom futurique temporis petere id quod quæritur:nam quæritur nunquid tempus ſemper ſit: ad quod comprobandum tanquam principium aſſumit: nunc ſeu momentum eſſe ſemper medium temporis. hoc autem idem eſt ac ſi ſumeret tempus eſſe ſempiternum:veluti ſi linea eſſet longiſſime protracta:ita vt eius extrema non poſſent conſpici:in quæſtionem veniret:deinde an finita eſſet vel infinita:& quis in huius rei inueſtigatione veluti principium poneret punctum eius eſſe naturæ vt medium ſit lineæ ſemper ex hoc deinde concluderet eam eſſe infinitam eadem ratione qua peripatici hoc in loco. Has tamen inſtantias quomodo refellat Simpl. non aſcribemus:quia longo nimis vtitur ſermone.*

12 HIſdem tantum in contrarium rationibus demonſtrandum eſt, incorruptum immortalemq; motum eſſe,nunquam interiturum,nunquam caſurum. Nam quem admodum ii,qui motum generari,& aliquando cœpiſſe arbitrantur,fateri cogun tur,aliquem eſſe motum primo motu priorem, ita ii qui motum aliquando con-
13 ſumari & definere oportere putant, fateri cogentur, aliquem eſſe motum citerio-
rem citimo,& poſteriorem poſtremo. Nam corrupto,quęritur aut res ſimul corrumpentur,aut manebunt. Si corrumpentur, nimirum quia nihil in nihilum reuertitur, in aliquid ſe conuertent, ſed omnem conuerſionem mutationemq; comitatur motus. Igitur poſt motum abolitum alius motus infertur. Si manebunt,adhibebimus ea tormenta,quæ ſupra cum de ortu & princi-
pio loqueremur, cur quum hæc moueri poſſint illa uim mouendi obtineant, infinitum tempus ſtatura ſeſſuraq; ſint,& cur quum prius mouerent hæc, illa mouerentur, nunc neque moueant
14 hæc,neq; illa moueantur? Illud ſane in explicatione naturæ maxime obſeruandum cauendumq; eſt, ne quid ſine certa ratione probetur, neue id pro cauſa ſumatur, quod cauſa eſſe non poſſit. Atque hoc quidem præceptum omnes ad unum ueteres contempſerunt. Nam quum Empedocles uices illas mouendi quieſcendiq; ſtatuiſſet, motumq; ab amicitia & odio proficiſci dixiſset,

quietem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quietem intermediis agi temporibus nullam cauſam, cur tam inſignis alternatio fieret, attulit.
15 Sed neq; Anaxagoras ratoinem adhibuit, quamobrem ueternoſa & ſedentaria illa mens, quæ in numerabilibus ſeculis obtorpuerat, atq; inſinuatis manibus ceſſauerat: tunc demum de repente diſcuſſis feriis miſcellam mouere agitareq; cœperit. Cur ad id tam ſero, cur non temporius, cur non longe antea aggredi admoliriq; manus placuit. Atqui nihil eſt in uniuerſa natura, quod aut ratione, aut ordine careat, alioquin natura cauſa eſt, & ordinis & rerum ipſarum, quæ ratione conſtant & ordine. Qui uero tam immenſo ſpatio dicit quieuiſſe omnia, quæ modo moueri cœpiſſent, ſiue infinitum exerceri tempus debent, ſiue rurſus ad ferias reuocari, qui tueri ordinem, aut rationem poſſint, ignoro: quando præſertim differentia conſtitui, aut fingi non poteſt, cur motus nunc potiſſimum non antea cœperit. Si enim uniformem & conſentaneum eſſe naturę, tenorem atq; habitum eſt neceſſe, neu ſit nunc hoc modo, alias aliter, ſed quemadmodum ſem per igni ad ſuperiora conſcenſus conſtat, terræ ad inferiora diſcenſus, ita & toti naturæ ſua con/cinnitas conſtans perpetuaq; habetur, aut accedendum eſt aut ſi deſciſcendum eſt, cōminiſcenda afferendaq; ratio cur ſequius ſtatuas. Quandoquidem uel earum rerum, quæ ſemper ſui pares ac ſimiles æternæq; ſunt, non omnes, cauſa & principio carent. Quamuis enim triangulum duobus rectis æquales angulos ſemper obtineant, nihilominus habetur ratio quædam & cauſa, propter quam illud in triangulo ſit ſempiternum atq; perpetuum. Cauſæ uero perpetuis ſunt non omnes, ſed primariæ quædam ac principes, quarumq; non ſit amplius aliqua cauſa. Iis igitur qui ad hanc formulam diſputauerint, continuo dilucebit, non relinqui tempus, ſi obliteretur, aut non compareat motus.

16 NVnc ſoluenda & confutanda ſunt ea, quæ huiç aſſertioni uidentur aduerſa. Nam dicat aliquis, ſi uerum eſt, nullum perennare motum, ſimpliciter quoq; enuntiatum uerum ſit motum ſempiternum non eſſe. Omnis autem mutatio terminata finitaq; eſt, quia omnis de certo exordio in certum exitum procedit: extrema quoque illarum contraria habentur, ſemperq; diuerticulum ab intentione diſcordat.
17 Omnino nihil moueri poſſe in infinitum ſcimus. Iam ſi conſtat intuitu id, quod prius nunquā agitatum eſt, agitari tamen poſſe & motum incipere, quem neq; partes unquam, neq; integritas pertulit, cur tam aliena, tam de nihilo ſit opinio, quæ motum mundi ad aliquam originem reuocat, quum poſſit idem in hoc uno intelligi, quod in cæteris ſenſus agnoſcit? Mouentur inanima ignis, aër, aqua, terra, & quæ ex iis mixta concretaq; ſunt: & aliquando inchoant motum, qui nunquam antè illis acciderit, aliquando repetunt eum, à quo inſecuta ſit quies. Mouentur & animantes de quiete, & quidem altiſſima. Alioquin ad ea, quę de inanimis dicta ſunt, facilius aliquis abſolutiusq; reſpondeat, quòd agitatum illum accipere de foris uideantur ab alio, quod & ipſum agitabatur, proindeq; non ſerio admodum inducatur id, quod ratio laborabat. Ad ea uero quæ de animalibus afferuntur, haud facile inuentu eſt, qua uia ſit occurrendū. Mouentur enim ea plerunque ſuapte de omnimoda & maxima quietudine authore & impulſore nullo. Quòd ſi motum animalia, quem nulla res prius, neq; intrinſecus, neq; extrinſecus attulit, auſpicari tamen exordiriq; poſſunt, quid prohibet, ne idem quoque natura uniuerſa poſſe dicatur? Si enim id
18 contemplari in paruo mundo licet, cur non intelligere licet in magno? Sunt igitur obiecta hæc à nobis, eodem ordine quo expoſuimus, purganda. Si omnis motus de contrario ſoluit, & in contrarium deſinit, neceſſe eſt omnem motum concludi & terminari contrariis, ita ut nullus, iugis continuus, aut perpes eſſe poſſit, etiam ſi replicatione regreſſioneq; in infinitum regatur. quod genus idem & unus motus cenſeri non poteſt. Sicuti neque chordæ unus idemq; ſonus eſt, qui primo ictu, & qui ſecundo redditur, de quo latius & accuratius proceſſu docebimus. Sed quemadmodum aliquando dixi; ſi motus omnis cohiberetur contrariis, uerum eſſet, nullum, neque ſempiternum poſſe, neque continuum motum haberi. Si uero eſt motus aliquis perpes & continens, qui contrarietate non arceatur, nec ſe de contrario in contrarium digerat, nonne clariſſi/
19 me calumnia illius argumenti patuerit? Ac ratio quidem de inanimalium motu, qui quum prius non eſſet, factus tamen recens dicatur, facillime reprehenditur. Nihil enim in eo eſt, quod magnopere admirari debuerint, quando res illæ, quæ agitatorem extrarium habent, præſente illo moueri neceſſe eſt, abſente quieſcere. Neque ſequitur, ſi hæc moueri incipiunt, & rurſum quieſcunt, nullum adeò motum eſſe perpetuum. Quid enim prohibet moueri aliqua continenter, & ſemper, atque etiam particularium motuum eſſe cauſas, id eſt, unde motus inanimis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

extrinſecus miniſtrentur. Porrò quærere cur nõ ſemper moueantur inanima,quamuis mouentia in continuo excitu agitatuq; ſint,ad præſentem locum non pertinet, in quo id modo agitur, ſit motus ullus ſempiternus an ſecus. Illa uero quæſtio commodius tractari cum alia poteſt,quę ſciſcitatur, cur compluſcula huiuſmodi ſint, habeanturq; in natura, quæ interim ſtent, interim
10 moueantur, ceu inde totius huius diſputationis cardo & deciſio pendeat. Nam de animalibus itidem,quæ prorſus uidentur tum moueri,tum quieſcere: & quum mouentur,intra ſe motus illius cauſam deliteſcentem habere,eadem quæſtio ſolet conſtitui. Cæterum [a] neque hoc difficile ſoluitur,quamuis ea ratio ſiqua perſuadere maxime uideatur, poſſe motũ omnem incipere,qui ante non fuerit. Nunquam omnino quieſcunt animalia,ſed ſemper inſitis quibuſdam,atq; ingenitis motibus agitantur. Neq; tamen illa cauſa,quam intra ſe gerunt,omnes agitatus præſtat,ſed unum qui per locum obitur. Extrinſecus pleriq; motus afferuntur ab aëre circunciſo, qui ambeſt. Nã & calefiunt,& frigeſcunt,& inalbeſcunt,& fuſcantur,& tuentur,& audiunt,cõcepto atq; hauſto extrinſecus motu. Nihil igitur obſtat,niſi fortaſſe neceſſe eſt corporibus ab operiente nos aëre multos motus accidere: quorum [b] alii mentem exercent,alii appetitum cient,alii uniuerſum animal agitant,recalefactio bibendi deſiderium cõmouet, deſiderium animal producit ad fonté. Iam ſomnus rationem hanc apertiſſime condocet. In eo tametſi nulla pars corporis moueri uidetur,multæ tamen mutationes interius miniſtrantur: fit cibi concoctio, fit ſucci eius inter uenas & uiſcera diſpenſatio,fit fluentorum ad excrementa & ſedimenta collectio, ſpirant,ſomniant,uariis uiſis animus modo in gaudia mittitur,modo terriculamentis horreſcit. Partes quoque ipſæ atq; extimæ corporis margines modo rigent & conglaciant frigoribus, modo calore diffundũtur atq; tabeſcunt,quorum utrunq; aër is facit, qui circunſecus nobis obducitur. Tandem emicant expergita,& aliqua huiuſce generis cauſa,quæ animalia uelicari & excitare de quiete ſoleat. Sed de animalium & inanimalium motu, & de tota quæſtione hac facile quid ſit ſequendum, uidebimus: ſi (quemadmodum paulo ante dixi) generalem cauſam illam didicerimus, cur nonnullæ res ea natura ſint,ut aliquando quieſcant,aliquando moueantur.

[a] *Græce Ariſto. & Them.* συμφύτους *aiunt id quod inſitis atque ingenitis latinæ expræſſit interpres. Simpl. autem dupliciter expoſuit: vel enim per inſitos motus eos intellexit: ait ipſe: qui naturaliter animali inſunt: vel fortaſſe inſitos eos motus appellauit, qui ab his virtutibus emanant: quæ a poſterioribus vocantur miniſtrantes: quales ſunt quæ attrahit: quæ detinet: quæ alterat: & quæ excernit. hæ enim ſemper operantur in corporibus rerum animatarum & potiſſimum animalium.*

[b] *Græce Them. ita loquitur* τούτων δὲ ἐνίαις τὴν διάνοιαν, ἢ τὴν ὄρεξιν κινεῖ, ἐκείνη δὲ τὸ ὅλον *hoc eſt quorum alij mentem, vel appetitum cient: qui deinde vniuerſum animal agitat.*

11 REpetendum eſt itaq; altius,atq; hunc in modum diuidenda eſt rerum natura. Neceſſe eſt aut omnia quæ ſunt, immobilia eſſe, aut omnia moueri, aut aliqua ex iis moueri,aliqua nõ moueri. Quòd ſi damus motum & quietem,rurſus hoc in tria membra diſtinguamus. Neceſſe eſt enim aut alia ſemper moueri,& alia nunquam moueri: aut omnia ſimul nunc quieſcere, nunc moueri: aut quod eſt reliquum, aliqua ſemper moueri,aliqua ſemper quieſcere: aliqua nunc quieſcere, nunc moueri. Dein ex iis quid magis uerum ſit requiramus. Erit hoc & finis & diſſolutio omnium difficultatum quę per
12 tingere motum poſſint. Non eſſe omnia immobilia aſpectus ipſe teſtimonio eſt,cui quod accidit non agnoſcere iniquũ eſt: præterq; deridiculum,ubi ſenſus fidem facit,rationem quærere. Quædam adeo imbecillitas animi atq; retuſio eſt,non ſtatim perſpicere quid deſideret, quid non deſideret rationem. Habentur enim nonnulla quæ certiora illuſtrioraq; ſunt,quàm ut rationem ullam expoſtulent. Et præterea non reuocant in dubium, qui naturalia commentantur, utrum
13 immota ſint omnia,quemadmodum initio operis diximus. Alterum [a] caput erat,utrum omnia moueantur ſemper. Quanq; autẽ nõ moueri omnia uſq; adeo manifeſtũ eſt, ut nullius probationis indigeat, quia tamen noſtræ diſciplinæ minus infeſta aſſertio eſt quæ tollit quietem, quã ea quæ motũ,nõ fuerit diſſentaneum ad id aliquam rationẽ adiungere. Planè fuerunt nõnulli qui moueri ſemper omnia affirmarent,ſed latere id ſenſum magna ex parte,nec cerni. Cõtra hos,quãuis nõ diffiniant utrum motu omnia uno & continuo moueantur, & ſi uno, qualis nam ſit ille,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

an omnibus ſimul motibus: non eſt tamen impendio difficile diſputare. Nihil augeri & minui poteſt continue, ita ut auctio cohæreſcat minutioni, ſed ſemper inter auctionem & diminutionem interſtitium motus ſit, & media quies interiacet. Nam ſi motus auctionis & minutionis unus continenter eſſet, res quæ augeſcerent in decrementum & minutionem, tendere ac pergere dicerentur. Sed neq; motus ipſe auctionis perpetuus eſt, adeo ut ſiquis cubitis duobus uigeſimo anno auctus ſit, non eſt neceſſe partem illius crementi aliquam ſingulæ horæ attulerint. Alioquin uerum ſit, quod & dicitur à nonnullis: Si quinq; millia guttæ lapidem inforant, ſuam conſtare ſingulis ſtillicidiis ſcrobem in lapide. Et ſi caprificus parietem hærendo, innaſcendo dehiſcere faciat, fiſſura & diſcuſſura palmipede, ſuas ſingulis partibus temporis diſcuneaturæ illius rimulas iam inde ab initio ortus cõgruere ſortito. Quorum utrunq; falſiſſimum eſt. Nam quemadmodum centeni nauim trahunt ſinguli, ſi ſeorſum incubuerint, neque mouere quidem loco poſſunt: ita tot aut tot guttæ lapidem cauant, ſingulæ nihil communiunt. Non enim ſi magnitudo diuidua eſt, quam multa ſtillicidia fodiunt, ex eo accipi poteſt ſingula partem magnitudinis illius abſumere, ſed quo inde periit, communi opera omnium periiſſe dicitur. Item quemadmodum nauis, quæ à quinquaginta moueri non poterat, unius adiecta corrogataq; manu & mouetur & trahitur: & quemadmodum bilanx libra, cuius examen decem hinc & hinc talenta æquauerant, addito denarii unius ponduſculo, ſtatim laborat ac deuergit altrinſecus: Ita tot guttæ quæ nondum conficere aut exterere lapidem poterant, acceſſione unius iam terebant excauantq;. Eorum argumento manifeſtum eſt earum rerum, quæ ſe minuunt, non particulam aliquam identidem adimi, etiam ſi diuiſile ſit in infinitum quod diminuitur, ſed aliquando exoleſcere eas, atque abire in totum. Idem in alteratione probandum. Non enim ideo diuidi alteratio omnis in infinitum poteſt, quia res quę alteratur, diuidua in infinitum ſit, ſed interim eſt quum momento tota exiguitur, ut quum quid concreſcit aut conglaciat. Prorſus nulla poteſt continua infinitaq; eſſe, quia omnis alteratio contrariis, ceu clauſulis quibuſdam & euripis arcetur. Cæterum ager qui in ſanitatem it, donec ita mutat, uidetur quidem alteraſcere: ſed poſteaquam conualuit, apertiſſime ab eo motu quieſcit. Iam lapides, quis ædepol uidet, tanto præſertim tem-
a 4 pore, molliores duriores'ue factos, aut alio motu exercitos? Mirum hercules eſſet montes in cœlum ſubrectos, ſaxa immenſæ uaſtæq; magnitudinis, ignorantibus nec aduertentibus nobis moueri. Præterea ipſa tellus medietatem mundi obtinens, quieſcere in immò clariſſime intelligitur, ſicut & reliqua in ſuis locis naturalia corpora. Alioquin ſi mouentur, qualis obſecro motus is eſt? num naturalis? Iam regio illis conueniens & ſalutaris tenetur. num præter naturam? At ſunt in propriis, ſuisq; ſedibus. Hactenus confectũ, neq; moueri poſſe ſemper, neq; quieſcere omnia.

* *Ob id ait Simpl. qui aſſerit omnia ſemper moueri, minus eſt huic diſciplinæ infeſtus quia: & ſi natura tam motus quam quietis ſit cauſa & principium: auferatur que natura ex quietis etiam ablatione: attamen motus eſt naturę propior magis & peculiarior quam quies. præterea etiam qui motum tollit: quietem etiam tollit. ea enim quieſcunt quæ moueri etiam poſſunt. qui autem quietem tollit: is non motum aufert. in rerum etiam natura quædam reperiuntur quæ mouentur ſemper. nihil autem eſt quod penitus ſit immobile & ea de cauſa minus eſt naturali moleſta ea aſſertio quę motum tollit: quam ea quæ quietem.*

NEque illud quoq; dicere poſſumus, hæc quæ mouentur ſemper motum pati: illa quæ quieſcunt, ſemper ſine motu eſſe, quum uiſus doceat uiolentos quoſdam & contra naturam motus haberi. Haberi item auctionem minutionemq;, quarum certus conſtitutus eſt ambitus. Simul enim ad quendam modũ incrementa membrorum ſunt facta, procumbit motus, quaſi iam creſcendi ætas ac tempus exceſſerit. Item neq; ſemper quieſcunt omnia, quæ quieſcunt. Quicquid enim præter ordinem naturæ ex propriis obturbatur exagitaturq; locis, ſtatim deſinit quieſcere: indeq; ubi ante quieſcebat, demigrat. Sed neq; quod paritur, ſemper paritur, quia ſimulatq; paritũ eſt, deſinit pari. Neq; quod occidit, ſemper occidit, quia finis aliquis tum ortus, tum interitus eſt.

RElquum eſt nobis, inquirere duo illa quæ reſtant: primum, utrum omnes res habeantur huiuſmodi, ut interim agitentur, interim quieſcant. Alterum, an neceſſe ſit tria eſſe rerũ genera: unum earũ quæ poſſunt quieſcere & moueri, alterũ earũ,
a 5

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quæ ſemper quieſcunt, immò uero ſemper pigra immotaq; ſunt: tertium earum, quæ ſemper.
Vtrum ſit horum uerius, uidetur aliunde ordientibus cõmonſtrandum. Ita enim facilius fiet,
27 intellectuq; capietur motum eſſe aliquem ſempiternum. Ex iis omnibus quæ mouentur & mo-
uent, alia ex accidenti, alia partibus, alia per ſe moueri & mouere dicuntur. Quòd ſi memores ſu-
mus eorum, quæ nobis præmiſſa ſunt libro ab hinc quarto, ſcimus quid ſit moueri per ſe, quid
ex accidenti, quid partibus: ac ea quidem quæ ex accidenti mouentur, prætermittenda ſunt no-
bis, utpote quæ infinibilia interminataq; ſint, neq; in præcepta poſſint includi, aut diſtinctionem,
artificem capere. Quæ uero per ſe mouentur, quædam ui & præter naturam, quædam natura
mouentur. Natura mouentur ea, quæ cauſam & principium motus intra ſe poſſident, ut anima-
lia, ut arbores, & ut ex inanimis plurima quæ mouentur, ita ut ſunt naturaliter inſtituta, deor-
ſum grauia & terracea, ſurſum leuia & ignea. Præter naturam mouentur ea, quæ tum ui, tum
non ita ut ſunt naturaliter inſtituta, mouentur. Lapis ſurſum coniectus, ignis deorſum depul-
ſus. Mouentur etiam animalium corpora aliquãdo contra naturam, ut ſaltando. Iis enim quum
grauia glebulentaq; ſint, ſaltus non poteſt eſſe naturalis motus. Tametſi uero animalium corpo-
ra ſaltando contra naturam mouentur, ipſa tamen animalia non dicuntur moueri contra natu-
ram, quia eius quoq; motus principium intra ſe obtinent. Corpora uero, quia talis motus ſibi,
neq; in eo quòd corpora, neq; in eo quòd grauia, conuenit, contra naturam moueri probantur.
28 Quæcunq; itaq; contra naturam mouentur, nulla dubitatio eſt quin ab aliquo extrinſecus mo-
ueantur, utpote à quo de naturę ſuæ inſtituto cogantur decedere. Nihil enim ſe contra naturam
moueret, niſi externa uis cogeret, & alienus impulſus. De iis uero, quæ naturaliter mouentur, ſo
let quæri moueantur hæc quoq; ab aliquo. Planè quæ naturaliter mouentur, propterea ita mo-
ueri uidentur, quia non ab alio, ſed à ſe mouentur. Ac animalia quidem ſine dubio ab aliquo mo
ueri neceſſe eſt. Quamuis enim neq; ab alio, neq; extrinſecus moueantur, diſcretio tamen quæ-
dam mouentis & moti ratione deprehenditur: neq; in hoc uis fuerit, moueantur ab aliquo ani-
malia necne, quippe quòd conſtet illa moueri ab anima. Sed de eo iam noſtra quæſtio eſt, quo-
nam pacto afferri ſeorſum poſſit in animalibus id, quod mouet, & id quod mouetur. Atq; hæc
quoq; facile ſoluitur: Quemadmodum in naui, & iis quæ ingenii, non naturæ ſunt opera, ita in
animalibus partes, quæ mouent ab iis quæ mouentur, diuiſæ abiunctæq; ſunt, in hunc modum
dici totum animal ipſum ſe mouere, tametſi habeat intra ſe id quod mouet, diductum ab eo cui
29 motus affertur. Erat altera quæſtionis pars, à quo nam inanima moueantur, quum naturaliter
mouentur. Quòd quidem perdifficiles explicatus habet, quia neq; ab alio moueri uidetur, neq;
externum agitatorem habere, quemadmodum ea quæ præter naturam & uim mouentur: neq;
ab aliquo quod interius, ut cauſa & principium habeatur, quemadmodũ animalia. Quid enim
afferri poſſit in illis quod mouet, diſtinctum ab eo quod mouetur, aut quod agit diuerſum ab
30 eo quod patitur? Nam hoc diſcrimen in animalibus reperitur, quippe quæ ex anima formentur
& corpore. Quæ duo capiunt exiſtimationem mouentis & moti, quando præſertim nullo gene-
re diuiduntur inanima, ſed uno quaſi glutino continentur atq; concorporant. Si enim intra ſe
authorem motus ſui aliquem gererent, qualis in animalibus anima eſt, ſi ſponte mouerentur,
ſponte etiam ſtarent, ut animalia. Sed nec unam uiam ſemper agerent, immò diuerſas, ſi ſponta-
neo agitatu ferentur, ut animalia ambulant, illa ſaltant, currunt, tripudiant, ſurſum, deorſum, pro
greſſim, ceſſim, in latus incedunt. Inanimis unus tantum motus & ſimplex deputatus eſt, eoq; ui
detur is ad certam & conſtitutam neceſſitatem naturæ referri. Quamobrem & hæc quoq; ab ali
quo quidem moueri neceſſe eſt, licet à quo habeatur hoc, eſt incertum. Sed tamen quemadmo-
dum hoc quoq; accipiendum ſit, inſtruemus.

31 HOrum quæ mouent, alia ſecundum ſuam naturam mouent, alia contra ſuam na-
turam, ut quũ claua ferrea lapidem mouet: nam neq; qua ferrea eſt, neq; qua gra-
uis lapidem leuat, neq; motus huius cauſam intra ſe poſſidet, ſed extrinſecus acci-
pit, atq; imbibit uim mouendi. Illa ſecundum naturam mouent, quæ motus illius
quem miniſtrant, principium intra ſe obtinent. Quicquid uero actu cauſa eſt, na-
turalem uim habet mouendi ea quæ poteſtate ſunt talia, quale id actu eſt quod mouet. Quod
enim actu calet, ius habet in id quod potentia calidum eſt. Nam calidum actu quotiens calefacit
id, motu ciet interiore & ſuo. Et quemadmodum quod calet cauſa mouens eſt eius quod poteſt
calorem accipere, ita quod poteſt calorem accipere: nam obnoxium atq; audiens eſt ei quod iam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

calet. Nam ut illud faciendi, ita hoc patiendi principium intus agnoſcit. Cæterum ignis, & ſimplicia corpora quum mouentur, ab alio moueri manifeſtum eſt. Sed ui, & contra naturam mouentur, quum in alienos locos truduntur cogunturq;. Secundum naturam, quum in proprios & ordinatos à natura feruntur. Ea uero delatio, qua ſe res aliqua in ſedem ſuam confert, nihil aliud eſt, niſi actus & conſumatio potentiæ eius, quam antequam moueretur, habuerat. Actum porro ab eo accipit, quod cauſa efficiens eſt ut ſit talis, quæ ultra in eo loco manere non poſſit, unde excogitata eſt. Illud itaq; quod facit ut ſe in ignem aër conuertat, cauſam quoq; habet, ut agat eo modo quo ignis & quo leue. Agere autem non poteſt ut ignis, niſi ſurſum feratur, quia actus ignis eſt ſurſum ferri. Quicquid enim ab aliquo paritur mouetur'ue, ſimul tale actu eſt, quale potentia erat, ſimulq; eum habitum recipit, quem recipere poterat: ſi nihil obſtiterit, continuo aget pro natura & qualitate habitus, quem recepit. Nam qui condiſcit, ſimul atq; condidicit etiam contemplatur, modo nihil impediat, non uoluntas, non deſidia, non occupatio aliqua. Quemadmodum itaque is, qui diſcipulum commentationem aliquam inſtruxit, cauſa eſt, cur is qui ita inſtructus eruditusq; eſt, ſponte ſe ad illam conſpectionem conſiderationemq; conuertat & conferat: ita res [a] quæ facit, ut quod graue erat, modo ſit leue, cauſa eſt ut nunc ſur-
32 ſum conuolet, quod deorſum aliquando uergebat. Eſt autem aliter ignis, aliter lignum leue potentia. Lignum potentia leue eſt, non abſoluta ſed remota: quia ſcilicet uerti poteſt in ignem. Iam ignis abſoluta & propinqua, quia ſcilicet ſtatim poteſt ſurſum aſcendere. Sicut aliter muſicus poteſtate eſt, qui diſciplinam illam nondum tenet, ſed poteſt ſi uelit, aliter qui iam quidem tenet, ſed ab uſu atq; opera procul eſt. Atq; hic medius quidam eſt habitus inter actum & potentiam ſimplicem. Sed & is qui habitum illum ſcientiæ poſſidet, medius eſt inter eum, qui nondum poſſidet, & eum qui iam in actu exercitioq; eſt. Quicquid igitur de prima illa & longinqua potentia in actum tranſfertur, apertiſſime ab alio & à cauſa extrinſecus accidente mutatur. Ignis enim non ipſe à ſe, ſed ab alio paritur, ſimiliter nec aër, nec aqua, nec terra. Quum uero iam perfecta & conſumata conuerſio eſt, iam factus ignis, iam receptus & hauſtus habitus, qui recipi hauiriq; poterat ab eo, qui omnia hæc præferebat, & poſſidebat actu, quanquam tunc quoq; potentia leuis eſt, nihilominus potentia hæc longe perfectior intelligitur eſſe, quàm prima, utpote quam ſi nihil impedierit extrarium, ſtatim inſecuturus ſit actus. uerbi gratia: Aër quoad dum potentia illa tam remota leuis eſt, & quoad dum poteſt in ignem conuerti, non conditi, ſimul uero poteſtate proxima factus eſt leuis, id eſt, ſimul conuerſus in ignem eſt, ſi nulla uis feratur, continuo ſubuolat. Quæcunq; igitur cauſa eſt, ut prior & remota potentia in poſteriorem ſe proximam conferat, cauſa etiam eſt ut actus & exercitium conſequatur. Quamobrem quotiens dicimus ignem ſuſtulli, aut terram decidere alieno actore, id ita accipi uolumus, ut quia ipſa ſe parere & procreare elementa non poſſunt, primum ab alio facta intelligantur: deinde ut conſequens fuerit ea niſu naturæ illius, in quam, commeauiſſent, ſtatim moueri, niſi quid exterius præpediſſet.

[a] *Sed poterit quiſpiam forſitan dubitare. ait Simpl. quomodo dictum ſit ea quæ mouentur local motu a generante moueri per ſe: quod enim generat ſubſtantiam & formam facit & generationis cauſa eſt. aliud autem eſt tranſmutatio quæ in generatione ſit: & alia motus localis. Præterea quod ignem generat ſimul atque eſt genitus deſiſtit ab operæ ampliuſque non tangit quandoq;: quo pacto ergo fieri poteſt vt ipſum per ſe moueat: aitq; quod qui formã generat quodam modo etiam mouet id quod eo motu aptum eſt moueri: efficit enim actum & motum illius formæ vna cum ipſa: ſicuti qui amphoram facit cauſa etiam eſt vt ea vinum contineat: non tamen qui formam facit & ea mediante motum propriæ mouet formam eo motu veluti qui lapidem manu mouet. nam mouetur ea quandoque abſente eo qui generauit.*

33 QVi uero id quod reſiſtit & impedit, amouet, partim agitat ipſe, partim non agitat. Nam qui demolitur columnam, & qui in aqua lapidem ab utribus ſeparat, primum columnam aut lapidem agitat, tum deinde ex accidenti parietem atq; utres mouet. Si itaq; omnia aut ui, aut natura mouentur, utrunq; autem, & id quod ui & id quod natura mouetur, alicunde moueri monſtratum eſt, nonne omnia ab alio moueri conficitur? Sed qui hærent cum his illa, quæ nobis olim dicta ſunt, naturalia cor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pora intra ſe habere principium quietis & motus? Certe [a] hærent, atq; ita intelligenda ſunt, ut rem habere intra ſe principium motus, nihil aliud ſit, quàm naturâ habere audientem, idoneam, habilem, ut in id ſe uertat quo extrema uis imperat, & in quod poſtquam eſt uerſa, tali ſe aut tali motu (niſi quod obſtet) exerceat. Quàm itaq; quicquid mouetur ab aliquo moueatur, ex iis quę diximus, indubitabili luce colligitur.

[a] *Quærit hic Alexan. ſi id naturale eſt: vt Ariſto. ait: quod principium habet vt patiatur & moueatur: qui fieri poteſt vt corpus quod circulari motu agitatur: cœlum videlicet: naturale ſit ipſum enim eſt a paſſione liberum. Et multipliciter res pendet. Primo quod ea ratione: quæ non eſt immobile corpus hoc: ſed ab alio in aliud mouetur non eſt a poteſtate liberum quatenus vero poteſtatis eſt particeps: eatenus etiam paſsibile eſt quodammodo. hac igitur ratione motus principium in ipſo etiam eſt quod moueri poteſt. Vel rectius quidem: ait ipſe: dicendum eſt non eo modo intelligendum diuino huic corpori motum ſecundum naturam ineſſe quo rebus inanimatis. ſed quo ea quæ ab anima mouentur: quæ quidem non ab externo aliquo motore: ſed internæ cauſam habent motricem principiumque motus actiuum: ſed ſi hæc vera ſint: ait deinde: cur non etiam principium habet quo poſſit ſtare: poſſit in contraria moueri. reſp. primo in contraria moueri non poſſe quia circulationi nihil contrarium eſt non quieſcit autem tum ob id quia non mouetur ad id in quo: cum eo fuerit peruentum: ſit neceſſe ſtare: tum quia quiete non eget: quæcunque mouentur & a ſeipſis ſtandi naturam habent: ea etiam poteſtatem habent vt ex ſeipſis quieſcant. Simpl. vero hanc reſponſionem poſtremam perpendens: ait hæc protuliſſe Alexandrum iuxta eam opinionem quam de anima cœli habuit in commentarijs libri ſecundi de cœlo: eandem ſcilicet eſſe in cœlo animam & naturam. ibi enim in hunc modum ſcriptum reliquit. nos autem oſtendere nitimur non aliam quidem eſſe corporis diuini naturam. aliam vero animam. ſed veluti grauitas terræ & leuitas ignis & non multo etiam poſt ait namque alia ab hac erit eius natura. anima enim perfectior quædam natura eſt. vnde rationi conſonum eſt corporis perfectioris perfectiorem eſſe naturam. Hæc autem omnia conformia ſunt opinioni eius de anima. credidit enim animam actum eſſe a corpore inſeparabilem veluti etiam natura eſt.*

34 MOuentur uero omnia ab eo, quod mouet bifariam. Nam aut mouet tantum, non etiam mouetur, aut ipſum quoq; alicunde mouetur & mouet. Exempli gratia: Lapis moueri poteſt ab homine, moueri poteſt à claua. Quum mouet homo, tunc is originem totius motus intra ſe poſſidet, nec agitatur extrinſecus: cum mouet claua, tunc ea & motum lapidi præſtat, & ab alio accipit, proinde origo motus non in claua habetur, ſed ad uim refertur. Nec abitur tamen in infinitum, ſed ſtatur in aliquo quod iam alicunde non mouetur. Lapidem mouebit claua, clauam manus, manum homo, hominem nihil niſi ipſe ſemet. Sanè lapidem mouet & homo & claua, ſed homo potiſſimum mouet, tum quia clauam homo mouet, hominem claua non mouet, tum quia ſine homine claua non mouet, ſine
35 claua homo moueret. Ergo manifeſtum eſt id, quod cæteris fons & principium omnis eſt motus, etiam ſi interceſſu alterius interuentuq; moueat, nihilominus cauſam illam interius gereret: eo fieri, ut quicquid mouetur ab aliquo quod ipſum ſe moueat, moueatur aut ſtatim & proxime, aut mediis rebus quæ moueantur & moueant, ita ut illud tandem primum ſummumq; teneatur, quod iam procuratione nullius, ſed à ſe cæteris motum miniſtret & afferat. Nam ſi id moueri ab alio dicatur, id quoq; à quo mouetur, moueri dicetur ab alio, & illud rurſus ab alio, ut in infinitum inquiſitio iſta caſura ſit: quod fieri nullo modo poteſt. Si enim nullum caput cauſarum mouentium haberetur, quòd motus totius exordia prima reciperet, nullum utique motum geri adminiſtrariq; uideremus. Præterea ſequeretur in magnitudine finita tempore finito infinitum motum poſſe conſtitui. Nam ſi infinita ſint ea, quæ mouent & mouentur, neceſſe eſt ex iis concreſcere magnitudinem aliquam infinitam: non quidem quę ex omnibus alioquin tam diuerſis & pugnantibus coaleſcat, ſed quæ ſaltem unitate attigua coëat. Quicquid enim mouet,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quia mouetur, neceſſe eſt tangendo moueatur & moueat. Sed colligamus quid nobis hactenus rationes ſuperiores attulerint. Si neceſſarium eſt omnia quæ mouent, moueri itidem aliunde, ex duobus alterum relinquitur, aut ut in primam cauſam mouentem (ſed immobilem) ſtandum ſit, aut ſi non immobilem, ſaltem in eam quę ipſa ſe moueat. Quum enim id quod mouet omne, aut moueri aut non moueri neceſſe ſit: & ſi non moueatur, eſſe immobile, ſi moueatur, aut à ſe aut ab alio moueri: quumq; aſſertum ſit non ſequi aut ab alio moueatur omne quod mouet, reſtat, ut ſi id mouetur, moueri à ſe nulla dubitatio ſit, præſertim quum ſit fere conſentaneum, ut id quod ſe ipſum mouet, potior cauſa motus eſſe intelligatur, quàm id quod ab alio mouetur. Id enim quod per ſe tum prius & præſtantius pluriſque eſt, tum cauſa quoque ei quòd per alterum agit.

40 AVnc alio capite diuidentibus quærenda ratio eſt, qua id quod ſe ipſum mouet, mouere dicatur. In primis ſecandi uidentur modi, quibus ipſum ſe aliquid moue-re poſſit intelligi. Quoniam itaq; magnitudinem quæ mouetur, continuam eſſe confeſſum eſt, neceſſe eſt ſi quid ſe moueri dicatur, ut aut totum à toto, aut totum & partem à parte, aut totum à parte, aut partem à toto, aut partem à parte exiſtimemus moueri. Hoc poſtremum in duo membra diuiditur. Nam aut ita pars à parte mouebitur, ut ſingulæ partes à ſingulis uice inuerſa & mutuo moueantur: aut ita ut una pars moueat, altera è conuerſo non moueat. Atq; hoc ſignificatu ultimo accipi oportere id monſtrabitur, quod autocinetum, id eſt, quod per ſe moueri, ſiue quod ſemet mouere dicatur. Nam reliqui diuiſionis illius modi in eo conſentiunt, atq; id peccant omnes, quòd totum à toto moueri ſignifi-
41 cant. Quod quidem contingere non poſſe, clariſſima ratiocinatione paulopoſt docebimus. Primum hoc mandandum memoriæ eſt, præter membrum ultimum cætera eandem plagam accipere. Nam ſi à parte totum mouetur, ipſam ſe quoq; illa pars mouet: nam adempto ſubſiduo, quod ab hac parte dicitur moueri, relinquetur ſola pars hæc quæ ipſa totam mouebit. Eadem inductio competet, ſi à toto partem moueri dixeris. Idem eueniet ſi mouere ſe partes mutuo ſingulæ ſingulas cenſeantur. Nam ſi ſingulæ mouent eas, à quibus mouentur, ſingulæ quoq; ſe ipſas mouebunt, aut ſtatim aut per medium. Non fuerit ab re diuertiſſe huc tantiſper, ut modi
42 illi in idem recidere uiderentur. Quàm uero abſurdum ſit totum à toto ſe moueri, multis è locis fides aſtruitur. Primum quæro, utrum eodem motu quo quid ſe mouet, moueatur, totum à toto an diuerſo. Si diuerſo, illud iam non mouebit ſemet, ſed quando diuerſi ſunt motus, id quod mouetur, intelligitur alterum ab eo quod mouet. Si eodem, non uideo quemadmodum aſſequi cogitatione quis poſſit, eodem motu deferre deferriq; aliquid, afficere affici. Non abſimile id futurum, atq; ſi eandem rationem & diſcere ſimul & doceri dicamur, eandem ualentiam ſanitatemq; curare & recurari. Quanquam autem ſunt hæc obtuſiſſima, fortaſſe tamen ineptiora incommodioraq; uidebuntur, ſi recolere & meminiſſe ſuperiorum placuerit. Quicquid aliquo mouetur, id potentia eſſe ad quod mouetur. Quod enim caleſcit, erat potentia calidum, & quod frigeſcit, potentia frigidum. Item quicquid mouet, actu eſſe id ad quod mouet. Exempli gratia: Id quod calefacit, actu eſſe feruidum: id quod frigeſcit, actu eſſe gelidum. Hæc ſi ita ſunt, ſi id quod ſemet mouet à ſeipſo, id eſt, totum à toto mouetur, eodem reſpectu & actum & potentiam præferet: potentiam, quatenus mouetur: actum, quatenus mouet. Iam perfectum ſimul & imperfectum dicetur: imperfectum, quia potentiam obtinet: perfectum, quia in actu conſiſtit. Quare & calidum ſimul & frigidum uidebitur: immò calidum & nondum calidum, frigidum & non frigidum fuerit. Relinquitur ergo eius, quod ipſum ſe mouet, partem eſſe quæ moueat, partem
43 quæ moueatur. Ea quæ mouet prorſus ipſa immobilis eſt: ea quę mouetur, interim aliud quoq; extrinſecus mouet, interim tantum mouetur. Atq; hoc in animalibus uidetur facillimum. Nam animalia eius generis ſunt, quæ per ſe moueri dicantur: mouentur illa eo quo declaratum eſt modo. Seorſum enim habetur id quod mouet, & immobile eſt, ut anima: ſeorſum id quod ab anima mouetur, ut corpus. Corpus uero non etiam neceſſario aliud mouet, ſed aliquando mouet, aliquando non mouet. Cum lapis trahitur, tunc mouetur & mouet: at quum dormitur, non mouet ſed mouetur: nam & nutritur & creſcit & ſpirat. Hactenus liquido apparet, in re quæ ipſa ſe mouet, diſcretionem haberi mouentis & moti: ac partem quidem illam quæ mouetur, neceſſario corpus eſſe, quia quicquid mouetur, neceſſe ſit eſſe continuum. An uero altera quoq; pars quæ mouet, corpus ſit, nondum, ſed in loco docebimus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

44 ET ſit autem aliquid mouens immobile, etiam alia uia probauimus. Nam ſi aliquid eſt quod mouetur & mouet, aliquod quod tantum mouetur merito, ne dicam ne ceſſario, [a] aliquid debet eſſe quod mouet & non mouetur. Hanc collationem exempla ſingillatim de rebus ſumpta, feriam faciunt. In omnibus quæ de duobus conſtant, ſi alterum poteſt eſſe per ſe, poteſt & alterum. Verbi gratia: Ex uino & melle mellities conſtat, ſi poteſt mel ſine uino ſeorſum conſiſtere, poterit & uinum ſine melle ſeorſum haberi. Ita quum aliqua ſint quæ moueantur & moueant, ſi inueniuntur quæ moueantur tantum, inuenientur etiam quæ tantum moueant. Ex iis omnibus ratiocinatio tota colligitur hoc modo: Omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, id quod ſupra aſſeruimus. Quia uero exiſtimatio iſta in infinitum exire non poteſt, id quod primum mouet, aut ſtabit, aut ſemet mouebit. Si ſtabit, erit immobile: ſi ſemet, mouebit. Requiro illud primum quod motum miniſtrat, quando nihil à ſe totum à toto moueri probatum eſt, ita ſemper defenditur immobile, quod cæteris fons atq; principium motus ſit. Igitur Anaxagoras recte, qui mentem immobilem ſtatuit, quam motus principium ſtatuiſſet. Ergo authorem motus primum eſſe immobilem oportere, ſatis effectum explicatum eſt.

[a] *Non eo ordine Themiſt. proceſſit quo Ariſto. in his comprobandis ſicuti patet ſi inuicem conferantur ambo. Ariſto. enim longe ſuperius rationem hanc adduxit. hic autem eſt animaduertendum, quod verba ea latina: merito ne dicam neceſſario, græce ita ſe habent:* ἔυλογον ἵνα μὴ ἐρῶ μὲν ἀναγκαῖον *quæ ex Ariſto. ſunt excerpta quæ quidem perpendens Simpl. ait: ob id ita locutum: quia quaſi ex quodam conſecutionis modo & non demonſtrationis neceſſitate videtur collecta ratio hæc: & ſi fundamenti neceſſario inniti videatur. Vel forſitan etiam id non eſt in omnibus vſquequaq; verum, quod ſi duo ſint: quæ inuicem iuncta & compoſita inueniantur: ſi alterum eorum poteſt eſſe per ſe: poſſit etiam per ſe alterum eſſe. Syllaba enim quæ ex vocali conſtat & conſonante reperitur: & vocalis quidem per ſe proprium habet ſonum ſolaq; poteſt proferri: conſonans vero non niſi cum vocali: quia ergo in quibuſdam licet ad modum paucis fallit ea regula: ideo non probabilis hæc eſt & recte ait Ariſt. cumq; imitatus Themiſt. merito ne dicam neceſſario.*

45 AEternum quoq; eſſe primum motorem hinc licet cognoſcere, quia ſi motum eſſe æternum neceſſe eſt, id quoq; quod ſit huiuſmodi motus cauſa, æternum eſſe & perpetuum conuenit ab omni mutatione conuerſioneq; liberum interitus atque ortus immunem. Porro quærere utrum quicquid eſt æternum, moueat tantum, non moueatur, nihil ad rem pertinet. Concedamus autem ſi cui id placeat, plura eſſe mouentia, & quidem immobilia, quæ interim ſunt, interim non ſunt: quales fortaſſe animalium, tametſi non omnium, animæ uideantur. Quamobrem uero animalium genus indefecta ſerie attineatur, & quemadmodum animæ eorum quandoq; ſint, quandoq; non ſint, & qua ratione nunquam iſthic ſucceſſus procumbat, certam eſſe cauſam, & neceſſariam, & immortalem oportet: quia immutationis & ſubrogationis æternæ non poteſt cauſa eſſe aliqua non æterna. Nam illud edocenter ac ſcite dici non poteſt corrumpi ſemper cum rebus, quæ occiderent ſua principia, ſubindeq; oriri cum rebus ſubcenturiari anticipareq; alia, atq; ita munus ſucceſſionis obiter impleri, & perpetuo contineri. Nos ſummam illam & principem cauſam, & uerum principium quærimus. Nam aliæ cauſæ, quæ uiciſſim fiunt, ut animalium animæ, innumerabiles infinitæq; ſunt, neq; ullo pacto ſimul habentur. Cur enim hoc potius, quàm illud principium fece-
46 ris. Prorſus perpetuæ huius continuationis rerum, & nunquam caſuræ conſtituendus eſt author ſempiternus & ſtabilis, nullo fine defectionem æui facturus. At principia corruptilia, ſi qua huiuſmodi ſunt animalibus, cõmuni caſu cum animalibus corrumpuntur cõmoriunturq;. Erit igitur ptæter hæc, cauſa utique altera quæ efficiat, ut principia illa uim habeant generandi pro-
48 creandiq; reliqua. Cæterum [a] ſi ſatis eſt ex antelatis oſtenſum, motum eſſe aliquem cõtinuum & ſempiternum (quod enim deinceps & conſequens eſt, neq; continuum eſſe, neq; ſempiternum poteſt) neceſſario ea res, quæ ſempiternum illum motum intemperat, una ſempiternaq; eſt. Nam ſi alia atq; alia diuerſis temporibus probaretur, profecto motus ab ea continuus proficiſci non poſ-
49 ſet, ſed alius atq; alius, & proinde ut ſectus & conſequens proueniret. Ex iis affirmare, atque adeò

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſine dubitatione decernere poſſumus, primum haberi quiddam atque immobile principium re-
50 rum. Reliquas poteſtates unde animantes mouentur, nec ſcienter, nec proprie appellari principia.
51 Primum, quia neq; motuum quoque, quibus animalia moueantur, cauſas omnium habent: ſed unius modo qui ad locum pertineat (Is enim ſolus interiore uia natura cietur & æditur, reliqui extrinſecus afferuntur) Neq; animales, ſed naturales cenſentur auctio, minutio, ſpiratio. Quod genus nō ab aliquo nobis inſito principio miniſtratur, ſed à circundante nos aëre, aut à cibo, qui pro alimento nobis additus ingeſtusq; ſit. Deinde uel eius quoque motus qui uerſatur in loco, quem ſolum diximus ſponte ab animalibus gigni, non tota ratio intus eſt, ſed occaſio atq; inuita mentum habetur extrinſecus. Ferè enim ad cupedias cibi mouentur, aut quod alio genere deforis oculos teneat. Vnde fieri nequit, ut ullo motu continue moueantur. Nam ſi non aliud, neceſſario ſomnus coquendo cibo requiritur: at quum dormiunt animalia, certe ſtant, nec mouentur à ſe. Sed altera cauſa eſt, cur ea interim quieſcant, interim moueantur. Atq; ea cauſa tametſi ſemper moueat, non tamen ſemper eodem modo ſe habet, neque ſemper æqualiter afficit animalia.
52 Manifeſtum eſt itaque ex iis, quæ diximus, oportere unum primum eſſe, quod moueat, nec moueatur utiq; ſi, quemadmodum probabimus immortalis & æternus eſſe motus debet. Si item neceſſarium eſt ut mundus, quia circumactu continuo uoluitur, & moueatur in ſe, & nihilominus ſtare intelligatur. Sicut enim ea natura primi principii eſt, ut & moueat, & ſit immobile, ita ad quod mouetur inde, utraque ratione participat. Nam ſi ad partes reſpicias, mouetur, ſi ad totum, perſtat immobilis.

Ex his ait Simpl. inſurgere poteſt dub. & non admodum leuis. in antehabitis enim hoc eſt in principio octaui oſtenſum eſt motum eſſe æternum: non quidem qui continuus ſit: ſed ob id quia ſemper neceſſe ſit quamlibet mutationem aliam præcedere: & quamlibet etiam: quamuis poſtremam aliam ſubſequi. Sed hac quidem ratione probatur quod motus ſit æternus non qui continuus ſit: ſed qui deinceps & conſequens. Reſpondet Simpl. verum eſſe quod in principio probatum eſt, ſemper motum eſt conſequenter. hoc enim euidens erat in his maxime rebus quæ hanc nobis proximam regionem occupant ſub lunæ globo. in his enim ante quamcunq; mutationem alia præcedit ſemper: & poſt quamcunq; etiam alia ſuccedit. Sed deinde accipit tanquam ex ſuppoſitione quadam quod neceſſe ſit, quod mutationibus his ſe inuicem viciſſim conſequentibus ſit prior mutatio quædam continua: quæ cauſa ſit & auctor ſucceſſionis huius indefectæ & ſempiternæ. demonſtratum eſt ergo ſeriem motuum qui viciſſim ſe conſequantur perpetuam eſſe in his quæ hanc ſub luna regionem incolunt. verum hæc conſtare non poteſt niſi ab vno continuo motu cuſtodiatur.

53 QVod ſi primum mouens ſempiternum immortaleq; eſt, illud quoq; quod inde primum mouetur ſempiternum immortaleq; fuerit. Si enim aliud haberetur, cui primo rector ille primus motum afferret, continuus aut unus motus eſſe non poſſet. Sed quorſum dixi, cui primo motum afferret? Quoniam illa quoq; quæ oriuntur & occidunt, à principio mouentur immobili, non tamen ſtatim & proxime, ſed mediis in interſtitio plurimis: alioquin terrena hæc neq; mutationes conuerſiones q; poſtremo neque interitus aut ortus haberent, ſi nullum corpus inciderent, quod à cauſa illa immobili & principe moueretur, quodq; ſubinde reliqua moueretur, ita ut mortalitati uicaria & ſempiterna ſubiectione ſuccurreret. Nam quum primum illud ac ſummum ſemper ſui par, ſuiq; ſimile ſit, non poteſt eodem modo ſemper atq; uniformiter non mouere. Neq; aliqua ratio eſt, qua ad mutua rei mobilis obſtringatur, aut ad mutationem alterius uariet. At cœlum, & qui cū cœlo circū agitur, ſol, idcirco non eoſdem ſemper effectus pariunt, quia rebus, quas mouent, uarie & diffor miter accidunt. Alius motus appulſu, alius abſceſſu contingit. Atq; ita diſcrimen illud hinc oritur, ut res modo exerceri agitariq;, modo quieſcere ſedereq; uideantur. Ex iis omnibus arbitror propalam factum, quidnam cauſæ ſit, cur non omnia moueantur aut quieſcant, & cur moueantur hæc ſemper, illa tantum quieſcant, immotaq; ſint. Sed & nonnulla quoq; haberi, uiſitariq; diximus, quæ modo ſtant, modo in motu atque excitu ſunt. Quum enim aliqua ſint primo finitima, aliqua ab iis ſecunda, quæ quanquam à perpetuo tamen à mobili & conuariabili principio mouentur, neceſſe eſt aliquibus eam eſſe naturam, ut iugem & uniformem motum exerceant,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aliquibus ut laceſſitum atq; difformem. Nam & principia unde mouentur, hoc differunt, quòd alterum uniforme, alterum difforme cognoſcitur.

54 SAtis erat hac indagine demonſtraſſe illud eſſe perpetuum, quod primum à primo moueretur. Sed & hoc aliunde uel apertius & cõmunitius dilucebit. Si enim neceſſarium eſt indefectum & perennem eſſe aliquem motum, qualis etiam eſt, qui per orbem in cœlo agitur, & quem agitator ille primus (quiſquis eſt) affert, profecto & corpus quoq;, cui naturale ſit circumagi torqueriq;, perpetuum eſſe & ſempiternum oportet. Nunc illud obiter explicandum, atq; alio initio aggrediendum uidetur, cur

55 motus nullus præter orbicularem perpetuo attineri continuariq; poſſit. Tria ſunt motuum genera, qualitatis, magnitudinis, loci. Is qui eſt loci, primus eſt omnium motuum, tempore, natura, præſtantia, quia ineſt in rebus & corporibus eadem dignatione authoritateq; præditis. Natura primus eſt localis motus, quia conſtat cæteros motus inſtitui ſine motu locali non poſſe, motum localem ſine cæteris poſſe, perſpicuum eſt. Primum auctio ſine delatione nõ fit. Nunquam enim crementa membris accidunt, niſi quod quis eſitauerit, biberit, ſumpſerit: confecto confici eſculenta & poculenta non poſſunt, niſi proximent accedantq; corpori animalium, ſtirpium, hominum, atq; ita ſuccus is in omnes partes diſtribuatur atq; permaneat. Ita uideri neceſſarium, ut aut nos qui creſcimus, aut cibus ipſe quo alimur, aut utrique locum ex loco uertamus. Auctio igitur & minutio ſine loci mutatione miniſtrari non poſſunt. Sed neq; alteratio. Cum enim qualitatum quæ ad motum hunc pertinent, omnium principia denſitas & raritas ſint. Nam grauitas, leuitas, mollitudo, aſpritia, calor, & frigus, quanquam neq; raritates dici, neq; denſitates poſſunt: ab iis tamen prodeunt, patiunturq; ſine dubio. Denſitas porrò & raritas ex concretione proueniunt, concretio & ſeceſſus non fit, niſi partes loco demigrent. Generatio quoq; & corruptio poſteriores natura hoc motu ſunt. Siue enim nihil ſunt aliud, quàm concretio & ſecretio, ut Democrito placet, ſiue (ut nobis uidetur) ex alteratione proueniunt: quandoquidem ortum atq; obitum rerum concretio & ſecretio uidentur præcedere: utrum dixeris prior aliquis motus ob locum inuenietur. Ita prima pars propoſitionis noſtræ aſſerta eſt, ſine motu locali nullum motum poſſe conſi-

56 ſtere. Nunc paucis altera quoq; ueriſſima eſſe monſtrabitur, ſine cæteris motibus localem poſſe inſtitui. Sed quid hoc facilius? quænam obſecro neceſſitas? ut id quod in loco fertur, augeſcat, & altereſcat, naſcatur, aut intereat. Hactenus probatum eſt motum localem inter omnes motus primum eſſe natura. Nunc dicemus quemadmodum primus quoque ſit tempore. Hunc motum

57 æterna ſolum agnoſcunt (perinde qui ſolus ingenio ſit ad continuandum & perennandum apoſito, quod infra mox æſtimabimus) Aeterna caducis & genitis priora ſunt tempore. Igitur motus illorum prior tempore, quam cæterorum habebitur. Diximus motum localem eſſe primum tempore & natura, nunc reliquum eſt, ut eum præſtantia quoq; & dignitate & perfectione monſtremus. Quod quidem cognitu & perſpectu facilimum eſt, tum ea ratione quòd abſolutiſſimis & pulcherrimis corporibus deputatus, delegatusq; eſt, tum quod nobis nõ iam inde ab ortu aut crepundiis, ſed poſt aliquantum temporis iam adultis perfectisq; accidit, quum firma inceſſui membra habentur. Alioquin animalia in primordio inchoata & rudia ſumus. Dicet quiſpiam, pugnant hæc ſuperioribus. Dictum eſt motum localem priorem eſſe cæteris motibus, nunc poſterior comprobatur exemplis, quando prius gigni nutricariq; animalia, quàm ingredi poſſe & mutare locum uidentur. Sed ad hoc facilis defenſio eſt. Singulatim ortus & generatio prior eſt motu locali, in uniuerſum motus localis prior eſt ortu. Neceſſariũ eſt enim, ut eius rei quæ patitur, præceſſerit aliquod pariens, quod antequã pareret, motum localem utiq; exercuerit. Nam tum quum gignit, gigni quod gignit dici aut exiſtimari non poteſt. Ita fit ut ſit neceſſe antequã quicquam oriatur, anteceſſiſſe aliquid, quod locum ex loco mutauerit. Propterea ſi generatio prima ſtatueretur, omnia quæ aliquem motum perpeſſa eſſent, priuſquam mouerentur genita atq; orta fuiſſent. Non eſt ergo generatio prior motu locali. Quod ſi generatio poſterior uincitur, ſuperfluum eſt auctionem aut alterationem priores defendere, quia auctio & alteratio conſequuntur ortum, ab eoq; ſunt ſecundæ. Illud quoq; huc pertinet quod imperfectiſſimæ animantes lo-

58 calis motus expertes uidentur, ut arbores cæterarumq; frugũ genera: & quæ, quòd ancipiti ſunt

59 natura Zoophyta nominantur. Iam ea quæ motu locali mouentur minimum de ſua ſubſtantia nanque concidunt, utpote cum hoc genere nihil integritati depereat. Non ſic ea quæ alterantur, non ſic ea quæ creſcunt, quorum alia qualitatem demutant, alia in quantitate modoq; uarian-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

60 tur. Præterea id, quod ſemet mouet, principium eſt, tum eorum quæ mouentur, tum eorum quæ mouent. Hoc autem ullum ſibi motum niſi localem uendicat. Quare uel hac ratione primus motuum localis aſſeritur. In plenum, res proprie ac ſimpliciter mouetur, quæ locum mutat. Quæ uero non mutat, ſed aut augetur, aut minuitur, aut afficitur, non ſimpliciter abſoluteq; ſed quodam genere moueri dicitur. Quàm itaque ſit primus motuum localis, puto ex iis, quæ ſunt dicta, conſtare.

61 Vnc quiſnam inter locales ſit primus, explicandum uidetur. Sanè[a] rationibus illis, quibus hoc probaturi ſumus, illud quoq; obiter cõmuni uſu monſtrabitur, eundem motum continuum & ſempiternum eſſe. Nam ex reliquis nullus ſtatui ſempiternus poteſt, utpote qui terminis extremisq; arceantur, omnesq; ſe ab oppoſito
62 in oppoſitum conferant. Generatio in ens, corruptio in non ens procumbit. Alteratio affectionum contrarietate compeſcitur, auctio & diminutio intra certos ſe magnitudinis & paruitatis limites continet. Quum itaq; contrarios aduerſosq; motus uniri & coaleſcere impoſſibile ſit, quæ uero continuantur unita & coalita eſſe oporteat, nimirum cæteri motus iungi & attineri non poterunt. Quàm uero fieri nequeat, ut ex contrariis motibus unitas & coalitus fiat, ita ut res quę illius motibus mouetur, tanquam uno duobus utatur in aperto eſt, alioquin re ab ſe intelligitur. Si ita dicatur, futurum ut res ſimul & albeſcere, & nigreſcere, ſaneſcere, morbeſcere, creſcere, decreſcere, oriri, occidere uideantur. Si igitur quod albeſit, nõ ſimul nigreſit (alioquin finis & exitus albeſcendi eſſet nigreſcere) manifeſtiſſimum puto, quum nigreſcit res altero motu agitari, quàm eo quo prius quum inalbebatur. Quod ſi nunc ſequius atq; antea mouebatur, res autem & tunc & nunc extabat, clariſſimum eſt eam, rem de uno motu in alterum proceſſiſſe interquieuiſſeq;. Nam ſi in tempore nullum interſtitium motus fuiſſet, fateri neceſſe eſt, idem contrarios motus, tanquam unum & contrarium egiſſe. Eadem ratio in generatione corruptioneq; congruit, ne attineri inuicem poſſint. Quamuis enim contrariæ omnino non ſint, opponuntur tamen & quodammodo aduerſantur. Sed differentia ea, quòd licet in utroq; genere motuum, id eſt, tum in propriis uerisq; motibus, tum in impropriis ſemper aliquid intermedium habeatur, tamen in ueri ac propriis quies media eſt, in impropriis non quies, ſed tempus intercidit. Quum enim occidit aliquid, quotiens ad non ens conuerſum mutatumq; eſt, dici non poteſt quemadmodum in non ente quieſcat. Inter corruptionem igitur quæ in non ens procumbit, & generationem
63 quæ initium à non ente capit, tempus erit interpoſſe, non quies. Alioquin ſit abſurdum, ſi id quod ortum tantiſper eſt, continuo interire dicatur, neq; tempore ulloobmanere, in ea ſoliditate euidentiaq;, quam ſibi genitura ortusq; attulit. Hactenus ſatis probatum eſt nullum motum ex reliquis poſſe haberi continuum.

[a] *Eſt animaduerſione dignum: ait hic Simpl. quod in hunc uſq; locum eſt ueluti ſuppoſitio quædam acceptum, quod nunc monſtrabitur ſcilicet aliquem eſſe motum continuum quod Themiſtius etiam græce expreſſit, qui ait* ἅμα γὰρ καὶ τὸ πρότερον ὑποτεθὲν ὅτι ἐντέκεται τινὰ κίνησιν εἶναι συνεχῆ ἀίδιον δηλὸν ἔσται τῇ αὐτῇ μεθόδῳ. *hoc eſt: una enim & id quod ſuperius ſuppoſitum eſt: quod ſcilicet aliquis motus eſſe poſſit & continuus & ſempiternus eiſdem rationibus probatum euadet. Addit præterea Simpl. exactæ ſcientiæ eſt ut una & eadem methodo plura reperiantur & ea quidem uſque adeo & uniuerſalia & utilia theoremata.*

64 Vàm uero ſolus motus localis contineri ſerie ſempiterna poſſit tantum, non omnis, ſed qui per orbem fiat, modo indicaturi ſumus. Quicquid mouetur, aut per orbem, aut per lineam directam, aut per genus aliud, quàm per orbem, quàm per directam mouetur, ut ſi per aliquid quod ſit ex utroq; permixtum. Quamobrem ſi illi ſimplices motus, qui per orbem, aut per directam fiunt, continuari non poſſunt, neq; is quoq; uidebitur, qui ex ſimplicibus componitur. Nam ſi perpetuitas eripitur ſimpliciti, cui dignius tribuatur, concreto qui uendices? Primum igitur id monſtrandum eſt motum eorum, quæ recta atq; è regione moueantur, continuari nõ poſſe: cum nulla autem infinita ſit linea, in quam aliquid moueatur, neceſſarium eſt reciprocare ad initia, & regredi, ſi continuari per rennareq; debeat. Sed ea quæ ita reſiliunt, retroq; cõmeant motibus contrariis agitantur. Nam & aſcenſus deſcenſui, & progreſſus regreſſui, & dexter ſiniſtro contrarius eſt. Sunt enim hæc ſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tus & loci diſcrimina. Cum itaq; id quod ſurſum uerſus fertur, antequam reflectatur ſtat: ſi continuus aſcenſus cum deſcenſu dicatur, nimirum quod ſurſum fertur, ſimul quoq; deorſum ferri uidebitur. Eadem plaga recipitur, ſi ratio ad reliquas quoq; differentias applicetur. Prorſus uero qui fieri poteſt, ut duo motus pugnantiſſimi coaleſcant & efficiantur unus? Certe pugnare non poteſt pugnantiſſimos eſſe motus, eum qui ad ſuperna inſtituitur, & eum qui ad inferna ſuſcipitur, quippe qui longiſſimo interuallo naturæ, ſpecieq; differant. Idem diſſidium inuenitur in cæteris motibus, ſi ad ſuos quiq; contrarios collati comparatiq; fuerint. Nam ut ſit unus & continuus motus oportet eo modo, quo unum eſt mobile, unum eſt tempus, ita unam quoq; ſpeciem motus non plures haberi. Quàm uero motus, qui hinc illuc procedit, motui qui illinc huc obuerſe reuertitur, maxime uideatur eſſe contrarius, ex eo ſumitur indicium: quòd ſi res quæ motibus illis mouentur occurrerint, mutuo ſibi obſtrepunt [a] & obuariane, tantiſperq; obliſæ inſtinent, quoad alteram ſecum attollat rapiatq;, aut in perniciem agat, quæ res contrariorum dignoratio notaq; eſt. Nam motus qui altrorſus in latusq; fit non pugnat aſcenſui. Quam uero quicquid retroflectitur, ſiue in orbem, ſiue in lineam moueatur, neceſſarium ſit interquieſcat antequam remeet, non ſolum comprobari ſenſu poteſt, ſed etiam doctrinæ indaginibus perſuaderi. Quicquid mouetur ferturq;, in quo loco neceſſario adeſt, abeſtq;, & quem neceſſario tenet & deſerit, ibidem quoq; neceſſario quieſcit & ſtat. Atq; is locus utrunq; uſum & principii & exitus præbet. Neceſſario igitur quieſcit, quia eodem momento adeſſe & recedere eodem in loco non poteſt. Alioquin fateare neceſſe eſt in eodem loco aliquid, tum eſſe, tum non eſſe. Igitur momentum aliud fuerit, in quo res adeſt alicubi, aliud in quo deſerit ſeparaturq;: inter momenta uero quamlubet prope aſcita hiat & interiacet tempus. In medio igitur tempore proculdubio res eò quieſcet, in quo adeſſe, & à quo recedere dicebatur. Planè in mediis punctis ſpatii illius directi finitiq;, ſuper quod res defertur, non eſt neceſſe res, quæ moueatur, ut adſit abſit ue: utpote, quorum nullum cõſiſtat actu. Neceſſe eſt enim, ut qui actu punctus & actu medius ſit, uicem quoq; finis & initii præbeat. Etiam uero ſi ſubiecto unus eſt, duo tamen definitione monſtrantur. Porrò in continua magnitudine, quoad motus non dirimitur, nullus punctus eſt actu, ſed tum demum actu punctus fit, quum res quieſcit à motu primum. Deinde ut conſtitit retro, indidem rurſus flectitur, ita locus ille atq; punctus, in quo motus inciditur, actu medius eſt, & finis, & exordium motus. Finis præteriti excoletiq;, exordium conſequentis & reciproci. Simulatq; igitur ſtetit res, continuo medium actu exeritur, quod ſimul principium extremumq; fit: ſimulatq; uero hoc fit, continuo res deponit, interquieſcitq;. Qui enim actu principium & finis pũctus eſſet, niſi res quæ mouebatur, conſiſteret? Cæterum quum res continue mouet, adeſſe, ac ſeparari ſimul eodem in puncto non poteſt: aut ſi poteſt, poteſt momento, non poteſt tempore. niſi quis etiam in tempore defendat, quia momentum aliquid temporis ſit, quippe quod ſecet & diuidat
66 tempus. Num igitur de punctis qui extremas margines obtinent, idem dicitur, quod de mediis demonſtratum eſt, id eſt, num, quemadmodum neceſſe non eſt rem quę continue moueatur, primum adeſſe in mediis punctis, mox ſeparari ac recedere, ita non ſit in extremis neceſſe primum appellare: tum deinde regredi reſultareq;? Et certe ſi idcirco res moueretur continue, quia puncta lineę quam percurrit, potentia nõ actu habentur, profecto quum extrema ſint actu, quæ pro principio & pro exitu eſſe poſſint, neceſſarium eſt in iis rem, quæ continue mouebat fateri, quieſcere. Si enim motus directus cum retrogrado & reflexo attineretur, punctus ille unde reciproca tio inita eſſet, neq; actu punctus, neq; finis, neq; principium foret, ſed tantum potentia, quemadmodum qui haberentur in medio. Præterea ſi punctus, qui in medio eſt, ſimul fit actu, extremũ motus continuo initium quietis conſtituitur, manifeſtum eſt rem in eo puncto potiſſimum ſaturam, & quieturam eſſe, qui iam ſit actu extremum, & ſuapte natura principium. Sed aſtringamus tandem ea quæ diximus, nec uagari amplius aut diffluere patiamur. Si res quæ continue mouetur, nullo utitur actu, puncto: immò in eo quo ſic utitur, non poteſt continue moueri, ne-
67 ceſſe eſt id, quod in linea reflexum eſt, antequam reciprocaret, ſtetiſſe. Ac dicere quidem puncta intermedia ſine euidenti eſſe, ſed poteſtate tantum haberi, uel ad defendendam Zenonis difficultatem utile oportunumq; eſt. Is magnitudinem finitam tranſiri non poſſe dicebat, utpote in qua
68 dimidia eſſe innumerabilia infinitaq; uiderentur. Verum nos reſpondebimus ſuprà, nedum infinita, ſed neq; duo quidem dimidia actu eſſe: nam ſimulatq; diuellitur, deſinit eſſe magnitudo continua. Verum eſſe dimidia infinita [b] nõ actu, ſed potentia nihil eſt abſurdum concedere. Neq;

impoſſibile

impoſſibile eſt, quæ infinita ſint potentia peragi. Quapropter is qui diſſecat & numerat, dimidia tollit, id quod pro certo in quæſtione diſcuſſioneq; ſumitur. Quæſtio his uerbis concipitur, utrum continua quantitas dimidiationem in infinitum reciperet. At uero ille cum ita proſcindit omnem continuationem à quantitate, proindeq; & à motu tollit. nam ex diuiſione quantitatis & lineæ motus quoque diuiditur. Eſt & in tempore momentum, ut punctus in linea, idemq; & præteriti finis eſt, & conſequentis exordium, quemadmodumq; puncta intermedia po
69 teſtate eſſe, ita & momenta expedit. Cęterum quamuis idem momentum futuro principium ſit, & finis præterito tempori, ſi tamen id ſpectes ad quod mutatio pertinet, rectius loquare, ſi futuro id quã præterito uendices. Verbi gratia. Quoniam eius temporis in quo Socrates occidit, momentum eſt aliquod in quo primum occiderit: ſi tempus reſpicias, poteſt hoc extremum præterito competere & tribui, utpote cuius ſit finis, id eſt, dici poteſt Socratem in fine præteriti temporis occidiſſe. Si uero rem quæ ſecuta eſt, id eſt, ipſum occaſum attendas, commodius feceris, ſi in principio conſequentis, quàm ſi in fine præteriti mortuum dixeris. Dicet quiſpiam: In fine præteriti temporis Socrates moritur, quia in toto præterito moriebatur, in principio conſequentis nõ moritur, ſed mortuus eſt, quia ueriſſimum eſt in toto conſequenti ac futuro eſſe mortuum Socratem. Si igitur momentum, ut eſt ita ſumptum ſit ſimul, pro fine, & pro initio temporis, mirum in eodem momento Socrates & moreretur & mortuus fuiſſet, quod nihil aliud eſt, quàm qui ſit mortuus uiuere Socratem, nam qui moritur, nondum eſt mortuus. Quod ſi duo momenta feceris, fateri oportet conſequentia eſſe momenta, quod protinus falſum eſt, quum tem-
70 pus ex indiuiduis conſtare non poſſit. Verum hæc quæſtio coniunctior eſt loco, in quo de motu in uniuerſum egimus. Nunc placet quam inſtitueramus, ſeriem proſequi. Omne quod recta fertur, antequam reſiliat, neceſſario quieſcere dicebamus. Atque hoc diſtinctius & exquiſitius [c] hic probabimus. Quicquid in continuo motu eſt, niſi alicunde obturbetur ad locum inſtitutum condictumq; peruenit. Porrò ad eum locum quo peruenit, motu locali prius etiam ferebatur. Vt ſi ad N, peruenit, eodem quoque antequam appelleret ferebatur, neque tunc modo quum propinquabat calci, ſed ſtatim ab initio motus ferebatur ad N, ſi ad id non per diuerticula, ſed directo & continuo itinere commigrabat. Hæc quum ita ſe habeant ſi id quod de inferiore loco ad ſuperiorẽ utitur, ſimul eo ueniſſet non ſtaret, ſed eodem continuatoq; impetu referretur, neceſſa-
71 rium eſſet, ut quum ab hinc illuc ſubire occœpit, huc quoque ſtatim moueri cœpiſſet. Quod tametſi per ridiculoſius eſt, quàm ut improbandum, latius tamen quàm ſit abſurdum patebit hoc genere. Si enim id omne, quod deſcendit ex ſuperiore loco, ad inferiorem deſcendit, manifeſtum eſt, ſi id quod ab inferiore fertur, continue ferri deorſum, & deſcendere concedatur priuatim in loco ſuperiore, utpote in quo nunquam uideatur futurum. quod prorſus impoſſibile eſt. Ita efficitur, ut res prius quàm reditum capeſcat, in ſuperiore loco quieuerit. Quare motus primus cũ
72 ſecundo contineri non poteſt, quando quies interſita ſeriem diuellit & dirimit. Eſt alia ratio accommodatior. Quicquid ſe in album ex nigro aut ex non albo conuertit, omnes colores qui albi non ſint, fuſcum, flauum, purpureum abiicit, illum unum qui ſit albus acquirit: nam in fine mutationis ſimul & prior color abolitus eſt, & albedo concepta. Si igitur in eodem extremo, id eſt, eodem momento ex albedine in nigritiam recipocraret, tres functiones eodem puncto obiret, inalbeſceret, denigreſceret, renigreſceret. Quamobrem is qui de nigro in album eſt motus, nulla ratione coniungi poteſt cum eo, qui contrariam uiam de albo in nigrum inſtituit: aut ſi qua poteſt coniungi, id beneficio temporis accidit, cuius perennis continuatusq; fluor, motus quoquè qui ſimul agantur uideri continuatos facit. Non tamen ita eſt, ſed uniuerſum tempus ſempiterna ſerie continetur, motus deincipes & conſequentes habentur. Nam qualiſnam obſecro albefactionis, nigrefactionis' ue exitus fuerit, quando illud, niſi qui dementet, tueri non auſit, albefactionis extremum eſſe nigreſcere, nigrefactionis albeſcere. Atque hæc incommoda eos ſequuntur, qui motus omnes poſſe continuari defenderent.

[a] *Ratio hæc a ſigno ducitur: & ſignum ab Ariſt. proprie appellatur ait Simpl. quia ex poſterioribus & conſequentibus priora probat. nam quod ſibi mutuo obſtrepant non eſt in cauſa cur aliqua ſint contraria: ſed potius contraria conſequitur.* [b] *Sed qui fieri poteſt: ait Simpl. vt ſint potentia infinita dimidia ĩ linea. quod enim potẽtia eſt: id omne eſſe actu poteſt: & qui actu eſſe ſuppoſuerit: & ſi falſum quidẽ forſitan dicat nõ attamen ſupponit impoſſibile quid: erunt itaq; infinita.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

at in tertio huius operis libro mõſtratũ eſt: nequaq; fieri poſſe vt ſit vel magnitudo vel multitudo infinita. Qui reſpicit id ſcilicet dimidia infinita potẽtia eſſe: audiendũ eſſe pro eo: quod eſt ĩ infinitũ poſſe diuidi: hoc enim fieri ĩ linea poteſt, nõ quod ſint potentia infinita dimidia: niſi quis ea propter infinita appellare uoluerit id quod in infinitũ diuiditur: quia nunq; ea diuiſio ſit finem ſortitura.

c Quod latinus interpres diſtinctius & exquiſitius eſt interpretatus: græce λογικότερον *ait Themiſtius ſicuti & Ariſto. verum hoc in loco rectius fortaſſe interpretari poſſet logice magis uel dialectice. ait enim Simpl. locum hunc exponens: logicas rationes eas appellat: quę non ex his conficiuntur quæ propria peculiariaque ſunt rei quæ probatur: ſed ex generalioribus quibuſdam quę alijs etiam rebus poſſunt accommodari. has etiam rationes dialecticas ſolitus eſt appellare: ac ſi ex probabilibus conſtent. in his igitur rationibus ea aſſumuntur quæ non his modo congruunt quæ ſecundum locum mouentur: uerum omnibus quæ de oppoſito in oppoſitum mutantur: uerum rationes priores: quæ uel ex differentijs motus qui fit per lineam rectam: uel ex ſubiecta magnitudine accipiuntur per quam fit: utpote quæ ex his conſtent quæ peculiaria ſunt & per ſe competunt: proprias appellat Ariſto. eaſdemque demonſtratiuas.*

73 SOlus itaque motus per orbem nullas anguſtias plagasq; accipit, ſi continuus dicatur. Nam id quod (uerbi gratia) ex A, puncto mouit, uno met impetu frequentationeq;, atq; ut ita loquar, propoſito ad eundem punctum in linea circulari fertur: non enim ad aliud punctum ante peruenerit, quum nullum ſit actu punctum in circulos, ſed neque ab alio puncto reſiliet, aut regredietur ad A, quia ſimul ad A, & ad B, mouetur. Nec tamen contrarijs motibus agitur: nam neque motus omnis ex A, contrarius motui eſt, qui ad A procedit, ſed hoc tantum in ſpatio directo comperias, ubi & finis & initium actu ſpectatur, & res quæ ita alternat eodem puncto bis modo ut fine, modo ut principio utitur. Proinde neceſſarium eſt cum reflectitur, ut eodem in puncto adſit, & ab eodem recedendo mox abſit, unde fit, ut motus huiuſmodi continuatus eſſe non poſſit, ſed medium aliquod tempus ad pauſam quietemq; corrogetur. At in ſpatio ſphærico quid uetatur motum geri, continuum nullo fine, nullo initio uendicari. Nam dicat aliquis uelim, quod initium, quem finem in circulo ſtatuat, poſtremo quod punctum afferri poſſit, in quo neceſſe ſit id, quod inibi mouetur, prius quàm moueatur quieſcere? Ita ſphæricus motus alternando reciprocandoq; ſolus non diſtrahitur, cæteris interſtitium & diuulſio motus in ipſa permutatione redeundi repedandiq; accidit, quia prior ille ſemper ab eodem in idem reuertitur, alteri nunquam in illud unde profecti ſunt, ſed in aliud diriguntur. Accedit quod circularis motus nunquam in eodem ſpatio eſt, quia nihil actu definitum in circulo habeatur, ſed incerta interminataq; utrinque ſecus extrema omnis circumferentiæ ſunt, adeoq; ſemper alia atque alia circumferentia circulo oritur. In recta linea idem ſpatium poteſt ſæpe decurri, ut quum quis hinc illuc, & illinc huc denuo commeet, quia præſcripta & ſignata ſunt extrema, quapropter neceſſe eſt, ut interquieſcat antequam retro ſe in uiam det. Propterea enim ſpatium idem plerunque alternari rediriq; poteſt, quia res in extremis qualemcunque morulam trahit, pedem antequam referat. Nam ſi non interquieſcet, continuato utique motu acta retro fuiſſet, ut in circulo contingit. Neque rectus autem ſolus non eſt continuus, ſed neque circularis quoque ſi reflecti poſſit, nec in orbem ferri torqueriq; uideatur, quia finis cum principio iam non confunderetur, neque puncto aliquo tanquam uno, ſed tanquam duobus uti contigeret. Quamobrem tunc eadem linea tametſi ſphærica peragrari ſæpius & replicari uidebitur, utpote quam non ut continuam unamue amplius, ſed ut deincipem & conſequentem repetere ac recurrere liceret. Quum uero non reflectitur quod in circulo mouetur, ſed in orbem circumagitur, tunc ſpatio illo ut uno & continuo utitur, ſimulque ſe uno conniſu & frequentatione circumfert. alioquin qua dignoratione uices illas numeraueris, quarum neq; conſtitutum principium, neq; certus exitus habetur. Simulatq; enim aut principium aut extremum aſſignans in circulo quietem irrequieto tribuis. Quòd ſi aliquis ſibi quaſdam uices intelligit, id eo euenit, quia ſecum ipſe punctum aliquem in circulo tanquam principium ſtatuit, alium tanq;
74 finem affingit. Ex iis late patet nonnullos phyſiologos ueteres perperam ſenſiſſe, qui dicerent

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

omnia in continuo motu esse. Quum enim moueri omnia circulari motu neq; possint, neq; ipsi putarent, sed & corrumpi generariq; aliqua, augeri alia & diminui, nonnulla etiam alterari atque affici fatererentur, præsertim qui ortum & interitum rerum alterationes esse defenderent. Quum igitur circulari motu moueri omnia non possint, cæteri uero motus, qui in contrariis formis & qualitatibus continentur, neq; perseuerantes neq; perpetui sint, conficitur, ne omnia in continuo esse motu agitatuq; uideantur.

75 QVàm uero prima delationum sit ea quę exercetur in globo, nunc uero aperiemus. Quæque delatio (ut supra est memoratum) aut orbicularis est, aut directa, aut ex utroque motu permixta. Simplices uidentur priores esse permixtis, quia prio/ra sunt initia quàm quæ de initiis prodeunt. Ita restat, ut ostendamus sphæricam esse priorem directa. Omne quod recta fertur, aut finitam aut infinitam lineam peragrat. Infinita linea esse non potest, & si esset ulla, nihil posset in ea moueri. Non enim fit quod impossibile est factum esse: infinitum uero impossibile est ut sit percursum. Non igitur percurritur. Si autem finita sit linea, aut reciprocat & motus dirimitur, aut non reciprocat, & iam quiescit consumpto & interstincto motu. Solus itaque orbicularis simplex sempiternusq; est, sed & natura prius ac tempore. Nam etiam si non esset speciatim probatum circularem esse perpetuum, sed solum illud ostensum, aliquem motum posse immortalem & sempiternum in/stitui, quum primum tamen constat aliquem de cæteris motibus prærogatiuam illam ferre non posse, tenetur id genus motui sphærico ascisendum. Extra hoc ratione quoq; idem asseritur, solum orbicularem motum esse continuum & perennem in motu directo. Definitum princi/pium est, definitum medium, definitum extremum, ita ut assignari possit tum locus unde mo/ueri res cœpit, tum locus quò perfecta res est. In orbe neq; principium, neque extremum ascribi/tur. Non enim punctus hic potius quàm ille principium extremum ue fuerit, sed singuli uicem principii, medii, extremiq; possident. Semper igitur quod in orbem rotatur, in exordio est, sem/per in meditullio, semper in exitu. Dicitur tamen quadãtenus cœlum quiescere, propterea quòd nunquam toto orbe locum egreditur. Cur autem simul moueri cœlum & stare dicatur, ea cau/sa est, quòd principium finisq; rotundorum proprie centrum est. Principium ea ratione, quia de finitio globi & rationis eius essentia de centro & cardine nascitur. Nihil enim aliud est globus cir culus ue, quàm æqualis undiq; secus à centro distantia: Finis propterea, quia lineæ à summo cur uamine in directũ extractæ recipiuntut, & procumbunt omnes in centrum, inibiq; coniuæ sunt. Quia igitur nõ ad finem, sed circa finem tale corpus mouetur, finis uero semper eundem locum obsidet, iccirco quod in rota mouetur, semper mouetur, quia nunquam potest finem attingere. Eundem autem locum semper obtinet finis, qui est centrum, quia semper quiescit & immobi/
76 le est. Merito igitur orbicularis motus reliquos mensurat & regit. Dies, nox, hora sine dubio motus sunt, hos conuersio cœli mundana metitur. Cæterum humanas res in orbem necti, & ad instar sphæræ circumagi, uerbum uerum & ab hoc motu sumptum uidetur. Sed & æquabilem & parilem esse agitatum illum necesse est. Nam ex directis qui impulsu & ui cõtra naturam cien tur, inæquabiles esse nulla dubitatio est. Sed & naturales quoq; & spontanei quanto plus ab ini/tio separantur, eo citatiores pernicioresq; sunt. Proinde sibi celeritatem obitem obiter corro/gant, quæ nam mouentur, quia quo proprius accedunt ad calcem, eo iunctiora sunt cognatis, & sibi salutaribus locis.

[a] *Quæ vi impelluntur quo plus ab initio separantur tardius mouentur euanescente vi eius qui impulit: quæ vero naturaliter mouentur: ait Simpl. velocius & hoc ideo quia magis his est propin quum: quæ sibi cognata sunt: vel quia semper minus fit id quod impedit diuidique oportet: quod ve ro minus est facilius potest diuidi. vel etiam quia id: quod loco proprio ac peculiari magis est vi/cinum minus est contrarium magisque simile. vel ob id quia: cum motum auspicatur a contrario est nuper permutatum: neque adhuc penitus est qualitatum illius expers a quibus in has est transmu/tatum: & quanto magis procedit sincerius euadit. nam si hoc motu mouetur ob eam transmu/tationem qua in hoc ipsum quod factum est conuersum est: cum perfectæ sincereque fuerit ver/sum: velocius mouebitur. nam virtutem qua mouetur perfectiorem tunc erit adeptum.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

79 PRobatum eſt ſuprà primum motorem oportere immobilem & ſempiternũ eſſe, nunc parte operis ſumma indiuiduum & incorporeum eſſe docebimus. Ac primum quidem cõſtituamus, omne quod mouetur à corpore non natura nutu ue ſuo, ſed aliena ui atque extrinſecus moueri, cernimus non eorum quæ hoc genere mouentur & mouent, uim maiorem diutius mouere idem ponderis, quam minorem, ſed & uelocius idem ſpatii conficit, quòd ualentius ſit, quàm quòd infirmius. Eadem mola aſinus aut mulus die integro tantum tritici exterit cõminuitq;, quantum biduo ſit optabile homini molere. Item mulus momento propemodum uerſat, quanquam homo uix hora torqueat. Hæc ſi latiſſime nota perſpectaq; ſunt, impoſſibile eſt ut id, quod perpetuo mouetur, moueatur à corpore. Nam aut finitum dixeris corpus mouens eſſe, aut infinitum. Certe infinitum eſſe non poteſt. finitum ergo. Si finitum, deinceps quæro finita ſit ui, aut infinita. Si finita, afferri igitur poterit uis maior alia hæc, aut diutius eandem molem ac magnitudinem permouebit, aut quanto uis minor. Nõ diutius, quia tempore infinito nihil eſt diutius. Nec quanto uis minor, quia quæ
80 maior eſt, æqualis minori eſſe nõ poteſt. Dices [a] infinitam eſſe uim corporis cęlũ mouentis. Quicquid igitur tempore finita uis mouet, mouebit infinita nõ tempore, quia uires illæ nulla proportionis cõſcenſione iunguntur. Prohinc quemadmodum aſſignari non poteſt, quanto infinita uis finitam excedat, ita nõ poteſt quanto minus illud ſit tempus, in quo infinita uis mouet, quàm id in quo mouet finita. Aut ergo infinita uis nõ mouebit id quod finita & minor poteſt, aut mouebit momẽto in tempore. Quorum utrunq; abſurdiſſimum eſt. Quàm uero inopinabile ſit infinitam uim intra magnitudinem finitam cõdi, uel hinc probatur, quòd ubi magnitudinem afferre maiorem licet, ibi & maiorem afferre uim licet. Poteſt etiam ex iis quæ ſuperius demonſtrata nobis ſunt, idem breuiſſime hunc in modum oſtẽdi: Immobilis eſt motor primus, nõ igitur corpus, quia corpus omne quod mouet, mouẽdo etiam mouetur. Quicquid enim mouet, ſi ſit corpus, aut pellẽdo, aut trahẽdo, aut uehẽdo, aut torquẽdo mouet, niſi fortaſſe in iactu alia ratio ſit, atq; aliud genus mouẽdi. Nam iaculum quum de manu iaculantis receſſit, ſuo motu ferri uidetur perdiu abiuncto ceſſanteq; authore. Quare oritur quæſtio, miſſa ui res, qui poſſit nutu ſuo moueri, ſeparato atq; etiam extincto qui miſerit. Nec enim poteſt à ſe, quippe quæ nõ eius generis ſit,
83 [b] quia is à miſſu ſtatim quieuit. Ad hæc aliquid reſpõdent, nõ ſolũ eſſe iaculatorẽ qui moueri, ſed aërem quoq; proximum, qui ſimulatq; illata uis iaculo eſt, ipſe etiam permotus adagitatusq; ſubinde quoq; iaculum moueat. Verum hæc defenſio nõ diſſoluit, ſed transfert difficultatem. Rurſus enim quęſtioni locus eſt, quamobrem aër ille proximus moueatur nullo tangente, [c] ſi neq; moueri probandum eſt, ſi quicquid mouetur, ab aliquo moueri neceſſe eſt. Nam magnes lapis, qui & hercules dicitur, tametſi ferrum trahit nõ proximum modo & iunctum, ſed etiam remotum & longule deſitum, ſi tamẽ amoueatur aut cõdatur, neq; proximum neq; remotum trahet. Huius rei illa cauſa eſt, quia ferrum aut acus quæ ad lapidem currunt, nullam uim habent in ſe, ſed à lapide mutuantur. Simul is de medio tollitur aut occulitur, uis illa in acu uaneſcit. Hoc idem in aëre uiſitur, alioquin abiuncto qui miſit quieſceret, & iaculum deſcenderet, ſi eandem rationem cum authore ſuo ſeruaret, quam cum magnete ferrum. Quamobrem fortaſſe illa ſit ſeria & recta ſolutio, ſi nõ modo agitari proximus aër dicatur, ſed uim quoq; mouendi concipere, non qualem ferrum à magnete præcariam, ſed ſui generis aliam, quam ſibi ut propriam uendicet, & quam pro ſua poſſideat & utatur. Nam & ferrum candens feruensq; nõ modo igni concaluit, ſed & propriam quoq; calefaciendi uim cœpit, quam deinceps in alias quoque res partiri atq; imprimere poſſit. Ita calor tanquam per manus traditur, duratq; in aliquam multas uices, uſq; eodem prima illa uis quæ ab igni profecta inuſtaq; ferro eſt, diſpenſatione iſta & ſucceſſu digeſta ſenſim immoriatur, & quaſi ſenio deficiat. [d] Ita de aëre & aqua dicendum. Illa quum multiplici potentia ſint, grauitate & leuitate participent, tantum ui ſua ferri uidẽtur, quãtum ut ferrentur principium & cauſam extrinſecus ab authore impulſoreq; hauſerunt. Inde euenire ut ſemet mouentia iudicentur, & præterea moueri ſimul & mouere aliquandiu poſſint, ac moueri quidem nõ ab eo amplius qui uim primariam attulit, ſed plane nutu & poteſtate ſuam, quam tamen ab ipſa illa ui principe receperunt. Nam & aquæ quæ feruefcunt ſubditis ignibus, etiam interſtinctis illis ſunt calidæ: nec ſolum hoc, ſed etiam calefaciendi ſubinde alia poteſtatem habent. Atq; hanc cauſam rectius eſt quàm reciprocationem afferre. Ea quamuis fortaſſe in actu accidat, non tamen accipi pro cauſa motus poteſt. Nam & ambulantibus nobis concurſus ille &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſucceſſio aëris fit, non tamen propterea dicimur ambulare: demum commeatio illa & reciproca/tio nullius motus cauſam habet, ſed ſimplex ceſſio & commigratio aëris eſt. Neque enim aër ille circunfluens ita ſe contrahit aut diffundit, ut uim ullam poſſit aut opem aut impulſum afferre, ſed ſimulatque elapſum eſt iaculum, continuo aër ut eſt à tergo, ſe oggerit circum aſſiſtit'que. Quid tu igitur huic? ſed cauſam tribuis eius motus, quo telum ſeparato & quieſcente authore
84 perlabitur. Illud autem arbitror ignorare non poſſe huiuſmodi motum neque unum neque continuum eſſe, quum multa ſint ea quæ mouent, eaq; attactu ſolo coniuncta. Sed neque æquabilem cenſeri poſſe conſtat, quum difformis & laceſſita uelocitas eius ſit. Hoc enim naturales motus à cæteris diuariant, quòd naturales initiis repigrantur, ſed frequentantur in fine: alteri his obuerſe ab incœpto præcipites ſunt, in exitu retunduntur. Quamobrem ſiue de motu rei proiectæ loquaris, ſiue de pulſu traiectioneq;, neque continuatio iis, neque æquabilitas comperet. Primum iactus non poteſt unus aut continuus motus intelligi, quia diuerſa ſunt quæ motum illum quaſi ſarciunt ſubcenturiant'que. Deinde nec pulſio aut tractio. Nam tam & ſi unum eſt, quod & origo & perſeuerantia illorum motuum ſit, quia tamen ſingulis pulſionibus & tractionibus obeundis ſuo initio molitione'que opus eſt, interquieſcant authores oportet tantiſper, dum ſe ad uices identidem nixusq; muniunt. Porro quæ ſic mouent, laceſcunt, & obnoxii generis ſunt. Ex iis omnibus ratio inoffenſiſſima nectitur, primum mouens indiuiduũ eſſe, & carere partibus, quum neque eo moueat quod mouetur, neq; hauſtam alicunde uim conferat, neque opes ſuas contra rerum naturam exerceat, ſed ſuopte ingenio ſempiternum motum intemperet atque influat mundo. Quod autem ita mouet, ſemper uegetum & infatigabile eſt, ſolusq; motus is æquabilis, leuis, & uniformis cognoſcitur: quia mouens nullam mutationem in eius perfunctione patitur. Plane ut æquabilis motus ſit, neceſſe eſt id quoq; quod mouetur, ab omni eſſe uarietate mutationeq; liberum.

[a] *Hanc eandem demonſtrationem qua Ariſto. probat corpus nullum finitum vim habere infinitam: credidit Ioan. Grã. non parum momenti habere ad comprobandum cœlum mundumq; æternum non eſſe: ſed corruptibile. quod enim finitę virtutis eſt, tempore infinito: ait ipſe: perdurare ne quaquam poteſt. Simpl. attamen ipſum omni conatu improbat. inquit enim in hunc errorem incidiſſe, quia eum latuitque nam interſit differentia penes Ariſt. inter habere vim motricem infinitam: & poſſe in infinitum tempus perdurare & moueri. Ariſt. enim aliud opinatur ſibi uelle quod aliquid infinitam uim habeat eamq; uniuerſam ſimul motricem ſempiternæ: & aliud quod aliquid permaneat motum ſempiterno tempore nam infinitam uim actu uniuerſam ſimul, ei quidem ineſſe eſt opus: quod æterno mouet tempore: infinitum uero: quod ideo infinitum dicitur: quia poteſt in infinitum moueri: non tamen ſecundum actiuam & motricem uim: quæ uniuerſa ſimul ſit. Sed ſecundum paſſiuam & potentia ei ineſt quod perpetue mouetur. Quapropter impoſſibile quidē eſt quod uis infinita motrix: quæ ſimul uniuerſa ſit corpori finito inſit. nihil attamen uetat corpus finitũ in infinitum moueri. ob id quia uirtus quæcunq; accepta in re quæ in infinitũ eſt ſemper finita eſt: non iccirco attamen ei neceſſe eſt deſinere. cum alia & alia ſemper ſuccedat. tum ob id quod perpetuo mouet. tum ob id quod potentia rei mote ſemper ineſt. huius igitur rei ignorantia deceptus credidit, quod ſi monſtratum fuerit nullam eſſe infinitam uim corporis finiti: motricem dico quæ uniuerſa ſimul ſit: hac etiam ratione confici non poſſe finitum corpus in infinitum moueri.*

[b] *Locus hic defectuoſus eſt græce. enim ita loquitur Themiſtius.* ὅστε γὰρ ὑφ' αὑτῶν οὐ γὰρ τῶν αὐτοκινήτων ἐστὶν οὔτε ὑπὸ τοῦ βάλλοντος ἀπέστη γὰρ ἐκεῖνος ἀφεὶς *hoc eſt: nec enim poteſt a ſe: quippe quæ non eius generis ſit quod poſſit ſeipſum mouere. nec ab eo qui miſit: quia is a miſſu ſtatim quieuit.*

[c] *Hic etiam deſunt quædam quæ poſſunt hoc modo interpretari. nec enim a ſe ipſo cum animal non ſit nec ab eo qui miſit: utpote qui quieuerit iam. a quo igitur. niſi neque moueri.*

[d] *Hæc omnia ſunt ex Alexan. excerpta (ſi Simpl. credimus) nam & ipſe ait aerem uim recipere ab eo qui miſit traditam: qua non modo moueri ſed mouere poteſt: eaque talem effici: ut*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ex ſe ipſo deinde motus mouere poſsit. & hac ratione quodam modo reditur veluti quoddam ſe ipſum mouens, brcui tamen tempore. inquit præterea quod aer quamuis & ab eo qui miſit: & a ſe moueatur: attamen recedente immittente, deſit ab eo moueri is non deſinit eo motu moueri, quo a ſe mouetur. Verum ait Simpl. ſi ea voluerimus rememorari, quæ ſunt ſuperius ab Ariſto. ſcripta de his quæ mouent ſemet non leuis inſurgit dubitatio circa ea quæ ſunt nuper explicata nam ſi aerem conceſſerimus eo motu ſemet mouere: neceſſe erit affirmare aerem mouere ſe, quia in eo alia ſit pars quæ mouet: & alia quæ mouetur: ſicut in animabus, anima mouet: corpus mouetur. verum hoc in quatuor eſſe elementis reperiri non poſſe probauit Ariſto. vtpote quæ principium tantummodo habeant quo moueantur & patiantur non autē quo moueant: qua ratione poſſint ſe mouere. Diſſoluit attamen Simpl. hanc dubitationem & inquit, recte Alex. non quidem abſolute & ſimpliciter affirmaſſe aerem eſſe motum ex ſe: ſed quoddammodo effici ueluti ex ſe motum a motore primo. cum motus qui ei eſt a motore impreſſus perduret & adiuuet. neque in eo aliud eſt quod proprie moueat: & aliud quod moueatur: quemadmodum ea ſe habent quæ proprie ex ſe moueri dicuntur. aer enim qui proximus eſt ei qui impulit totus mouetur: & eo motu ipſe etiam ſubſequentem mouet quadam vtens propulſione qua etiam vſus eſt impetens primus, cum ipſum mouit: neque mouet quodam immobili, vti anima mouentis corpus mouit: ſed eo pacto: quo corpus impellentis ſuo ipſius motu aerem mouet qui deinde immanente ipſi motu ſubſequentem mouet.

85 **AEterum neceſſe eſt primum motorem [a] aut in centro, aut in circulo ſedem habere. Sunt enim ea principia. ſed ocyſſime mouentur ea, quæ finitima & proxima ſunt mouenti. Perniciſſimus autem motus eſt is, quo mundus conuertitur. Illic ergo eſt id quod mouet.**

[a] *Pythagorici viſi ſunt affirmare vt tradit Simpl. primum motorem eſſe in medio. vnde & ſoliti ſunt appellare centrum locum veſte & iouis turrim. ſed Ariſto. opinatur eum in circulo. & Eudemus addidit in circulo maximo qui eſt per polos: vtpote qui velociſſime moueatur. Themiſtius videtur per circulum exponere id quod motu diurno circumuoluitur. ſcilicet cœlum vltimum vel vniuerſum. Simpl. cœlum vniuerſum. Alexan. vero extimam circunferentiæ partem vtpote quæ ociſſime moueatur. Verum dubitat Alexan. quo nam pacto hæc vera poſsint eſſe. nam ſi in parte aliqua circuli primum motorem ſtatuerimus: qui fieri poteſt vt ipſum quoque non moueatur. ſaltim per accidens. niſi fortaſſis quis voluerit iuſta polos ipſum ſedem habere. ſed hoc ab Eudemi Ariſto. que ſententia alienum eſt, qui aiunt partem quæ maxima eſt iuſta ſeu vicina motori ociſſime moueri. poli vero non mouentur. Hanc queſti. diluit Alexan. hoc pacto. ſi motor in aliqua particula extime circunferentiæ ſedem haberet: cum illius motus per partes ſit: per accidens vtique ipſe quoque moueretur. Sed quia in tota eſt circunferentia illa vltima, quæ tota non mouetur: nec locum mutat: ſed in eodem manet ſemper: & in eo eſt quod celerime mouetur: & per accidens nequaquam mouetur. hoc igitur modo ſoluit Alexan. videturque affirmare, motorem eſſe in tota ea circunferentia, quæ extra orbem eſt. at qui recte etiam prius pronunciauerat hæc quæ de motore dicta ſunt non ſunt ita audienda vt credamus quod locum aliquem motor is occupet: vtpote quem impartibilem eſſe ſit monſtratum: neque quod forma eius ſit in quo ſedem habet: ſed quod ſubſtantia ſit incorporea quæ ipſa per ſe ipſam ſubſtantia ſit. nam & ſi orbiculare corpus illud ab anima moueatur quæ in ipſo reſidet: vtpote quod animatum ſit eget attamen quodam alio quod ei principium motus conferat. & hoc in omnibus animatis eſt videre: quod aliquid extra ipſa eſt, quod cauſa eſt ipſis principiumque motus animalis: cum motus animatarum rerum: qui in loco fit: non niſi ex alicuius rei deſiderio proueniat. quo loco videtur Alexan. ſenſiſſe Ariſto. velle motorem primum eſſe tantummodo finalem cauſam. attamen ſi opinatur quemadmodum rationes multæ oſten-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dunt eum effectricem etiam cauſam eſſe. ipſe etiam vna cum Platone *exiſtimat animam eius quidem motus eſſe cauſam qui eſt de loco in locum. Sed mentem immotam cauſam eſſe cur circa eadem: & ſine eadem: & in eodem ſemper res moueatur: vna ſemper ratione. & eodem ordine. ſi igitur impartilis eſt motor primus & ſeorſum a corpore penitus ipſe. ſe ipſo perfectus: vſquequaque a mundo corporeo exemptus. recte vtique fecerimus ſi eum & nullibi & vbique eſſe conceſſerimus. Pythagorici vero ſi in centro ſedem habere dixerunt: ob id affirmabant: quia partem illam præcæteris mundi partibus idoneam magis crediderunt & habilem vt fiat particeps bonitatis opifícis: Ariſto. vero ipſum eſſe ait in primo mobili: quia id primo recipit motum a ſummo rerum opifice. quod ſi hæc vera ſint non amplius vereri oportet ne cogamur concedere. primum motorem moueri per accidens: quem ſedem habere diximus in ſupremo cœlo ait Simpl. nam magis in ipſo cœlum eſt quam ipſe in cœlo: quippe qui mundum vniuerſum ſua contineat virtute infinita. Nam neque ea vſquequaque tuta eſt reſponſio quam Alexan. excogitauit. quia ſi ea propter non mouetur per accidens quod in tota eſt circunferentia: quæ tota non mouetur. qua igitur ratione in ea eſt parte, quæ celerime mouetur deinde ſi ita in ea ſit vt in totam ſit digeſtus: & tota per partes mouetur: cur & ipſe per accidens motu partium non mouetur.*

THEMISTII IN LIBROS PHYSICORVM PARAPHRASEOS FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EPISTOLA.

HERMOLAVS BARBARVS GEORGIO MERVLAE STATIELENSI. S.

PLATO In diuina illa sua institutione de legibus inter prima commemorat, in omni republica præscribi caueriq; oportere, ne cui liceat, quæ composuerit, aut priuatim ostendere, aut in vsum publicum ædere, antequam ea constituti super id iudices viderint, nec damnarint. Vtinam hodieq; haberetur hæc lex, Merula vir doctissime, Neque enim tam multi scriberent, neque tam pauci bonas literas discerent. Nunc & copia malorum librorum offundimur, & omissis eminentissimis authoribus, plebeios & minutulos consectamur: & quod calamitosissimum est, periti iuxta imperitiq; de studijs impune ac promiscue iudicant. Ex hoc fonte persuasio illa exitialis & monstrosa manauit, philosophos iureconsultosq; non posse eodem esse & eloquentes. Quam sententiam quia multis locis, tum fando in coram, tum scribendo taxauimus, non dubito quin odia & offensionem multorum incurrerim: aut (quod tibi frequens prouerbium est) irritauerim crabrones. Sed quando militiæ huius sacramentum adymus, capitale est decedere præsidio. Equidem statui, modo in me aliquid facultatis sit, non rixando iurgandoue, sed scribendo interpretandoq; probare causam meam viris doctis, vt ipsa mihi res testimonium afferat, nullam esse omnino materiam, quæ genus illud dicendi pressum ac floridum æque recipiat, atque historiam naturæ. Non eam modo, quę ratione eius particulares & sensiles continet (nam hoc Plinius Secundus extra omnem controuersiam constituit) sed eam quoque in qua vniuersales & spectatiuę quæruntur. Quod genus in Themistio primus ego attigisse (quod sciam) credo. Hoc meum propositum, rogo te Merula, quibuscunque potes rationibus proueheæ. Esto mihi non defensor adeo, sed adiutor & censor. Quoniam vero negari non potest, incidere in philosophia locos, quibus explicandis fingere ac nouare quædam necesse sit, idq; & M. Tullius & omnes veteres concedunt, modo id nobis cum præfatione quadam ceu præstito honore agatur, aut (vt ille ait) modo, quæ ita nouis nominibus notamus, latina moneta videantur percussa, in hoc te æquissimum habere velim æstimatorem & iudicem, vt si qua in libris his inuenies, aut omnino factitia, aut licenter, ne dicam immodice ac duriter translata: aut per abusionem audacule transposita, aut imitatione aliqua fortiter afformata, culpam tu nobis hanc totam præstes atque condones. Nec tamen multa te (vt arbitror) offendent. Decem summum, aut circiter verba opere toto comperies, quæ arrepta de foro dici non possint: atque horum etiamnum aliqua iam Latinis auribus trita desumpsimus, aliqua ipsi perperimus. Cætera non abhorrent ab vsu vel doctorum. Sed explicare non possum quam mihi hæc quæ scripsi, non satisfaciant. Non quod melius potuerim tum quum illa scribebam, sed quod nunc, si mihi eadem exigenda stylo essent, infinitum quam videantur mihi posse & commodius & locupletius dici. Nec mihi aliquis illud obiciat quum te excusaris, barbare quid loqueris? Non enim ad id valere, hoc quod modo dixi, volo, quo qui perfrixisse sequeruntur, sed vt declarem me in illa hæresi constantius perstare, vt putem fere facillimum esse philosophiam Latinis literis mandari. Quandoquidem illa ipsa minus Latina, quæ aut quod in rariore sunt vsu, aut quod priuata & sua philosophis sunt quæsita, venia dicere necesse habuimus, nihilominus arbitramur posse illustrius & elegantius nominari. Alioquin ego ea non proinde signanda esse recipiendaq; censeo, sed tantisper dum aptiora aut inuenio, vt ab alijs doceor, tanquam præcario ijs vtemur. Dicauimus porro tibi libros Themistij de ingenio animæ vtranque ob causam, & ut argumento hoc utcunque scires à nobis amari coliq;, & ut agnoscens in nobis impetus aliquos bonæ frugis indices pro tua bonitate humanitateq; quibuscunq; rebus posses, faueres. Vale. Venetijs. M. CCCC. LXXX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

PROLOGVS

THEMISTII PARAPHRASEOS DE ANIMA, LIBER PRIMVS, INTERPRETE HERMOLAO BARBARO.

QVVM Enarrandis interpretandisq; iis, quæ de animæ natura traduntur, quàm fieri proxime potest, sequi Aristotelem uelimus, conari nos oportet inuoluta & obscura eius institutionis, quæ de hoc ab illo ædita est, aperire & illustrare dicendo, illustria simpliciter ad uerbum transcribere, ambigua & controuersa dissoluere: postremo id, quod aliquanto operosius est, breuiter & concisim astricta planius fusiusq; explicare. Nam quom pleraque omnia Aristotelis scripta eiusmodi habeantur, ut demirari præstantiam hominis eius facile suppetat, nulla profecto commentatio est, in qua ille perinde ingenii sui uim atq; sublimitatem ostenderit, atque in ea quæ rationem animæ continet. Siue enim multitudinem quæstionum quæras, siue copiam rerum pulcherrimarum, siue doctrinæ subtilitatem & ubertatem, eiusmodi sunt eius libri de anima, ut uni illi homini omnia quæ ad hoc genus pertinent, innumerato fuisse constitisseq; uideantur. Adeo intelligitur ne numerando quidem percensendo ue attingi illa à ueteribus potuisse. Atque hæc omnia liquido mox intrantibus patebunt. Laus libri de anima.

¶ De vtilitate & præstantia scientiæ de anima. Caput I.

STatim itaque hunc in modum orditur: Omnem notitiam omnemq; scientiam, tum bonam [a] pulchramque, tum nobilem atque eximiam uideri. Accidere uero ut altera sit nobilior, & pulchrior altera, aut propter euidentiam [b] demonstrandi, aut propter subiectæ materiæ præstantiam. Id licet in geometria & astronomia animaduertere. Geometriæ certitudo demonstrandis rebus & indicādis maior: Astronomiæ nobilitas amplior merito eius naturæ, circa quam uersatur: Demonstrationes uero probationesq; eius becilliores aliquanto quàm geometriæ sunt, propter quod de rebus agit ferentibus & agnoscentibus motum. At in ea scientia quæ ad animam pertinet, bonum utrunque reperias, & constantiam demonstrandi, & naturæ nobilitatem. Constantiam ea ratione, quòd aliæ scientiæ ab hac scientia suam constantiam & certitudinem reponunt. Nobilitatem iccirco, quia cæteris rebus, quibus formatur mundus, ingenium animæ fere antistat. Atque hoc uerum, siue infimam & despicatissimam spectes, quæ tributa arboribus est, siue summam illam, & nobilem intellectum ac mentem, quæ seu pars animæ sit, seu potentia, seu deforis immigret, atque insinuet se nascentibus: seu natiua sit, atque intus communi ortu proueniat, quid nam illa admirabilius esse potest atque diuinius? Tertium id nos ad præsentem curam maxime inhortari atque incedere debet, quòd quum reliquæ scientiæ nullam ferè nobis oportunitatem occasionemq; ad cætera afferant condiscenda, quæ extra se sint, una cognitio animæ ad notitiam pertinet omnium rerum, ad eamq; magnum atque incredibile habet momentum. Nulla enim pars est philosophiæ ~~est~~, cui hæc non præseruiat, cui non sit quam cōmodissima. Ac uirtutes quidem, negotiosas actuosasq; facilius consequemur, si substantiam atque uim animæ, cuius illæ ceu decora quædam honestamenta quæ sunt, habuerimus perspectam & cognitam. Naturæ uero atque mundi contemplatores exploratoresq;, qui esse poterimus? si nobis ignorabitur ea natura, quæ fons atque initium sit omnium motuum: fortasse & corporum omnium, præsertim animalium atque plantarum. Quamobrem anima, si se prius ipsam bene ac plane cognouerit, utique erit dignissima, cui de aliis rebus disputanti definientiq; fides habeatur. Si uero sibi ipsi ignobilis fuerit, aut si se falsam habuerit, qui sit æquum, uti de rebus aliis recte sentire aut decidere uideatur? Atque hæc ferè est huius scientiæ utilitas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

[a] *Verbum Græcum.* τιμίαν *pulchram interpretatur: cæteri vero honorabilem, vnde Simpl. hoc in loco ait: bonum & honorabile eadem ſubiecto eſſe: & ratione tantum differre. bonum enim dicitur: quia diligitur & propter ſe eligitur: honorabile vero dicitur: quia excellat & ob id venerantur illud hi qui id in honore habent.*

[b] ἀκρίβειαν *verbum quod euidentiam vel certitudinem conſtantiamq; interpretatur latinus: varie expoſuerunt auctores, latini nanq; & Auer. referunt illud in demonſtrationes huius doctrinæ: ſicuti etiam videtur Them. hoc loco Simpl. autem Philopo. que non in demonſtrationes: ſed in eius ſubiectum. ea enim de cauſa nobilem maxime eximiamq; habendam hanc ſcientiam aiunt: quia ſubiectum id contempletur quod & nobile ſit & quã maxime certum. ſed vnde hæc naſcatur conſtantia diuerſimode oſtendunt. ait enim Phil. duobus modis accidere: vt vna ſcientia altera ſit certior. aut enim quia alterius principia demonſtrat: aut quia ſubiectum quod magis ſit immateriale contemplatur. hac ratione poſtrema ſcientia de anima ἀκρίβειαν habet, & ait: huic etiam expoſitioni aſſenſiſſe Alexandrum verum Simpl. ob id certam: quia anima ſit maxime euidens & manifeſta. ait enim quod ſi ſcientiaque de cœlo habetur ſcientiæ de animalibus ſubiecti nobilitate præſtet ei tamen cedit* τῇ ἀκριβείᾳ, *quia animalia nobis ſunt proxima neque ita fallere poſſunt.*

De *difficultate ſcientiæ de anima, & definitionis.* Caput II.

4 NOn eſt autem propterea molitio hæc impendio facilis, niſi forte magis & difficillima. Nam neq; quæ res anima ſit, in promptu eſt cognoſcere, neque leuiſſimum definitionem eius afferre. Primum ratio finiendi quæ ſit optima, & quo genere contineatur, adhuc longe dubia eſt apud philoſophos quæſtio: neque apud philoſophos modo, ſed etiam apud omnes, qui ſcientias utcunq; ſermocinales attingunt. Omnes enim rebus, quas tractant, adhibere definitionem conantur. Ac aliis quidem una ratio atque uia uidetur eſſe finiendi omnia, quæ [a] per ſe ſunt. Alii contra putant non eſſe unam rationem definitionum omnium, ſed pro ut diuerſa negotia ſunt, ita diuerſas eſſe definiendi rationes & uias. Quod ſi ita eſt, difficilior nobis conſideratio præfert, quia neceſſe ſit primum id quærere,
5 quiſnam in quas res modus definiendi conueniat. Sed idem ſcrupus euenit etiam ſi unam eſſe definiendi formam cõceſſeris. Siue enim finire oportet ſecando diuidendoq;, ut Platoni placebat, ſiue componendo colligendoq;, ut Ariſtoteli, ſiue alio genere demonſtrando, neceſſe erit ſemper cuiuſq; rei propria tenere & ueſtigare principia, ſi naturam illius explorare & comprehendere debeas. Ita in eandem difficultatem incideris. Quod enim in rebus diſcrimen eſt, idem eſſe in principiis rerum oportet. Proinde aliis negotiis alia principia tribuuntur, alia ſuperficiebus, alia numeris, etiam ſi in illis propinqua & confinia uideantur, utpote quæ conueniant genere, quando in principio quantitatis & numeri & ſuperficies reponuntur. Ex iis utrunque liquet ut neceſſarium, ita laborioſum eſſe de anima ſcribere.

Plato ſecundo diuidendo definiebat ſtrictè, compoſitè do colligendo.

[a] *Locus is non videtur integer qui poteſt fideliter interpretari hoc pacto. ac alijs quidem vna ratio atque via videtur definitio, ea cognoſcendi quæ volumus: quemadmodum vna eſt uia eorum qua per ſe ſunt ſcilicet demonſtratio.*

De *quæſtionibus pertinentibus ad ſubſtantiam animæ cognoſcendam: & quæ ſunt in definitione animæ adhibenda.* Caput III.

6 DIſſeramus ab iis proxime, quot & quanta à nobis ordinem perſequentibus quærenda & determinanda de anima ſint. Primum natura ipſius & ſubſtantia accipienda eſt, deinde accidentia quæ illi iuncta ſint, noſcenda. Horum alia animæ propria ſunt, intelligere, contemplari. Alia non quidem propria, ſed quæ per animam tamen animalibus tribuantur, delectari, dolere, ſentire, uiſiones concipere, id eſt, imaginari. Quum igitur duæ res potiſſimum habeantur, in quas omnis de anima inquiſitio digeri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tur,id eſt,quibus tota hæc cõmentatio conſumitur atq; conſtat,ipſa uidelicet ſubſtantia animæ, & eius accidentia, primum uidentur ea quærenda, quæ ad indicationem ſubſtantiæ pertinent. Id commodiſſime fiet,ſi genus ſummum in quo illam contineri neceſſe eſt,primo loco adhibuerimus quæſtione præmiſſa,utrum id eſſe ſubſtantiam,an quantitatem, an qualitatem oporteat. Præterea non modo longinquum illud ſupremumq; genus inueniendum eſt, ſed etiam proximum & iunctum. Non enim ſuos numeros definitio hominis habeat,ſi ſubſtantiam dicas,ſed ſi animal afferas comperto aſſertoq; genere. Sequens [a] eſt de quonam genere loquare teſtari. Nam cuiuſq; generi biceps ratio eſt,quia oportet aut actu eſſe id,aut potentia. Ouum & ſemen potentia non actu animal ſunt: auis actu non potentia animans dicitur. Quum actum uſurpo perfectionem intelligo. Quorſum hoc dicamus, ſequentibus propalam fiet. Erit ergo princeps quæſtio, utrum anima poteſtate ſit, an actu potius & perfectione ſubſtantia. Perfectio iterum biuio diſtrahitur:in primam,qualis eſt habitus & poſſeſſio:in ſecundam,qualis eſt uſus,geſtio,adminiſtratio,functio. 7 Scrutandum & illud,diuidua ſit an indiuidua. Et ſi diuidua uideatur,ſit ut corpus & moles,an ut ars & diſciplina potius,quando & medicinalem & philoſophiam in membra diuidi complura ſcimus. Si indiuidua defendantur, ſit omnino ac penitus ſimplex, nullius permixtionis aut coalitus aut multitudinis particeps, an in partibus quidem nulla euarſatio habeatur,ſed in potentiis & uiribus,tum permixtio,tum diſcrimen poſſit intelligi. Et hercules probare alterum neceſſarium eſt. Nam pars à parte diſpeſcitur, potentia uero à potentia officio ſolum & actione diſtinguitur. Hinc alii multarum eſſe potentiarum animam rentur, ſub una tamen uniuerſitate ſubiectoq; collocatam. Alii artibus & membris multiplicibus dirimunt, quas & loco diſcludunt & diſperant,quemadmodum Stoici fortaſſe & Plato. Quartum ordinem ea quæſtio obtinet,eadem ſpecie omnis anima cenſeatur nec ne: aut ſi non cenſeatur,utrum omnes ſub uno ſaltem genere contineantur,ut hominis & equi animæ. an etiam in generibus quoq; diuortium ſit, ut quamuis homo & equus ſub animali collocentur, animæ tamen ipſorum non uideantur ſub uno aliquo genere animæ comprehendi. Hos ſcrupos diluere non eſt, niſi uniuerſa totius animæ contemplatio adeatur. Quam diligentiam à prioribus ſuperhabitam uideo, qui cum de anima tantum humana tractarent,confertum obitus de omnibus putauerunt. Nos plenam commentationem animæ fuſo & uniuerſo examine moliemur.

[a] *Ariſto. vero ait vtrum eorum quę in potentia ſunt:aut magis actus quidam:quem locum animaduertens Simpl. ait recte dixiſſe aut actus non autem actu:quia anima forma eſt: forma vero actus eſt non in actu compoſitum nanq; proprie dicitur eſſe in actu. ait attamen idem Simpl. non abſolute protulliſſe an actus ſit:ſed an ſit actus quidam: quia non ſincere & omnino actus eſt. ſiquidem & ipſa rationalis anima & intellectus cuius eſt particeps potentia materialiſque appellatur:vere enim anima media quodam modo eſt inter formas puras & formata:vtpote quę tota per ſeipſam totam communionem oſtendat cum utriſque quamuis magis eam Ariſto. ad id quod determinat quam ad id quod determinatur declinauerunt ob id,quia per ſe uiuit & excitatur ſitque ueluti principium mouendi corpora. Phil. etiam ait. Ariſt. uoluiſſe per potentiam & actum intellige re quæſtionem an anima corpus ſit uel incorporea:per ea quæ in potentia ſunt corpora oſtendens. nullum enim corpus eſt quod ſit omnino a potentia liberum: unde & recte dixit quæ in potentia ſunt. potentia enim eſt ipſa materia:in potentia uero compoſita quę eius partem habent. per actum autem incorporea vnde non dixit,quæ in actu ſed actus:quia ea tantummodo quæ materia carent incorporeaque ſunt poſſunt abſolute dici actus. nam quæ ſunt materialia potius in actu ſunt quam actus:quia nunquam ſunt potentia libera &c.*

¶ *Vtrum una definitio uniuerſalis ſit omnibus animis quærenda,an ſingulæ ſingulis generibus accommodanda.* Caput IIII.

8 PRimum illuc pede eundum eſt, utrum una definitio omnibus animis habeatur, & una eſſentię ratio,an alia equo,alia homini adiungatur. Dico autem ſic pote. Eſt definitio animalis in uniuerſum hæc, ſubſtantia animans ſentiens. Eſt & ſeorſum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

definitio hominis hæc,animal rationale morticinum. Is igitur qui definitionem animæ ueſtigat, debet ne talem quærere qualis ad animal,an qualis ad hominem pertinet. Atque hoc nõ abſimile eſt,ac ſi id dubites in eo,utrum animę finitio,ut ſpeciei certæ per collationem ad ſingularia reddenda ſit (quemadmodum ſi hominem per Dionem & Theæcetum & Socratem definires) an tanquam generis in ſpecies ac membra diuiſi. Neq; parum refert,hoc an illo modo definias. Genus enim aut mera notio eſt ſine euidenti ſoliditateq; aliqua,ſed ex tenui ſubobſcuraq; ſimilitudine ſingularium collecta,aut penitiſſime nihil,aut quàm ſingularia multo poſterius. At ſpecies natura quædam eſſe amat & forma. Nam ratio hominis ſimulatq; iugata materiæ eſt,homo fit. Certe & ſeoſum illa pulcherrima conſideratio eſt,utrum nomina generum ſpecierumq; notiones fabraq; animi ſint,an naturæ potius aliquæ in ſingularibus contentæ. Sanè uidentur illa nudis notionibus proxima,quæ tamen cum ex ſingularium collatione ac ſimilitudine reponantur, in ſingularia & naturas euidentes,ac ſolidas recidant. Nam neq; animalis notio ſubſtantia eſt animata,ſenſibilis,multoq; minus notio hominis poteſt animal eſſe rationale, mortale, ſed ſingulares homines proprie animalia rationalia & dicuntur, & ſunt. Atq; hoc dilucebit uel hinc, ſiquis unum duntaxat hominem toto orbe conſtituat(quemadmodum fabulæ diluuii tempore Deucalionem fuiſſe teſtantur) nimirum tunc hominis definitio in unius hominis rationem incluſa comprehenſaq; fuerit. Verum hæc coniunctiora accommodatioraq; ſunt tractatui, qui peculiariter generibus & ſpeciebus dicatur.

¶ *Vtrum in animali vno multæ animæ contineantur, an vna tantum, quæ tamen diuerſis partibus ac viribus conſtet.* Caput V.

9 NVnc de numero animarum agamus, quòd planè diligentem inquiſitionem expoſtulat. Primum id ſubit quærere, an multas ineſſe animali animas ſit putandum, uegetalem,altricem,appetibilem, intellectualem, quemadmodum & particulæ, in quibus illæ ſunt poſitæ,an multas quidem in uno animali non eſſe. Sit enim dericulum,ut diuinus inquit Plato, tanquam Troianum equum inſideant, plures animas in quolibet homine contineri,ſed ſingulas in ſingulis,quæ partibus tamen differentibus conſtent. Alioquin uel ſi unam,ſed interſtinctam diremptamq; partibus ſtatuerimus,difficile determinatu erit,qualeſnam ſint,& quo genere differant, hoc eſt, utrum alia nutrix alumnaq; pars ab auctrice,& utraque ab illa cui procreandi uis data eſt, an ratione ſola diſtent, ſubiecto non diſtent. Vtcunque tamen tres illæ ſe habent,inter ſe uidentur ab imaginaria & appetibili diſcedere, nec ſolum ſpeciei,ſed etiam regionis & ſubiecti diſcriminibus ſeparari. Pleraq; nutriuntur,augentur,& procreant,quibus nec ſentiendi, nec uiſiones concipiendi, nec appetendi facultas habetur. Quemadmodum ſentiunt aliqua,quæ tamen intelligentia careant.

¶ *Vtrum de membris prius quam de integritate agendum ſit, & de actibus, quam de membris, & partibus, & de ſubiectis, quam de actibus.* Caput VI.

10 SEd ſi quædam partes diuerſæ,quędam æedem cognoſcuntur,quæri ſolet,utrum de anima uniuerſa prius,an de partibus ceu notioribus diſſerendum ſit. Poſſet ſanè cuiquam ipſum totum notius & manifeſtius uideri, quàm membra, quia in magnitudine quoq; prius ipſam integritatem, quàm partes ſenſu percipimus. In docendo quoq; ab uniuerſalibus ſemper, perinde ac euidentioribus & clarioribus auſpicamur. Econtrario neſcio quonam modo partes uidentur notiores eſſe quàm totum. Nam priora ſemper initia iis ſunt, quæ de initiis prodeunt, totum porrò ex partibus prodeat neceſſe eſt. Quod ſi prius de partibus eſt agendum,ſuccedit illa inquiſitio de earum ſubſtantiis prius,an de actibus & functionibus ſit tractandum,ac maiori quidem ex parte momenta ipſa & opera animæ cognobiliora,quàm ipſa anima ſunt. Nam ſentire ſe atq; imaginari nemo eſt,qui non intelligat, fide ad id uel experimenti ducta, quorum iudicio nullum exquiſitius eſt. Quid autem ipſe ſenſus ſit non omnes percipere idonei. Deinde ſi de actibus prius eſt dicendum, iuncta quæſtio eſt,utrum actus ipſi prius, an incidentia, quibus in actum cientur ſenſus, tractari explicariq; debeant. Ferè enim notiora ſunt ea, quæ percutiunt ſenſum, quàm ipſa percuſſio, ut uiſilia quàm uiſio,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uiſio, auditilia quàm auditio, fortaſſe [a] etiam intelligibilia quàm intellectus. Opponuntur porrò hæc per relationem, ſenſile reſpondet ad ſenſum, intelligibile ad intellectum. Atq; hęc & tot capita quęſtionum habentur, quę ad animam pertinent, quæq; ſimul explicatæ diſſolutæq; fuerint, ad definitionem eius ornandam farciendamq; neceſſariæ & commodiſſimæ uidebuntur.

[a] *Res quæ potentias animæ mouent: ait Simpl. notiores ſunt ipſis operationibus quæ magis ſunt ſenſiles: ſicuti ſenſile ipſum & quod appetibile in ſenſili reperitur atque quodcunque fuerit in tellectile in ſenſilibus. quod vero exemptum eſt & ſupra noſtrum intellectum id potius ab intellectu noſtro profectum cognoſcemus. Vnde ait Philo. quod in cæteris ordinem illum ſeruauit vt de rebus prius: deinde de actibus & potentijs tractauerit. cum autem de intellectu egit ab intellectu exordio accepto ad intellectilia proceſſit: & hæc eadem fortaſſe intelligere voluit. Themi. vbi ait: fortaſſe etiam intelligibilia quam intellectus.*

Accidentia cognita conferre ad cognoſcendam naturam ſubſtantiæ. Caput VII.

11 VErum ſi cuiuſque rei definitionem rectam acceperis, non ſolum uſui tibi erit, ad ea quoq; accidentia pernoſcenda, quæ per ſe contineantur in re. Quod quidem uidere in mathematicis licet, ubi ex lineæ directæ & arcuatæ: item, ex trianguli & plani definitionibus facilia perſpectu & compertu ſunt ea, quæ per ſe figuris illis dicuntur accidere. Non ſolum inquam iſtud huc proderit, ſed etiam uice inuerſa, ſi accidentia perfecte complexus fueris, magno id tibi adiumento, tum ad notitiam ſubſtantiæ, tum ad molitionem definitionis erit. Dixi ſi perfecte complexus fueris, non ut ad id minus demonſtrationem adiungeres [a], ſed ſat eſt ea perſequi, quæ aut incurrant inſenſum, aut quæ poſſint cogitatione imaginationeq; comprehendi. Nam remota admodum accidentia & tranſlatitia, quæq; naturam rei de longinquo conniueant, nec attingant, ad rationem definiendi non conferunt. Quod genus peccat Chryſippus, qui quom deum finiturus aſſerturusq; eſſet, id ex templis, altaribus, ſacrificiis, ſtatuis comprobat, ratus argumenta id genus magnam uim ad monſtrandum illud habere. Verum aliena illa ſunt, & à natura deorum abiuncta. At moueri ſempiterno agitatu & Apollinem ſortibus futura præcinere, Aeſculapium deplorata conclamataq; hominum corpora uitæ reddere, momenta ſunt ad definitionem dei efficacia & propria, ut ita dicatur: Deus eſt animal ſempiternum prouidens & beneficum homini. Planè omnis demonſtrationis principium definitio obtinet. Tantiſper [b] obambulatio quædam & circulus eſt. Vt enim ex accidentibus definitio ſtatim elucet, ſi ſcienter & recte de iis, quæ extrinſecus apparent, ſumantur, ita ex definitione accidentia addicuntur. Sanè [c] in quibuſdam faciliter à definitione in notitiam accidentium proceditur, ut in mathematicis, in quibuſdam econuerſo procliuius ex accidentibus in definitionem ſubitur. Quod ferè in naturalibus uiſitatur. Eſt autem uitium in accidentium enumeratione, uel maximum afferre, quæ nihil ad definitionem facere uideantur. Contra quoque in aſſignanda definitione grauiter deerraueris, ſi ex conceptu uerborum nullum accidens eius rei compareat, quæ definitur. Quamobrem omnes eius generis definitiones, id eſt, ex quibus nulla poteſt coniectatio accidentium elici, nimirum dialecticæ atque adeò inanes habentur.

[a] *Deſunt hic verba quędam in latino codice: quæ in græco leguntur: quæ ſic latinæ poſſunt interpretari: quia fieri non poteſt: vt ſine definitionis cognitione venemur aliquid eorum: quæ rei inſunt per demonſtrationem.*

[b] *Nemo tamen ait Philo. credat ab id: quia ex accidentibus in definitionis inuentionem progrediamur: & vice etiam verſa ex definitione in accidentium cognitionem mutua eſſe inter hæc oſtenſionem. alia enim ſunt accidentia per quæ definitiones cognoſcimus: ea ſcilicet quæ ſenſu cognoſcimus: & alia quæ ex definitionibus monſtrantur: ea ſcilicet quæ ſenſui ſunt immanifeſta: vel etiam dicere poſſumus: quod etiam magis approbat Alexan. ait idem Philop. quod non eſt mutua oſtenſio: quia ea obambulatio non eadem fit ratione: cum enim ex accidentibus*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

definitiones inquirimus ea ſenſu nobis cognita ſunt quod ſint: deinde definitione inuenta quid ſint & qualia & propter quid ſint per eam comprobamus.

[c] *Definitio notior eſt in mathematicis quam ſint accidentia: ait Simpl. quia definientia quanta ſunt aut qualia quæ ſenſu aut phantaſia apprehenduntur, quę vero ſubſtantiæ ſunt: modo ſunt nõta ex ſe ab intellectu eorum qui ſenſibus viuunt: ſed ex accidentibus.*

[C] *Perquirendum eſſe, vtrum omnes affectiones ſint communes animæ & corpori, an alterę alterius propriæ peculiaresq; habeantur.* Caput VIII.

12 NEc eſt minus iis quæ dicta ſunt utile ad ſubſtantiam animæ explicandam, opera eius omnia, & affectiones diuidere incognoſcereq;. Sint omnia ea corpori & animę cõmunia, hoc eſt, permixtioni, quæ ex anima & corpore prouenit, an ex iis alia animæ habeantur, alia corpori propria? Atque hoc quanquam prius eſt ut ſciamus, per quàm difficile tamen atque impendio arduum uidetur multis adeò futuris, qui tum audere, concupiſcere, obiraſci, tum ſentire & intelligere peculiares eſſe animę affectiones affirment. Ac mihi quidem uidentur plurimæ animis perfunctiones animalis haberi corporibusq; communes. Animæ tamen, ſiquid aliud, intelligere proprium eſt. Cæterum ſiue intelligere imaginari eſt, ſiue non poteſt ſine imaginatione contingere, fieri nequit, ut hoc quoque officium ſine miniſterio & uſu corporis obeatur, cum niſi uia procurationeq; ſenſuum uiſa & imagines animis inſculpantur. Quamobrem ſtatim quæſtio hæc decidi & definiri poteſt hoc genere. Si quod eſt animæ opus, aut affectio propria, poteſt contingere, ut anima ſeorſum à corpore ſit, ſed ſi nihil eſt ſoli animæ proprium, immò corpus ad omnia munia in ſocietatem anci-

13 patumq; recipitur (ſiue illud hoc eſt, quod oculis cernitur, quodq; forma iſta, quæ ſubobtutum uenit, & figura monſtratur, ſiue interius & latentius aliud, quale cõminiſcebatur Plato) non poteſt contingere, ut ſeorſum à corpore habeatur, obmaneatq;. Alioquin ocioſum aliquid natura creauerit, quod defendi non poteſt. Eſt enim compertum hoc, nihil in natura torpere, nihil feriari, ſua in ſingulis rebus ingenia contineri, officia quæq; & geſtiones ſuas agnoſcere agitariq;, & quaſi penſa perſoluere. Erit fortaſſe aliquis, qui rationis huius inductionem ceu minus ſanam aut ſeriam reprehendat. Sed qui hoc cauillatur, uim argumenti non peruidet. Calumnia autem talis eſt: Oportebat, inquit, accepto conſequentis oppoſito ita tollere, demoliriq; antecedens, at in noſtra ratione contrarius ordo ſeruatur: nam ſumpta eius, quod primum in connexo erat priuatione infirmatio poſtremi ſubiungitur. Verum qui tam male animatus eſt, ut hæc quæ in dialectica atque in exercitio argutiarum iactata & prompta omnibus ſunt, ignoraſſe Ariſtotelem putat, is planè ignorantiſſimus uidetur. Nam uerbum illud poſſet contingere[a], quo Ariſtoteles in ratione ſua utitur, non habet neceſſariam connexionem (tunc enim uerum ſit perempto quod ſequitur, interimi quod præcedebat) ſed poſſibilem & contingentem tantum, in quo genere obſeruatio in contrarium eſt, ut abolitio antecedentis aboleat conſequens. Ea res hoc exemplo patuerit. Si nauigauerit Dion, poteſt contingere, ut bene & proſpere nauigauerit. Ergo ſi non nauigauerit, non poteſt contingere, ut bene & proſpere nauigaſſe dicatur. Non autem ſequitur, ergo ſi non poteſt contingere, ut bene & proſpere nauiget, ne nauigare quoque ſimpliciter poterit. Idem de eo qui aliquid agat, proficiſcatur, ambulet, currat. Demum eadem in omnibus ratio erit, in quibus coniunctio incidens contingensq; habebitur non neceſſaria. Eodem modo ſi animal erit, quod procul eſt & ad nos accedit, poteſt contingere ut ſit equus, igitur ſi animal non eſt, neq; equus utique ut ſit, poteſt contingere: non autem ſequitur, ſi non eſt equus, neq; igitur animal. Semper enim id quod ſequitur contingenter, tanquàm pars antecedentis fit, propterea quòd quandoq; accidit, quandoq; non accidit. Ita qui antecedens interimit, totũ interimit: toto autẽ ſublato, ſequens eſt parti quoq; abolitionẽ afferri. Sed [b] & ſeorſum quoq; ipſum antecedens litigioſum controuerſumq; eſt, in quo dicitur, ſi quod eſt animæ opus propriũ, poteſt cõtingere, ut ſeparetur. Aiunt id nõ eſſe neceſſariũ, quoniam poſſit accidere, ut propriũ opus habeat anima, nõ ſit tamẽ ſeparabilis, quemadmodũ ne oculus aut manus à corpore ſeparari poſſunt, etiamſi proprium aliquod opus oculorum, aliquod manuũ ſit. Porrò illa propoſitio, quæ per negationem antecedentis elidit & perimit cõſequens. Si nihil eſt animæ pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

prium,ſeparari igitur non poteſt,neceſſaria eſt,nec oblocutorem inuenit:quippe quoque præclarum illud & indubitabile proloquium profatumq; uendicet, in quo dicitur, nihil à natura ſine uſu aliquo fieri. Quamobrem igitur affirmant aliqui amare,odiſſe,iraſciq; animã? Certe quemadmodum dicitur,quanta uis pila planitie puncto tangi,nõ quòd planities aut linea poſſit ipſa ſe orſum conſiſtere,ſed quòd regula, in qua ſit illa planities directa:neq; quòd pila poſſit contingi,
14 id eſt,ipſa figura,ſed quòd æs,in quo illa ſit forma (Nam neq; rectitudo à regula, neq; figura abænea pila,neque tactus puncti,immò nullus omnino tactus à corpore,aut à toto abiuncta ſunt) ita & animæ affectiones cõmunes uidentur eſſe cum corpore,lętari,dolere,timere,audire,amare, odiſſe,iraſci,miteſcere. Horum nihil poteſt anima perpeti ſine ui opeq; corporis, utpote per quod plerunque ſecretæ etiam animi cogitationes & affectus prodantur. Nam & in ruborem effundimur,cum uerecundia cutem accipit,refugit,metu ſanguinis & pallore refrigeſcimus. Atque hæc quidem neq; ipſis poëtis ignota ſunt, ut in illo.

Oculis micat acribus ignis. Et in illo:

Palluit & gelidus coit in præcordia ſanguis,
Dentibus ora ſtrepunt.

Eſt autem argumento uel maximo huiuſmodi affectiones haberi animæ corporiq; communes, quòd quomodo cauſæ alioquin magnę plerunq; incidant animalibus,& iraſcendi & metuendi, neq; metu tamen tentantur,neq; iracundia cõmouentur,interim ex diuerſo leui ſæpe irritamento grauiter excandeſcunt. proinde ad iracundiam proniora ſunt in fame,aut ſiti,aut ſiquibus humoribus infeſtentur,quod maxime melancholici ſubſtinent. Hi ualetudinis uitio & naturæ ſuę temperamento minimis quibusq; periculis conſternantur. Ita omnia hæc uidentur ex uaria corporum mixtione atq; habitudine proficiſci,& pro temperaturæ modo remiſſius uel intenſius fieri. Neq; uero corpus tanquam inſtrumentum & machinamentum affectionum eſt, qualia ſenſibilium uirium ſua ſunt organa,& internuntia ſentiendi,ſed maior quædam affinitas eſt corporis cum perturbationibus animi, quàm ſenſibus cum inſtrumentis. Hæc ſi paulò affecta laceſſitaq; fuerint,munus ſentiendi legitimum abrumpunt & impediunt. Corporis mala permixtio nõ impedit affectiones, ſed promouet potius atque exacuit,ut poſſit intelligi corporis naturam proxime cum affectionibus conuenire.

[a] *Attici attamen expoſitores quos inſequitur Philo. & Simpl. etiam in idem videtur tendere: aiunt Ariſt. non vti ratione aliqua ex antecedentis deſtructione: ſed acceptis duabus: quæ inuicem iuncta & æqualia ſunt: duas ex his regulas & illas quidem aprime neceſſarias tradidit. Prima eſt quorum operationes a corpore poſſunt eſſe ſeparatæ: hæc etiam a corpore ſeorſum eſſe poſſunt. Secunda quorum operationes ſeorſum a corpore non poſſunt eſſe ea etiam a corpore ſeorſum eſſe non poſſunt. Si enim eſſet operatio a corpore ſeparata ſubſtantia vero nequaquam: cum operationes a potentijs: & potentiæ ex ſubſtantia effluant hoc ſequeretur incõmodum operationes aliquas ſine potentia vel ſubſtantia eſſe.*

[b] *Huic dubium reſpondit Philo. duobus modis aliquid dici poteſt proprium: altero quidem modo vt pars totius eſt: comparatione ſcilicet cæterarum partium: quo modo oculo proprium eſt videre: quia in toto illi tantummodo parti hoc conueniat: non tamen quod etiam toto non egeat. Altero vero: quia alio non eget vt perſiſtat: quemadmodum in hydromele dulcedo meli eſt propria: & non eſt aquæ cõmunis: quia ſeorſum ab aqua etiam mel dulce permanet: hoc ſignificatu poſtremo intelligunt peripathetici operationes animæ proprias.*

¶ *Animæ definitionem eſſe cum materia coniungenda, & quid ſit definitio phyſica & dialectica, & quæ ſcientiæ, quibus modis definiant.* Caput IX.

15 HAec ſi ita habent, neceſſe eſt in definitionem animæ adhiberi materiam, quamobrem omnes materiam affectibus definiendis adiungunt, quemadmodum is, qui iram dixit feruorem ſanguinis circa cor cauſa puniendi doloris. Igitur ad phyſicum pertinet de ea anima noſcere, quæ ad ſuas affectiones actiones'que materiam re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

16 quirit, quanquam diuersa ratio est, qua finire physicus solet ab ea qua dialecticus. Huic solius formæ negotium: ideo iram finit, ut sit doloris ulciscendi cupiditas. Physicus materiam corrogat, eoq; tam terminat, ut efferuescentiam sanguinis circa cor dicat. Ratio enim iracundiæ libido & studium illud est reponendæ uindictæ. Sed rationem hanc atq; formam, id est, desiderium tale in tali materia esse collocatum oportet. Quemadmodum definiturus domum, alius forma & ratione contentus est, hoc modo: Domus est custodia & defensio à uentis, imbribus, caloribus, frigore. Alius sola materia: Domus est ligna, lateres, intrita. Erit & cui utrunque complecti studium sit: Domus est munitio ab iis, quæ de foris ingruant, ex tali aut tali materia. De tribus his quod genus physico conuenit? Vtrum id, in quo solius formæ fit mentio, prætermissa & neglecta materia? an id in quo solius materiæ admonitio habetur forma superposita? an id potius in quo iunctim forma & materia declaratur. Quod si postremum hoc genus philosopho naturali congruit, cui sectæ reliqua duo uendicari, aut tribui debent? Certe definitio, in qua sola uis formæ affertur, quæ seorsum consistere, confirmationem q; & soliditatem habere non potest, sola

17 dialecticis ascisci tur, unde illa plerunq; futilis inanisq; habetur. Ea uero quæ materiam tantum & affectiones eius, quæ abiungi non possunt, sectatur, nullius quidem fuerit, nisi eius qui naturam exploret: quippe qui circa omnia uersetur, quæ materiam & eius opera atq; affectiones appellent. sed cessans & manca, nisi formæ meminerit. Ac formam quidem semper in definitione collocare debemus, quæ locum principem teneat: ita tamen ut à materia non recedamus, etiam si forma ratione possit abiungi. Etenim formæ naturali materia semper opus ususq; est. At mathematicis lineam directam citra materiam definire conceditur, quia res quæ apud illos tractantur, à nexibus materiæ liberiora exultioraq; sunt, quàm forma naturalis. Atq; hoc ut distinctius capiatur, paulò altius ordo petendus est. Naturalis corporis opera alia naturalia sunt, alia extrinsecus ueniunt. Naturalia sunt calor, frigus, siccitas, humor, nutritio, auctio minutio. Extrinsecus ueniunt, quæ artificio aliquo comparantur. Artificium aliud materiam exornat, aliud defectum & inualentiam corrigit. Materiam exornant excussores, significi, postremoq; sellularii. Inualentiam corrigit medicina, agricultura. Est & genus tertium (siue id affectionem uocare, siue accidens malis) quod quanquam non potest à corpore naturali euidenter seiungi, inest tamen in corpore, ut naturale non est, quo numero sunt illa rectum, inflexum, triangulum, concauum, deuexum. Demum in omnibus, quæ sibi mathematici contemplantur naturales affectiones à conspectione sua reiiciunt, solas merasq; magnitudines, & nuda atq; inania spatia extimant finiendis his, neq; materiam, neque naturalem qualitatem adiungunt. Iterum quoque alio initio ordiendum est. Circa formam plurimæ habentur speculandi rationes & uiæ. Forma enim aut naturalis est, aut mathematica, aut artificiaria. Naturalem & physici, & dialectici occupant, sed dialectici materiam negligunt, physici semper accurant, cæteras formas artifices & mathematici fortiuntur. Horum alii solitarias & absolutas considerant, aliis in materia negotium est. Quamobrem ut illis semper sine materia, ita his nunquam sua commentatio est. Ille summus supremusq; omnium artifex uidetur, qui circa ueras formas, id est, quæ ab omni nexu & mancipatu materiæ asseruntur, studium suum exercet. Cum dico ab omni nexu, intelligo eas, quæ tum re, tum cogitatione à materia sequestrantur, quales primus ultra mundanusq; philoso-

18 phus spectat. Atque hæc quasi extrinsecus distincta digestaq; uolumus, utpote quæ non admodum aliena ab hoc instituto ac proposito uiderentur. Sed referenda est unde deerrauit oratio. Dicebamus animæ affectiones à materia naturali animalium separatas non esse, neque sicut superficies potest præcidi ratione: ita posse iram, timorem, & reliqua, sed horum omnium definitiones communione corporis, quod in iis apertissime commouetur, agitaturq;, conflari & constitui oportere.

¶ De sententijs veterum de anima, & de opinione Democriti. Caput X.

19 His ita præguſtatis, deinceps pedem conferre par est, sed prius est, ut sententias ueterum disquiramus. Et hercules æquum sit eos ad consortium disputationis huius corrogari, qui in parte hac philosophiæ, aut aliquid inueniendo, aut scribendo & commentando nos iuuerint, ut & bene ab iis dicta recipiantur in fide, & contraria repudientur. Quoniam duæ res sint, quibus in anima ab animantibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

differunt,altera quod animalia uidentur per ſe moueri, non uidentur inanima:altera quod ſentiunt hæc,illa non ſentiunt, in duo hæc diductio ſectarum facta ueteribus eſt, alii de motu, alii de ſenſu finitionem animæ colligunt. De motu Democritus,Anaxagoras,fortaſſe etiam Plato,ii quod arbitrabantur id quod non mouetur, mouere alia non poſſe animam in numero habuerunt earum rerum,quæ mouerentur. Vnde illam Democritus ignem & calorem quendam eſſe credidit.Quoniam enim innumerabiles figuras oriri moueriq; diceret,quas atomis ſuis referret acceptas,earumq; panſpermiam, id eſt, uniuerſitatem ſeminarium, elementumq; totius naturæ conſtitueret, putauit animam ex iis quæ rotundæ orbiculataeq; haberentur conſtare, argumento,tum quòd figura illa maxime penetrare uideatur in corpora, tum quòd ſimul agitatur, ipſa
20 aut pellitur ſecum alias quoq; res ſubinde rapit & commouet. Nihil autem mirum eſſe, ſi oculi aſpectum eius non capiunt,quamuis corpus eſſe dicatur:nam & illa quæ per aërem uolitant,ramenta, ut ipſe appellat & papuli, quorum ingens uis turmatim feneſtris in ſole adapertis inferta longos per totos radios tractu reciprocat,niſi ſudo cœlo & ſolo aſſerto oculis uſurpari non poſſunt. Quamuisq; aër ſpeciem præbeat inanis cuiuſdam æquoris, ſunt tamen in eo ſolida corpora,ſed indiuidua pauxillaq; ac minutiſſima, quibus oppletur:proinde atomos alias maiores,tardioresq; alias minores celeresq;,ſed celerimas & minimas omnium globulentas & ſphæricas,
21 quarum conciliatu & concurſu extiterit anima. Quapropter & uitam reſpiratione definiri dicebat. Nam quum aër is, qui nos ambeſt compreſſis corrogatisq; aliis corpuſculis ſphærulas interiores, quarum agitatu animal agitatur, elidat, periculumq; ſit, ne deſtitutum eo præſidio alias extinguatur, ſuppetiatum accurrunt aliæ atomi, quæ ſe in uices faceſcentium inſinuent. Quod quidem per hauſtum & reciprocationem ſpiritus fit.Ita incurſatione confluctuatione,quæ mutua ſubeuntium & euolantium atomorum, quod ſpirando reſpirandoq; accidit, animam adhiberi ne defluat: proindeq; eatenus uiuere animalia quoaddum atomos ſphæricas accipere poſſint & reddere.

[a] *Non parum nobis conferre poterit:ait hic Simpl.enarratio opinionum antiquorum: tum ad dubitationem:tum ad inuentionem:ſi ad ea animaduerterimus:quæ reſpicientes:hi quidem hoc:illi vero,alio modo de anima ſenſere & hæc quidem refellemus illa vero approbauerimus.*

[b] *Quia ea quæ rebus inſunt accidentia:proprie præcipue:ait Simpl. conferunt plurimum ad inueſtigandam earum eſſentiam:vt ſuperius dictum: ideo ex his quæ animæ inſunt ab eaque definiuntur:hoc eſt quę animatis rebus propria ſunt qua talia ſunt animę ſubſtantiam colligere vult: ea vero ſunt omnium opinionum conſenſu: ab interna cauſa moueri. hoc enim ſolis eſt animatis proprium & ſentire: hoc tamen non ita proprium eſt intelligendum vt omnibus. Sed quia ſolis animatis conuenit.moueri autem ab intrinſeco principio eſt omnibus animatis proprium: nam & plante augentur & imminuuntur.*

De *opinione quorundam Pythagoreorum de anima.* Caput XI.

22 VEre & Pythagorici aliqui, ait Ariſtoteles,qui idem de anima ſenſerint, quos ego tamen qui fuerint, nondum comperi. Ex iis alii corpora indiuidua, quæ in aëre mouerentur, alii cauſam agitatricem illorum eſſe animam arbitrati ſunt. Eoq; id accidere, quòd illa nunquam quieſcere, quamlubet ſereno tranquilloq; aëre uideantur. Sanè ii proprium eſſe animæ putant mouere, præſertim qui illam deſcripſere uim ſemet agitantem mouentemq;. Ferè enim diſceſſum eſt in id omnibus, ut motum eſſe peculiariſſimum ani-
23 mæ crederent, ac cætera quidem moueri ab anima, ſed animam à ſeipſa. Eodem modo & Anaxagoras animam eſſe fontem & initium motus prædicat: idem quicunque omnia moueri à mente intellectuque autumant. Non tamen uidetur id Democrito, quippe qui inter mentem & animam nihil intereſſe affirmet. pro hinc ſenſus ueri nuntios eſſe dicebat, & omnia quæ ſenſibus uiderentur uera eſſe defendebat, quaſi ſenſus & animus confunderentur. Vnde & ſentire & ſapere pro eodem habebat magno alioquin, teſte Homero, nixus, qui quodam uerſu de Hectore: lacet, inquit, aliud ſapiens. Quamobrem non ita de intellectu locutus eſt, tanquam de ui ea qua ueritas, id eſt, qua rerum cauſæ, atque exitus cognoſcun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tur:neq; ut ea quæ à ſenſu ſit diuerſa,ſed idem omnino eſſe utranq; uim, id eſt, animum & ani-
24 mam teſtatus dilucidum eſt. Anaxagoras minus id clare indicat. Plerunq; cauſam boni pulchriq; intellectui tribuit, ceu qui cæteris animæ uiribus dignitate antiſtet, & diuinior habeatur. Plerunque confundit,ut animam cum animo coniungere uideatur. Cum enim omnibus animalibus magnis paruisq;, perfectis & imperfectis intellectum aſciſcat,ſine dubio ſignificat non diſtare intellectum à ſenſu. Nam ſenſus in omnibus uiſitur,intellectus non in omnibus. Sed ne in homine quoq; omni comparet. Ita omnes philoſophi, qui animantia ex eo ſpectabant, quòd ipſa ſe mouerent,conuenire id in animam potiori modo & meliore nota dixerunt.

De opinione Empedoclis & Opre, Timæi ſiue Platonis in Timæo. Caput XII.

25 AT qui ex eo quòd animalia cognoſcunt & ſentiunt, definitionem animæ afferunt, hi animam ex principiis & elementis rerum conſtitutam intelligunt, adeò quot cuique initia uidebantur, ex totidem conſtare animam probabant. Quod ſi quis unum dixiſſet,ex uno filo animam exiſtere fatebatur,ita contingere,ut anima quę ex principiis eſſet cõpoſita,tum ipſa principia,tum ea quę de principiis naſcerẽtur, poſſit cognoſcere. Nã Empedocles qui quatuor naturis cõſtare uult omnia, quibus cõcordiam & diſcordiam initia capitalia præficit,ex totidẽ conflari animam ſenſumq; teſtatur hoc carmine.

Terrea pars terras,pars undea conſpicit undas,
Aethera dium æther,uis ignea percipit ignes.
Pax pacem monſtrat,litem lis aſpera ſentit.

Statuit autem ex omnibus iis animã confici,quia putabat alias naturas ſentiri & apprehendi non poſſe,niſi per hanc ſimilitudinem,quæ cũ rebus eſſet animæ inſita. Atq; hoc illi cum cæteris erat
26 commune: ferè enim conſenſus ueterum eſt,ſimilibus cognoſci ſimilia. Eadem cauſa motus eſt, opinari Timæus animam ex elementis componi, quorum alterum indiuiduum,immateriale,in corporeum haberetur,alterum diuiduum, & quod ad naturam corporum pertineret,id eſt,natura,quæ inſeparabilis corporum communis eſſet. Ex iis mediam exiſtere animam duarum naturarum permixtione coalitam,ac indiuiduam quidem & immaterialem naturam fortaſſe mentem putabat. Diuiduum uero & medium quid intelligat extimemus. Qualitates ſanè primę,humor & ſiccitas,cæteræq; iis coniuges,circa corpora quidem diuiduæ non uidentur, ſed circa ma-
φυτικὸν ait ipſe hoc eſt vegetale. teriam. Sed & potentia naturalis diuidua eſt,& quidem circa corpora. Hæc enim materia utitur, non informi nudaq; penitus,ſed elementis & corpore. Nam & cogit & diffundit,proindeq; circa hæc poteſt diuidua & ſectilis uideri. Idem de parte ſenſuali,& de ea quæ ad libidinem & iraſcentiam pertinet. Dicatur illas circa corpora diuiduas haberi, quom in corporibus & circa corpora uerſari continerіq; uideantur. Atq; hoc tam in illis uerum ſit,quę irrationales omnino brutæq; ſunt,quàm in iis quæ rationi parent atq; conſentiunt. Quamobrem ſi omnes circa corpora diuiſiles eſſe neceſſe eſt,relinquitur nullam aliam uim niſi rationalem mediam ab illo cenſeri,quia inter indiuiduam naturam,id eſt quæ careat partibus,& huic contrariam ambigat,atque ab duabus his facultatibus condita & temperata dicatur. Plane conditam eſſe animam improprie dicitur. Non enim ita poteſt conſtituta intelligi,ut corruptis atq; in unum confuſis naturis duabus, ſpecies ab his tertia diſſultarit: quodq; fieri in cæteris mixtionibus cernitur, coalitu diſcrepantium rerum,qui ſine illorum interitu non poteſt accidere ingenium animę prouenerit. Sed quũ animam dicitur ex duplici natura conſtare, id ita accipiendum eſt, ut rationabilis animæ natura minoris eſſe quàm intellectus,& pluris quàm irrationabiles potentiæ iudicetur,cum utroque tamen cognationem quandam habere, qualem fere mixta & concreta cum iis ex quibus formantur. Quapropter duabus illam opibus ad res noſcendas & comprehendendas uti, eiuſdem & diuerſi. Quotiens genera & generum formas colligimus,idem & ſimilia quærimus,quotiens uero differentias perſequimur,diuerſitatem incidimus, atq; has uires potentiasq; ab elementis illis accipit,quibus conſtat. Potentiam eiuſdem ab indiuiduo & incorporeo initio:Potentiam diuerſitatis à diuidua & corporali natura. Ita Timæus animam ex elementis confectam uult, non tamen omnes (ut dixi) ſed rationalem,qualem & mundi animam exiſtimare quis poſſet. Nam potentias patibiles inuſtas inteſtasq; poſt à ſecundanis dicit, qui ab eo mortalium animalium opifices & creatores uocantur. Vt igitur Timæus animam ex elementis effecerit, quo ſimilibus ſimi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lia cognoſceret,ſatis arbitror demonſtratum. Idem [a] probat in iis, quæ de philoſophia diſſeruit, id eſt, quum animal inquit principio ex idea unius & prima longitudine, latitudine, altitudine conſtit-t. Alia quoque ad idem exempli. Quum enim incorpoream naturam à quantitate continua remotiſſimam putarent,utpote quæ nullam molem aut diffuſionem haberet,ſed ſub diſcretam cõmode poſſe cadere uiderent, numerum illi & multitudinem aſciſcebant non omnem, ſed quam ueræ & ſimplices unitates attollerent. Dixi ueras unitates ac ſimplices, quia numerus qui ad incorporea pertinet, non conſtat ex iis unitatibus, quæ corporali naturæ mortaliq; tribuuntur. Nullum enim corpus perfecte unum eſt,quia diſtrahi poteſt ſubinde in plura,immò infinite ſecari,quamobrem numerum illum tanquam ex ſpeciebus & formis collectum formalem ſeu ſpecificum appellabant, contraq; eius generis numeros,ut rerum formas & ſpecies prædicabant. Atque huic ſententiæ uerſus ille de proximo congruit: Quæq; ſuos retinent numeros,numero omnia conſtant. Elementa igitur mundi intelligibilis,quem per ſe animal uocant,prima & ſumma ex ſpecificis numeris prodidere,ideas unius,ideam primi binarii, ideam primi ternarii, ideam primi quaternarii. Quomodo enim neceſſe eſſet,ut in mũdo intelligibilia ideæ & principia mundi ſenſilis ſpectarentur, ſenſilis autem mundus ex longitudine, latitudine, profunditate conſtaret,ideam longitudinis primum binarium ſtatuerunt,quia unius ad unum directio,id eſt à puncto ad punctum extractio longitudo eſt: Longitudinis & latitudinis iunctim ideam primum ternionem,quia planarum prima trianguli figura eſt: mox longitudinis latitudinis ſimul ideam primum quaternarium,quia prima ſolidarum eſt pyramis conusq;. Atque omnia hæc Xenocrates in iis,quæ de natura cõmentatus eſt,explicat. Indidem ſi quem iſta delectant,hauriat licebit. Illud igitur per ſe animal,hoc eſt intelligibilem mundum ex primis iis principiis conciliatum & condi tum arbitrantur. Particularia uero ex iis,quæ hoc ordine ſequuntur ſucceduntq;. Quemadmodum enim inter ſe comparantur ſenſibilia,eadem quoq; collatione ſibi reſpondent ideæ, ſenſilia.
27 Eſt & aliud genus quo illi hoc de anima ſolent exponere. Quomodo enim pluribus utatur poteſtatibus anima ad capiendas cognitiones rerum,intellectu,ſcientia,ſenſu,opinione,intellectum ab unius idea præberi miniſtrariq; affirmabant: ſcientiam à prima dualitate, quia ſcientia ad unũ ab uno procederet, hoc eſt à ſumptionibus ad complexionem concluſionemq;: opinionem à prima trinitate,qui numerus ad planam figuram referebatur. nam opinionis eſt ex propoſitionibus utrunque uerum falſum concludere: ſenſum à primo quaternario ortum habere, à quo prima idea ſolidi corporis emanabat, circa quod ſenſus noſtri uerſantur. Ac rerum quidem omnium initia forma & ſpecies, & ſpecificus numerus credebatur. Ipſius uero numeri elementum & ſeges,tum unitas, tum dualitas indefinita erat, quam unitati iuxtim ſubdebant, unde infinita uis & prouentus numerorum exiret. Nam ex eo quod uere unum ſit, & quod ſolitarium habeatur,nihil conſtitui aut deriuari poteſt, ita creandis generandisq; numeris neceſſe erat corrogare naturam alteram & unitati coniungere, quam (ut dixi) interminatam & indefinitam dualitatem appellant. Dualitatem iccirco, quia iam & diuiſilis & multitudinis opifex uideatur. Indefinitam propterea,quòd proprio fine extremoq; careat. Sit enim unitas quę finem ſuum omnibus ſpecie bus ideisq; præbeat. Dualitate enim unitas continenter adiecta numeros ſpecificos quamlubet multiplicari contigit. Porro dualitas hæc imaginem refert materiæ quæ ſubditur obſterniturq; corporibus. Vnitas adeo ſimilitudinem formæ materialis præſtat. Quapropter ſi anima ex eiſdẽ principiis conditur,ex quibus numerus ſpecificus conficitur, non mixtione aut confuſione duarum naturarum,ut dixi,ſed quia collinitium utriuſque ordinis teneat, tum indiuidui incorporeiq;, unde pendet & regitur: tum diuidui & corporalis cui præeſt & imperat. Si inquam ex eiſdẽ initiis concreta anima eſt,ex quibus numerus ſpecificus componitur, ratio eſt ut illa rerum omnium capeſcere notitiam poſſit. Hoc modo apud Platonem Timæus,& adeo ipſe Plato ex ſimilitudine & affinitate principium probat ingenium animæ ad rerum cõprehenſionem & ſcientiam idoneam pollensq; eſſe.

[a] *Librum de philoſophia appellat Ariſto. qui nulli peculiariter eſt inſcriptus ait Philo. & eſt Pla. legitimus: cui titulus eſt: vt ait Simpl. de bono ex conſuetudine Platonis: in quo quidem libro opinionem Pytha. & Plat. enarrat de entibus.*

De opinionibus multorum, qui de anima male ſenſerunt. Caput XIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

28 EVere ex [a] posterioribus, qui duas illas rationes complexi cognitionem & motum, definitionem animæ de utroq; cõfarciunt, quemadmodum qui numerum ipsum se agitantem mouentemq; animam descripsit. Is ex eo quòd numerum appellabat, intelligi uolebat cognoscendi uim, quæ haberetur in anima. Ex eo uero, quòd ipsum se mouentem dicebat, facultatem eius mouendi & agitandi monstrabat. Porro omnes qui proprium animæ constituunt cognoscere & contemplari, quia id non putant aliter posse contingere, nisi ex initijs rerum constet, prout quisq; diuersa de initijs sentiunt, ita inter se de anima discrepant. De initijs autem euariasse sententias ueterum constat, non modo uti de natura & qualitate eorum, sed etiam de numero maxime dissiderent: quanquam in utroque alij plus, alij minus discordant. Ij qui corporea principia posuerunt, longissime disparantur ab iis qui incorporea. Propiores sunt iis qui permiscent, id est, partim quibus corporea, partim incorporea uiderentur. In numero quoq; amplissime distant, qui unum principium afferunt, & ij qui in
29 finita. Partius ab utriusq; disiungitur, qui plura uno constituit. Atq; ita consequenter quantum & quale discrimen inter illos de primordijs habetur, tantum & tale de anima opinionum diuortium est. Sane hoc de illorum sententia sequitur, qui cognitionem rerum ad animam pertinere, tanquam proprium eius munus & pensum existimant: quippe qui non uiderent id quemadmodum tuerentur, nisi illam ex principijs constitutam & conflatam dicerent. Veruntamen & illi qui mouendi uim ceu inditam, atq; ingenitam animæ suspicati sunt, non sine ratione uidentur naturam animæ de principijs explorasse. Quid enim aut munitius, aut uero similius est, quàm causam uehementissime agitantem mouentemq; cætera, in numerum aliquem principiorum redigere. Quamobrem nonnullis anima ignis uidetur, tum quia ignis gracilento & tenuissimo corpore sit, unde se quodammodo incorporeum asserat, tum quia & mouet se, & cæteris motum
30 præstat quibus approximat. Democritus autem utrunq; moueri elegantius & lautius exprimit: nam mouere ignem cætera præ sui exiguitate & partium probat, moueri beneficio figuræ efficacis & procliuis in motum. Quorum [b] utrunq; globosas illas & rotundas atomos coniecutas uolebat, ex quarum turba & concursione fortuita non solum animam, sed ignem quoq; format &
31 efficit. Anaxagoras uero (quemadmodum retro mox diximus) nihil constanter decernit, idem animam putet esse cum animo atq; mente, an diuersum: nam modo confundit, modo mentem principem facit, eiusq; ui & ratione omnium rerum descriptionem & modum designari & confici prædicat, proindeq; & simplicem esse & absolutam ab omni mixtura. Homiomeriam uero, id est omnium membrorum similitudinem, ut rebus materiam, subiici, quam mens digereret, & in qua tanquam operaretur. Sed & duo hęc motum & cognitionem necessario tribuerat animo. Motum his uerbis: Quom simul (inquit) omnia massali congestu coissent, incidens mens secernere & disponere occœpit. Cognitionem inibi. Sane hoc inquit, id est cognoscere maxime debitum animo est.

[a] *Xenocrates Platonis successor: vt Philo. ait: hoc pacto animam definiebat: hac ratione adductus quia animaduertit Platonem de anima loquentem: nunc quidem ex motu eam definire: vt in phædro: nunc vero ex vi cognoscendi ex numeris, scilicet veluti in Timæo: ideo ipse vtrunq; complexus est: vt perfectæ eius ostenderet naturam. Simpl. vero ait hoc modo animam definisse Xenocra. vt propriam eius naturam ostenderet: quæ media est inter formas & formata. numerus enim formis: mobile vero formatis maxime conuenit: vt ergo indicaret quod neq; simpliciter forma esset: neque simpliciter quid formatum, non ait esse simpliciter numerum. eo enim est inferior quantum ab impartibili cadit: nec simpliciter mobilem affirmauit. est enim tantum eo præstantior, quantum substantiam partibilem excellit: vtrunque tamen quodammodo est ea ratione: qua cum vtriusque communionem habet. hac igitur de causa ait esse numerum seipsum mouentem.*

[b] *Reddit Phil. rationem cur Democritus atomos rotundas tenuissimas maximæq; mobiles affirmauerit: aitq; tenues quidem: quia in geometria monstratur circulum omnibus figuris qui eiusdem sint ambitus maius spatium aream ue continere: siquidem & recti lineæ figuræ quo plurium sunt angulorum capaciores sunt: quia magis accedunt ad naturam circuli quo fit vt figura circularis quæ tantundem spatij arcé ue capit: quantum quæuis alia ex angularibus minoris erit ambi-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tus: vnde inter atomos quæ tumoris æqualis sunt rotundas merito graciliores & tenuiores suppo nat. maxime autem mobiles: quia circulus planum puncto tangit & ob id continue procliuis ad mo tum videtur.

¶ De *opinione Thaletis, Alcmeonis, & aliorum.* Caput XIIII.

32 VIdetur & Thales Milesius mouendi uim animæ accõmodatam putasse, argumento quòd herculeum lapidem, id est magnetem animatam rem dicebat, quia ferrum trahere & cogere uideretur. Idem Anaximeni & Diogeni uisum: demum omnibus qui animam aëream & flabilem credunt. Vtrunq; enim defendunt hoc scilicet: nam quòd moueat exilitatem tenuitatemq; partium causæ faciunt, quòd moueatur, id esse ingenium aëris contendunt. Heraclytus quoq; id quod rebus principium dedit, animæ tribuit: quippe quam calorem esse spirabilem diceret: halitus enim uaporq; is, unde omnia confici putabat, nihil aliud esse quàm ignis poterat, ignem porro & minimo minus incorporeum, & semper fluidum uideri. In motu autem esse omnia, ut plerique alii, Heraclytus uolebat. Huic sententiæ aderat Alcmæon Crotoniata, qui cognomento Physicus dicebatur: Animam (inquit ille) immortalem esse oportet ratione ea, quia semper agitetur, eoq; simillima rebus immortalibus uideatur. Moueri enim & reliqua immortalia incessabili agitatu, solem, lunam, errones, uniuersum cœlum. Iam grauius illa atq; importuna opinio est, quæ ad authorem Hipponem refertur, animam existimari aquam. Is eo indicio motus est, quòd rerum omnium genitale semen humidum haberetur. Importuna & illa Critiæ, qui sanguinem esse animam dicebat, propterea quòd sensum cuius uim propriam esse animæ iudicabat, procuratione & merito sanguinis animalibus accidere arbitrabatur, quando partes quæ essent exangues, ut ossa, ut ungues, ut dentes, sensu quoque uacuæ haberentur. Quanquam huic dicto uidentur nerui resistere, qui tametsi carent sanguine, nihilominus tamen causam sentiendi præcipuam obtinent. Ac cætera quidem elementa suos assertores & haurarios habuerunt. Sola terra sectorem non inuenit. Terram nemo seorsum uel nor: inauit, nisi quis dixit animam ex omnibus elementis constare, aut omnia elementa esse.

¶ *Epilogus generis, quod omnes vno ex tribus animam definierunt, aut motu, aut cognitione, aut tenuitate, id est incorporeo.* Caput XV.

33 EX hac igitur percensione recitationeq;, liquet duas res propositas ueteribus fuisse, in quas definitionem animæ referrent, cognitionem & motũ. Sed & tertium opinor, uel ingratis incurrunt, & comprobant, ut incorpoream & subtilissimam esse animam putent: ita tribus momentis naturam notionemq; animæ cõplectuntur, motu, cognitione, incorporeo. Nam qui tenuissimis esse, atque adeo fugientibus aciem partibus animam uolunt, eoq; agitabilem atq; permobilem uidere uidentur tanquam in somnio animam esse incorpoream oportere. Illud iam notissimum, animam ab omnibus in principia relatam fuisse. Ab iis quia cognosceret: ab illis uero, quia mouere omnia agitareq; uidere-
34 tur. Idq; (ut dixi) propter similitudinem illam & cognationem accidere. Quanquam Anaxagoras, sed solus cognationem & affinitatem hanc sustulit. Is enim tametsi omnia cognosci ab anima concederet, quia tamen sincerum illum & mixtionis expertem putabat, nullam ei cum rebus quas cognosceret, similitudinem relinquebat. Quemadmodum autem intelligere posset res, quibus cum nullam collationem haberet, neque ulla parte scriptorum suorum expressit, neq; conjecturam aut indicium ullum reliquit, id unde scrutari liceret. Hoc excepto uno, cæteri in id popu-
35 lariter confluunt, ut ex iis facultatibus, quas cognoscunt, conditam animam uelint. Iam ii qui contraria inter se principia faciebant, animam quoque ex contrariis compositam rebantur. Nam Empedocles quum quatuor naturas, ex quibus constare omnia uult, siccitatem, frigiditatem, caliditatem, humorem, initia posuisset, sine dubio uoluit easdem contrarietates in anima contineri, quum dixit.

Terrea uis terras, uis humida percipit undas.
Aether ab ætherea sentitur, ab ignibus ignis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sed & ii qui ex uno duntaxat elemento animam fabricantur, eius quoque qualitatem ſolam tribuunt animæ. Heraclytus caliditatem, quæ igni conueniat. Hippon humiditatem, quæ aquæ ſit propria. Ideoq; & de notatione & ueriloquio nominis altercantur, explicationemq; uerborum ad ſuam quiq; ſcientiam conferunt. Alii Zeon, id eſt uitam appellatam dicunt, quòd nomen id bullitionem ſignificaret, ceu feruor eſſet atque ignis anima, qua uiuiſceremus. Alii animam pſychen uocatam affirmant, quo frigus notatur, quia ad uitam animalium tuendam euentatione & refrigeratione ſit opus, idq; cõmodi per ſe reſpirationem accidere.

Generaliter contra omnes, qui putant animam eſſe corpus mouens, & motum. Caput XVI.

36 HActenus ſola decurſa nobis hiſtoria eſt, quæ à maioribus de animæ natura literis tradita & monumentis habetur. Ex iis aliqua expreſſim ab iis dicũtur, aliqua nos ab iis intellecta ſcrutinio coniectamur. Primũ uero eorum ſcientiam extimemus, qui motũ animę ueluti rem illi maxime propriam genuinamq; aſcripſerunt, quiq; quòd credebant moueri illam quia moueret, talem definitionem eius prompſerunt: Anima eſt ſuimet mouens, aut potens ipſam ſe mouere. Hoc modo Plato in libro de legibus decimo finit. Cæterum fortaſſe non illud modo falſum eſt, animam moueri quia moueat cætera, ſed etiam ſeorſum id defendi nõ poteſt, animam à ſe, aut ab alio moueri. Quanquam uero plurimas rationes commentatio noſtra de naturali auſcultatione contineat, quibus oſtenditur neceſſarium non eſſe moueri omne quod mouet, nunc tamen uel gratia claritatis, uel quod in loco id cadit, nonnullas illarum hac quoq; parte repetiſſe conueniet. Ais omne quod mouet, moueri oportere, ergo aut à ſe dices, aut ab alio moueri quod mouet. Profecto ab alio non eſt neceſſe, alioquin inquiſitio in infinitum caſura ſit. Sed ne à ſe ipſo quoq; propter eas ruinas in quas incidere dicentes id oporteret, quasq; quàmmox demonſtrabimus, ſed ipſum ſe aliquid mouet; id eſt, ſi ſuimet mouens eſt, aut parte alia mouet, alia mouetur, aut eadem mouetur & mouet. Si alia mouet, alia mouetur, dubitatio nulla eſt quin concedere oporteat, aliquid eſſe quod moueat nec moueatur: quod illi pro impoſſibili deteſtantur, quia idem deſereretur à ſe, nec ſuimet mouens amplius proprie diceretur, ſed pars illius altera motum afferret, altera motum acciperet. Atq; hoc genere nullum incõmodum ſuſcipitur, ſi animalia & frutices ipſa ſe mouere dicantur. Nam ſtirpes & frutices ab anima uegetali, cuius uigluntur auctantutq;, etiam moueri atq; agitari uidentur. Quòd ſi totum toto ſe mouere & moueri defenderis, primum illud ulcus eſt, quòd rem indictam & incogitabilem comprobas, eiuſdem rei aliquid ſibi cauſam eſſe, cuius eſt alii fieri poſſe, ut ſimul deferat & deferatur, alteret & alteretur, adeoq; ſimul & doceat & doceatur, idé ſpeculamen curet & curetur, eandem inualentiam (quo nihil dici poteſt obtuſius) illud huic nõ ſuppar. quod inducemus hoc modo: Omne quod mouetur, qua mouetur potentia eſt. Omne quod mouet, qua mouet, actu eſt. Si ergo ſuimet mouens, à toto ſe mouetur, erit ſimul à toto hoc reſpectu, tum actu tum potentia, ſimul perfectum imperfectumq;, ſimul calidum necdum calidum, ſimul ſciens & inſciens. Hæc quæ nunc libamus in libris, quos dixi, naturalibus fuſius explicata, exornataq; uberius ſunt, inde reliqua petat licebit, ſi cui hæc præciſius poſita uidebun-
37 tur. Nos uero quæ noſtra intentio eſt, pergemus oſtendere animam moueri non poſſe, quom omne quod mouetur, duorum generũ altero moueatur, aut per ſe, aut per aliud. Per aliud moueuntur, quæ quum ipſa non moueantur, in eo tamen ſunt quod mouetur, ut in naui uector & ſarcina. nauis per ſe, uector & ſarcina per aliud moueri dicuntur motu nauis. Dixi motu nauis, quia alio motu moueri per ſe poſſent, poſſent nutriri, augeri, alterari, & locali etiam aliquo motu moueri præter motum nauis. Sed ponimus uectores ſedere & quieſcere, tunc nauis (ut dixi) per ſe, uectores per aliud mouebuntur. Eodem modo de accidentibus corporis ſentiendum eſt, albedine, nigredine, pede, bipede, tripede. quæ per aliud ideo mouentur, quia continentur in rebus quæ per ſe moueantur. Ea igitur quę hac forma, id eſt per aliud mouentur, poſſunt eſſe nec
38 corpora, nec egentia loci per ſe. Quom igitur bifariam res moueri dicantur, aut per ſe aut per aliud, uideamus nunc utrum anima per ſe moueri poſſit, id eſt motum per ſe accipere. Nam aut ex accidenti, aut per aliud poſſe animam moueri neque ipſi diffitemur, quom illa in corpore habeatur, quod per ſe mouetur. Igitur de quatuor motibus delatione, alteratione, auctione, minu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tione ſciſcitor,uno ſe anima an pluribus generibus moueatur:item an omnibus.Sed demonſtra/
tum eſt quicquid aliquo ex quatuor illis motu non per accidens moueretur, prorſus in loco eſ/
39 ſe,& cingi corpore oportere.Nec enim credendum eſt ueteres illos,qui ſubſtantiam animę de mo
tu finiunt,exiſtimaſſe animā per accidens moueri. Quod ſi corpus eſt anima,profecto proprium
40 etiam locum ſibi deſiderat. At qualis nam hiccine dabitur? Certe quandocunq; attuleris,illuc ſe
anima per naturam conferret, quomodo applicita appulſaq; eodem quoque loco per naturam
quieſceret. Quod [b] qui conceſſerit, fateatur neceſſe eſt poſſe uiolentos quoſdam motus & quie/
tes haberi,quibus anima ui moueatur & ſtet.nam ſi aliquò naturaliter pergit,inde auulſa pertur
bataq; mouebitur ui & contra naturam. Sed quales nam obſecro, uiolentos animæ motus aut
quietes fingas,haud facile comminiſci eſt, etiam dementiri uolentibus. Animatum corpus ſæpe
ui & contra naturam moueri cernimus, quando alieno impulſu aut colliditur aut iacitur. Ani/
mæ huiuſmodi aliquos motus aut quietes nullo unquàm tempore uidimus:alioquin per natu
ram contrarii & aduerſantes motus ad animam pertinerent. Dicat aliquis animam contra natu/
ram non moueri, ſed motibus omnibus quanquàm aduerſis & contrariis, tamen naturalibus
41 moueri. At nullum elementum contrarios motus agere naturaliter uidemus. Ex elementis por
ro animam conſtitutam eſſe uolunt, alii uno, alii pluribus. Ignis ſuopte nutu ſemper in cœlum
uiam molitur,terra ſemper in medium mundi grauitate ſua fertur & pondere, elementa reliqua
ſuas inter hæc regiones premunt. Iam ſi neceſſarium putant moueri animam, quia moueat ipſa
corpus,quaſi reciprocet ratio, nec fieri poſſit ut aliquid moueat ipſum, niſi prius moueatur: ſe/
quens eſt & probabile eodem motu moueri corpus ab anima, quo ipſa mouet. Quòd ſi hoc ſe/
quitur,contra quoque cõmeat, uerumq; eſt motu quo mouetur corpus eodem mouere ſe ani/
mam. At corpus locali mouetur motu,quare etiam anima ſeu tota,ſeu pars eius motu locali mo
uebitur. Quod ſi eſt, modo corpus ingreditur, modo rurſus egreditur, qua commigratione &
mortua quoque animalia reuiuiſcere & exuſcitari contingit.

[a] *Philo.attamen Simpl.q; aiunt Ariſto.a Platone verbis tantummodo diſſentire.Ariſto.enim motionis nomine corpoream tantum tranſmutationem audit:quæ motionis appellatio vulgaris eſt & populo conſueta. Huiuſmodi vero motionem animæ nequaquam conuenire non modo Ariſto. verum etiam Plato contendit:ipſam tamen moueri affirmat animalibus intellectualibuſque motio nibus:quæ omnia motus nomine comprehendit.*

[b] *Fundamentum quo inititur hæc ratio videtur anguſtias pati.nam non videtur uerum uſque/quaque quod naturaliter mouetur poſſe etiam ui moueri.cœlum enim naturaliter mouetur: ui au/tem nequaquam poteſt moueri. Aiunt peripatetici præcipue Alexan. non moueri a natura ſed a quadam ui præſtantiori quam natura ſit ucl anima quæ in his interioribus eſt: Siquidem cœlum ut ait etiam Ariſto. eo motu mouetur:quia appetit primo aſſimilari: quod quidem primum diui/numque ubique cum ſit: cœlum uero ubique eſſe non poteſt eſt ubique per partem: animalia etiam quæ tranſuerſis motibus mouentur non natura mouentur ſed ab anima. Philop. uero fundamen/tum id uerum eſſe in his quę recto motu mouentur qui quidem contrarietate nõ caret Simp.etiam in idem fere tendit.in his enim uerum etiam aſſerit quæ quandoque mouent.*

¶Contra Theophraſtum,qui rationes Ariſtotelis reprehenderat. Caput XVII.

SEd reſiſtit huic loco Theophraſtus in iis libris, in quibus tractat locos ab Ariſto/
tele ante tractatos. Non eodem (inquit) mouetur anima motu, quo mouet ipſa
corpus. Iudicia,comprehenſiones,aſſenſiones ſunt animę motus:locales uero ſunt
corporis. Pręterea neque retortionem illam uideri ſeriam neceſſariamq;,ut ſcilicet
eo motu quo corpus mouetur,eodem moueri animam ſit neceſſe. Nam trahitur
lignum ab homine,non tamen contrà homo uidetur trahi ligno. Item uapores ui ſolis in ſubli/
me rapti,rectis angulis ſubuolant, ſol ipſe uerſa uice non rapitur, nec in lineam mouetur, ſed in
orbem & circulum. Solutio eſt: Primum demonſtret ille iudicia & aſſenſiones eſſe motus. Hoc
nunquàm præſtabit utique ſi definitionem motus recipit, quàm ſupra nos attulimus. Motum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

esse continuum, & attendi cum tempore, ex indiuiduis motionibus non componi, de potentia ad actum conferri, & dum confertur obiter retineri potentiam. Quorum ille omnium tanquam uidetur oblitus. Quod eo magis mirari subit, quòd ille æditò cõmentario amplexus est omnia, quæ de motu ab Aristotele inuenta ostensaq; sunt. Cæterum homines qui lignum trahunt, & sol qui in gyrum torquetur, quo motu mouent eodem etiam motu mouentur. Mouent adeo & mouentur motu locali. Quòd si alio motu numero aut specie mouentur, nihil ad rem. Nec enim tenere aliud Aristoteles uoluit, quã ut id quod locali motu [a] mouet, si propterea quod mouet etiam mouetur, necesse sit etiam ipsum quoque motu locali moueri. Sed neque hoc necessarium Theophrastus putabat, si motu locali anima moueretur, commigrare illam posse & mox remigrare in corpus, unde semel exisset. Nam ii qui animam spiritum esse & auram quandam rebantur, ut motum (inquit) loci concederent animæ, tamen opinor id negassent remeare aut regredi posse, quę semel esset egressa. Sed optime uir, pace dixerim tua, neq; hoc recte, neque iis consentanee quæ illimet opinantur. Nam si potest exire corpus è corpore, cur non & denuo poterit ingredi? quom hoc in cæteris omnibus locis uasisq; fieri uisitetur. Sed adhuc Zenoni relicta est ansa dicturo propterea ingredi animam non posse rursum in corpus, quia tota esset toto corpori innexa permixtaq;, eo confieri ut sine dissolutione mixtionis eius cuius uinculis continetur, exire non queat, dissoluta mixtione intrare non possit. Verum eos qui animam in corpore tanquam in uase quodam & loco constituunt, nullum præfugium subleuat, quin cogantur fateri animalia semel obita extinctaq;, animari denuo posse, & ad uitam redire. Quod genus maxime pericli tantur Democritici, & omnes qui aquam aut ignem animam effecere.

[a] Immo in solo locali motu ait phi. uerũ est, quot si aliquid ppterea mouet qa mouet op' sit eo motu moueri q̃ mouet.

Sentire & intelligere nec motus esse, nec animæ motus. Caput XVIII.

42 

Taque illi tot & tantis rationibus reuicti, tandem concedant nullo motu corporali animam moueri, nisi ex accidenti, hoc est, quia id in quo est, moueatur, atq; hos motus nihil uetare quin aliunde afferri ministrariq; uideantur. Quom enim animal ui aliqua agitur, necesse est animam quoque impulsus illius participem fieri concedant. Hoc inquam oportet inuitiq; cõprobent. Illud si uolunt tantisper dum uiderimus, tueantur motibus animæ qua anima est, ipsam à se moueri, eosq; motus insitos esse animæ per naturam, cieriq; ab ea tanquàm interiores ac suos: ita fieri ut hoc genus motus animę ab alio præstari non possint, extra quàm sibi à se. Sed amabo, doceant qui nam isti motus sint sui peculiaresq; animæ. num sensus? At sensus sine iis quæ habentur extra, quia tanquam fores & fenestræ sunt animi, uim suam exercere non possunt. Num appetitus? at hic rapitur trahiturq; ab iis rebus quæ appetuntur. Num intellectio? at intellectio pendet tota ex sensibus, quia sine uisis imaginibusq; nõ perficitur. Sed concesso quod uolunt, hæc ab anima proficisci sola, consequens iccirco non dant. Quæro enim de illis continuos esse eos, & an exerceri defendant in tempore. Et hercules non possunt. nec ergo sunt motus. Quamobrem si isti neq; motus sunt, neq; ab anima sola proueniunt, cõminisci aliud genus oportet, quibus anima moueri, & qui prodire de ea & peculiares eius esse dicantur. Plane iisdem motibus ipsa à se & ab alio moueri nõ potest. Nihil enim est quod per se & extrinsecus simul haberi possit, aut quòd simul & per se & per accidens alicui competat. Nam neq; fluuiis sui motus, neq; flammis sui utroq; respectu simul conueniunt. Quę enim per se insunt in aliquo, separari non possunt, nec causam extrinsecus accidentem requirunt. Sed occurritur, non uideri sensum à sensilibus moueri, sed sensilia id agere, & habere rationem talem ut sine iis sentiri non possit. Sensum [a] araneis esse perfimilem, quæ muscas, culices & asilos in pedicas telarum incidentes irretitasq; aggrediantur. Id non bestiolarum facit infœlix accessus, quanquam sine accessu illo non crassantur aranei, sed uis eius generis insita & cibi cupedia. Eodem modo sensilia quomodo in machinamenta sentiendi, id est sensorias partes incurrerint ad comprehensionem sui prouocare admonereq; animum. Sed si quem ista exemplorum suboratio mouet à me, illud stat, quòd quemadmodum culex phalangium excitat, & uenatorem captura, postremo omne concupiscendum id, à quo concupiscitur, ita & animam moueri ab illis dicendum, quæ extrinsecus accidunt sensibus. Cæterum ille ipse qui sibi hoc exemplo tam placet confestim labat, ceu pœnitendum quid dixerit, & ab araneis pauimento applaudatur, eandem inquit rationem habet res uisilis ad aspectum, quam pauimentum & solum ad inambulantes. Quod

quam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quam ridiculum ſit, ſtatim agnoſcitur. Qui enim fieri poteſt, ut ſenſilia ſint loci, aut conceptacula functionum ſenſus? nonne irritamenta potius incitamentaq; ſenſuum uidentur? quod quidem latius patet in concupitis appetitisq;. Omne enim appetibile prope eſt ut appetentem uim ducat & trahat, non ut fundus ſit & capacitas aliqua, in qua perneceſſe ſit deſideria & appetitiones animæ contineri.

Rationes Ariſt. ait Philo. efficaces ſunt contra eos tantummodo qui omnem animam irrationalem etiam ſeipſam mouere per ſe contenderint: ſed cõtra Platonem qui hoc tantum de rationali anima aſſeuerabat, nullam penitus vim habent. eam enim a ſenſibus moueri negabat: ſed veluti expergefieri: veluti ſi geometra peritus a ſomno excitetur, ſtatim ſpeculatur theoremata: nõ quæ fuerint ab eo qui excitauit ei impreſſa: ſed quarum ideas in anima ſeruabantur. ait etiam hos motus animalis eſſe. animam vero cum ſecundum ſeipſam agit: intellectiue agit: nec ſenſilibus eget.

Si motus ſit eſſentia animæ, futurum vt anima mouendo ſe pereat. Caput XIX.

43 PRæterea quæro motibus iſtis moueri animam tanquam animam, an tanquã aliud putent. Si tanquam animam, quod iam & fatentur, quemadmodum id quod à calorem utatur, recedit à calore, & id quod per locum mouetur, recedit à loco, ita & animam quæ mouetur in eo quod anima, contingat ab eſſentia ſua recedere. Nam nos qui animam moueri ex accidenti uolumus, ſiue is motus in loco, ſiue in qualitate, ſiue in magnitudine habeat, illas anguſtias nõ ſubimus, nec concedere cogimur motum animæ exitum & receſſum eſſe ab eius eſſentia, ſed ab uno accidẽte, per quod mutatur. At ii qui moueri animam tanquã animam putant, quom motũ animæ quaſi ſubſtantiam eius eſſe definiant, neceſſe eſt plagam illam accipiant, quam nos alioquin facile repellimus. Si enim mouetur tanquã anima, & in eo quòd anima, atq; hic motus ſubſtantia eius conceditur, quo mouetur in eo quòd anima, nullum effugium eſt, quin anima dum mouetur, ſuã ſubſtantiam deferat. Vt enim flãmę, flabra, flumina, quorũ in eſſentia motus eſt, neq; pũcto quidem temporis, in eadem ſoliditate cõfirmationeq; permanent (Flumẽ niſi fluat, nõ erit amplius flumẽ, ſed aqua aut colluuies. Flabra niſi flentur nõ erunt flabra, ſed aër aut uapor. nihil enim aliud uentus eſt, quã fluctus aëris) ita neceſſe eſt, ut animæ motus, qui eſſentia eius eſt, in continuo lapſu fluoreq; habeatur. Vnde igitur plurimarum rerum illa memoria? unde conſtantia, ac tenacitas diſciplinæ? Hoc concedit, ille quidem & fatetur motum eſſe ingenium & eſſentiam animæ, ſed quanto, inquit, illa plus mouetur & agitatur, tanto id largius efficit, ne deſeratur à ſe, neue à natura ſua & ſubſtantia concidat. Vita enim, ait ille, motus eſt, & uiuere idem in anima eſt quod moueri. Sed qui hæc dicit, diſcrimen quod inter motum & actionẽ habetur, ignorat. Sed ne illud quoq; intelligere uidetur agere & gerere id, cuiq; quod datum & iunctum natura eſt cõſeruare naturam agentis, & actionem illam perſeuerantiam eſſe eius à quo prodeat. Ad quem modum uiſio ad uiſum, auditio ad auditum refertur. Contrà moueri ſecundum id, quod natura tributum ſit, id eſſe diſtrahi & remoueri ab ea ſubſtãtia, ex qua mouetur, ex quo & pernicies & exitium ſequitur. Item actiones momẽto æduntur, perficiunturq; uiſio, auditio, intellectio. Motus attenſionem porrectionemq; tẽporis exigit. Eſt enim motus inchoatio & rudimentum actus, quippe qui abſolutione careat atque inſtabilis ſit, nec unquam in uno fixus, non in loco ſi per locum agatur, non in magnitudine ſi ſũ per quantitatem ſit, non in ſubſtantia ſi ſecundum ſubſtantiam fiat, qualis fluminibus & uento. Nam cœleſtia corpora propterea incorrupta ſunt, quia per locum non ſecundum ſubſtantiam mouentur, ita eorum natura ſemper eadem eſt: in alio tamen atque in alio ſitu ſemper uidentur. Quod ſi id quod nos actionem ſenſuum appellamus, motum tu uocari contenderis, de nomine nihil contraibo: licet enim omnibus uocabula arbitratu ſuo interpretari & fingere, & generibus abuti ſpecierum loco. Species porrò actionis eſt motus. nam ſi motus eſt, actio eſt: ſi actio eſt, non item ſequitur, ut motus ſit. atq; hoc ſæpiſſime uſurpatum à Platone comperio. Quam obrem de uoce nullum nobis certamen eſt, de rebus ſumma diſſentio. Nihil enim tam diſtat
44 ab aliquo, quàm inter ſe actus perfectus & imperfectus. Verum ii qui moueri animam ſuſpicati ſunt, ipſam quidem animam per ſe moueri nunquam, opinor, conſpexerunt, ſed quom animal moueri uiderent, dixerunt animam eſſe primam, quæ moueretur. Contingebat au-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem hoc illos credere argumento plurimarum rerum, quod ſub conſpectum cadebat: ferè enim nihil mouet, quod non contraq; moueri cernatur. Porrò ſi idcirco mouetur anima, quia cauſa motus eſt corpori, ſequitur etiam ut quieſcere debeat, quia cauſa ſtatus & quietis eſt corpori. Non ergo plus poteſt ad animam motus pertinere, quàm quies. Ex quibus concluditur uim animæ & rationem eius eſſentiæ in motu contineri non poſſe: nullum quoque ſempiternum & inceſſabilem agitatum eſſe, quo ſe anima moueat. Nam ſi id eſſet, ratio cur animalia interim quieſcerent afferri non poſſet. Atq; hæc quanquam contra eorum opinionem dicuntur, qui motus quoſdam incorporeos animæ ſomniabant, in Democritum tamen conuenire etiam uidentur, qui hanc partem apertius peccat. Nam atomi illæ ex quibus animam conficit, ſemper agitantur, nec unquam committunt, quin alias moueant. Planè ii qui moueri per locum animam, & mouere ſubinde corpus affirmant, perſimile & proximum quiddam commento illi uidentur afferre, cuius Philippus qui mimos ſcriptitauit, meminit, apud quem legitur machinatorem fabricæ Dedalum ligneolam Venerem feciſſe, quæ ſuſili argento infuſo agitaret ſe, & geſtus moueret. Inuenit huic compendio fabrum confine Democritus, quanquam meo quidem animo luce ipſa clarius erat uidere moto animali animam, quæ intus eſſet, per locum moueri non poſſe, ſed ſimul deliberauiſſet, conſtituiſſetq; anima ad numen eius tanquam neceſſarios motus aliàs & imperatos capeſcere.

* *Plato ait Simpl. tranſitus etiam qui per actionem animæ fit motum appellat: quemadmodum eſt conſiderare & conſulere immo ipſum etiam receſſum ab intellectili & indiuiſili ſubſtantia motum appellat. Ariſt. attamen ſolum tranſitum qui ſucceſſione fiat continuus ſit motum appellat.*

¶ *Specialiter contra Timæum ſiue Platonem.* Caput XX.

45 VIderi poteſt etiam Timæus de anima loquutus, ut Democritus: nam Timæus & moueri animam dicit, & moueri itidem corpus. Cum enim anima ferruminata & addicta ſit corpori, conſtitutaq; interius ex elementis, demum diuiſa per harmonicos numeros, ſuo motu rapere corpus dicitur, ipſa uno motu qui ſit in orbem moueri. Sanè dubitari non poteſt Platonem ex iis Dialogis quos ſcriptos reliquit, animam eſſe corpus putaſſe, alioquin nec Ariſtoteles contra Platonem inuehitur, ſed contra Timæum, qui ſiue corpus eſſe circulum crediderit, ſiue quomodo corpus eſſe non crediderit, crederet, ita tamen ei appellare collibuerit, certe reddere rationem debuit, aut cur ita ſentiret, aut cur nomine abuteretur, præſertim quum non ſit æquum in altiſſimis philoſophiæ quæſtionibus aliud ſentire, aliud dicere. Cum enim ſemper digna res homine eſt, ne à mente uerba diſſentiant, tum id maxime in rebus obſcuris & creberis obſeruandum, quo ea quæ ſuopte ingenio remota & condita uideantur, uerbis illuſtribus, & quàm maxime poteſt, declarantibus uendicentur à tenebris. Præcipue uero id à nobis exigendum exquiſitius eſt, qui neque animam, neque multo magis mentem eſſe corpus concedimus. Tractanda uero nobis eorum opinio accuratiſſime & religioſe etiam uidebatur, qui omnia hæc quæ ſub aſpectum & oculos recidunt, & ſubiecta ſunt nobis, ab anima reſpuunt, diuinam quandam & cœleſtem naturam adhibentes, quæ animus atque mens ſit. Probabilis meherde & ratione nixa ſententia. Nam apud Platonem uehiculum illud rarum ac ſplendidum nihil aliud, quàm ingenium è quo animus conſtet, oſtendit. Apud Ariſtotelem quoque naturam quandam animæ tributam inuenias, quæ quinto corpori proportione reſpondeat, quam & ad omnes animalium animas pertinere cenſuit. Certe ſupinas illas opiniones, quæ animam aut ignem, aut aquam faciunt, aut ſanguinem, aut atomos rotundas & leues, inceſſere aut impellere nulla laus eſt, quia in id quiuis ingenio utcunque pingui atque tardo, nedum Ariſtoteles uir tantus diligentia & doctrina, ſuffecerit. Proinde ſi Ariſtoteles, qui ſententiam uetuſtiſſimam & grauiſſimam, & proxime accedentem ad uerum, reprehenſurus taxaturusq; erat, illuſtrem in philoſophia perſonam citauit, cui & Plato dialogos ſuos aſcripſerit, nemo ei tanquam male animato in Timæum, aut in Platonem iure ſuccenſeat. Ferè enim tota eius oratio non in hominum, ſed in confutatione opinionum uerſatur: & ſi ex iis quæ ſcripſerint, ſuſpicari licebat, id ſe quod ſcriberent & ſentire, ut cum meminit & repetit Plato ea, quorum author Thimæus ferebatur: Opifex, inquit, animæ deus,

Semper digna res hoie eſt ne a mente verba diſſentiant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quomodo illam creauiſſet rectam. Poſtea conuertit & deflexit in circulum, mox quia directio prior in latitudinem diffundebatur, medio dorſo circulum diſſecuit, qui in duos duplici nexu ſerieq; dehiſceret, unus qui ambiret exterius, alter qui interius haberetur. Eum qui intus eſſet, rurſum cõminuit, & circulauit in ſeptem, propterq; hoc torqueri cœlũ, inquit, atq; in orbem moueri oportuit, quia circulus eſſe anima probaretur. Iam conſonantes quoque & uarios cantus cieri motu, quia ipſa & anima, quæ cœlum moueret intentione quadam conſonantiam numerorum, uelut in fidibus quæ harmonia dicitur, diſtingui conſtareq; crederent. Duas enim rationes haberi, quibus animà in collationes & proportiones muſicas diuidi oporteret. Primam ut ipſa concentus illius ſenſum ſibi haberet, ſibiq; poſſideat. Alteram ut per hoc cœlo emodulatos & conſonantes motus afferret. Sanè primo loco id reprehendimus, quòd animam magni-
46 tudinem faciunt, tanto grauius quòd de rationali loquuntur. Nam animam mundi talem eſſe Timæus uult, qualis eſt ſola nudaq; mens, nullis ut uiribus aliis, ſenſu, appetitione, iraſcentia ei ſit opus, quas cæteræ animalium animæ ad diis ſecundariis poſt intextas accumulatasque obtinent. Eo fit, ut poteſtates hoc genus in orbem moueri non dicantur. Nam ſenſus perdirectum foras profertur, ſimiliter & appetitus. Horum igitur rationem, qui animam aut mentem eſſe magnitudinem uolunt, ſiue circulum, ſiue globum intelligant, aliquot de cauſis improba-
47 mus: primum quòd magnitudo omnis continua eſt, & quia continua etiam una: & quòd eius particulæ in cõmunem terminum finiunt, in eoq; copulantur. Intellectus alio genere unus, alio cõmunis eſt, ſi modo continuus dici aliqua ratione poteſt (nam de ſequentibus libris probabitur, quomodo idem ſit intellectus & intelligentia. de intellectu agente nunc loquor) eo modo quo continua eſt intelligentia, eodem cõtinuum eſſe intellectum oportet. Sed intelligentia idem eſt quòd intelligibile. Intelligibilia porrò una ſunt, propterea quod conſequuntur ſe, ut numeri non ut magnitudo. Quom enim hæc poſt illud intelligo, tum diſtincti & diſcreti ſunt actus, nec attinentur, ſed deincipes & conſequentes ſunt, ut numeri. Aliquando & plures actus in unum aliquem deſinunt, ut in concluſionem propoſitiones & ſumpta. Non ergo uni ſunt actu, quia aut continui ſint, aut ad unum terminum copulentur, ſed eo modo quo dixi. Si itaque intelligibilia & actus intelligendi hac tantum forma unitatem habent, ſequens eſt, ut intellectus quoque hac tantum forma ſit unus: ſiue ita, ut omnino careat partibus, qualis definitio primorum principiorum habetur: ſiue ita, ut non quemadmodum magnitudo, continuus ſit, ſed quemadmodum numeri, qui per ordinem quendam ac ſeriem digerantur, ut ſi unitatem primo loco conſtituas, deinceps binarium, tum deinde ternarium. Præterea ſiue ille Timæus, ſiue Pythagoras fuerit, indigna planè authore ſuo ſententia eſt, intellectum & mentem dimenſum, & magnitudinem dicere. Nam quo pacto intelligat intellectus, ſi magnitudo eſt, præſertim quom ei, ut putat Timæus, opus ſit contactu, præterq; acceſſu & propinquatione quadam ad res, quas apprehenſura percepturaq; ſit. Aut enim ſingulis partibus contingit, quibus rem totam intelligit: aut non ſingulis partibus, ſed toto curuamine circuli: aut ſingulæ partes intellectus ſingulas partes rei, & totus totam tangit, & tangendo intelligit. Si primum, id eſt, ſi ſingulis partibus tangendo rem totam intelligit, quom partes huiuſmodi neceſſe ſit, aut puncta, aut magnitudines ſtatui (ſi modo partes rei appellandæ ſunt puncta) Si puncta, cum hæc innumerabilia in quaque re infinita que habeantur, cum que omne infinitum impercurſile ſit, nihil unquam intelliget: ſi magnitudinem, id eſt, ſi partes illæ quæ tangunt rem dimenſu aliquo, & magnitudine diffunduntur, fiet ut ſæpe, immò ut infinities rem unam intelligat, quod tamen ſatis ſit ſemel intelligi. Nec enim bene fit ſemper, quod ſæpe fit, nec idem eſt bene quod ſæpe. Nam uerum haberi inueniri que poteſt, etiam ſi ſemel intenderis. Si ergo ſufficit, quamlibet ex particulis tangere, quid eſt opus motu, aut amplitudine aliqua? Id enim ad cuius conſtitutionem abſolutionem que nullus eſt uſus magnitudinis, ſuapte natura expers magnitudinis eſſe debet, etiam ſi diuidi aut diſtrahi ex accidenti poſſit. Nec enim plus habet albedinis, quòd bipedale album eſt, quàm quod pedale: neque tripedale, quàm bipedale, quia amplitudo & menſus ad eſſentiam & ſubſtantiam qualitatum nihil pertinet, ſed albedo quatenus albedo eſt, indiuidua eſt, & in re diuidua, id eſt, in magnitudine continetur. Ita de intellectu eius que ui, & poteſtate ſentiendum eſt, in quo ſit circuli illius, & magnitudinis maior minor que portio. Eodem modo intelligunt, nimirum magnitudo ſuperfluit, nec quicquam ad naturam intellectus confert. Eſt enim natura eius & ſubſtantia ipſe actus. Sic quaſdam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

res momento exiſtere,at fieri dicimus,quando ad perfectionem illarum nulla perfunctio tempo-
48 ralis exigitur. Si ſecundum dixerint, id eſt, non ſingulis partibus tangere, ſed toto curuamine, atque ita intelligere intellectum, ſciſcitor quæ ratio illos tantum urgebat, ut illum attactum ad rerum cognitionem neceſſarium dicerent, aut quemadmodum accidat, ut ex particulis, quæ ipſæ nihil intelligant, conſtet, intelligere tamen poſſe uideatur. Atqui ſi propter hanc unam cauſam tangit, ut intellectus intelligat, tangit autem partibus, nonne oportet, ut primum partibus illis intelligat? Quod ſi neutrum horum placet, pedem referant, & tertium teneant, hoc eſt,ſingulas partes rei à ſingulis partibus intellectus, & totum à toto contingi. Sed & hoc quoque illa ratio reprehendit: quod ſi ita dicatur, non reliquitur facultas, qua res indiuiduæ poſſint intelligi. Sunt autem plurima ex iis, quæ intelligimus indiuidua. Sed quid hæc tam diſquiſita atque ſcrupuloſa oratione perſequimur? Quis non uidet ſi magnitudo intellectus ſit, intelligentia uero tangendo proueniat, fore ut neque per punctos, neque per magnitudinem omnia poſſint intelligi? [b] Non per punctum,quia diuiſilia puncto cognoſci non poterunt,quando impoſſibile eſt, ut indiuiſilia diuiſilibus aliqua proportionis iunctione collatione ue congruant. Non per magnitudinem,quia quòd diuiſile eſt, ut indiuiſilia cognoſcantur cauſam habere non poteſt. Alioquin apertiſſimum eſt utrunque genus ab intellectu cognoſci. Quare fit, ut neque magnitudo eſſe poſſit, neque opus ei ſit ad res intelligendas tactu,ſed alia proculdubio natura eſt eius præſtantior aliquanto, atque diuinior, ab omni amplitudine & menſu corporeo libera: atque indiuidua quidem comprehendit, quia & ipſe indiuiduus eſt, & expers magnitudinis. Diuidua uero, quia ui ſua contrahit, & ſequeſtrat: ita ut tanquam indiuidua poſſint intelligi. Nam quod hoc uerbo quid ſit rem eſſe ſignifico, id eſt, rationem & formam ipſe communit, ipſe indiuiduam & ſimplicem facit, & primæ finitiones ipſæ ſunt formæ, quas ille in materia poſitas à materia primum exoluit, demum intelligit. Sed ne quis angulus relinquatur, in quem illi ſe condant: dicat enim aliquis, non agnoſcunt hoc Platonici, nec intellectum eſſe circulum & magnitudinem putant,ſed diſſimulare non poſſunt. Qui enim intellectum intelligere circumactu fatentur, ſtatim concedant intellectum eſſe circulum & magnitudinem oportere. Si enim aliter intelligant, quàm circumactu, cur tam temere orbicularem motum intellectui aſciſcunt? Si uero circumactu, quod & prædicant, non poteſt uideri non circulus & magnitudo,quæ ita feratur, quando præſertim hoc conſilium deo fuiſſe teſtantur cum circinaret, id eſt, cum de recto in circulum reformaret, quod non aliter ei accidere intelligentia poterat. Itaque neceſſarium eſt hæc quæ attulimus incõmoda ſuſcipi ab iis,quibus id de intellectu uidetur. Aut enim puncto intelligere illum oporteret,aut per magnitudinem. Si pũcto, diuidua & ſectilia non cognoſcet:ſi per magnitudinem, diuidua non attinget,ſed & circumactus ille quo modo ſit perpetuus, intelligentia quoq; perpetua ſempiternaq; erit. Aut igitur ſemper intelligit eandem rem,aut conuariat. Si eandem,maior ei cum quiete,quàm cũ motu cognatio eſt. Si conuariat,quomodo id tueberis,ſi circumactus & conuerſio ſemper eſt una. Præterea intelligentia, aut nunquam aut aliquando perficiat. Si perficiet,ceſſabit motus:ſi nunquam perficiet,nunquã etiam intellexiſſe uidebitur. At nonne omnes intelligentiæ certi ſunt fines? ſiue illa in actione & uſu uerſetur,ſiue in cogitatione & conſpectione ſola conſiſtat. Actiua omnis ad aliud pertinet & alterius gratia eſt,eoq; habetur extremum. Spectatiua quoq; ultimum inuenit,quoniam eiſdem illis rationibus ſe terminauit, quibus in contemplando ſpeculandoq; utitur. Ratio omnis aut definitio, aut demonſtratio eſt. Omnis definitio concluſa finitaq; eſt, nulla demonſtratio poteſt infinitam progreſſionem habere,quia neq; reflectitur, neq; propoſitiones ſemel aſſumptas retractat. Omnis ſcientia ſimilis directo inceſſui eſt.

[a] *Rectius forſitan interpretari poterimus:ſi loco eius quod dixit de intellectu agente nunc loquor:de intellectu actu dixerimus:ait enim ipſe.* λέγω δὲ τὸν νοῦν τὸν ἐνεργείᾳ.

[b] *Quæ hoc in loco demonſtrata ſunt de intellectu non modo cum incorporeum eſſe oſtendunt: ait Simpl. verum quod corpore etiam tanquam inſtrumento,in ſuis intellectionibus non vtatur: quod enim impartibile eſt:vel quod per terminos procedit qua ratione eo vti poterit: eo quod per continuitatem partibilem procedit.niſi ſpecies quæ cognoſcitur:in aliquo partibili eſſet. nam tunc cooperatur inſtrumentum ob apprehenſionem rei partibilis.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Item contra eundem.* Caput XXI.

49 PRorsus uidetur motus si habetur in animo potius haberi contra naturam, quippe qui actionibus eius obstrepat, impedimentumq; & remoram afferat. Est enim opus mentis quieti, quàm agitationi similius: neq; intelligentia modo simplicium terminorum, sed etiam ea, quæ ad rationem syllogismi pertinet, statum potius quendam præ se fert, & consistentiam in conclusione, quàm transitum & recessum illius quod demonstratur. Hac de causa abstemi purgatius, & uibratius, quàm temulenti cognoscunt. Item silentio noctis quàm interdiu corpore inoffenso quàm conturbato, senecta ætate quã iuuenta, quia iuuenum corpora plurifario motu interæstuant. Motus igitur abiunctior [a] alieniorq; est ab animæ natura, quàm status. Quare neq; beatum potest neq; perpetuum dici, quod ægre & cum labore fit: uiolentum & coactum intelligere, quicquid contra naturam alicui est. Qui motum esse substantiam animæ putant, necesse est fateantur substantiam animæ officere, & fraudi esse actionibus & functionibus animæ. Præterea, si motus pro essentia intellectui est, quo modo intelliget res, quæ motu & materia uacent? Hæc autem ratio contra nos recurrere non potest. quamuis enim immobilem esse intellectum dicamus, afferre tamen possumus, quemadmodum ea quoque quæ in motu habeantur, intelligat. Nec enim intelligit quatenus mouentur, sed quatenus eandem formam & speciem obtinent: nec secundum naturam, sed secundum formam intelligit, etiamsi res innexam materiam habeant. Sed quæras ecquid ipsum motum intelligat? Intelligit hercules, sed eodem modo, quo cætera, quia scilicet formam ipsam & rationem motus intelligit, ut cum motum talem aut talem actum esse declarat. At ii qui motum esse substantiam animi arbitrantur, difficile possunt monstrare rationem qua immobilia sub perceptionem animi ueniant. Deinde [b] nonne laboriosissima res esse uidetur animam detineri, arceriq; corpore, tanquam neruis & uinculis, cum soluta corpore, & beatior sit futura, & suis opibus uti liberius & uegetius possit? Iam hæc noxia fugiendaq; animæ coniunctio uideatur, si locupletius ei sit expediri & migrare de uita: Ita præclare agi ac decidi cum anima, si ei quàm ocyssime missio contigat & cõmeatus à corpore. Quæ sententia pleriscq; quum ueteri-
50 bus placuit, tum etiam hoc æui probatur. Porrò in plenum, qui hoc dicant, nõ uident se animas animalium, quã hominũ præstantiores esse facturos, si illæ possunt à corpore ablegari exoluiq;, humana non potest. Sed & causa ea propter quam statuunt animam in circulum moueri, quantum coniectare licet de iis quæ differunt, delitescit adhuc inobscuroq; est. Nam si uerba & scripta eorum attendas originalis animæ substantia non est orbis, sed quæ prius in rectam lineam formata erat, reuocata ad incudem est, & in circulum contorta. Ita prior ac potior animæ natura directio, quàm circulus fuerit (quasi enim ex accidenti atque extrinsecus circulata est) non ut esse inciperet anima, quippe quæ iam extabat & confirmationem habebat, sed ut agere consonantes motus posset. Alioquin & illud peccant præposterum, quòd corpori tribuunt causam motuum animæ, non animæ motuum corporis. Sed in eo quoque laudandus Timæus uidetur, quòd facile passus est desiderari à nobis rationem, cur animæ uberius & præclarius esset moueri, quàm quiescere: aut moueri hoc genere, quàm illo. Atqui hoc maxime in operibus adeò quærendum prodendumq; est.

[a] *Arist. vero hoc in loco videtur hac vti ratione: si motus animæ substantia nequaquam fuerit: præter naturã anima mouebitur. vbi Simpl. quæstionẽ mouet, quo nam pacto hoc sequatur. nam motus nõ est substantia cœli: attamen cœlum nõ mouetur præter naturam. Ait autem quod sicuti in tertio libro dicet, intellectus substãtia ipsa est actio, nõ is modo qui animabus est præstãtior verum & anima nostra: cũ omnem quæ exterius habet diuagationẽ cõtraxerit separataq; & impar tiliter quoad fieri poterit vixerit. ob idq; actionem etiam i substãtiam colligit verum lõge magis in diuina vniuersi anima: nõ quãdoq; sed semper substãtia erit actio & si motus esset actio ipsius: substãtia eius esset motus. quod si hoc nequaq̃ sit: vel ergo nõ mouebitur: uel mouebitur p̃ter naturã.*

[b] *Non equidem id exprimere videtur latinus interpres quod græce voluit Them. cuius verba hoc in loco hæc sunt* ἐπίπονόν δὲ καὶ τὸ μεμίχθαι μὴ δυνάμενον ἀπολυθῆναι, καὶ πρόσθεν φεύκτὸν ἴσως βέλτιον τῷ νῷ τὸ μὴ μετὰ σώματος εἶναι, καθάπερ ἴσως τέ λέγεσθαι, καὶ πολοῖς συν-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

δοκεῖ, καὶ τῶν πάλαι καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς οἱ οὐκ ἀίσ χύνονται, τὰς τῶν ζώων ψυχὰς βελτίους ὁμολο γεῖν τὰς τῶν οὐρανίων. *quorum hæc eſt fidelis interpretatio.* Præterea *non modo laborioſa res hæc eſt cum corpore ſcilicet cõmiſceri & ab eo non poſſe abſolui: verum etiam fugienda ſi locuple tius ei meliuſq; ſit quod ſine corpore ſit: quemadmodum dici conſuetum eſt: hocq; etiam multis vi detur, tum antiquis, tum etiam his qui hoc cui probantur: quos non pudet fateri animantium ani mas eſſe ea præſtantiores quæ cœli eſt anima: cum hæ quidem a corpore liberari poſſit illa vero nequeat.*

¶ *Animam non immigrare cuilibet corpori contra antiquos, qui nihil de corpore dixerunt.* Caput XXII.

51 NEo quoq; & Timæum & plurimos qui de anima ſcripſerunt, coarguendos pu to, quòd quom annecterent animam corpori, in eoq; collocarent, nihil ultra pro greſſi ſunt, miro in reliqua ſilentio, quæ ad cõmentationem iſtam maxime pertine rent. Nam nec quemadmodum affectum diſpoſitumq; eſſe corpus animandũ de 52 beat, nec quæ cognatio inter corpus & animam habeatur unquam dixerunt. Non enim omnibus omnia pari filo conueniunt, neque coaptari ſociari ue ſingulas ſingulis poſſunt: neque quodque & utcunque fors tulit, in quodque agit, & utcunque fors tulit: neque item te mere accipit, aut patitur à quolibet quodlibet. Demum nunquam agit hoc, illud patitur, ſi nulla communio aut congruentia naturæ ſit eius quæ agat, cum ea quæ patitur, ex quibus uiciſſim admotis iunctisq;, unum opus opera communi proueniat. Ex iis uero quę caſu interueniunt, id eſt, quę aliter cadunt atque caſura ſunt per naturam, nullum munus idem duobus efficitur (ue 53 bi gratia) ex lapide & arbore, aut ex arbore & homine. Quamobrem ferè ueteres compertas in de monſtranda qualis ſit animæ uis naturaq; laboraſſe. De ratione corporis, ne literam quidem ul lam in eorum ſcriptis inuenias, ceu indifferens ac tranſlatitia cuicunq; corpori immigraret: id quod ridendę illę à Pythagora fabulę continent, quas quom author ille ad aliquẽ ciuilem uſum confinxiſſet, quidam phyſice interpretari uidentur, rati occurrentem incidentemq; animam in incidens & occurrens corpus intrare. Sed qui iſtud portentum aſſerere poterant? uiderent ſingu lis animalibus, immò & ſingulis corporibus animalium propriam formam & peculiarem aditũ ctam: intelligerent quantum diſcrimen inter corpus equi uermisq; eſſet: haberetur quantum inter pulicis & hominis intereſſet: ſcirent ſe qui putarent in quodcunque uti accidiſſet incurſiſ ſetq; corpus, poſſe quamlibet animam condi, ueluti ſi ita contingat elephantis animam in culi cis corpus, perinde dicere ac ſi in fiſtulis textoriam recipi dicerent, aut fabricam in pecten, & ra dium. Iam ſi artium ea eſſet natura, ut in ſuis inſtrumentis habitare, atq; in ea ingredi ſua ſponte poſſent, utique tibicinium in tibias non in lyram intraret, lyricinium in lyras non in tibias tran ſiret. Igitur & animas in ſuum aliquod ac proprium corpus (ſi ſuum animæ inſtrumentum eſt corpus) diuertere oportebit. Dixi diuertere, immò non diuertit, ſed fabricatur architectaturq; conueniens ſibi accommodatumq; inſtrumentum, deformat ipſa ſibi & præparat domicilium, non deformatum ante & præparatum, demum ſubit. Non enim quemadmodum cithara dedo latur prius & conditur, tum demum adhibetur ad muſicam, ita & corpus ornatur ante inſtrui turq;, mox animæ ſumendum offertur. Quale igitur ſingulis animis corpus inſtrumentumq; conueniret, qua ratione anima illud ſibi confingeret, neglectum à Timæo[a] penitus & retro ha bitum uidetur.

[a] *Ait attamen hoc in loco Philo. Pla. tum in Timeo, tum etiam in phædro non modo de anima verum de corpore etiam quod ipſam ſuſciperet ſermonem habuiſſe, & quidem plurimum: ideoque recte Ariſto. dixiſſe abſurdum hoc plures incidiſſe, non autem omnes vt Plat. eximeret.*

¶ *Animam non eſſe harmoniam, & de anima mundi, & vtrum anima noſtra ſit vita potius, quam anima appellanda.* Caput XXIII.

54 SEd & alia opinio de anima fertur, quæ nihilominus quàm ſuperiores collimet ad ue rum, ſuperq;[a] copioſum atq; uberem tractatum habet, quæ non ſolum in communi

examine uenire uſu ſoleat, ſed & ſeorſum quoq; ueteribus frequentata iactataq; ſit. Ea huiuſmodi eſt. Aiunt aliqui animam eſſe ipſius corporis intentionem quandam, quæ harmonia dicatur: Harmoniam eſſe concordiam, quæ diſſimilium ſonorum permixtione comitioneq; naſceretur: Corpus quoque ex contrariis & diſſimilibus uideri compoſitum. Illud ergo quod tam contrarias qualitates, calorem, frigus, humorem, ſiccitatem, mollitudinem, duritiem: quodq; tam pugnantia elementa ad coalitum, & conſortium reuocat, & in conſonantiam quandam modificatur & temperat, nihil aliud eſſe poſſe, quàm animam: quemadmodum in muſicis id quod grauitatem & acumen uocum reducit ad conſpirantem ſonum, nihil aliud eſt, quàm harmonia. Probabilis quidem oratio, ſed ab [b] Ariſtotele & Platone multis argumentis prociſſa. Ac primum [c] quidem prior eſt anima corpore, harmonia eſt ſuo inſtrumento poſterior. Anima imperium habet in corpus, præeſt & dominatur in corpore, pugnat etiam aduerſaturq; aliquando corpori: harmonia non pugnat cum inſtrumento. Item harmonia modo intenditur, modo remittitur: anima neq; intenditur, neq; remittitur. Præterea conſtante harmonia offenſio conſonantiæ non poteſt accidere: anima conſtante accidit obleſio & uitium corpori. Poſtremo [d] corporis harmonia nihil aliud eſt, quàm firmitas, ualentia, pulchritudo, quia diſſolutio & intemperantia corporis nihil eſt aliud, quàm infirmitas, atque morbus, turpitudo, deformitas: anima neque firmitas, neque ualentia, neque pulchritudo poteſt eſſe. non igitur harmonia eſt. Hæc omnia, ſed alio loco à philoſophis afferuntur. Illa propria huius partis, quibus hic Ariſtoteles authores illos inceſſuit. Harmonia eſt conſentientium & conſonantium uocum proportio, earumq; ex confuſione & collatione profecta compoſitio, anima neque compoſitio eſt, neque proportio. Item anima ſubſtantia eſt, harmonia non eſt ſubſtantia. Item anima corpus mouet, harmonia non mouet inſtrumenta, ſed his præſens præſtoq; eſt. Muſicus ipſe eſt qui mouet ad concordiam & conſonantiam chordas. Quamobrem aliam dari animam oportebit, quę concordiam illam harmoniamq; 56 faciat. Sed perurgebimus hinc infeſtius ſi quæremus, quemadmodum accommodari poſſit harmonia ulla ad opera functionesq; animæ, aut ad affectiones, qualis nam harmoniæ ſit ſentire, 57 audire, uidere? qualis amare, qualis odiſſe, qualis lætari, qualis ægreſcere? Ac harmoniæ quidem uerbum non ſimplici ratione dictum uidetur. Nam primus eius ſignificatus ab organicis & coaptione magnitudinum eſt profectus; quæ ſitum & motum haberent. Quom enim ita inuicem duæ amplitudines collocantur, ut nihil eiuſdem generis interibi habeatur, tunc optime coaptatæ & connexæ dicuntur. Connexio autem & coaptatio hæc harmonia uocatur, ut ligna, lapides, & quæcunque è naturalibus inter ſe artificioſo applicitu committuntur atque iunguntur. Ex hoc initio nomen illud in alias res per ſimilitudinem flexum deriuatumq; eſt, ut ea quoque harmonicè coaptata dicamus, quæ ratione aliqua inuicem ſociata & coita uideantur: ita ut concorditer in unum conſentiant atque conſpirent, nihilq; intercapedinis ſuſpenſi ue pateat hiet ue, nihil promineat, nihil in receſſu umbraq; obſoleſcat, nihil ſubſultet, nulla ſit ſine uſu ſuo & optima ratione proportio. Hæc quom fuerint (ut dixi) connexa & aptata cuicunque materiæ acciderint, dicentur. Quemadmodum muſicos ſubcentus tunc optime concordare & congruere dicimus, quom nulla intermedia ratio eſt, quæ modulatiorem facere conſonantiam poſſit: Ex his duabus harmoniæ formis utram facimus animam? Primam non poſſumus: quomodo illa appoſitionem & compoſitionem requirat? qualis eſt oſſis ad os, aut oſſis ad neruum. Ridiculum eſt huiuſmodi harmoniam pertinere ad animum, aut ſenſum 58 putare. Secunda etiam forma defendi non poteſt, uidelicet talem harmoniam eſſe animam, qualis naſcitur ex collatione & proportione mixtorum. Alioquin ſi ita ſit, ex alia atque alia partium mixtione, alia utique anima diſſultaret, ita fieret ut ſinguli multas animas mutare poſſe 59 uiderentur. Atque hoc idem requirere de Empedocle ſolemus, qui ſingulas corporis partes cenſet propriam mixtionem & proportionem ſuam habere: aliam carni, aliam uiſceri, aliam neruo, aliam oſſi adiunctam. Quæro igitur huiuſmodi proportionem animam putet eſſe, nec ne. Si putat, quom multæ ſint proportiones, ſequitur multas quoque animas in eodem corpore futuras. Si non putat, quæramus an aliud eſſe animam præter proportionem uelit, quæ demum membris proportione ſua aſtrictis, toto que corpori accidat. Item an amicitia illa cui primatum detulit, cauſa ſit fortuitæ & temerariæ mixtionis, an alicuius certa proportione quæ conſtet. Illud quoque doceri uelimus, utrum ille idem amor proportio ipſe ſit, an extra proportionem aliud.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

a Græce Themi. sic ait δεδωκυῖα δὲ εὐθύνας καὶ ἐξήτας μένη καὶ ἐντοῖς ἰδίοις, hoc est reprobata tamen & examinata tum communibus tum propriis rationibus est: quem locum pertractans Phil. ait rationes autem quæ in communi habite Aristo. appellat non scriptos sermones quos cum amicis habuit: vel commentaria exoterica hoc est exteriora, in quorum ordine collocantur dialogi, tum alij, tum qui Eudemus inscribitur. quæ ob id externa nuncupauit: quia ea non legitimis auditoribus conscripsit: sed in communem multorum vtilitatem edidit.

b Ab Aristo. tum hic tum in Eudemo. a Platone vero in phædone.

c Rationes hæ sunt ex Platonis phædone excerpte.

d Hæ vero ex Aristo. Eudemo.

Declaratio exactior opinionis animam esse harmoniam asserentis. Caput XXIIII.

60 EX his igitur quæ dicta hic sunt, & quæ alio loco ab aliis afferuntur, intelligi datur eos qui animam esse intentionem quandam & harmoniam in corpore arbitrantur, ut non proxime ad ueritatem accedant, tamen non temere admodum deerrare. Nam quemadmodum initio quoq; præfati sumus, opinio hæc impendio probabilis & ueri similis uidetur. Primum, quia si anima sit alia quædam res, quàm ipsa compago temperaturaq; corporis, qua soluta compagine exoluitur & interit anima: idem contrario ordine si agas, probari uidetur, si anima non sit illa proportio, cur anima abeunte, statim compago & mistio soluitur, quam corporis harmoniam uocant. Si ergo mistione corrupta occidit anima, aut commigrante anima dissipatio mistionis & exitium sequitur, profecto duæ illæ res non uidentur longe distare. Dices animam non corrumpi mistione corrupta, sed uitam illam, quam dedit anima corpori. nam animam esse abiunctam à corpore, uitamq; animantibus inspirare atque influere de foris eo modo quo sol, quanquàm remotus ab aëre, tamen aëri lumen

Digressio vtrũ alia vna sit vel plures & an separate.

præstat. Ego uero primum illud demiror eorum qui hoc audent dicere, quòd arbitrantur exempla uim probationum habere, quum tamen exemplum ad faciendam fidem infirmissimum argumentum sit. Deinde illud reprehendo, quòd ne efficiunt quidé quod uolunt. Sol enim unus quum sit, corporibus omnibus splendorem suum impertit: animam uero unam esse quę animalibus omnibus uitam tribuat, nemo ausit dicere. Alioquin & sol ipse quanquam est unus, non tamen lumen suum æqualiter omnibus exhibet: aliter aërem, aliter aquam, aliter lapidem, aliter lignum, aliter argentum colluſtrat. Item aliter color purpureus, aliter uiridis participant lumine. Animam quoque siquis unam contendat esse, oportet eodem modo aliter atque aliter ab animalibus carpi, neque per animas discrimen, sed per uitas habebitur, atque (ut ita loquar) per animationes. Deinde illa unica anima qualisnam erit? certe qualiscunque sit, ad se Aristoteles hoc loco pertinere non putat. Ait enim se animam illam unicam neque quærere neque finire, sed animam hominis, animam equi, animam bouis, quas siue quis uitas animationesq;, siue animas appellet, nihil pugnauerit Aristoteles. Sed quemadmodum quum lumen definiret ita: Lumen est perfectio perspicui corporis, nõ ipsum solem finiebat, sed rem quæ à sole prodiret, etiam si eadem finitio ipsi soli possit cõpetere: ita hoc loco animam finiturus, non ad singularem illam, quæ tam longe absit à corpore, considerationem intendit, sed ad perfectionem iunctam quæ organicis corporibus sua singulis ab illa singulari tribuitur, quamuis forte utrique definitio una conueniat. Vt enim nihil uetat duas haberi perfectiones perspicui corporis: quarum perfectior una sit sol, altera imperfectior lumen: ita dici de anima potest, nihil obstare duas esse animalium formas, quarum una perfectior sit, ut anima ea quæ foris est: altera imperfectior, ut ea quæ intus ad singulas pertinet. Hanc igitur animam, quam tu uitam uocas, animam ego nuncupo inseparabilem & indiuiduam corpori, eoq; dissipabilem atque mortalem, non quidem absolute simpliciterq;, sed eo modo quo lumen in aqua. Atque hoc inter utrunq; constat, solum de nomine controuersia est,

Anima mũdi vnica est atq; vti q̃ corpib⁹ vitã præbet.

de re enim quid sentias probe ac dilucide indicas. Animam itaque illam mundi unicam atq; uniuersalem, quæ corporibus præbet, siue animã dicere, siue uitam malis, quæ nihil aliud est quàm uis quædam uitalis generabilisq; per omnem naturam inuecta, clarissime asserunt ea animalia,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quę ortu ſpontali de materia putri proueniunt,ea ex tali excrementorum & ſordium mixtione, aut tali orta ſpirant,uiuiſcunt,mouentur, ut in Aegypto mures, & in noſtro cœlo uermes & lo/cuſtæ,& quæ huius generis plurima. Sed quid hoc ad illos, qui ſingulas animas haberi à ſingu/lis,easq; ſeparatas intelligunt? Vnde uita ſingulis animalibus contingat, fortaſſe exemplo nō mo uentur,qui ſuam cuique corpori animam deforis cōminiſcuntur,quæ uitam in quolibet faciat. Sed qui hoc uolunt,primum illud mihi reſpondeant, ſtatuant in omnibus animalibus, an in ſo/lo homine ſingulas accommodari ſingulis animas, quæ ſeparatæ tamen abiunctæq; habeantur? Et hercules id in omnibus animalibus defendere fabulæ & nugæ meræ. Quid enim deridiculo/ſius dici excogitari ue poteſt, quàm ſeparatas eſſe animas pulicū, quæ uitam pulicibus afferant? Dices in uno homine ſingulas ſingulis diſtributas, easq; procul à ſingulis eſſe. Sed qualis obſe/cro,animarum illarum ſortitio fuerit? quæ differentia? quæ ſecretio? ſi omnia quæ eadem ſpecie ſunt,participatione materiæ diſtinguuntur,ex materia diſcrimen & differentiam obtinent. Pror/ſus anima quæ uitam uegetalem præſtat,& quę iracundiam & cupidines continet, non poteſt in telligi qua ratione ſeorſum à corpore maneant. Nam ea quæ princeps eſt, & quæ intellectus uo/catur,forte poteſt adiuncta defendi,quę uim intelligendi animæ immittat & influat. At reliquas naturas inhęrere & quodam modo intexi corporibus neceſſe eſt,ſi pręſtare uires & actiones ſuas debent. Verum elegans hæc & nobiliſſima quæſtio uberius ſuo loco & diligentius penſiculabi/
61 tur. Ex iis ergo quæ dicta hactenus ſunt, planum eſt animam neque harmoniam eſſe, neque ta/ Libro tertio men ſine harmonia conſiſtere.

Animam non moueri,ſed corpus per animam,& quod corpus mouetur per animam dupliciter,id eſt per animam,à qua,& ad quam. Caput XXV.

62 VNc illuc conferendus eſt ſermo,ut uideamus an moueri animam uideatur ratio/ne,quòd animam timere, audere,iraſci,ęgreſcere,lętari,ſentire,intelligere dicimus. Quomodo enim res illas omnes uideantur motus eſſe, credere aliquis poſſet, ſal/
63 tem talibus motibus animam inſterni ac ſubiici. Hoc autem neceſſe non eſt. Atq; hęc ratio ſiquis ea utatur,dupliciter reprehendi poteſt. Primum,quòd affectiones illæ non ſunt motus: deinde etiam ſi motus eſſe conceſſero, tamen animæ motus eſſe non poſ/ſunt,ſed permixtionis & ſummæ, id eſt totius animalis, ita tamen ut proficiſci ab anima uidean/tur. In ira iudicat animus dignam eſſe rem ſucceſſione uindicationeq;, ſed animalis cor agitatur, & ſanguis qui cordi diffuſus eſt,ſuccenditur inflammaturq;. Si igitur feruor ille & inflammatio ſanguinis ad animam pertineret,ſola eſſet anima quæ cōmoueri ſubiraſciq; diceretur. Quom au tem anima ipſa inflammari aut feruere non poſſit, incorporea (quod eſt dicendum & confiten/dum) uidetur non animam, ſed animalia eſſe quæ obiraſci & excandeſcere uideantur. Animam uero,quæ de iniuria iudicet: iudicium autem non eſt motus, ſed quies & tranquillitas potius. Quod de ira dictum eſt,idem de metu probandum. Iudicat anima rem dignam formidine, pars deinde quædam contrahitur corporis,mox frigeſcit conſternaturq;,& (ut poëta inquit) Pallor ſi mul occupat ora. Atque hæc plane corporis animati,hoc eſt ipſius animalis affectiones & motus eſſe noſcuntur. Impalleſcere animam aut erubeſcere quis,niſi putitius aut fatuus,dixerit? Eodē modo ſi cognoſcere motus eſt,ad uniuerſum hominem pertinet, non ad ſolam hominis animā. Videtur hæc quoq; particula quædam intus affecta contingere, quæ uicaria ſanguini aut ſpiri/tui ſit. In perturbationibus autem bifariam corpus mouetur ab anima. Aut enim partes corpo/ris motu loci mouentur: aut quum iraſcimur,ſanguis qui quaſi loco excitus proſilit, emicatq;, & quàm reliquæ corporis partes uehementius exardeſcit;aut partes corporis non demigrant lo/co, ſed alteraſcunt, ut quum metuimus, extrema corporis pallor frigusq; obſidet. Quæ autem
64 quibus in affectibus partes corporis cōmoueantur, alia inſtitutione nobis agendum eſt. Plane il qui motus,quorum cauſa eſt anima,ſoli animæ tribuunt perinde ſentiunt, ac ſi quis animam te/xere ædificare ue diceret. nam & horum motuum cauſa eſt anima, habitus & ratio ædificandi in anima eſt. Sed quemadmodum opifex & ſtructor ædificat,non ars ipſa ædificandi,& citharœdus pulſat,non muſica (quamuis opifex ædificet ex arte,& citharœdus pulſet ex muſica) ita animus nec miſericordia flectitur, nec iracundia commouetur, ſed homo per animam. Quare homo & nat & lauatur & ueſcitur,non uoluntas aut propoſitum,quo geruntur hæc omnia. Quom au/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem dico iſthęc per animam fieri,non ita dico ut in anima ipſa ſit motus:nam manus & membra ſunt quæ accipiunt & ſubſtinent motum. Sed quom dico hominem moueri per animam,id uelim intelligi, motus illos quos anima corpori cõmunicat, aut prodire ab anima, aut ad animam referri. Nam quum ea quæ extra ſunt ſenſibus accidunt:ita mouet corpus ut rerum quæ ita ſentiantur imagines, aduſque receſſum animæ penetrent. Quom enim à corpore ad animam uiæ quædam & foramina pateant, per quæ ſenſus ad illum tanquam ad arcem ictus & percuſſiones ſuas tranſmittunt,quas ab incidentibus hauſeruut: ita maxime fit, ut is quanquam immobilis, incõtingibilis,innumerabilisq; eſt,tamen omnium plagarum quas quinque nuntii acceperunt æſtimator & arbiter ſit. Dicimus itaq; per animam fieri tales motus, quia in nobis cauſa eſt anima,qua ſenſus patiantur & feriantur à rebus, & qua deinde huiuſmodi uulnera ad ſe, tanquam ad iudicem perferantur. Nam ſimul immortua inſtrumenta ſunt, pelli non poſſunt. Contra recordatio reminiſcentia'ue non ad animam,ſed ab anima proficiſcitur. quo enim ſenſus finit depositq;,inde initium accipit memoria. Proinde illa promptis de theſauro ſuo rerum quaſi ſimulachris primum,deinde repetitis atq; retractatis ita reminiſcitur. Hac igitur ratione quòd animus quum reminiſci uult,producit & promit res,quarum ueſtigia & notas in ſe tanquam in theſauros condiderat,ab eo prodire & oriri memoria dicitur. Quòd ſiquis dicat imagines & ſpecies illitas impreſſasq; animo quieti propiores eſſe quàm motui, nihil intereſt utique quantum ad locum hunc attinet: quia interim eius, cuius memoriam conſequimur, ſine aliqua perturbatione meminimus. Interim eſt quum nos recordatio ipſa cõmoueat, ut ſæpe quum admiſſum à nobis aliquid fœde aut dictũ ſuperbe recolimus memoria, rubor ſequitur, quomodo formidoloſum & terrificum horror ac tremor. Sed & ambulando quoq; & diſputando ſæpenumero nobis alicuius rei uenit in mentem. Verum ambulare,diſputare,perhorreſcere,erubeſcere,apertiſſime motus ſunt. at iudicare,ſentire,comprehendere,contemplari nullo pacto ſunt motus:aut ſi ſunt,nõ ſunt eodem iure cum cæteris,ſed functiones & actus animæ appellantur. Quòd ſi hæc quoque nominare motus placeat,de uocabulo (ut prædixi) nec pugnandum,nec magnopere accurandũ eſt. Illud ſtatuendum,ut ſi actiones illæ nuncupandæ ſint motus, diuerſo utique à reliquis motibus genere cenſeantur,quod & ipſe nobis Ariſtoteles præcipit. Hoc(inquit)pati aut alterari nõ eſt conſiderare,ſpeculari,condiſcere,quia inſpeculando & cõdiſcendo perficimur. Aut ſi eſt,oportet aliud genus plagę & alterationis intelligi. Et iterum,Is(inquit)qui de potentia in actum ſcientiæ confertur ab eo qui actu ſit ſciens,aut nihil patitur, aut duas eſſe alterandi rationes putandũ eſt. Rurſus in libro tertio: Videtur(inquit)ſenſile ipſum de poteſtate ſenſum in actum prouchere transferreq;. Nec enim patitur quicquam ut alteratur ſenſus,quum ita transfertur,quo fit ut hæc alia motus ſpecie contineri dicantur. Nam motus imperfectæ rei actus eſt,hic autem & ſimpliciter actus uidetur,& actus rei perfectæ. diuerſum igitur credi atque alienum ab illo bene eſt. Ex iis uerbis liquet clariſſime eum, qui proprie appelletur motus, non eſſe actu ſimpliciter,atq; ita aliud genus haberi quo patiantur & moueantur ſenſus. Ita illud apparet, iam non in eo pugnandum,ut anima omnino non moueatur, ſed in eo ut corporeis motibus moueri non poſſit. Atque hæc ad hunc modum expoſita non eſt impendio arduum noſſe, quanquam neq; admodum facile. Si enim putandum eſt,ut quemadmodum gladius incidit per aciem,& ſphæra uoluitur: per figuram, nec tamen incidit acies nec figura uoluitur: ita & homo quanquam per animam iraſcitur, non tamen anima hominis iraſcatur, certe tam præclaram & nobilem naturam uidemur plus æquo deiicere, quaq; cum tam humili genere accidentium conferamus. Cæterum tametſi anima uno eo perſimilis accidentibus uideatur, tamen magna ex parte reperitur abſimilis. Globus neque ipſum ſe conuertit, neque ſimul diuerſis conuerſionibus agi poteſt. Gladius quoque neque per ſe accidit, neque multas ſimul aut uarias cæſuras exercet. At anima ipſa fons eſt motus, ipſa præbet initium, ipſa procurat, ipſa ſe de motu uno ad alium refert, ipſa per ſe tranſitionem hanc facit. Dicitur autem tranſitiones facere mutareq; anima non illo quo corpora genere, in quibus nomina illa motum corporalem deſignant,qui non niſi tempore poſſit abſolui,& continuus habeatur,& qui de aliquo imperfecto ad perfectum inſtitutus ſit. In anima uero omnes mutationes momentariæ diſiunctæq; ſunt, nec pedetentim ac tractim, ſed ſtatim,& uniuerſim de potentia in actum promotæ, ut uiſio quæ à candidis ad nigra, ab his ad rubida, à quibus ad uiridia conferatur. Sed utcunque iſta ſe habent quemadmodum dixi, haud multum difficilia exploratu uidentur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sed quærere aliquis hic poterit, ait Philo, quonam pacto cognoſcere ſeu intelligere vtriuſq; ſit nam alia quidem vtpote quæ ſint partis animę irrationalis: quæ a corpore ſeparari nequit: cum forma ſit animati corporis: atque in corpore ſit tanquam in materia forma inſeparabilis: merito igitur, cum per ſe eſſe nequaquam poſſit actiones etiam non eius: ſed vtriuſque dicentur: intellige re vero: quod ad rationalem animæ partem pertinet: quæ quidem ſeparabilis eſt qua nam ratione vtriuſque eſſe dixit. Ad hoc itaque dicimus: ait ipſe, quod dum rationalis anima, extra corpus eſt, & ab eius nexu eoque reſpectu: quem erga ipſum gerit eſt libera ratione non vtitur nam neque quærit: neque inuenit neque per propoſitiones ad concluſionem diſcurrit: ſed cum mens pura ſit: abſque vlla inquiſitione res intuetur vtpote, quæ rerum omnium rationes in ſe ipſa habeat nec a corpore turbatur: ipſa cum libuerit contemplatur ſine tempore. nam corpus ei eſt ignorantiæ cau ſa & ob id etiam inquiſitionis & inuentionis: & ea de cauſa intelligentiam ſeu rationem: quę mens eſt imperfecta eſſe vtriuſque non ipſius animæ per ſe dixit Ariſto.

VTrum anima intelligendo, contemplandoq; moueatur, & dubitationes ſuper verbis illis Ariſtotelis, vbi dicit, Intellectus nobis vt ſubſtantiam quandam accidere. Caput XXVI.

65 EA uero quæ de intelligentia afferuntur, impenſam & diligentiam & attentionem requirunt. Neceſſe eſt autem ut uerba ipſa philoſophi proponamus, ut ſunt, planè nihil ut additum, imminutum, inuerſum ue ſit, claritatis explanationisq; gratia. Nec enim obſcura uſque eo ſunt, ut intelligi atque comprehendi non poſſint. Videtur (inquit) intellectus intus accidere, ut ſubſtantia quædam, nec aboleri aut corrumpi, alioquin maxime aboleretur ab ea inualentia quæ ſenectuti contingit. Nunc uero accidit contra id quod in ſenſoriis eſt uidere. Si enim accipere poſſet ſenex oculum iuuenis, contueretur ut iuuenis. Quare ſenectus non eo uenit, quòd aliquid anima ipſa perpeſſa ſit, ſed eo quòd illud,
66 in quo anima continetur, oblæſum eſt, quemadmodum ebrietas atq; morbus. Intelligentia quoque & contemplatio uaneſcit obſoleſcit ue interiore quadam parte laceſſita & corrupta: ipſum per ſe impatibile eſt. cognoſcere uero, amare, odiſſe, non illius affectiones ſunt, ſed continentis. Quapropter continente corrupto, neque meminit, neque amat, quia non erant illius hęc, ſed cõmunis, id eſt permiſtionis & ſummæ, quod iam eſt corruptum. Intellectus porro quiddam fortaſſe diuinius eſt & impatibile. In his uerbis primum [a] continuatio & ſeries ipſa ſermonis dubitationem habet: quum enim id ageret, atque hic uellet addicere, ne moueri animus uideretur, nihil attinebat hac intentione, intellectum dicere ſubſtantiam eſſe quandam, quæ intus accideret, nec aboletur. Nec erat ratio quamobrem hoc loco de immortalitate animæ diſputaret, quia nec de reliqua, anima utrum mortalis eſſet, hac parte agitabatur; ſed ſolum illud in quæſtione erat, moueri ne, an non moueri intellectus poſſet. Deinde in eo quoque uerba illa calumniam ſubſtinent, quòd ratio qua intellectus incorruptus & immortalis aſſeritur, uidetur idem in ſenſu pollere, atque ita illum quoque ab interitu uendicare: immò uero ſi diligenter aduertas, fere hoc egiſſe Ariſtotelem comperies, ut ſenſum quoque eſſe immortalem oſtenderet. Si aboleri (inquit) intellectus poſſet, maxime id ab inualentia futurum, quę in ſenectute contingeret. Nunc uero accidit contra id, quod in ſenſoriis cernitur. Nam ſi uti poſſet ſenex oculo iuuenis, uideret ut iuuenis. Ex quibus uerbis talis ratio nectitur. Quemadmodum ſenſus non patitur laborantibus ſenio, & fatiſcentibus inſtrumentis, ita neque intellectum pati interiore illo affecto collabefactoq; Neque in ſenſu ſolo perſtat, ſed progreditur ultra. Quare (inquit) ſenectus non eo fit, quòd anima quicquam ſit paſſa, ſed eo quòd illud in quo anima continetur, laceſſitum oblæſumq; eſt, quemadmodum temulentia & ægrotatio. Hoc ſi eſt ita uegetatrix anima eodẽ modo quo mens, impatibilis efficitur, proindeq; immortalis. Tertio ſubit quærere, quale nam inſtrumentum illud ſit, quod tametſi interius corrumpatur, intellectum tamen impatibilem permanſurũ dicat. Item qui poſſit ſimilitudinem aut proportionem habere cum corporalibus inſtrumentis: iam utrum illud homini tantum, an aliis quoque animalibus habeatur. Age uero ſi latentiore aliquo interioreq; inſtrumento intellectus utatur, quærenda ratio eſt, cur non conueniat animam ſenſua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lem ſeparatam ab inſtrumentis putare. Non enim ad conſtituendam differentiam ſufficit dicere intellectum inſtrumento interiore uti & condito ſenſum exteriore & prompto. Quia uero Ariſtoteles modo uerbum hoc intelligere, modo illud cognoſcere uſurpat, ſit noſcenti hæc ſtudium ſcire quid interſit, an intelligere, eſt ſimplices terminos reprehendere: Cognoſcere, terminos complexos, iungere aut diuidere? Tum quoque ſuccedit quæſtio, utra præſtantior uirtus, ea ne quæ appellationes ſimplices percipit, an ea quæ perceptas ad complexum coniunctionemq; reuocat. Videri poſſet alicui poſterior hæc maiore ui eſſe argumento de artibus capto. Nam ſimplicia cognoſcere, ligna & lapides, nullius eſt artis, ſed connectere & componere: tamen contrarium eſt, quod neque difficile demonſtratur. Nam quum in complexu modo ueritas, modo falſitas uerſetur, intelligere non niſi uere poſſumus, cognoſcere etiam falſe. Præterea intelligere eſt tanquam amplecti & attingere rem, quam intelligas. Cognoſcere eſt tanquam circuire, luſtrare rem & circunſpicere, nec accedere. Eoq; imbecillitas quædam intentionis monſtratur, qualis differentia inter clariores oculos hebetioresq; habetur. Hæc ſunt quæ de uerbis illis uocari poſſunt in dubiũ. Tertio libro Defenſiones ſolutionesq; in aliud tempus differre cõmodius eſt, quo ſe quoq; nobiliſſimus philoſophus ad pleniorem diſcuſſionem ſuſtinet ac reſeruat. Nam hoc loco cauſa diſcernendi magis diſputandiq; diligentia, quàm cum ſententia aut fiducia decernendi differuit.

[a] *Prima hanc dubitationem mouit Alexan. ſi Philo. credimus. qui etiam eam conatus eſt ſolue re: hoc modo: ait enim quod potentia in præcedentibus oſtendit cæteras animæ virtutes, incorrupte ſint necne dum oſtendit quod actiones: quę ipſarum eſſe videntur ſunt proprie vtriuſque potentia ergo oſtendit quod corruptioni ſunt obnoxie. nam hoc ſuperius aſſumptum eſt quod ſi affectionum vel operationum animæ ſit aliqua: quæ a corpore poſſit eſſe abſoluta ipſam etiam animam contingit abſolui: quot ſi non nequaquam. quoniam igitur nullas hæ potentie operationes habent, quæ ſit a corpore abſoluta nõ igitur a corpore ſeparari poterunt cum hoc igitur iam ſit monſtratum iure merito quærit, quo nam pacto mens ſe habeat.*

Contra Xenocratem dicentem animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Caput XXVII.

67 POſt hæc Ariſtoteles definitionem Xenocratis damnat, neque de uerbo calumniam ſarcit, ut Andronicus & Porphyrius taxant, ſed plane id contra mentem & ſenſum Xenocratis, quem ex libris iis colligas, quos ille de rerum natura perſcripſit. In iis ſe Xenocrates prodit animam ſe numerum credere, qui ex unitatibus conſtet. Hanc igitur illius ſententiam Ariſtoteles inter omnes quæ de anima ferantur, maxime irrationabilem dicit, de qua plurima flagitia conſequentur. Prima ſunt ea quę eueniunt, eo quod moueri unitatem putat, mox ea præcipua quę proficiſcuntur, eo quòd animam numerum facit. Nam quo pacto poſſunt intelligi unitates moueri? utrum ex illis aliquæ moueant, aliquæ moueantur, an omnes & moueant ſimul & moueantur? Si ſimul omnes, quomodo quum indiuiduæ ſint, & partibus careant, mouendi & motum accipiendi uim habent? Quæ enim ſimul mouentur & mouent, ſectilia & diuidua eſſe neceſſe eſt. Quòd ſi dixerit aliàs moueri, aliàs moueret
68 non igitur anima ex omnibus conſtituta conciliataq; erit, ſed tantum ex illis mouent. Demũm ſi unitas mouetur, neceſſe eſt alicubi ſitum poſitionemq; habeat. Atſi acceſſerit unitati ſitus & poſitio, punctus fiet. Motus puncti non animal, ſed lineam facit. Neceſſarium uero eſt unitas quę in anima ſit, ſitum & poſitum habeat, & alicubi ſit, nam & anima alicubi eſt. Item ſi à numero numerum aut unitatem demas, exiſtit alia ſpecie numerus, at plantis & animalibus quibuſdam, ut
69 ſunt inſecta, etiam diuulſis ineſt uiuacitas pertinax, & animam eadem ſpecie retinent. Præterea ſi unitates animę ſitum confirmationemq; obtinent, nihil intereſt animam unitates dicas, an minuta illa corpuſcula quæ Democritus credidit glebulenta & leuia. Enimuero ſiquis conſtitueret atomos illas non ſphæras eſſe, ſed puncta quantitate retenta ſola, nihil prohiberet intelligi in illis aliud eſſe quod moueret, aliud quod moueretur, ſicut in corporibus. Hæc enim [a] ex magnitudine aut paruitate differentia oritur, hoc eſt, ut magnis diſcretio haberi poſſit mouentis & moti, in paruis non poſſit. Sed ſi hæc quanta ſint, illa non ſint, ad hæc id poteſt pertinere, ad illa non poteſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

70 teſt,conceſſio dimenſu,paruitas nihil obuaritat. Iam qui fieri poteſt,ut anima unitas ſit? in quo enim unitates illę ab unitatibus aliis differrent? Si enim ſolo poſitu atque motu,iam non unitas, ſed puncta conuenit uocari. Igitur quum omne corpus habeat puncta,uel antequam anima,manifeſtum eſt puncta animæ eodem in loco futura ubi puncta ſunt corporis: & quam regionem ſingula corporis occupant,in eandem ſingula animæ immigrabunt,atq; ita nihil uetauerit,quin eodem in loco duo ſint puncta. Si duo,cur non & plura,tandemq; infinita? Nam ea quorum locus indiuiſilis eſt,etiam in unum congeſta molem nō attollunt, neque locum capaciorem requi
71 runt iuncta quàm ſingula. Dein ſi numerus punctorum quæ utcunq; habentur in corpore,poteſt eſſe anima,cur nō habent animam omnia corpora? Item quo pacto à corporibus ſeparabun
72 tur diſcedent'ue animæ,ſi neq; lineæ à ſuperficiebus,neq; à lineis puncta poſſunt abiungi. Atq; ii qui ita de anima ſentiunt, primum uidentur incidere communem errorem eorum,qui animam eſſe corpus penetralium & tenuiſſimarum partium arbitrantur: deinde in alium, quem incurrit Democritus, qui animam ex paruis & rotundis corpuſculis cōfecit. Ac commune quidem illud uitium nō poſſunt effugere,quod & multi fortiter conceſſerunt, quos nec ueritum eſt animam confiteri corpoream. Atque ut illi duo corpora eodem in loco conſtituunt,ita ii uno puncto co-
73 guntur infinita concedere. Illæ proprię cum Democrito ruinæ Xenocrati,qui putat animal à numero unitatum moueri,ut ille à multitudine ſphærularum putabat. Nam quid intereſt minutas ſphærulas eſſe cauſam motus,an unitates dicas? ſeu magnæ illæ ſeu exiguæ ſtatuantur,mo-
74 do quæ moueantur & moueant? Igitur qui motum & numerum in definitionem animæ conferunt, in huiuſmodi laqueos atque alios etiam compluſculos inhærent. Nam neq; ipſam eſſentiam animæ ex ea definitione uniuerſam colligimus (quod tamen omnis definitio abſoluta debet præſtare) neq; in accidentium noticiam uenimus. Atque hoc quàm uerum ſit,facile animaduertes, ſi uerba illa penſaueris. Fac periculum, nuſquam aliquid de affectionibus, aut de functionibus eius expreſſeris, non quemadmodum cogitet, non qua ratione intelligat, non qua ſentiat, non qua lætetur aut doleat, non qua iraſcatur, timeat, ſperet. Plane eſt, ut aliquando diximus, adeo non elicere quicquam horum poſſimus, ut ne coniicere quidem aut diuinare facile ſuppetat,quæ tamen omnia ſcirę & docere illum oportuit.

* *Verba græca hoc in loco ſunt hæc* οὐ γὰρ δὴ τῷ μελέθει ἡ σμικρότητι, αἱ μὲν ὅσονται ψυχαὶ εἰσὶν οὐ ἀλλ' εἰ τὸν ἀριθμὸν φυλάττοιεν, ἡ σμικρότης γε αὐτὰς οὐδὲν κωλύει. *quæ ſi fideliter interpretentur habent ſe hoc modo: nam neq; ex magnitudine uel paruitate habent ut hęc quidem animę ſint: ille uero minime. Sed ſi numerum ſeruauerit paruitas quidem nihil illis obſtabit.*

¶ *Contra Andronicum dicentem Ariſtotelis verba contra Xenocratem non intelligi.* Caput XXVIII.

HActenus attulimus ea quibus Ariſtoteles Xenocratis ſententiam impugnat. Nunc quanquam alio loco atq; ocio æſtimanda nobis eſſent, quæ delatrat Andronicus, qui Ariſtotelem putat ea ſcripſiſſe, quæ non poſſint intelligi: quiq; ea,quæ alii recte atque in tempore dicta iudicant, ipſe aliter neq; recte neq; in tempore interpretatur, uidetur tamen mihi hoc loco ſaltem neceſſaria ratio eſſe, illius uerba cū uerbis philoſophi noſtri conferre,ut appareat quanto clariora hæc & probabiliora,quàm illa ſint ad ſenſum Xenocratis percenſendum. Numerum, inquit, uocabant animam ea ratione,quòd nullum animal eſſet ex ſingulari & ſimplici corpore, ſed omnia ſecundum aliquas proportiones & numeros confuſis & cōmiſtis quatuor elementis conſtaret. Fortaſſe igitur ſentiebant eadem iis, qui animam harmoniam definiunt,præter quàm quòd Xenocraticorum ſermo apertior aliquāto & illuſtrior uidebatur, quod unius uerbi acceſſione factum eſt. Nam quom illi numerū animam dicerent,hic non ſimpliciter numerum, ſed eum qui ſe moueret animam eſſe monſtrabat, quemadmodum ſi illi quoque animam non ſimpliciter harmoniam feciſſent, ſed eam quæ ſeipſam crearet conſtitueretq;. Ipſa enim anima eſt,quæ compaginem nectit,quæ coaleſcentiam continet,quę proportionem & concilium quatuor elementorum intemperat. Sed quod dixi Xenocratem putare animam eſſe numerum ipſum ſe mouentem, ex libris eius maxime in quinto uolumine de natura ſumitur.

Themi. &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Magna græcorum expoſitorum pars nituntur perſuadere Ariſto. rationes vim habere tantummodo contra id quod verba Xenocra. ſuperficietenus ſonare videntur non autem contra ſenſus medulam & intellectum quo protulit ea Xenocra. attamen non eodem modo omnes eorum ſenſum ſunt interpretati. Philop. enim ob id animam eſſe numerum ait dixiſſe: quia plenitudo formarum eſt & ratio quædam ex rationibus conſtans. in ſe ipſa enim omnium rerum rationes habet: formas autem numeros ſolitus eſt appellare. quin & Ariſto. in ſubſequentibus eos laudat qui animam eſſe dixerunt locum formarum. ea vero de cauſa ſe ipſam mouentem appellaſſe quia ſe ipſam viuens eſt: vtpote quæ ab alio nõ habet vt viuat ſed ipſa ſe ipſa viuens eſt. Simpl. vero alia ratione Xenocra. defendit vt ſuperius annotauimus quæ ibi legatur.

¶ *Contra eos qui dicunt animam ex elementis eſſe coalitam.* Caput XXIX.

75 DEinceps Ariſtoteles, Hæc, inquit, ſunt incommoda eos ſequentia, qui tum animam moueri uolunt, tum corpus eſſe ſtatuunt, ſiue id tenuiſſimum omnium, ſiue maxime incorporeum appellent. Reliquum, inquit, eſt perpendere, qua ratione à nonnullis dicatur animam ex elementis conſtare. Ac illi quidem ſtatim reſpondent, ut in rerum noticiam atque ſenſum perueniat, atque ita perue-
76 niat, ut rem uti eſt, ita cognoſcat. Sed hercules ne ſic quoque aſſecuti ſunt id cuius gratia hoc finxerunt. Idcirco uolunt animam ex elementis exiſtere, quia rentur ſimilia, non niſi ſimilibus poſſe cognoſci. Certe ſi ſola elementa eſſent, fortaſſe aliquid dicere uiderentur, ſed plura longe habentur, immò infinita quæ elementa non ſint, ſed quæ de elementis con-
77 creta. Eſto terram terra, aquam aqua cognoſcam, quomodo deum? quomodo hominem? quomodo concretorum innumerabiles formas? ſanguinem? carnem? neruos? oſſa? uiſcus? Equum uero, ecquid equo ullo intra nos collocato dignoſcimus. Non enim res concretas temere quocunque modo inciderint, elementa conſtituunt, ſed ratione quadam, atque proportione ſeruata, ut de oſſe Empedocles cecinit: Terra tulit fines apte compacta per amplos. Quadrantem creperæ lucis de partibus octo. Semis mulcibero datus oſſa hic candida facta. Nulla igitur utilitas animam facere ex elementis, niſi rationes quoque ſingularum rerum & compoſituras ineſſe in anima dixeris. Ad hunc modum poſſent omnia cognoſci ſimilibus. nam & elementa elementis, ex quibus ipſa conſtaret, & concreta concretis dignorarentur. Atque hoc quam impoſſibile ſit, non eſt neceſſe admodum probari. Quis enim dubitauit unquam eſſe in anima lapidem? hominem? platanum? item bonum & non bonum? Poſtremo ita omnia, ut
78 non rationes rerum, ſed ipſæ res in animam recipi dicerentur. Iam uero genera & uniuerſalia quæ in decem principiis continentur, qui poterunt ab anima cognoſci, ſubſtantia, quantitas, qualitas, & reliqua genera? Neque enim elementa ſunt genera, neque ea quæ ex elementis conflantur, ſed maior pars eorum longiſſime ab elementis diſtat, nec elementa rebus exiſtimari poteſt, qualia ſunt ad aliquid facere, pati, moueri, habere. Nam & quantitas quoque ipſa & qualitas, quanquam poteſt aliquis dubitare de iis, non tamen elementa ſunt. Genera porrò notiones ſunt animi noſtri non elementa rerum. Sed liberales ſimus, concedamus genera eſſe elementa, illud reſpondeant, nunquid ex omnibus generibus conſtare animam probent. At non uidentur communia omnibus generibus elementa eſſe, ut homini & factioni & paſſioni, deinde ſequentibus dicere; ergo conſtare animam ex ſola ſubſtantia, aut quomodo quantitatem perceperit. Dices ſinguſorum generum elementa quædam eſſe & principia propria, è quibus anima conſtituatur. At anima ſubſtantia eſt ex principiis quantitatis, quantitas non ſubſtantia naſcitur, & ex principiis eorum, quæ ad aliquid referuntur, relatio oritur, non ſubſtantia. Ipſius autem facere, pati, moueri, habere, nonne ridiculum ſit principia in animo quærere. Si quod impoſſibile eſt, poteſt ridiculum dici. Alia igitur ratio inueſtiganda eſt, tum qua res ab anima cognoſcantur, tum qua in anima recipi & contineri dicantur. Nam ii qui animam ex omnibus rebus ſarctam & conditam uolunt, ut ſciat & intelligat omnia, in hos tibicines, atque in alios uel grauiores offendunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Contra Empedoclem dicentem, ſimilia cognoſci ſimilibus, & tamen ſimilia à ſimilibus pati non poſſe. Caput XXX.

79 CAeterum nonnulli abſurdius arbitrantur, qui quom conſtituant ſimilia à ſimilibus pati non poſſe, concedunt tamen ſimilia ſimilibus oportere cognoſci: & deinceps fatentur ipſum cognoſcere, intelligere, ſentire, nihil aliud eſſe quàm pati. Demirari quoq; Empedoclis licet, qui terram terra cognoſci putauit, neq; animaduertit eas maxime animalium partes uacuas eſſe cognitionis & ſenſus, quæ maxime terroſæ glebulentæq; ſint, nerui,[a] ungues, capilli, oſſa: quæ tamen ſi ratio Empedoclis uera eſſet,
80 ſimilium ſui noticiam perceptionemq; habuiſſent. Item ex ſingulis elementis anima plus ignorationis temeritatisq;, quàm cognitionis acciperet. Nam ut illud unum cognoſcat unde conſtaret, cæcutiret, & calligaret in cætera. Præterea uidetur Empedocles[b] deum ignoratiſſimum facere. Quom enim, ut ille inquit, deus, quem ſphærum uocat, & concretione, comitioneq; quatuor naturarum extiterit, ſolo interuentu & procuratione concordiæ in una hac molitione diſcordia nullas partes habuerit, euenit, ut ſoli deo ignorabilis diſcordia ſit, quæ ab omnibus animalibus, & quidem mortalibus caducisq; cognoſcatur, quando cum ex omnibus conſtet, in
81 omnia quoque hoc iuris habet. Demum quamobrem non ſunt animata omnia, ſi omnia aut elementa, aut ex elementis ſunt? Item, cur una res ſit anima, ſi elementa ſunt multa? Quo fit,
82 ut huiuſmodi elementa ſimiliora materiæ uideantur eſſe, quàm formæ. Et præterea eſſe debeat alia quædam præſtantior excellentiorq; natura, quæ deformet, quæ temperet, quæ cogat, quæ certa ratione & compagine elementa cohibeat. Hanc conuenit animam credi non elementa, aut aliquid quod ſit ex elementis concretum. Eſt enim anima præclarius quiddam & melius. Præclarius autem eſt illud quod continet, quàm quod ſpergitur, diſſipaturq;. At illi nõ erubeſcunt ſtructuram mentis referre ad elementa. Sanè id quod locupletiſſimum atq; optimum eſt, materiam ſemper & facere & deſcribere dicitur, quemadmodum ars, alioquin ratio maxima uidebatur, ut quod pulchritudine & dignitate pollebat, ipſum & antiquiſſimum, & principaliſſimum, & origo aliis crederetur non huic elementa.

[a] *Hoc in loco neruos Ariſto. & Them. inter ea membra commemorat quæ non ſentiant, quod multis dubitationem affert: expoſitores attamen ſicco pede pertranſeunt: uno excepto Simpl. qui ait id ea ratione dixiſſe Ariſto. quia tactus ſenſorium ſpiritus eſt. alij uero dicunt per neruos uoluiſſe ligamenta, quæ ex oſſibus prodeunt & ſenſu carent.*

[b] *Hoc in loco apparet Herm. recte interpretaſſe in libro primo auſcultationis phyſice ſphærum, id eſt deum licet ibi quaſi oppoſitum annotauerimus nos. & hoc idem affirmant cæteri græci: annotat etiam hic Philo. ex ſententia Alexã. argumentum hoc eſſe probabile non neceſſarium. non enim ea ratione ignorantiſsimus deus uel imprudens, quia litem non cognoſcit, quia ea cognoſcere quæ præſtantiora ſunt melius eſt: & ea quæ deteriora ſunt, ſatius eſt non cognouiſſe.*

¶ Veteres neq; de vniuerſa anima, neq; de humana perfecte locutos. Caput XXXI.

83 IN uniuerſum ueteres philoſophi iuſta obiurgatione in eo pulſantur, quod nemo de tota anima adhuc cõmentatus uidetur. Alii uim eius mouendi tantum attingunt, alii de ratione percipiendi ſola cognoſcendiq; diſputant. Cæteras animæ facultates, aut deſpicatas, aut incognitas habuerunt. Atqui multa erant animalia, quæ tametſi uiuere exploratiſſimum eſſet, quieſcere tamen ſede ſtabili affixa ſemper & adherentia uiderentur. In his anima proculdubio uim mouendi habere non poteſt, cuius non comparet uſus. E duobus igitur alterum erat neceſſe, aut ut carere anima dicerentur, aut ſi hoc ſubſtinere non poterant, ut cauſam aliquam & rationem afferrent, cur animata quom eſſent, tamen uagari & ſedes mutare non poſſent. Vigent illa, ſentiunt, nutricantur, increſcunt, abſolui & à loco demigrare non poſſunt. Atque illis ipſis motibus (auctionem dico atque ſenſum) quanquam mouentur, ut cæteræ animantes, non tamen uis omnis ad animam refertur, ſed exteriora quoque ſuum in id momentum habent ad ſenſum, ſenſilia ad nutricationem auctio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nemq; alimenta. Atque eius motus qui in loco agitur, dux sola & princeps est anima. Eodem modo uegetabilem animam uidentur negligere, qui ex elementis intellectum & sensum moliuntur, quasi duas uires præcipuas animæ solasq; nouerint. Qualis igitur ea anima est qua uiuiscere dicuntur quæ gignantur è terra? nam neque sensualem, neque intellectualem possunt habere, neque eam quæ mouendi uim obtinet. Verum quibus idem esse intellectus & sensus placet, ut Democrito, nonne in re apertissima & compertissima uidentur errare? Constat & luce clarius est, plurima esse animalium genera, quæ sentiendi uim continent, intelligendi non continent. Quòd siquis hoc quoque gratificetur Anaxagoræ, fateaturq; intellectum inesse in tota animante natura, eumq; certam esse animæ partem, uniuersam uero esse animam, quæ ex omnibus uiribus & partibus conflaretur. (Ita enim uidetur sentire qui cecinit: Planta olim uolucerq; fui, popilla, puerq;) Nondum tamen uniuersam animam complectetur, neque de uiribus omnibus disputabit, neque de aliqua una perfecte. Eodem recidit, quod in iis carminibus legitur, quæ ad authorem Orpheum referuntur, ingredi spirabilem animam quæ anhelitu traheretur. Vnde igitur uiuunt ea quæ non respirant? ut plantæ, ut insecta, ut cætera id genus animalia imperfecta.

Superfluo videri aliquibus animam ex vtroque contrario concretam esse: sufficiat enim alterum, quia eadem ratio pollet in contraria. Caput XXXII.

85 Illud quoque fugit eos, qui animam iccirco ex elementis faciunt, ut res cognoscat, quod necessarium non erat ex omnibus conditam putare, quoniam alterum contrarium abunde sufficere potuisset, tũ ad se noscendum, tum ad oppositum. nam de recto æstimamus, quod oblimet. Regula enim in utrunque iudicio pollet. At obliquum quod est obstipumq;, neque suimet neque recti potest iudex statui.

Animam non esse per omnia corpora inuectam & fusam. Caput XXXIII.

86 Habetur & alia præter has quorundam opinio, qui animam dicunt per quatuor elementa, & per naturam rerum omnium inuectam fusamq; æquabiliter omnes mundi partes uegetare animareq;. Hanc sententiam sequutus Thales, dicebat deorum plena esse omnia, cui & illud de proximo congruebat: Iouis omnia plena compita & omne forum. Fortasse uero hoc fit quod & Zenoni uidetur, qui deum meare ac pertinere per omnem substantiam censuit. Atque ita in intellectuali deum esse intellectum, in animali animam, in naturali naturam, in affecta affectionem & habitum. Forteq; hoc neque à Platonis dogmate multum abhorret, cuius illa sunt uerba: Quum deus (inquit) animam in medio collocasset, per uniuersum infudit & per omnem globum porrigi iussit, & corpus ei exterius induit. Habet hæc opinio plurimas & uarias quæstiones. Cur enim si anima per ignem, si per aërem commeat, si per cætera elementa, non constituit animal? permista & confusa constituit? præsertim quum præstantiores esse animas simplicium corporum
87 putent? quanquam ne hoc quoque ratione ulla comprobant. Cæterum utrinque urgentur, siue animam fateantur ignem, siue non fateantur. Nam si fatentur sine ratione loquuntur: si non fatentur, sequitur in aliquibus corporibus animam contineri, quæ tamen animata non
88 sit. Ac uidentur quidem existimare per tota elementa animam esse distributam & sparsam. Verbi gratia: Per aërem totum & per aquam totam ea ratione, quòd partes elementorum omnes eadem natura & specie uisebantur. Ergo quum illam aquæ portiunculam quæ in mistionem animalium decerpitur, animatam esse intuerentur, contingebat illos credere in uniuerso elemento haberi contineriq; animam. Quemadmodum enim partes simplicium corporum, quæ ad temperaturam structuramq; animalium corrogantur, efficiunt ut illa ex omnibus elementis composita & coalita sint: Ita uidere se credunt partes animarum quæ ex singulis elementis carpuntur, facere ut animata esse animalia uideantur. Hæc ita si sunt, quemadmodum aëris portio in nobis eiusdem formæ ac naturæ cum elemento uniuerso est: ita & ea pars animæ, quæ in nobis inde tanquam bractea desecta est, eadem specie probabitur cum anima uniuersa simplicium corporum. Iam illi hoc loco laborant & pertinaciter defendunt, nullum esse consor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tium ſpeciei inter animam elementarum & noſtram, ſed illam longe & perfectiorem & immortaliorem haberi. Quod quum dicunt, ſeipſos coarguunt: amittit enim uim ratio eorum qua utebantur, propterea uidelicet uniuerſum aërem eſſe animatum & ſpirabilem, quòd aëris portio, quæ in nobis eſſet ſpirabilis animataq; uideretur. Vana & caſſa ratio, ſi alia ſit animæ noſtræ natura, alia elementaris, & alia item animæ confirmatio in aëris noſtri portione, alia in aëre uniuerſo. Aut igitur non eſt dicendum animas elementorum immortales, & pluris eſſe quàm noſtras, aut nihil efficiunt, quum nituntur oſtendere per totam naturam cõmeare pertinereq; animam, eo quòd particulæ elementorum, quæ in nobis eſſent, animatæ uiderentur eſſe.

¶ *Veteres de anima nihil bene dixiſſe.* Caput XXXIIII.

89 FAcile igitur æquis animis apparebit non claruiſſe hac parte philoſophiæ ueteres, nec tam difficilem locum pulcherrime, aut accuratiſſime pertractaſſe: quamobrem alia ratio ineunda eſt, quare ab anima res cognoſci dicantur, quum id elementorum concretus præſtare non poſſit. Afferendus eſt etiam alius modus undenam moueatur anima, ſi omnino neceſſarium ſit moueri, ſed nec eo motu quo corpora mouentur ab anima, neque demum eo qui ſit rei inabſolutæ actus, ſed eo fortaſſe qui abſolutæ atque perfectæ.

¶ *Contra Platonem qui partes animæ diſcludebat locis.* Caput XXXV.

90 DEinde quum homo per animam ſciat & ſentiat, opinetur, deliberet, iraſcatur, concupiſcat, demum utcunque uim appetentem exerceat: item quom motu locali animalia per animam moueantur, augeantur, conſtent, imminuantur, ita tamen ut præpoſitum illud ſit augere conſtareq; ſequens, & accidens collabitaſcere & minui. Quod quidem contingit, quum plus diſpendii fit atque amplius perit, defluit, quàm accendat atque eat in corpus. Quum itaque omnia hæc animæ opera uideantur eſſe, merito dubitari poteſt, quæ nam actionum illarum diſcretio ſit, utrum tota anima ad functionem omnium adhibeatur, & an uniuerſa ea ſentiamus, intelligamus, ſciamus, decernamus, obiraſcamur, concupiſcamus, & reliqua quæ nobis enumerata ſuperius ſunt, & an ex tota anima emanent iſta, proficiſcanturq;. Item an uitam actus ex iis unus plures ue faciant, aut omnes, aut nullus, ſed alia cauſa conſtituenda habendaq; ſit. Demum id quod quæritur tale eſt, utrum omnes actiones munera, opera, momentaq; animi ab uniuerſo eo fluant;
91 an potius alia pars ſit qua ſentiamus, alia qua ſapiamus, alia qua appetamus. Quod quidem iam Timæus uidetur cenſuiſſe quum diceret: Alio nos intelligere, alio appetere, alio iraſci. Proindeq; actiones illas ita diſpeſcit, ut primam cerebrum, id eſt capitis arcem dicat tenere, ſecundam in domicilium cordis deducat, in iecur tertiam ac ſedes abdominis releget. Sed ſi hæc uera ſunt, qua ratione animus continebitur ne defluat, quæ illi unitas, quis coalitus fuerit, præſertim ſi partes tanta intercapedine diſcludantur, qua actiones, quarum ad ſe multę non pertinent? Quæ res igitur cohibebit potentias adeo ſeparatas? Certe dici non poteſt corpus eſſe quod animam cogat aut contineat, quum potius è contrario corpus contineri ab anima æquum ſit, utpote cuius abſceſſu corpus ſtatim uaneſcat, labaſcat, diſſipetur & corruat. Quamobrem ſi qua
92 res continendi uim habet, profecto illam eſſe animam par eſt. Eodem modo quærere iterum oportebit, utrum una ſit hæc quoque quæ continet, an partibus conſtet. Si una, cur non una iam inde ab initio anima concedebatur? Reddenda enim afferendaq; ratio eſt, quare unum ſit illud à quo potentias animæ locis diſiunctas uniri contineriq; uelis, anima una non ſit, quæ tamen corporis partes longius diſiunctas diuulſasq; cogat, atq; contineat. Dices illud quod continet animam, conſtare partibus. At quum omne quod continet rem partibus conſtantem, ſi & ipſum partibus conſtet, rurſum ab alio contineri ſubinde neceſſe ſit, manifeſtum eſt quicquid animã continere dicatur, ab alio iterum atq; ab alio contentum iri, ita ut res in infinitum caſura ſit, neq; inquiſitio exitum, neq; anima id à quo cõtineatur & cohibeatur inueniat. Nam & apud nos quoq; quãuis animã ſubiecto unã dicamus, quæ ſe tamẽ multis uiribus ſpargat, ut pomũ quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſubiecto unum eſt, uarias tamen & diuerſas qualitates obtinet, formam, halitum colorem. Non tamen ſermo adhuc periculo caret, tanto magis anceps & lubricus iis, qui uim quandam eius ſempiternam & immortalem, caducas mortalesq; cæteras faciunt. Quod quum & Plato & Ariſtoteles acriter ac perſpicienter uidiſſent, alter in ipſa ſtatim conſtitutione molitioneq; hominis rationabilem, id eſt mentis optimam portionem in habitaculum proprium condidit, alteri extrinſecus accedere uiſa eſt. Vtrique porro id conſilii fuit, ne quam offenſionem turbam ue immortalitas eius aut contagio mortalium partium, aut uicinitate contraheret. Itaque utrique opinioni impedimentum hoc accidit, quòd non ſimplicem, ſed concretum ex partibus & uiribus animum dicunt. E quibus aliqua etiam tanto inter ſe tractu faſtigii ſeparantur, quanto à caducis ſubciſiuisq; æternam & immortalia diſpeſcuntur. Difficilis ſcrupulus & qui utranq; familiam auxerit, quamuisq; ſeu uirium ſeu partium diremptus in anima ſit, grauis utcunque ratio uideatur, & quæ leuiter exitum inuenire non poſſit, difficilior tamen eſt iis, quibus multarum partium dicatur. Si enim anima uniuerſa uniuerſum corpus continet, eo'que conuenit ſingulas animæ partes continere aliquid corporis, cuinam obſecro particulæ corporis mens & ratio præerit? Nimirum id uel quemadmodum fingas perdifficile eſt. Maxime autem ſtirpes
93 oſtendunt partes animæ non eandem rationem inire, cum partibus corporis: ita ut ſi diſperatæ regionibus ſint hæ, habeantur & ille ſuis locis diſcluſæ. Non enim animæ altricis, quam arbores poſſident, pars radicibus exhibita, pars trunco adiuncta, pars ramis & frondibus data, ſed uniuerſa in uniuerſis eſt. Nam & auulſæ præciſæq; uiuunt, & tranſlatæ de ſeminariis ſpeciem eandem ferunt. Videmus item ex animalibus iis (quæ quòd membra præcinctu in ciſuram ſeparata habent, appellamus inſecta) etiam diuulſa diutius uiuere, partemq; utranque ſeorſum moueri, quia ſcilicet ineſt illis adhuc ratio uitalis, non quidem eadem numero, quia ſeparatio facta eſt, ſed eadem ſpecie: nam utrunque fruſtellum aliquandiu obit, uitæ munera ſentit apertiſſime, ac ſe loco mouet, aut impingit perreptatq;. Ipſe in piſcibus uidi, partes abſciſſas comprehendi aut teneri non quiuiſſe, quorundam caudas præſectas inſinuaſſe perdiu ſpiras, & implicuiſſe nexus, nonnulla etiam truncata capite palpitaſſe, ut Strutio quæ Solaria dicitur. E qui-
94 bus omnibus conſtat partes illas animæ ſeiugatas eadem eſſe ſpecie, tum inter ſe, tum cum anima uniuerſa. Inter ſe, ut quæ iam ſunt diſcretæ, & ſeparatis ac diſiectis truncis adiunctæ. Cum uniuerſa, ut quomodo ante præciſionem diuulſionem'que integris & indiuiduis habebatur. Nam antequam diſcerperetur non certe in membris, ſed in tota ea fuiſſe partes illæ uidentur. Animam uero, neque ipſam à ſe conſtat, neque ſuis poteſtatibus diſtrahi, ſed à corpore culpam habente, in quo ſita eſt. Quod ſi ſegmenta illa piſcium inſectorum'ue, neque pertinaciter ſuperuiuunt, neque admodum diu mouentur, nihil mirum, quom partibus officialibus careant, quibus uitam naturamq; tueantur. Nec tamen minus tota uiuacitas animę illis in partibus continetur, quæ mox ſolido in corpore ſpectabatur.

¶ *Plantas & ſtirpes ſine dubio animatas eſſe.* Caput XXXV.

95 SAnè dubitandum non eſt, an quod nutriuntur & augentur frutices, id ab anima uegetali alumnaq; habeant. Vna enim hæc animalibus & ſtirpibus ineſt communis: qui igitur fieri poteſt, ut ea uis in animali anima ſit, in plana non ſit? Deinde unde uiuerent uigerentq; plantæ, niſi uitam acciperent & nanciſcerentur ab anima? In hoc quoque differunt à non uiuentibus uiua, quòd ali, quòd creſcere, quòd prolem de ſe dare poſſunt. Neque illud moueat, quòd hanc à cæteris ſeparari contingat, cæteræ ab hac ſeparari non poſſint, quom eadem ratio ineatur ſenſuali, cum ea quæ inceſſui & progreſſui præficitur tantum non omnibus animalibus. Tametſi igitur ſenſus ſine illa ui motrice in aliquibus habetur, tamen anima eſt & appellatur, quanquam uis ea, qua uiuimus ipſa primo non eſt. quod ſequentium diligens lectio commonſtrabit.

FINIS LIBRI PRIMI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII DE ANIMA, LIBER SECVNDVS, HER. MOLAO BARBARO INTERPRETE.

¶ Diuiſio entium, & quid ſit perfectihabia & quotuplex. Caput I.

1 

A Quæ ueteres de anima tradiderunt, abundanter arbitror libro ſuperiore expoſita, nunc ordine aliunde petito communiemus ipſi definitionem [a] animæ, eam quæ maxime fuſa, proindeq; cõmuniſſima uideatur, quæq; omnes animas ambitu ſuo contineat, nec ſolum humanam, de qua tantũ priores, partim quòd ita collubitum
2 erat, partim quòd inuiti fallebantur, egerunt. Rerum itaq; ſummũ & principaliſſimum genus ſubſtantiam facimus: ſubſtãtia uero aut materia, aut forma eſt, aut aliquid ex utroque permixtio. De qua ratione uberrime dictum eſt in iis libris, quos de inſtitutione & primordiis naturæ perſcripſimus: alioquin hoc quoque loco non abre fuerit, ex iis quædam repetere. Materiam [b] potentia eſſe ſubſtantiam conſtat ſine confirmatione aliqua. Hoc enim eſt quod ſub uerbo hoc hoc [c] quicquam monſtramus, ſed tanquam habilitatem quandam, ſeu præparationem, quæ procreandis rebus oportuna, idonea, aptaq; ſit. Formã uero perfectionem eſſe, & ceu expletionem abſolutionemq; præparationis illius, id eſt, quę quaſi aſſerat, & manum extremam imponat ei rei, quæ potentia ſola conſtaret. Poſtremo formam id eſſe, cuius merito res prę rogatiuam illam ferunt, ut nomine hoc quicquam, ſiue hoc aliquid cenſeantur. Tertium ſumma eſt, quę ex ambabus coëuntibus conciliatur & naſcitur, in quo iam materia ſimul & forma ſpectatur: quæ duæ res una quædam exit integritas, neq; ratione cogitatione ue amplius, & ſenſu. Ac reuera hoc aliquid eſt, modo illud diſcrimen intelligatur, res à materia ut fierent, à forma ut eſſent, habere. Quæ quom ita ſint, tunc opulenter & nauiter habere ſe rem & perfectam eſſe dicimus, quom propriam formam adepta eſt ad quam feſtinauerat. Hanc igitur formam & ſpeciem, ſiquis entelechiam [b], id eſt, uerbum ex uerbo perfectihabiam appellet, haud iure reprehendetur, ceu nouo uſus & horrenti uocabulo. Nam ſi ſupradicta nobis uera ſunt, & perfectio rei è ſua cuique forma ducitur, & à forma res habet, diuiter & bene habere & perfecte poſſit, nihil utique aliud id nominis ſignificauerit, quàm eum quem exprimere uolumus habitum perfectionis. Verum perfectihabia biſariam in rebus eſt, uno modo ut ſcientia, altero ut contemplatio & conſideratio, quę actu inita ſit. Harum altera ut habitus, altera ut miniſtratio & defunctio habitus intelligitur.

[a] Ait attamen hic Phil. non eſſe proprie hanc quam Ariſto. inquirit hic definitionem: quia anima ea ratione qua anima eſt communi genere caret: qua tamen ſubſtantia eſt genus habet commune: ſubſtantiam ſcilicet vt definitio omnis ex genere conſtat: ſimpliciter igitur fieri non poteſt vt definitio reddatur quæ omnes animas ſuo contineat ambitu: poſſumus tamen deſcriptionem communire: quapropter deſcriptio erit ratio hæc communis animæ: quæ equidem neque proprie vna eſſe poteſt: quia anima æquiuoca eſt: & æquiuocis vocibus eius deſcriptio conſtat. æquiuoca vero & ſi voce vnum eſſe videantur: attamen ſignificatu plura ſunt.

[b] Non eſt ait Simpl. equidem potentia materia: ſed potentia ſubſtantia: non tamen quæ ſit vnquam futura ſecundum actum: quia ſemper manet id quod eſt: ſed per hoc ſubſtantificatur quod eſt eſſe ſuſceptiuum: & obſcuram & imperfectam ſubſtantiam.

[c] Hoc aliquid ait Simpl. definitam terminatam ue exiſtentiam indicat: nam hoc in circunſcriptione & termino ac veluti ſub ſenſum & monſtrationem cadens: ſi apponatur ea particula ali-

quid particularitatem significat.

b Entelechia dicitur ait Phil. ab eo quod est ἕν καὶ τὸν τελείον καὶ τόσυν ἐχέν hoc est vnum: & perfectum: & simul habere: nam forma causa est materiæ & vnionis & perfectionis. Simpl. autem ait forma entelechia est vti perfectio & ἐν τελεί ὀτητι hoc est in perfectione habens esse: & veluti per se ens: & in perfectione compositum continens.

¶ Animam esse formam & perfectionem corporis naturalis vitam habentis. Caput II.

corpa naturalia maxime substantiæ sunt, 3

Artificialia comparatione naturaliu accidentiu uicē obtinēt,

vita qd.

Corp̃ naturale ex materia & forma q̃dā ei esse,

HIs ita retractis, atq; in memoriam subiectis ducamus noscentes hæc in reliqua. Nomen substantiæ potissimum uendicat corpora, & è corporibus maxime, quæ naturalia sint, ignis, aër, aqua, terra, & præterea quæcunque de iis à natura fumme proueniunt. Sunt enim corpora naturalia aliorum corporum principia, nam lectica, asseres, pessuli, sera, calcei, tunica, demum omnia quæ artificio aliquo comparantur, comparatione naturalium uicem accidentium obtinent. Accidit ligno, ut lectica esset. Accidit ferro, ut serra. Accidit panno, ut uestis. Omne item artificiale corpus instrato naturali conspicitur, ualeant ergo artificialia, manus ad naturalia admoliamur. Ex naturalibus nonnulla possident uitam, nonnulla uacant. Vitam appello, quæ *a animal ut per se nutriatur augeaturq; efficit. Omne igitur corpus naturale & particeps uitæ, necesse est substantia sit, nec substantia modo, sed condita & concreta substantia, id est, quæ ex materia atq; forma sit. Quom itaque id quod habet uitam, non sit simpliciter corpus, sed tale corpus, cumq; in uiuo corpus pro materia subiectoq; habeatur, ut uero tale corpus sit à specie reponat & forma. Quis enim dicere ausit, corpus esse in uiuo formam, sed ut dixi, corpus materiæ & subiecti locum tenet. Quom inquam, id quod habet uitam, non sit simpliciter corpus, sed tale corpus, & quom differant ab iis, quæ non uiuant, non in eo quod corpus, sed in eo quod tale corpus, hoc est, in eo quod uiuit, & animam continet, concluditur animam esse speciem perfectionemq; & substantiam, ita ut sit forma.

a Non ea propter ait Simpl. hoc dictum est quia in solis viuere sit: nam & appetitus & sensus: necnon & intellectus vitæ sunt: nec etiam quia quodlibet viuens sit horum particeps: sed sola mortalia: cœlestia enim non nutriuntur: non crescunt neque decrescunt. Verum quia Arist. vult: quemadmodum & Plato: proprium esse rerum animatarum: vt ab interno principio moueantur: infimam in his vita assumpsit: vt hanc etiam ostenderet alicuius motus esse causam: nutriri enim augere ac minui mutatio quædam est in qualitate & quantitate.

¶ Animam non esse corpus: sed formam corporis perfectionemq;. Caput III.

animata ab inanimatis nihil differunt, sunt posteriq; ex forma et materia constant,

VAm uero *a anima non sit corpus, neque subiectum, quanquam est aliquando demonstratum, non tamen molestum erit hoc quoque loco recensere. Animata ab inanimis in eo distant, quòd uiuunt hæc, illa non uiuunt, non in eo quòd corpora hæc sint, illa non sint: sequitur igitur animam non esse corpus, sed uitæ animantium causa. Item hoc ratione alia clarescet, quom in re concreta, neque utrunque possit esse subiecto, neque utrunque forma, sed apertissimum sit corpus esse quod subiicitur. (Est enim corpus quod describitur, ducitur, fingitur) & nisi astringeretur & cohiberetur ab anima, dissipari & fathiscere idoneum, relinquitur necessario animam esse perfectionem & formam. Præterea dici recte non posset animal ex anima & corpore existere, nisi hæc ut forma, illud ut materia caperetur. Tripliciter enim componi res dicuntur ex iis, quæ insint. Primum illud genus latissimum in promptuq; est, quom quid ex rebus tanquam ex partibus corporalibus componitur. uerbi gratia, quom ex lapidibus atque lignis exædificatur domus, ex carne & ossibus constituitur animal. Aliud genus composituræ est, ut quom ex aqua & melle mulsum conficitur. Demum quicquid ex plurium rerum confusione & mixtione conflatur. Atque hoc genus à priore discrepat, quòd in illo partes & totum disiuncta & discluſa sunt locis, in hoc quicquid loco secernitur, non uenit in mixtionem, quia totum & partes eodem in loco uidentur esse. Reuera autem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

abolitæ & corruptæ ſunt partes, tenetur integritas. Tertius modus eſt, quo ex ære & figura conſtare ſtatuam dicimus, & quo ex lapidibus & ſtructura ædes. Quãobrẽ quom animal permixtionem ex anima & corpore dicimus, ſi primo genere ſtatuamus, nõ eſſet totum corpus toto ſe animatum, nec ali poſſet, nec creſcere circumundique, ſed anima aut uniuerſa corpori uniuerſo, aut partibus partes accideret. Quod ne in captum quidem mentis cadit. Age uero ad quantitatem animali anima non ad qualitatem conferret, quia partes id genus coitæ non aliter conferre toti ſuo ſolent. Neq; ſecunda item forma compoſitionis dici poteſt conſtare ex anima & corpore animal, quia non coaleſcit animal, corruptis demum anima & corpore (quemadmodum miſcellæ quæ de elementis ita corruptis fiunt) immò animal conſtitui non poſſet, niſi ſalua & ſuperſtite utraque natura. Reliquus ergo tertius modus eſt, quo animal ex anima effici & corpore dicatur. Quare quom in ea iunctione ſemper hoc formæ, illud materiæ uim præferat, corpus autem forma eſſe animæ non poſſit, ſequitur animam eſſe formam corporis oportere. Nempe ut ſtatuæ denominantur à forma ſua, ita & animalia ſua neceſſe eſt. Per animam porrò utrunque cognoſcitur & animal & cadauer, utpote per quam & adſit & abſit animantibus uita. Species ergo & forma animantis eſt anima.

Tertiꝰ modꝰ cõpoſitionis animal permixtio ex anima & corpore,

ãia forma corporis,

* *Quidam crediderunt, ait Philo. quod Ariſto. in eo loco: qui huic reſpondere videtur: probare vel.t: quod anima non ſit corpus: nam ex hoc vna ſequitur eam non eſſe ſubiectum in qua ſententia fuit Alexan. cui videtur Them. etiam hic aſſentire: verum ait Philo. res hoc non ſic ſe habet. nã quod a cauſa non ſit corpus. ſed quid incorporeum deinde monſtrabitur: ꝙ iam etiam monſtratum eſt eo loco quo probauit animam non eſſe magnitudinem: nam ſi magnitudo non eſt: corpus etiam eſſe non poterit: quod autem probatur hic eſt quod anima forma ſit ꝙ non materia vel ſubiectum: accipit autem corpus loco ſubiecti ꝙ materiæ.*

¶ *Animam eſſe actum primum ꝙ ſecundum, ſed primum magis.* Caput IIII.

FOrma uero dupliciter ſolet intelligi: nam aut ita ut ſcientia: aut ita ut ſcientiæ agitatio cõmentatioq;. ſcientia habitus eſt, agitatio & conſideratio actus. Eadem diſtributio inueniri poteſt in anima. Somnus ceu habitus animæ eſt, uigilia uti actus. Neque hoc dico, ut ex eo accipi uelim uniuerſam animæ uim, functionesq; eius omnes in ſomno feriari aut ceſſare, atque ita ſolum habitum relinqui, quom ſaltem apertum ſit, quom quis dormit, uim illam altricem non eſſe conſopitam. Illud dico ut intelligamus multas eſſe animæ uires, quæ dormientibus nobis, tanquam oſcitent ocienturq;, nihil agant aut exerceant, qualis eſt ſenſibilis, & ea quæ delegata inceſſui eſt. Erit igitur anima corporis uiui, partim prima, partim ſecunda perfectio. Sanè in homine prior ſcientia eſt, quàm conſideratio meditatioq;, quia recipit ſcientiam Socrates antequam meditetur aut conſideret. Quamobrem mirari non ſatis poſſum eorum prudentiam, qui dicunt periculum eſſe animantibus, ne dormiant, ſi anima actus ſit, quaſi hallucinentur, nec intelligant, quæ ab Ariſtotele hoc loco perſpicue & dilucide dicantur. Ex eo, inquit, quod anima ineſt in nobis, uigilia ſomnusq; accidit. Illud quæſtione dignius eſt, quòd definitio hæc uim nutricem non uidetur agnoſcere, ſi primum actum perfectionemq; animam dicas. Sed ſoluitur. Habitus ab actu & miniſterio in nutriente ui non abſoluitur: nam ibi habitum eſſe neceſſe eſt, ubi ſit actus, idq; in phyſicis, quæ natura duce nulla ratione extrinſecus adhibita, nulla doctrina proueniunt. Non ſic econtrario, ubi habitus, ibi quoque ut ſit actus. Quo fit, ut qui animam prima perfectione deſcribit, omnes animæ potẽſtates uideatur eſſe complexus. Ita in ſomno cæteris uiribus ſolus permanet & relinquitur habitus. At eius qua alimur cum habitu agitatio quoque & exercitium iungitur.

nutritiua potentia nũq̃ quieſcit ſenſitiua ſed ſcientia prius, q̃ meditatio

quæſtio,
Abſolutio,

Vbi actꝰ ibi habitus econtrario nõ ubi habitꝰ nece ſe ei ſit actꝰ eſſe

* *Ariſto. autem ait neceſſe eſt ergo animam ſubſtantiam eſſe ſicut formam corporis ꝙ c. Deinde ſubdit. ſubſtantia autem entelechia ꝙ c. Deinde vero. Hic autem cũ multipliciter dicatur ꝙ c. quo in loco: vt refert Philo. Alexan. cauſam reddit: cur primo vſus eſt nomine formæ: deinde in entelechiam tranſtulit: ꝙ ait quia opus erat determinare an animatum ſit dicendum eſſe animatum propter operationes quæ ab anima prodeunt: vel potius ob id: quia poſſit operari: quæ ſe ha-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bent hoc pacto quod posse prius est: operari vero posterius: quoniam ergo priori & posteriori ad hanc rem enodandam erat vsurus: & hic attribuere formæ est absurdum: prius scilicet vel posterius: quia vna est vniuscuiusque forma. ea igitur de causa formam in entelechiam permutauit: ea autem intercedit differentia inter entelechiam & formam: quod omnis forma est entelechia: non autem contra entelechia omnis forma est operatio; nanque quæ ab habitu prouenit entelechia est: & forma non est: formam autem ait Philop. substantialem audias quia accidens non est subiecti perfectio.

¶ *Animam esse perfectionem organici corporis.* Caput V.

IN quod igitur genus anima referatur, declaratum iam est, ut substantia scilicet & prima perfectio sit, reliquum est, ut cuius sit substantia doceamus. Et hercules res consultatione non indiget. Protinus decerni potest animam esse substantiam corporis, sed qualisnam corporis hoc exquisitius & maturius uidendum. Constat corpora aut naturalia esse, aut nõ naturalia. Naturalia uoco, quæ intra se principium illud tenent, quo naturales motus cieri uidentur, ut terra, aqua, plantæ, animalia. Non naturalia sunt, quæ hoc principio carent, lectus nauis, pallium. Atque hæc nobis fusius & prius Aristoteli definita sunt iis libris qui naturæ principia continent. Iterum naturalia corpora secamus in duo genera, quædam uiuunt, quædam non uiuunt. Viuere quæ dicantur supra quasi occupaturus ostendi, quom dixi ea quæ per se alerentur & crescerent, quod genus animalia & frutices sunt. Nam elementa, quia initium motus intra se possident, naturalia quidem sunt, sed in iis uitæ uacuitas est, quia per se nec aluntur, neque autem augentur. Lapides quoque quamuis grandescere uideantur, non tamen uiuunt, quia crementum illud non ex alimento intus molito dispensatoq; in penitas partes attollitur, sed accessione tantum & appositione materiæ: aut si per omnes partes attolitur, erit in iis utique ratio aliqua uitalis existimanda, sed admodum renuis subobscuraq;. Neq; mirum est lapides adolescere, quando & parere quidam putantur, ut Clearchus affirmat. Sed certe illi aut consortio tantum nominis gignunt parturiuntq;, aut alia forma est gignendi, quàm quæ animalibus addita est: uidetur enim sæpicule natura suos fines tanquam transgredi. Proindeq; in aliquibus dubium sit, animalia sint an radices. Radices an lapides. Postquam igitur corporum quædam habentur naturalia, quædam non naturalia: item alia quæ uita participent, alia quibus negata ea ratio sit, non potest animæ perfectio cuiuslibet corporis dici, sed naturalis, neque naturalis item omnis, sed uiui. Viuum autem omne organicum structumq; est. De mortalibus & genitis loquor, quibus ad uitam præsidio cibi sit opus. Nihil enim est, quod simpliciter consistat, expletumq; fit, sed omne animal continenter labitur, & subinde sarcitur, anima nunquam quiescit à munere, hoc est, nutricatione. Ita quanquam partes subduci semper ac perire necesse est, tamen summa suppletur identidem eo quia incolumis exigit. Quare fit, ut quędam ceu organa & machinamenta uis hæc desideret, quibus tanquam famulitio ad hanc functionem præstandam, id est, ad nutritionem utatur. Atque hæc instrumenta in animalibus perspicua manifestaq; sunt, os, gula, uentriculus, aluus, uenæ, & reliqua, quæ ad usum alimoniæ comparata iis sunt. In fructicibus autem atque plantis, quanquam ea minus exposita sunt, ex momentis tamen ab iis gestorum, similia, quędam iis opificia & organa hinc cognosci possunt. Primum radices ori æmulæ & uicariæ habentur. nam ut animal per os, ita frutex per radicem succum trahit. Deinde meatus quidam staminaq; & fibræ uenarum uice funguntur. Iam intestina & quę uiscus animalium referant, habent & adipes suos. Alburnum, liber & lignum, cuti, carni, & ossi proportione consentiunt. Folia ut operimentum & nutrimentum pulpis adiuncta. Pulpæ fructibus præsidii gratia obductæ (nam pulpas appello, intra quas à natura semen est conditum, siue esui sint atq; admittantur in cibos, siue non mandantur. Fructum genituram ipsam ac semen intelligo) Siqua igitur communis descriptio animæ reddi potest, uidetur apertissima hæc esse: Anima perfectio est corporis naturalis organici.

¶ *Declaratio per exempla definitionis allatæ de anima, & quod organicum idem est, quod uitam habens potentia.* Caput VI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

7 VAmobrem ut non eſt quærendum, qua ratione unum ſit cera & ſigillum aut im preſſio, ita nec illud quemadmodũ materia cum ſua forma ſit unum. Sicut enim res ut ſit, habet à forma, ita habet à forma, ut ſit unum. Quot modis autem eſſe quid dicitur, totidem unum quoque dicitur. Decem autem ſunt rerum initia, de cem erunt & appellationes unius. Atque utrunque præſtat forma ea, quam nos 8 cum prę fatione perfecti habitam appellauimus. Verbi gratia: Si bipennis eſſet natura ens, & hanc formam qua poteſt ſyluam cedere non ab arte, ſed à natura introductã haberet, bipennem qui diceret, animal diceret, quòd ex ferro tanquam ex corpore, & ex acie mucroneq; tanquam ex ani ma conſtaret. Nam bipennis beneficio formæ in mucronem emiſſæ bipennis eſt. hebetata porrò retuſaq; acie forma conuariat, & nec bipẽnis amplius dici poſſet, niſi appellatione cognomini. At quom non habeat à natura formam ſuam bipennis, ut nõ niſi ſalua & præſente forma bipennis ſit, non tamen eſſe animal poteſt. Non enim anima eſt ratio & forma artificialis inſtrumenti, ſed corporis nauralis uitaq; prædĩti. Atq; hoc iam illud eſt, quod organicum [a] uocabamus. Quod ſi loco organici poſueris uitam potentia habentis, de ea potentia intelligendum id erit, quæ iuncta ſit actui, quemadmodum ſi ita loquereris. Poteſt Socrates inambulare, quia iam inambulet. De mum ſi poſſibile eſſe aliquid diceres, quia iam adſit, habeaturq; actu, non, ſi non excidit in libro, quem de propoſitionum ratione ædidimus, qui & interpretationis inſcribitur, unus hic modus inter cæteros receptus eſt, quo quid eſſe poſſibile diceres. Anima igitur prima perfectio eſt corpo ris poteſtate, quòd habeat uitam, ita ut poteſtas illa deſcribenda ſit actu. Atq; hoc eſt concretum illud & integrum ex ambobusq; conſtitutum, quod nihil aliud quàm animal eſt. Nempe forma, tametſi in materia producitur, non tamen ipſi materiæ forma eſt, ſed eius quod ex duabus facul tatibus conditum eſt. Omne enim tale ſimulatque formatum eſt, hoc aliquid ſit. Erit igitur no men hoc organicum expoſitio atq; interpretatio eius, quod eſt poteſtate uitam habere, atque ea 9 dem utriuſque uis & ſignificatio habenda. Cęterum ea quæ diximus, poſſunt exemplo partium clariora ſpectatioraq; fieri. Si oculus eſſet animal, formam eius eſſe aſpectum uiſumq; oporteret. Eſt enim uiſus ſua oculi perfectio, forma, ſubſtantia: oculus totum & integritas ipſa eſt. Corpus oculi pro materia uiſui ſternitur, uiſu ablato amiſſo'ue non eſt amplius oculus, niſi mero nomi ne nihilouerius, quàm aut ſculptus aut pictus. Quod ergo de parte diximus, idem conuenire in totum animal putandum. Qualis enim partis ad partem collatio eſt, hoc eſt obtutus ad oculum, talis ſit totius ſenſus ad totum animal ſentiens, ſubindeq; totius animæ ad totum animans cor 10 pus neceſſe eſt. Planè ex iis quæ dicta ſunt, liquere arbitror animam, neque cadaueris, neque ſemi nis perfectionem eſſe. Alterum, quia deſiit uiuere. Alterum, quia nondum in uitam promotum eſt. Item alterum non poteſt amplius uitam habere, alterum poteſt quidem, ſed nondum habet. Poteſt uero quia fieri organicum poteſt, & uitam accipere. Quemadmodum enim ferrum infor me rudeq; poteſtate ſerra eſt, idcirco quia poteſt in forma id genus excudi, nondum tamen eſt ſer ra, ſed tunc erit, quom aciem & figuram habilem ad ſecandum acceperit, ita & genitura ſemina lis potentia animal eſt, quia poteſt in organicum corpus exculpi: non tamen eſt animal, ſed tunc erit, quom per ſe ali & indoleſcere poterit. Ergo uigilia actus eſt, eo modo quo ſectio, & eo modo quo conſpectus & oculorum intentio. Somnus quaſi rudimentum, præparatio & habitus, ex qua utrunque ſequi idoneum eſt. Horum alterum prima perfectio dicitur, alterum ſecunda. Animus utraque perfectione deſcribitur, ſed prima diffuſius, corpus uero pro ſubiecto habe tur. In plerunque quemadmodum ſerra eſt & ferrum & forma: item oculus pupilla & uiſus: ita animal & corpus, & anima eſt.

[a] *Simpl. attamen non nihil ait hæc inuicem differre: quorum differentiam his verbis ipſe expli cat: & ſi dixerimus duplicem eſſe animalem vitam mortalium animalium: alteram qua organum vt organum eſt formatur vt & organum ſit animæ efficitur: alteram quæ organo iam viuente vtatur: non tamen altera eſt omnino vita: quia non vteretur moueretur'ue ſuapte natura id: quod aliunde viueret: ſed vna eſt quæ tamen duarum ſpeciem habere uideatur: altera quarum ueluti or gani formatiua: nõ quidem tanquam mouens: ſed tanquam moti uiuifice formatiua: altera tanquam mouens & utens: nam omnis anima mortalium iuxta hæc ambo eſt entelechia. hancque duplicem eius rationem reddidit Ariſto. in uerbo entelechia cum illam eandem & potentia uitam habentis*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dixit: & organice corporis: quæ & ſi ambo penitus inuicem concurrant: ita vt quod vitam potentia habet ſit organum animæ: & vice etiam inuerſa animæ organum vitam habeat potentia: non tamen vtrunque idem ſignificat: hoc enim poſtremam uitam indicat qua tanquam motum uiuifice formatur: illud uero quæ eo utatur & moueat: quapropter utraque neceſſaria ſunt ut definitio perfecta reddatur.

¶ *Animæ partes alias abiunctas eſſe à corpore, alias non abiunctas.* Caput VII.

11 EQuidem ex iis non eſt obſcurum uidere animam à corpore non eſſe abiunctam: nec uniuerſam (ſi uniuerſa, ita eſt ſua corpori forma, ut figura ferro) nec partes, ſaltem aliquas, ſi diuidua anima eſt. Sunt enim corporis aliquæ, quarum formas perfectionesq; ſine dubio partibus animę ſciſcimus, ut oculorum uiſus Nec tamen ratio ulla prohibet haberi aliquam animæ partem, quæ à corpore abſoluta diſparataq; ſit, qualis ea, quæ neque corporis totius, neque partis alicuius ita actus, aut perfectio eſt, ut forma & figura ferri. Qualis uidetur mens intellectusq; eſſe (nõdum enim oſtenſum eſt) an eius uis ita ſit corporis humani perfectio, ut poſſit tamen eſſe abiunctus & ſeparatus à corpore, ſicut uector & gubernator à naui, qui quanquam eſt actus & perfectio, naui tamen iunctus aut adhærens naui non dicitur. Quo fit, ut tametſi à nobis animæ natura comprehenſa ſit formula generali, nondum tamen exquiſite accurate'ue cognita diſcuſſa uideatur: alioquin finitio illa quam attulimus, ſimilior deſcriptioni, quàm definitio fuerit.

¶ *A notioribus eſſe incipiendum, & definitionem afferendam, quæ cauſam quamobrem contineat, & omnia per animam uiuere.* Caput VIII.

12 SEd conferamus pedem, ut aiunt, accedamusq; propius, & tum de anima uniuerſa, tum de facultatibus eius ſingulis diſputemus: ita fiet manifeſtum, ſit non ſit anima tota, partes'ue eius aliquę à corpore auocatę. Dicamus igitur quod & frequenter hoc opere adeò & aliis uſurpauimus, ea quæ manifeſta ſunt nobis, contrario reſponſu & uice inuerſa eſſe manifeſta naturæ. Concreta [a] & compoſita maxime manifeſta ſunt nobis, ſimplicia naturæ rationiq;. Primo igitur in omnibus initium capeſcere par eſt ab iis, quæ perſpecta & nota ſint nobis, ut inde ad ea pergamus, quæ ſunt explorata naturæ. Qua re eadem ratio atque regula tractantibus animam obſeruanda eſt. Quom ergo anima ſimplex ſit, corpus concretum & cõditum, à corpore nobis auſpicium ſumendum eſt, unde ad faſtigium animæ niti ac ſubire poſſimus, nec eam modo finitionem eius attingere, quæ rem declarat ut ſit (qua tamen plurimi ſunt contenti) ſed eam quoque quæ cauſam & rationem oſtendit. Nam cæteræ definitiones in demonſtrationem pro concluſionibus conferri habiliores ſunt, quàm definitiones haberi. Veluti ſi quęſieris quid ſit exquadratio, & reſpondeatur, figura quadrãgula æqualis parte altera, ablongæ probationis concluſio eſt. Siquis uero dicat quadratum eſſe compertam habere lineam mediam, id eſt, quæ duabus lineis media parili utrunq; proportione reſpondeat, tum eius rei cauſa reddita & adiuncta uidebitur. Igitur à cognitis exordium petemus, quod ad ignota incertaq; accommodatum ſit, & quaſi manu nos ducat, animatum ab inanimato uita diſtinguit. Et quamuis multis anima uiribus & facultatibus polleat, quas ſæpe enumerauimus, una tamen eſt, quæ ad uitam animantibus miniſtrandam ſola ſufficiat, eaq; uegetalis uocatur.

13 14 Huius uirtutis opera deſcribuntur tria, nutrire quod & primum eſt: augere, quod ſecundum: & gignere, quod tertium. Quare omnia quæ fruticant, germinant, pullulant, uidentur intra ſe poteſtatem illam & principium gerere, quo ſe in contrarios locos ſimul poſſint mouere. Quis enim ignorat arbores ſtirpesq;, quom augentur, ſimul & ſurſum ramis efferri, & deorſum radicibus mergi, quod in nullo corpore naturali, nec uiuente conſpicitur. Nam omne corpus naturale, qua naturale eſt, unum duntaxat ſibi locum ſcripſit, quo uerſus ſeſe agat & referat. Plantæ uero & frutices ſimul in contrarias regiones nituntur, non modo quom augentur, ſed etiam cum decreſcunt minuunturq;. Verum, ut dixi, una ui, quam uegetatricem appellamus, ratio uitalis abſoluitur, huiuſq; potiſſimum parte ea, quæ nutrit: pleraq; enim & animalia & plantæ uiuunt, quæ tamen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

15 quæ tamen neque augentur amplius, neque ſobolem ultra pariunt. Seorſum igitur à cæteris
haberi ea pars poteſt, cæteræ ab hac ſecerni aut abſolui non poſſunt. De mortalibus ſemper ſer-
mo, nam diuinæ naturæ conuenit, non ſolum ut citra omnem nutritionem, munus ſuum intel-
ligendi, cognoſcendiq; obeat, ſed etiam ſine reliquis uirtutibus animæ uel præſtantioribus. Ita
patet manifeſtarie uegetalem in iis, quæ gignuntur è terra, à reliquis animæ poteſtatibus ſeiuga-
16 ri, utpote quæ oculis quoque cernatur in plantis ſola ex omnibus facultatibus animæ. Viuit er-
go per hanc id omne quod uiuit. Animal uero primum per animam ſentientem conſtituitur
animal. Atque hoc adeo omnibus ineſt commune, ut etiam animalia illa, quæ ſede ſtabili de-
gunt, nec loco mouentur, habeant tamen quandam agnitionem & ſenſum, ut conchæ, ſiue ea
17 mediam inter frutices & animalia naturam obtinere dicantur, ſiue animalia nuncupentur. Sen-
ſuum primus ineſt animalibus tactus: & quemadmodum nutriens uis poteſt à ſentiente abſol-
ui, ita & tactus poteſt à reliquis ſenſibus. Ineſt is omnibus animalibus, etiam iis, quæ ambigant,
18 id eſt, quæ mediam naturam inter animalia, & frutices habeant. Quæ ſit autem ratio atq; cauſa,
quamobrem uegetalis à ſenſuali, & tactus à cæteris ſenſibus ſeparari queant, indicabitur poſt. Pla-
nè uis ipſa nominum, quibus utimur, edocet, adiuncto & adhibito ſenſu non eſſe amplius id fru-
ticem, ſed animal oportere. Ac uiuere quidem utrunque dicitur, tum frutex, tum animal, quia
ſe nutriunt, aliàs eſſe utrunq; nõ dicitur, quia nec utrunq; ſentit: quo fit, ut hoc quod habet ſen-
ſum animal, illud quod nõ habet fruticem appellemus. Viuit autem utrunq; per animam, nõ ut
quidam arbitrantur, qui ſolum nomen uitæ cõmune duobus illis credunt, quaſi frutices natu-
ra utantur, animalia anima. Nam ſi nutriri & augeri ad naturam non ad animam pertinet, alte-
rum duorum eſt concedendum, aut nos non uiuere, quotiens non ſentimus, aut duas nobis ui-
tas ineſſe. Quorum utrunq; abſurdum & obtuſum dictu eſt. Item, complura ſunt ea, quæ quan-
quam utantur natura, quia mouentur, qualia ſunt elementa, non tamen uiuere ulla ratione de-
fendi poſſunt. Quare non eo uiuunt animantes, quòd natura utantur, ſed quòd anima & parte
animæ obuia primaq;, id eſt, uegetabili & nutrice. Agedum quomodo congruit gignendi uim
eſſe animæ partem concedere potentiam, cuius finis & opus genitura ſit, in plantis non concede-
re animam eſſe, ſed naturam? Quare oportet plantas & frutices, quia partem animæ poſſident,
uiuentes & animantes fateri, animalia eſſe non fateri. Neq; huius tamen diſcriminis ratio aliqua
quærenda eſt, cur animalia non dicantur, ſed animata. Conſuetudinem loquendi cõmunem pro-
bare oportet, cui pro ratione uſus eſt, collibitum ita uiuere frutices animatosq; eſſe non animalia
dicere. Alioquin neq; qui currit, omnis continuo curſor uocatur, neq; qui periclitatus ſemel lu-
cta eſt, dicitur pugil. Sed hac nominum forma cẽſentur ii, qui artium aliquarum apicem tenent,
longa & diligenti exercitatione perfectum. Quapropter & Ariſtoteles mediam rationem quan-
dam ſecutus, animata frutices nõ animalia nuncupauit. Quæ Plato confunderet, Stoici neq; ani-
mata, neq; animalia faterentur. Nec uidetur opus longiore aſtructu addicendo primas poteſtates
uegetabilem ſcilicet & ſenſibilem, per quas animata hæc, animalia hæc probentur actus eſſe cor-
poris organici naturalis.

*Tribus modis ait Philop. aliquid eſſe manifeſtius dicimus, primo modo quod res ſit nobis no-
tius eſt quam propter quid res eſt. ſecundo ſicuti in phyſicis etiam dictum eſt: quod vniuerſalius
confuſiuſue eſt notius eſt particulari & diſtincto. tertio vero quod prius nobis quidem eſt: natu-
ra autem poſterius: quemadmodum quæ magis compoſita ſunt nobis ſunt magis perſpecta quam
ſimpliciora: quæ tamen natura priora ſunt: quot ſi recte velimus animaduertere facile conſpicie-
mus Ariſto. omnibus his modis eſſe vſum: nam prius quot ſit docuit: deinde vero quamobrem ſit.
primo enim quod entelechia ſit expoſuit: deinde vero quonam pacto ſit entelechia: quid faciens:
quo etiam modo perfectionem corpori afferat: ex confuſis quoque communioribus ad ea quæ ma-
gis diſtincta & particularia tranſit. tertio etiam a poſtremis quæ tamen ſunt nobis magis comper-
ta ad ea quæ natura ſunt & priora & honoratiora progreditur.*

*An definitio animæ communis ad intellectum: & vim motricem
pertineat.* Caput IX.

Them.

VErum enimuero poſtquam alię aliæq; uires & opera habentur, quorum animam eſſe originem eſt neceſſe, appetendi, intelligẽdi, ingrediendi, inueſtigandum id puto, an & poteſtates hæ ſimili ratione omnes, an non omnes, ſed aliquæ actus corporis ſint. Atque hoc cõmodiſſime explicabitur, ſi declarata prius ea quæſtio fuerit, utrum facultates illæ ſeorſum animæ ſint, an partes animæ potius: & ſi partes animæ, utrum ita partes, ut ratione ſola an etiam ut locis diſcluſæ abiunctæq; habeantur. Sunt enim ex iis aliquæ, quas non ſit difficile contueri ratione cogitationeq;, non locis habitaculisq; ſecerni. Primum uis altrix, auctrix, genitrix, neque in animali, neque multo minus in plantis abſolutæ aut diſtinctæ certis membris uidentur, ſed ſimul toto in corpore animantium æquabiliter fuſæ innexæq; operantur. Atque hoc negari non poteſt, quom auulſas uiuere nonnullas earum conſtet, quia quamuis animæ in ſingulis ſingulæ actu contineantur, plures tamen potentia eſſe noſcuntur. Deinde ſenſualem difficile eſt loco diſpeſcere à motrice. Simul enim ueſtigium ullum eſt ſenſus, ratio motus ſtatim emergit, id quod quom de inſectis loqueremur priore libro meminimus, nam utrunque fruſtellum & ſenſum retentat, & motum exercet. Quod ſi ſenſum & motum in illis concedimus, profecto uiſiones dabimus, & per hæc dolorem & uoluptatem, proindeq; & deſideria. Quo fit, ut quod diximus facile in iis ſit uidere, quemadmodum poteſtates illæ non locis, ſed ratione cogitationeq; inuicem abſoluantur. Quorum enim euenta exitusq; diuerſos eſſe conſpicimus, ipſa quoque inter ſe diuerſa eſſe neceſſe eſt. At per intercapedines regionum diuellere illas, aut dirimere penitus impoſſibile eſt. De [a] intellectu uero & ui ea, quæ commentatur & cogitat, nondum liquet, quid probandum aut ſentiendum ſit. Cæterum uidetur aliud quoddam animę genus eſſe, ſolumq; hoc abſtrahi & ſeparari contingere, tanquam ſempiternum à caduco. Prima igitur differentia hæc poteſt animalium colligi, aliis ut omnes in eſſe animæ poteſtates probemus, aliis ut plures, quibuſdam pauciores, nonnullis unam duntaxat. Atque hæc poſtrema non animalia proprie, ſed anima uiuaq; nuncupantur. Altera differentia eſt, ut uirium illarum alias magis fixas eſſe, alias minus hærere dicamus. Verum de hoc poſterius.

21 22 23

[a] *Dixit Ariſto. quonam modo plereq; vires animæ ſe habeant facile eſt contueri: quędam tamen non ſine dubitatione ſunt: hanc poſtremam partem in intellectum referunt Alexan. Themiſt. & Phil. attamen Simpl. non ob intellectum aſſeuerat dixiſſe: vtpote qui palam protulerat prius nulli cum corpori hærere: & inferius ſubiungit nundum eſſe manifeſtam quæ ſpeculatiuam virtutem ſpectant: ea de cauſa: quia nondum ad perfectam ſpeculationem eius non deuenerat: eſſe tamen ait genus animæ alterum quod ſeparari ab aliis poteſt: veluti ſempiternum a caduco: ea autem quæ dubitatione non carent ſunt ſenſus quatuor viſus ſcilicet auditus & guſtus: ob id quia certis vtuntur organis cæteræ vero virtutes cum promiſcue vbique reperiantur dubitationem nullam habent quod ſubiecto non ſeparentur.*

¶ *Per animam & corpus viuere animalia, ſed per animam primum, nec per quidlibet corpus ſed per certum & diſpoſitum.* Caput X.

24

NVnc ex iis quæ dicta ſunt, illud tractemus. Dictum eſt animatum ab inanimato uita ſecerni, animal à non animali, ſenſu. Igitur id quo uiuimus, & quo ſentimus bifidum eſt, eodem modo quo bifidum eſt id, quo ſcii ac ſcientes ſumus, ſcientia uidelicet atque anima. Duo ſunt etiam per quæ ualentes ſumus, ſanitas atq; corpus, quorum alterum eſt id in quod recipitur, alterum id quod recipitur. Item alterum eſt materia, alterum forma. Primo igitur per ſcientiam ſcientes ſumus, quia per hanc ſcire animo dicimur: & ualentes primo per ſanitatem ſumus, quia per illam corpore incolumes & ualentes ſumus. Quom ergo & per animam primo uiuamus, & per animam primo ſentiamus, neceſſe eſt animam primam eſſe uiuenti cauſam, non ut ſubiectam aut materiam, ſed ut actum quendam atque perfectionem. Quemadmodum enim in iis, quæ ſupra attulimus, exemplis, ſcientia & ualetudo forma quædam & ratio, & ſpecies, & actus ſunt utriuſque ſubiecti, & eius quod ſcire poteſt, & eius quod ualere: ita in animantibus de anima pronunciandum eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quamuis ſcientia & ualentia,& cætera id genus, de foris & aliunde quærantur, hoc eſt, per doctorem aut exercitatorem,tamen nihil agitur, niſi ea res quæ aliquid agit,patiturq; idonea ad id parataq; fuerit,id eſt,niſi obnoxiam & morigeram uim per naturam ad ferendum illud,& quaſi patiendum habuerit.quod in libris de natura monſtrauimus.Quo fit ut animam in corpore,ut
25 formam in materia eſſe neceſſe ſit.Nam quom tria ſint ſubſtantiæ genera (ſæpius enim de compoſito idem exulcero ueritus,nequid mente,aut auribus elabatur) materia,forma,concretum,materia potentia eſt,forma actus:quod ex utroq; conſtat,iam hoc aliquid, & ſumma,& uniuerſum totumq; appellatur. Quom autem animatum ex utroque confletur, nequaquam fieri poteſt,ut
26 anima ſubiectum ſit corporis,cum animæ ſubiectum eſſe corpus neceſſe eſt. Quamobrem rectè iis dicitur,quibus anima neq; corpus eſſe, neq; citra corpus uidetur. Tametſi enim anima nō eſt corpus,tamen aliquid corporis eſt,quia in corpore naturali atq; organico ſedet,non (ut ueteres quidam putabant) temerario & fortuito, aut quocunque uſu ratione'ue comparato (nuſquam enim recipi quicquam in quicque,ut ſors tulit,uiſum eſt, quando neque lapides ingenii uocalis, neq; frutices diſciplinæ ſunt capaces, ſed ſua cuiq; ratio & temperamentum cōſtat, uti quælibet anima cuilibet corpori cōſentanea eſſe nō poſſit)ſed inſtructo atq; ita diſpoſito,ut poteſtates animæ in illud receptæ uſus ſuos quam cōmodiſſime poſſint præſtare. Apparere enim tum ad ſuū cuiuſq; ambitum ætatis uitæq; accōmodata & formata eſſe animalium corpora faberrimo artificio,tum ad prębendas animæ functiones apertiſſime & lautiſſime conſtituta.In iis & materiam cōmunem & proximam pro modo formarum natura ſingulis datam,adiunctamq; uiſitari. Proinde animali naturale corpus & organicum in commune attributum eſt, ſingulatim talibus talia.Iam perſpicuū eſſe arbitror,animā actū & rationem eſſe corporis potentia obtinentis uitam.

Omnibus animalibus tactum ineſſe & appetitionem aliquam. Item ex quibus rebus omnia nutriantur. Caput XI.

27 POteſtates animæ in quibuſdam habentur omnes, ut diximus, in aliis plures, in aliis una. Atque ita rurſus ab initio repetendum puto. Potentias hactenus quinq; attigimus, altricem, ſenſibilem, appetitus, promotricem, rationalem. Fruticibus ineſt altrix, animalibus ſenſibilis, quam neceſſario appetitus & deſideria comitantur. Eſt autem appetitio multiplex,iracundia,cupiditas, & uoluntas. Neque hoc dico uniuerſa hæc ineſſe omni ſentienti, quia ſentiunt plurima, quibus & iracundia, & uoluntas deſit, ita ut iis ſolius cupiditatis tenue ueſtigium relinquatur. Cæterum animalia quæ ſenſu aliquo uacant, neceſſe eſt parte quoque aliqua appetitus uacent. Planè quemadmodum imperfectis animalibus ſola tangendi uis data eſt, qui ſenſus abiectiſſimus atque infimus omnium intelligitur, ita ex toto illo appetendi ambitu ſola cupedia & titillatio adiuncta eſt, tanquā ignobiliſſimus & communiſſimus affectus. Nam quom de omnibus rebus ſub ſe cadentibus iudicium ſenſus ferant, ſi ſalutares & conuenientes occurrunt, ſequitur allubentia: ſin contrariæ & alienæ, faſtidium ægritudoq;. Allubentiam ſequitur illectatio: faſtidium, auerſio, fugaq;.
28 Imperfecta autem animalia ſenſum habent cibi, in quo loco guſtus utuntur tactu. nam ſiccis, calidis, humidis, frigidis, omnia uiua ſine dubio ueſcimur, aleſcimur, aleſcimusq;: atque ſenſus quo hæc noſcuntur, eſt tactus. Has qualitates quum tangunt animalia imperfecta, ſentiunt non in eo modo quòd contingibiles, ſed in eo quoque quòd guſtabiles ſunt. Ita fit ut conuenientes ſibi concilient, appetantq;, aliena reiectent ac fugiant: harum deſiderio teneantur, has ſciſcant, illas quantum poſſunt repellant, illas abhominentur & uitent. Atque hoc in oſtreis liquido cernere eſt. Illud quod diximus, non eſt admodum obſcurum uidere quemadmodum ex calore humoreq;, iisq; aduerſis duabus qualitatibus præcipuum alimentum conſtet. Hoc enim fines ipſi famis & ſitis latiſſime apertiſſimeq; demonſtrant: nam fames ſicci & calidi appetitio eſt, ſitis frigidi & humidi. Si qua uero alia ſint, quæ in cibo appetat impotens gula, ex accidenti & ſuperfluo appetuntur. Quid enim ad alimentum uocalitas, quid picturæ, quid ſcitamenta, quid olacitas conferat? niſi quòd ad commendationem condimentum'que adhibentur? quanquam de his proceſſu clarius.
29 Nunc illud præfiniſſe & admonuiſſe ſit ſatis, animalia quæ tactum habent, ſuum quoque appetitum habere. An autem & uiſa concipiant (id eſt imaginentur) diſſerendum olim eſt,ac perfectiora quidē præter hæc progrediendi quoq; ſeu ingre-

diendi uim obtinent. E quibus aliqua intelligentia quoque & ratione sunt prædita, ut homo, & si quod animal homine præstantius esse potest. Nondum enim ad eum locum commentatione nostra peruenimus, ut id quæri posset, utrum aliæ quoq; naturæ animalium habeantur, in quibus unà cum intelligentia uires quoq; & potestates aliæ sint coniunctæ.

appetity gd, cupiditas gd,

[a] *Appetitus & cupiditas ait Phil. homonima: hoc est æquiuoca sunt: appetitus enim quandoque communiori quadam acceptione tria illa comprehendit: quandoq; presse magis accipitur vt tantum modo naturales motus significat & contra rationem distinguit eodem etiam pacto cupiditas quandoque ratione quadam communi ea tria significat quandoque diuiditur contra iram & rationem.*

Ordo potentiarum animæ, & differentia definitionum, quæ per notiones cognominis, & quæ per essentiam constituuntur. Item singulas definitiones accommodandas esse ad singulas animæ species. Caput XII.

30

anima potestatuq; perfectior, diffinitio dari nõ potest tã communis,

SAne uideri potest quemadmodum series quædam & textura in figuris geometricis cernitur, ita cerni gradus quosdam & ordines in facultatibus & uiribus animę. Vt enim figurarum illarum commune genus afferri non potest, neq; natura una quæ in omnibus æquabiliter sit fusa: ita nec potestatum animæ potest. [a] Ea nanq; quæ ita inter se habent, ut priora hæc, posteriora sint illa, quanquam communem aliquam notionem habent, quæ de iis dicatur, fieri tamen nequit, ut illa aut genus sit, aut natura una, ita ut sine iis intelligi seorsum possit de quibus indicatur dicitur ue. Quamobrem huiusmodi definitiones admonitionem potius quandam & enumerationem continent, quàm simplicem & generalem aliquam rationem ostendant, qualis est figuræ definitio, qualis [b] est propositionis. Atq; hoc inde manifeste liquet, quòd nulla huiusmodi definitio speciebus aut membris penitus congruere aut accommodari uidetur. Veruntamen quanquam fere plurima hoc genere finiantur, nõ tamen deterrere id quenquam debet: sed qualescunq; sunt, quia rerum naturam sequuntur, probandæ recipiendæq; sunt. Quemadmodũ igitur definitio figuræ tametsi omnes figuras cõplectatur, nulli tamẽ propria esse potest, ita & definitio animę quam modo reddidimus, quam uis omnes animæ potentias ambiat, nulli tamen priuatim aut proprie competit. Alioquin repudiata definitione hac difficilis inuentu erit altera, æque ad istam rationem idonea. Siue enim ex motu agitatuq; definitionem animæ munias, siue ex sensu cognitioneq;, truncam illam & defectam afferre uideberis, quòd altera solam uim mouentem amplectitur, altera solam sentientem agnoscit. Porrò nõ eo inficias rem perridiculam uideri, ita in philosophia uersari, ut ex iis quæ similiora homonymis, id est cognominibus, quàm generibus sint, communem aliquam definitionẽ farcias, quæ nulli rei sit propria, de qua uox illa cõmunis dicatur: quæq; indiuiduis speciebus adiuncta naturã earũ docere aut explicare nõ possit, sed ęque in omnes de longinquo conueniat, si modo species appellare fas est, quarũ nulla natura perspicitur cõmunis. Verũ quanq; hoc nõ debemus esse contenti, utcunq; tamen ab re nõ fuerit cõmunem illam definitionem prompsisse. Vt enim numeros omnes nõ habeat, nec uniuersam animæ uim perfecte contineat, nulla tamen aut

nõ sunt species quarũ nulla natura cõmunis,

31 cõmunior hac, aut accõmodatior potest afferri. Quamobrẽ illo genere quo figuræ antecedentes in cõsequẽtibus claudũtur, & quo in numeris maioribus minores (exẽpli causa: Quadrangulę in triangulis & in binario unitas) Eodem uidetur in sensu contineri quod nutrit, in appetitu quod sentit. Et de anima quidem hactenus pingui Minerua. Quòd si accuratius & subtilius rationem exegeris, singularis peculiarisq; in quamq; animã finitio flectenda, de cõmuni illa est hunc in modum: Quid est uegetalis? Respõdendũ: Actus corporis ad cibariam functionẽ organici. Ab hac ad

Definitio animæ particularium quarundam est diffinitio,

32 alias subeundũ est ordine, ut ita finiendis præstantioribus imperfectiores inferioresq; ascisca mur, usq; dum ad postremã & nobilissimã ascẽdamus. Ea est rationalis, quæ quanq; ultima ortu est, tamẽ potestate & dignitate cognoscitur princeps. Illuc progressa natura mortalis receptui canit, nec procedit ultra. Quibus autẽ uis hæc rationalis concessa est (de mortalibus semper loquor) iidem cæteræ quoq; animæ facultates tanq; satellites & ministræ rationis concessę. Nõ sic è diuerso, imò sunt animantes quibus etiamnum uis ipsa imaginandi negata est: quędam sola ac uiuunt, ut bruta, quæ sint è perfectioribus. At mens qua cogitamus & sapimus, nõ uidetur cũ aliis uiribus cõmunem rationem inire, neq; enim potentia aut pars animæ esse potest ut cæteræ, sed substantia

Diffinitio animæ vegetatiuæ,

Anima rationalis postremam obtinet sinam, ultima ortu,

Rationalis aũa omnes alias ãi net, alia nero nõ e contrario

Cogitatio est intellectq; praca riores aliis potentijs,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quędam intelligitur longe prędlarior, melior, pulchrior, quæ tamen in naturam inferiorem igno bilioremq; se inserta receptaq; sit. Prorsus ex iis quę cõmemorata sunt, apertum est definitionem quæ seorsum ad singulas animæ potestates refertur, accommodatiorem esse, quàm eam quæ de notione aliqua communi & promiscua sumitur.

[a] At *vero si anima quæ rei uiuentis perfectio & forma est, communis & uniuoca non est his de quibus prædicatur: forma uero rei est quod, quiderat esset quod definitio declaratur qui fieri po test ut uiuum animal uel ante eorum definitio prædicetur uniuoce.* [b] *Definitio ergo, ppositionis vniuoca non est: iuxta Them. qui in hoc videtur insequi Alexandrum.*

¶ *In definitionibus particularibus à rebus subiectis incipiendum.* Caput XIII.

33 VT uero omnis hæc perceptio diligentissime absoluatur, necesse est primum suam cuiusque potentię essentiam & definitionem excipere, dein ita de proximis siue attinentibus quærere. Proxima & attinentia uocamus ea, quæ sua cuique potestati per se insunt. Cæterum si definitiones huiusmodi reddendæ sunt, ut quid sit intellectus, quid sensus, quid uis nutrix, priore loco declarandum uidetur, quid [a] sit intelligere, quid sentire, quia priores euidentioresq; nobis actus & exitus potestatum sunt, quàm potestates ipsę. Primum enim gerimus aliquid, deinde ex momentis gestorum intelligimus quales & quantæ sint uires in nobis, quarum opera gestiones illæ prouenerint. Quamobrem naturam potentiarum necesse est ex operibus digeri atque constitui, quia extremum & finis potentiarum est opus. Neq; moueri debemus, quòd naturæ quidem existimatione actus posteriores esse potentiis uideantur, quom uia & ratio cognoscendi alia nobis, alia naturæ conueniat. Sed quoniam ita compertum natura est, ut suæ singulis partibus subiectæ res sint, quæ sub potentias cadant, nec omnes omnibus cõgruant, sed uisus circa materiam uisilem uersetur, auditus circa uocalem, quæ & responsum habent inter se maxime necessarium, erit prius, ut de illis ipsis incidentibus rebus quàm ut de operibus & potentiis differamus, quia uidelicet hæc quoq; notiora nobis quàm opera sunt. Igitur antequam doceamus quid sit intelligere, quid sit sentire, quid ali, scrutandum est, quæ res intellectum extimulent, quę res sensum incurrant, quibus rebus alamur. ac sensilia quidem & alimenta non modo potestatibus ipsis sentiendi nutriendiq;, sed etiam operibus earum atq; actibus magis perspicua nobis sunt, utpote quas in propatulo habeantur, & qua si exposita sensibus sint, opera uero multoq; iis magis facultates ipsas ratio & cogitatio deprehendat. Quanquam illud quidem facile demonstratu non est, utrum res quæ subiectæ sunt menti, eoq; intelligibiles appellantur, priores sunt quàm intelligere. Verum hoc quoq; explicabitur in loco. Nunc placet Aristotelis ordinem ac seriem promere.

[a] *Ea quæ per se insunt: hoc est accidentia per se: quæ post exceptionem definitionis & essentiæ sunt: quærenda non ea sunt quæ comperta sunt & manifesta. nam hæc vtilia sunt ad definitionem inueniendam: sed ea quæ obscura sunt & occulti: hæc enim ab inuentione substantiæ eferuntur ait Philo.*

¶ *Initium præceptionis declarationisq; partium animæ. Item omnia desiderio immortalitatis teneri. Item duplicem haberi finem.* Caput XIIII.

34 AGgrediamur itaq; ad primam & cõmunissimã animæ uim. Item ad munera eius, circa quam uersatur, ab hac initium sumendum. Cõmunissima est, quam tota animans natura participat, Altrix anima de qua primũ nascitur & proficiscitur uita. Huius tria sunt opera, alere, augere, simile sibi gignere. Postremũ hoc finis duorũ est, quod & uiuis omnibus, si defecta aut deprauata non sint: item si non spontino ortu, aut opificio aliquo genita, maxime conueniens naturaleq; est. Nihil enim æque natura insitum habetur, quàm aliud quale ipsum est parere, ut animans animantem, frutex fruticem procreet, procreando perennet, perennando diuinæ naturæ particeps fiat, cuius desiderio tenentur omnia, quantum cuique est satis, eiusq; gratia quæ natura sint, agunt quicquid agunt,

ita uolente & poſtulante natura. Duplex autem eſt id, quod ſub nomine hoc, cuius gratia notari
35 uolumus, tum id quò itur, tum id cui itur. Vt enim in moralibus bifariam finis diuiditur, ut pri
mus felicitas habeatur, quo omnes laboramus & tendimus: alter, ut nos ipſi & ſibi quiſque, cui
felicitas optatur & quæritur (Idem biuium finis in medicina conſpicitur. Eſt ibi ſanitas tanquam
id quò pergitur, & cuius cauſa adhibitus & accerſitus medicus eſt. eſt & ægrotus, ut is cui paran
da eſt reſtituendaq; ſanitas) Ita in rerum natura duplicem eſſe finem fateri oportet, ut diuina illa
ſempiternaq; ratio, quam appeti ab omni re diximus, ſit ſummum id quò res collimant omnes,
& cuius cauſa inſtituunt omnia. Animans uero id quod generaſcit, & gignitur, ſit id cui & ad cu
ius uſum iſthec æternitas comparari pertinereq; uideatur. Nititur enim ex ſummis uiribus na
tura, ut ſe ad effigiem quandam & imaginem immortalitatis & diuinitatis componat. Atque in
hanc curam & quantum poteſt, & qua ratione poteſt, ſemper incumbit. Poteſt autem uno tan
tum genere, quod in propagatione ſubrogationeq; ſobolis continetur, ut quando nullum cadu
cum atq; diſſipabile idem numero ſubſiſtere & obmanere ſemper poteſt, ortu uicario mortalita
ti ſuccurrat. Qua igitur poteſt, ea pro ſe quicque id agit, ut particulam ſibi diuinitatis carpat, cæ
terum quædam amplius, quædam parcius uidétur attingere. Magis[a] attingunt, quorum perpes
accenſus nulla diuulſione, aut interiectione confunditur. Minus attingunt certa animalium ge
nera, quæ ſtatis & deſcriptis temporibus modo cõparent, modo penitus abolentur. Rurſus quæ
renaſcuntur & prodeunt. Non ergo quicquã ipſum perpetuo ſtat, ſed uiuit ac prolongat ævum
in ſimili. Nec idem numero cernitur, ſed ſpecie tanquam ſubcẽturiante reficienteq; aliud ex alio,
ſemper natura, & naſcentium ſorte obitorum ſedes explente.

[a] *Vel magis & minus dixit Ariſto. ait Phil. reſpiciens non quidem temporis protractionem: nam eo modo multa animalia irrationalia magis participarent quam homo. ſed qualitatem participationis: quemadmodum non eodem modo ſolis ſplendorem animal quodlibet poteſt ſuſcipere: aliter enim aquila: aliter homo: & aliter veſpertilio.*

An animam eſſe animanti cauſam triplici genere. Item contra Empedoclem & alios qui cauſam augmenti, aut elementa, aut ex elementis ignem conſtituebant. Caput XV.

36 ESt autem anima uiuentis corporis origo, cauſa, principium. Et quom multis mo
dis principium ſiue cauſa accipiantur, ut in inſtitutione noſtra de principiis natu
ræ docuimus, certum eſt animam triplici genere cauſam eſſe corporis oportere.
Primum, ut id à quo motus efficitur. Deinde, ut id cuius gratia effectum eſt ani
mal. Poſtremo, ut id quod formam & ſpeciem animali exhibet. Ac cauſam quidé
unde motus ueniat animam eſſe in promptu fuerit diſcere. Si enim genere motuum ſingilatim
37 percenſueris, reperies ea referri ad animam poſſe. Primum localem, quanquam hic non omnibus
eſſe communis. Deinde alterationem quæ ſentiendo fit (Fit enim proculdubio quædam quaſi
alteratio, quom ſentimus. Nulla autem res ſenſu uiget, quæ careat anima) Præterea auctionem,
38 quia nihil per naturam augetur, quod non alatur, nihil alitur quod conſors uitæ non ſit. Num
Empedocles, qui cauſam augmenti non animæ tribuit, ſed elementis, facile conuictus eſt: Frutu
ces, inquit ille, deorſum radices agunt, idcirco quòd terra deorſum ſuopte nutu fertur ac ponde
re, eodemq; quicquid maxime eſt terroſum. Ediuerſo rami ſuprà capeſſunt, quia ignis in cœle
ſtem locum per naturam effertur. Pari ratione ea quæ igni eſſent affinia. Verum ille de ſuperno
infernoq; ſitu minus recte conſtituit, quia regiones illæ non omnibus eædem probantur, nobis
quidem tametſi eædem reſpondent, quæ & mundo, plantis tamen ſatis contraria & aduerſa ra
tione habentur. Qui enim locus mundo infimus eſt, ſummus efficitur plantæ: nam quod anima
li caput eſt, hoc radix eſt plantæ. Si enim ex officiis cognoſcitur, diuerſa an eadem inſtrumenta ali
qua ſint, quemadmodum animalibus caput ſublimem ſitum obtinet, in quo & os, & reliquę ma
chinæ ad deuorandum & recipiendum cibum uiſuntur, ita plantis ſtirpes directę in ſuperiorem
39 locum dicantur, utpote per quas exuggant & ſuccum trahant è terra. Illud quoque de Empedo
cle eſt quærendum, quęnam ſit apud eum ratio, qua terra & ignis tam contraria elementa, & cõ
trarios niſus habentia cõtineri neceſſe ſit. Niſi enim fortius & ualentius aliquid adſtituatur, quo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

illa cohiberi coërceriq; possint, quis non intelligit futurum, ut dissipara diuulsaq; contrariis motibus naturales locos peteſſant, & ad sui similia penetrent? Profecto nihil aliud fuerit, quod hoc possit præstare quàm anima. Quod si concesserit, necesse est augmenti quoque & nutritionis causam fateatur animam esse, nõ elementa. Planè Empedocles, ut dixi, hoc munus elementis con
40 credit. Alii terram unam de numero adimunt, sed naturam [a] ignis efficacem esse solam ad omne crementum & indolentiam arbitrantur, argumento quòd ignis elementorum unus, & augeri & nutriri maxime uideatur, qua occasione augmenti causam ad uim caloris, qui in animantibus
41 contineatur, referunt. Verum nõ est ita, sed ignem instrumentum potius, quàm causam augmenti dicendum. Causa uero & princeps est anima, quę oportunitate ignis, commoditateq; utitur: ac ignis quidem suopte ingenio amplitudine infinita grandescat, & usque ex eo excrescat, dum materia corripi apta subsit. Contrà in iis quę per naturam constant, modus quidam & exitus magnitudinis cernitur, habetq; cretio omnis rationem quandam & ambitum constitutum ac certum. Constituere porrò & rationem adiungere non ad ignem, sed ad animam pertinet, & formæ potius, quàm materiæ munus id est, eoq; acceptum id referre ei debemus.

[a] *Non ignem istiusmodi Simpl. sed ignis naturam: hoc est formam quæ ignem definit: non veluti concausam sed simpliciter & proprie causam nutritionis redderet: ea usi coniectura quod solus e numero elementorum nutriatur: quemadmodum enim motus sursum versus causam esse dicimus formam ignis: pari etiam passu eandem esse causam nutritionis dicebant. Docet autem Phil. cur solus ignis inter elementa credatur nutriri: aitque in cæteris euidens esse quod non nisi adiectione crescit eorum magnitudo: aqua enim aquæ & terra terræ adiecta fit eorum vnumquodque maius: compertum autem omnibus est non eo modo fieri nutritionem vel auctionem: ignis vero excrescit non ignis adiectione: sed materiæ dissimilis: quã propria potentia in suam conuertit substantiam: quo modo proprie videtur fieri auctio in animatis rebus.*

De vi animæ altricis, & de natura alimenti. Caput XVI.

42 VErum quòd animæ eius, quæ uegetandi uim habet, rudimentum primum nutricatio est, absolutio partus, & procreatio, uidetur primum de eo quod primum, id est, de nutrimento dicendum. Videtur enim opus id, per quod primum uis ea à re
43 liquis differat. Ita placuit quibusdam contraria contrariis pro alimento esse: nõ tamen omnibus omnia, sed ea tantum contraria, quæ commearent, id est, quæ in se uicissim conuerterentur. nec modo hoc, sed quæ se mutuo augerent & alerent: sunt enim quædam res, quæ uicissim uerti uidentur, quę tamen non alantur. Ex bona ualetudine morbus creatur, retroq; ex hoc illa reciprocat, ex candido quis pullescit, & ex pullo candescit, non tamen morbus ualetudine, nec color colore uescitur. Sunt autem quædam res quę non solum in se uicibus transeunt, sed etiam aluntur in iis quæ transeunt. Ignis enim humido & liquido pascitur. Nam oleum ex aëre & aqua constat, quorum utrunque humectum est: præterea omnibus pinguibus & liquabilibus alitur, non econuerso illa aluntur igni. Eius rei ratio est, quia quom ignis polleat forma, in aqua uis materiæ sit, iusta causa est, quamobrem formæ alimento esse materiam, non materiæ formam dicamus. In iis ergo quæ hoc modo aduersa sunt, quo ignis & aqua, dicunt ap-
44 parere contraria contrariis cibo esse. Atque iis quidem hoc placet. Sunt alii qui in contrarium discesserint, alii simile simili & augeri eodem modo utique suas rationes afferunt, quibus ea quæ probant, tueri & confirmare conentur. Sed illos prius obsecro audiamus, qui putant contrariis ali contraria. Nihil, inquiunt, pati similia similibus possunt, alimentum pati & conuerti oportet (concoctio enim conuersio est) omnem autem conuersionem in contrariam, siue intermediam qualitatem abire constat. igitur necesse est, ut alimonia se ex contraria natura ad similem conferat mutetq;: ita ut rei, quæ alita sit accedat, quasi innexa connataq; uideatur. Hoc autem fieri nequaquam posse incorrupto atque integro alimento, sed & agitari, & affici prius oportuit, demum id
45 quod erat pendere. Immutatur itaq; & alimentum ab alito, non alitum ab alimento. trahit enim succum ad se uis inanimato insita, deinde conficit. Sane quemadmodum faber cædit, nõ cæditur à sylua quam cædit, ita animans cibum cõminuit & conuertit, nec idem retro perpetitur. Quòd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Corpus cualit' afficit' sed nó ue alimentum.

si quis contendat corpus quoque quom alitur immutatum & affectum uideri, uicerit, dum fateatur aliud genus hoc ab illo immutationis esse. Nam quom animans alimentum molit aut coquit, quemadmodum & faber quom materiam cædit aut expolit, quasi de ocio in negocium se dant, atque ita immutari uidentur. His se rationibus muniunt, qui contraria uesci & nutriri contratiis uolunt. Qui uero similia similibus putant, breuiter sic: Non alit (inquiunt) cibus, nisi uertatur atque eat in corpus, cui & coalescat, contraria contrariis coalescere non possunt, sed similia similibus. Hæc utrique pro se quique adducunt. At nos si illi ut arbitros cognitoresq; adeant, primum illud scisciabimur, utrum credant alimentum dici id, quod ad finem accedit & coit cũ corpore, an quod initio admouetur ad os, ut mox edatur aut condatur in corpus, hoc est utrum panem, an sanguinem in quem se panis abliguritus uertit. Ac panis quidem primũ incoctumq; alimentum est, sanguis summum & nouissimum. Sed uideo quid responsuri sint nobis. Dicent hi se panem, illi sanguinem credere. Suæ utrique sententiæ consentienter nobis ratio media placet, utrunque dici alimentum posse censemus, ita tamen ut hoc crudum inconfectumq;, hoc cõcoctum & digestum dicatur. Ita euenit ut parte aliqua utrique recte uiderint: quatenus enim rude crudumq; est, uerissime dici [a] potest contrariis ali contraria. Contra, quatenus pro confecto & uerso accipitur, fateri [b] necesse est similia esse esui & cibo similibus: ex quo facile intelligitur, qui alterum tantum defendant parte ueros, parte falsos futuros eos, qui utrunque sequantur uerissimos fore. Cæterum si nihil alitur quòd non sit particeps uitæ, concedendum est solum id quod animatum, si qua animatum est, nutriri aliq; oportere. Dixi qua animatum est, quia nihil iccirco nutritur, quia album nigrum ue sit, sed quia possidet animam, eoq; alimentum ad animantem naturam, non ad aliquod eius accidens pertinet.

inmõ ex contrarijs antra quá cõmutat' in substantiá alitj, ex similj postquá conuersũ fuerit

Animatũ tãtũmodo alitur nutrijturq. 46

[a] *Exponit Simpl. quonam pacto sit audiendum alimentum esse ei quod alitur contrarium. non enim uti forma est formæ contraria. nam & alimentum & id quod nutritur substantiæ sunt. sed quia alimento annexa est eius quod alitur priuatio: potentia enim est ipsum alitum. sunt igitur contraria ut forma & priuatio.*

[b] *Phil. dubitationem mouet qui fieri possit: ut ultimum alimentum sit simile alito: & quærit quid sit id quod ultimum alimentum appellamus: & nisi hoc affirmare uoluerimus carnem prius fieri: deinde accedere & cum corpore coire: quod tamen est absurdum: esset enim hic nõ auctio sed adiectio: nisi hoc inquam dixerimus: necesse est fateri quicquid fuerit id quod ultimum appellamus nutrimentum: esse contrarium ei quod nutritur: utpote quod sit opus transmutari: quod si id dixeris ultimum nutrimentum quod sit iam factum simile: videris id non amplius esse nutrimentum sed pars. Hanc dubitationem soluit Philosophus. ait ipse: & ait quod caro: quæ dum nutritur animal fit: dupliciter spectari potest: uel secundum se antequam cum corpore coierit: & nutrimentum tunc appellari potest: cum autem perfecte coierit: unaq; cum toto considerabitur: non amplius nutrimentum est: sed pars est: de his tamen perfectius habitus est sermo in libro de generatione & corruptione.*

nutrimẽtũ quando nutrit, mẽtũ quãdo pars nutrit

Quæ differentia sit inter altricem, auctricem, & procreatricem uirtutem. Caput XVII.

n rrmẽ i abaugmẽto sua rõne et o ione differt 47

mũ n somj agit

ugmentj tm rng tẽpus.

EST autem id quo nutrimur ab eo quo crescimus non subiecto, sed sola ratione & cogitatione distinctum. Utrunque enim opera cibi & alimenti consequimur, sed discrimen in eo quod qua substantiam ipsam farciendo conseruat, alibile dicitur: qua uero accessionem amplitudinis facit, auctificum uocatur: neq; semper tamen utrunque munus obit, sed quanquam nullo tempore committitur quandiu uita seruatur, ut non alat, interim tamen augere desinit. nam alimento opus est, quoad prolongat & pertinet uita, augmentũ temperarium est, eiq; exitus in ætate certus. Ergo animatum quatenus hoc quicquam est homo uel equus, necessario alitur: quatenus uero uiridi quo est, aut pullaster, hactenus adolescere augeriq; oportet. Simul igitur confirmatus & corroboratus annis uigor est, quod adultis fit, procumbit cretio, nec cibi præterea auctant, sed nutrire per totam uitam nõ ces-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sant,adeo ut ad procreationem quoque sobolis fœtifico lentore, id est genitali excremento suffi-
ciant. Nihil enim aliud uirus illud seminarium est, quàm sedimentum quod ex ultimo alimen-
* to superfluit:quo fit ut corollarium hoc,& tanquam auctarium cibi, quo alimur,gignendis po-
steris fomes & materia sit. Ac cibus quidem tum ad generationem,tum ad alienationem sufficit:
sed interest,quòd alterum in alito est, alterum in eo quod de alito nascitur. Qui enim possit gi-
48 gni quod alitur? si tum quom alitur iam est, quod iam est generari nō potest. Quom igitur tria
sint uegetalis animæ officia, alterare, augere, gignere, primum uiuentibus maxime necessarium
est,utpote quod attingat essentiam,quæ sine hac ope teneri & conseruari nō possit:è duobus re-
liquis,alterum ad magnitudinem institutum, alterū ad prolem ædendam adiunctum. Ergo uis
hæc animæ immortalitatis & diuinitatis studio maxime tangitur, & quoad potest duobus gene
ribus ad id se accingit & comparat:uno,quòd alendo saluum animal uult: uno,quòd gignendo
posteritatis curam habet. Porro nō possit animal consistere,si ratio uictualis desit,quia potentiæ
eius,quæ substantiam tuetur,usus,esse sine materia & fomento non potest. Planè quemadmodū
tria sunt munia potestatis huius (ut dixi) sic tria quoq; in quibus uersetur tota,spectantur. Pri-
49 mum id quod alitur, deinde id quo alimur, postremo uis ea quæ alit. Alit anima ipsa nutrix al-
trixq;,alitur quòd altricem animam obtinet,alimur cibo. Atque tria hæc haberi quoq; oportet,
ut constet procreatio. Cæterum perparum refert animam hanc nutricem an parentem appelles,
nisi forte honestius & dignius sit cognomentum à fine sumi. Certe finis is omni uidetur esse, ut
simile sibi alterum dedat. Quare fuerit nomenclatura probior ab ratione hac, quòd pariat simi-
le,quàm ab ea quòd tueatur iam partum:nam ad finem hunc se animal tueatur ut pariat.

¶De *instrumentis concoquendi cibi.* Caput XVIII.

50 SVnt autem duo quibus in nutricatione,utitur anima.Primū [a] uis animę ipsa quę
nutrit,deinde calor insitus innexusq; corpori. Hęc autem illo differunt,quòd ani-
ma uim suam ipsa ex se confert, & tanquam de sinu suo promit, at colorem tan-
quam machinamentum quoddam extrinsecus adhibet, eumq; insidens instar gu-
bernatoris intemperat. Nam & ille quanquam manu & clauo nauim regit,dissimi-
lis tamen ratio claui & manus in naui regenda est. Nam manu ut cohærente & coalita, clauo ut
extrinsecus adiuncto atque applicito utitur. Ergo uis animæ mouet,sed immota est:calor ab ani-
ma accipit motum,eoq; alimentum confumat & uertit:alimentum, quemadmodum & nauis ni-
hil mouet, sed mouetur tantum & coquitur. Etenim necesse est ut alimentum confici & peragi
habile sit. Nam cibus qui hoc pati non potest ineptumq; est,non est alimentum uocandum. Con-
coctionem hanc natiuus & intimus nobis & uernaculus calor facit, quem necessario omnes ani-
mantes habent. Satis pro loco dictum arbitror de alimento,nam latius & disquisitius dicato seor-
sum opere cōmentandum est. Nunc illud sufficiat scisse uim animæ,quæ alumnet,tueri & saluū
facere actione sua id cui insit,si præsto sit quo alat:sed nobilissimam & principem duarum intel-
ligi,qua animantes simile sibi procreant.

[a] *Them. insecutus est hoc loco expositionem* Alexan. *Simpl. vero non esse hic audiendum ait per id quo alimur ipsam animam: quia exempla huic expositioni repugnant. clauus enim & temo media sunt & instrumenta inter animam vt mouentem & nauim vt motam: sed duo hæc ait Simp. sunt calor & alimentum* Phil. *attamen refellit expositionem hanc quia alimentum dum nutrit non mouet vt est superius ab* Aristo. *probatum.*

¶De *vi sentiendum generatim, & sensum esse passionem quandam. Item simile pati tum à simili, tum à dissimili. Item actionem & passionem genera esse comparatione motus.* Caput XIX.

51 ILis expositis,proximum est ut summatim de omni sensu, deinde membratim de uno
quoque dicamus. Videtur sensus omnis mouendo,& quasi patiendo aliquid fieri. Li-
ceat enim hoc loco nō exacta ad lineam ratione moueri sensum patiq; dicere,post do-
cebimus quemadmodum accipiendū id sit: nam quom omnia quæ alteraſcunt mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tum quendam & passionem accipiant, sensus autem extimulatus incidentium rerum formis necessario altercat, consit ut moueri quoq; & utcunq; pati dicatur. Demonstrabitur autem processu quomodo alteratio ista atq; passio tribuendæ sint sensibus: nec enim per se & proprie tribuuntur. Nunc uero latiuscule & crassius nomina hæc usurpare nõ sit nobis fraudi: quoniam sensum alii à similibus, alii à dissimilibus pati feririq; arbitrantur. Quãquam in libris de generatione[a] & corruptione ostensum est, utrunq; uere aliquatenus dici posse, nec in sensibus modo, sed in reliquis quoq; omnibus, quæ pati aut plagam accipere uideantur, non tamen alienum esse à studio præsenti uidetur, de eadem re hac quoq; parte cõmentari. Ergo quom id quod patitur potentia, sit tale quale id quod facit actu, necesse est ut simulac perfecte ac probe passum est, iam euadat actu simile authori, at tum quom patitur, dissimile ab eo diuersumq; sit. Verum sustineri tanti sper id uelim, dum suo loco diligentissime differatur, quemadmodum recte perpeti sensus dicantur. Prius enim est ut aliqua in medium afferamus, quæ totam rationem sensus in discrimen adducunt, atq; in dubium reuocant, eaq; purgari & dilui necesse sit, antequam in alia diuertamus.

52 Quæri[b] igitur insueuit id primum, cur sensus sensoria sua, id est organa & instrumenta nõ sentiant, quom tamen illa & sint corpora constantia ex elementis, & quod consequens est, subiecta sensibus uideantur: cur inquam oculos ipsos, cur colores oculorum non contuimur, quom per oculos cætera uideamus? Cur item nec carnem nostram tangimus, nec carnis nostrę calorem, per carnem uero cætera quom tangamus? Sed soluitur: Clarum est sensum & sensilia in unum conduci, coniungiq; in parte sensoria. Sensoria porro & res sensiles, immo & sensus ipsos nõ actu, sed potentia. Quemadmodumq; id quod deustile & cremabile est, ipsum à se conflagrare nõ potest; sed corripitur incendio extrinsecus accidente (alioquin admouere ignes ad maceriem nõ oporteret, si ipsa sibi ad flãmandum sponte sufficeret) Ita ea quæ sensibilia sunt, sentiendi uim obtinent, ipsa se non cient, sed à sensilibus impelluntur. Sensilia uero nec impellunt, nec mouent, nisi remotiuscula sint, proindeq; extrinsecus habeantur. A iunctis innexisq; nulli ictus eueniunt, quia iam ipsi se ferirent sensus, quod fieri posse ratio reclamat. Etenim neq; marculus per se excudendo est, neque sera secando, neque terebra inforando, sed & excussor & faber adhibendi extrinsecus sunt, quorum opera atque ui euenta illa consistant, excussio, inforatio, sectio. Cæterum difficultas hæc non tam Aristotelem, quàm illos perurget, qui animam sensualem procul à corpore separant. Si enim longe ab instrumentis suis posita res cæteras sensiles percipit, cur non ipsa quoque instrumenta percipiat? Sed ad rem, sentire bifariam dicimur. Dicimur uidere audire cum dormimus, quia utrunq; potentia facimus: dicimur & uigilantes, quia id actu præstamus. Quamobrem distinctio hæc probanda est, ut tum sensus, tum ipsa sensio modo actu modo potentia sit. Planè interest utrum agere, an moueri sensum dicas. Item utrum agere an pati, quamuis enim si mouetur res etiam necessario agat, id est in actu atque opera sit, non tamen commeat si sit in actu, ut itidem moueatur, quia plus hoc quàm illud hiet. Tanto enim fusius actio & passio quàm motus est, quanto genus distat à specie. Quare quom duplex habeatur actus, quorum unus perfectus, idemq; semper est utcunq; promatur: alter inchoatus & inabsolutus, constat nõ ad genus prius, sed ad posterius referendum motum esse, quippe quem alio opere actum & gestionem imperfectam esse probauimus. Ac ea quidem quæ potestate talia sunt, qualia quædam actu habentur, necesse est passionem ab iis ferant, ad eaq; se addictæ & obnoxiæ habeant. Quo fit ut tum à similibus, tum à dissimilibus passio hæc uideri possit procedere. Dissimilia sunt, quom inter initia motus est: similia, quom finis attingitur. Ita illæ maxime nobis constituendæ recipiendæq; differentiæ sunt, ut aliud esse agere, aliud moueri, item aliud agere, aliud pati sciamus.

[a] *Quod Arist. ait dictum esse in vniuersalibus rationibus de agere & pati exponit Themi. librum de generatione & corruptione quem locum exponens Simpl. ita protulit non appellauit Aristo. librum de generatione & corruptione simpliciter vniuersalem: sed ea quæ in eo libro conscripta sunt de agere & pati, quæ enim ibi sunt exposita non vt nutritiuam vel sensualem virtutem respicient: sed absolute & vniuersaliter de agere & pati sunt examinata.*

[b] *Themi. Alexan. insequitur qui quæstionem hanc in ipsa sensoria refert: & exponit quod ait Aristo. cur sensuum non est sensus hoc est sensoriorum. Verum damnat Simpl. hanc expositionem: aitque nequaquam esse consentaneum rationi, vt pro organo id posuerit quod eo vtitur: duo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

autem ait ipſe ſunt quæ quærit Ariſt. primum cur ſenſus ſeipſos non cõprehendant cognoſcantq; ſecũdum cur abſq; his quæ ſunt extrinſeca ſenſum nõ faciunt hoc eſt cur nõ operantur ſenſiliter: vnde autem enaſcatur hæc dub. exponit idem Simpl. virtus enim vitalis ea videtur eſſe quæ ab interno & a ſemetipſa agat: & quæ præterea moueat corpora non autem ipſis veluti mouentibus egeat ad propriam operationem quod ſi res hæc ita ſe habet: cur ergo ſenſuum non eſt ſenſus. Has etiam ambas quæſtiones Ariſt. ſoluiſſe ait Simpl. primam cum ait ſenſitiuum non eſt actu ſed potentia. eſt enim actus perfecti poſſe in ſeipſum conuerti at ſenſus tantummodo potentia eſt. ſecundam vero diluit exemplo combuſtilis nam opus eſt pati ſenſorium a re ſenſibili vt ſenſus in actum moueatur: ſed nihil eſt quod a ſe ipſo poſsit pati: quo igitur pacto deuſtile abſque igne cremari a ſe ipſo non poteſt: ita ſenſorium non poteſt a ſeipſo pati. quod ſi aliquis dixerit nonne ignis actu ineſt ſenſorio cur ergo ſenſum non mouet: ſoluitur quod neque ignis qui extra eſt in ſenſum agit ſed in ſenſorium & nihil in ſemet agere poteſt.

¶ Adhuc generalia quædam in ſenſu. Item de ſenſu actu & potentia. Item differentia inter ſcientiam atque ſenſum. Caput XX.

55 ADhibenda etiam diſtributio illa generalis de actu & potentia eſt. Neq; enim modo uno competit, quibus competit potentia. Scium dicimus hominem interim quòd per naturam ſcientiæ capax ſit, interim non quòd ſit capax, ſed quod iam cepit habetq;. Quo genere geometram ſcium uocamus, qui diſciplinam illam edidicit tenetq; iam. Vterq; igitur potentia ſcius eſt, ſed non eadem formula. nam prior obſcuriuſcule prætenuiterq; ratione una, quòd homo, qui genus docilis & eruditionum capax eſt: alter hoc amplius, quod ſimul collibitum eſt contemplari actu & commentari poteſt, ſi cauſa
56 extrinſecus non moretur. Ab iis tertius eſt, qui iam non ſcit actu ſolum, ſed etiam in actu atque opera conſiderandi contemplandiq; eſt, atque hic perfecte, an nauiter ſcire intelligitur. Priores potentia ſcii, gnariq; appellantur, ita tamen ut illud diuortium ſit quod alter nondum condidicit, eoq; caret ſcientia, quam ſi aſſequi uult, neceſſe eſt ut ſe de contrario habitu, hoc eſt de ignorantia & inſcitia ad notitiam & ſcientiam cõferat: alter uero iam quidem ſcientiam obtinet, nt Arithmeticam, aut Geometriam, ſed ab uſu & exercitio abſtinet. Eo datur intelligi non eundem eſſe modum defectus in iis: hic non habet quidem, ſed poteſt: ille habet iam, ſed nondum utitur habito. Neq; item idem genus paſſionis eſt huic diſcendo & hauriendo quod neſcit, illi mouendo
57 & excitando quod iacet: uerum unus affectiunculam præſentem amittit (aboletur enim atq; impelliturі gnoratio ſuccedente doctrina) alter quom ſe ad operam reuocat, & conſiderationem intendit, nihil amittit, ſed ſcientiam quam intus poſſidet, foras ad uſum promit. Quo fit, ut in illo prioris qualitatis abitio & corruptio ſit, in hoc perfectio potius quædam atq; exornatio intelligatur. Seruat enim quod ſcit, quom ſpeculatur actu, nec perdit ſpeculando ſcientiam, ſed colit & perficit. Quamobrem immutatio hæc alteratio exiſtimanda non eſt, quom omnis alteratio priorem qualitatem excutiat: at hic nihil præter ocium merum excutitur, immò crementum potius prio ri qualitati & honeſtamentum adiungitur. Quòd ſiquis uocabulo uehementer afficitur, quanquam ægre id impetrat, modo tamen res nobis incolumis ſit ſibi ferat, alterationem hoc genus
58 uocet. ſit nomẽ unum, certe negocia diſſident. Alioquin ridendus uidetur, qui hominem ſapientia aut prudentia præditum, quom quid aut cogitat aut comminiſcitur, alteraſcere affirmauerit. Nec ille non taxabitur, qui fabrum, excuſorem, ſtructorem, & cæteros opifices, quom artium ſui generis aliquid moliuntur, affici, alterariq; dixerit, quando uel eum quoq; minus proprie pati & alterari conceſſeris, qui quom rudis eſt recens addiſcit, & ſcientiam à ſciente præcipienteq; ſuſcipit: niſi duæ ſint formæ, quibus alterari & pati res dicantur: una, qua proprie: altera, qua prorſus
59 improprie. Quare quemadmodum qui nunc primum ediſcit, nunc primum mutat, qui uero dudum edidicit, habitum intra ſe poſſidet, ſed ab uſu & miniſterio uacat: ita ſtatuendum in ſenſu eſt. Semen genitale & ouum immutatione prima uim ſentiendi potentia ſortitur, ſimulatq; uero factum & conſtitutum animal eſt, iam compos eſt ſenſus, ſed deſideratur actus & functio. Quanquam inter ſenſum & ſcientiam intereſt, quod ſenſui [b] ad ſentiendum opus eſt extrariis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rebus & copiis,quarum percuſſu excitus reuocetur in opera uiſili, auditili, olfactili, guſtabili,tactili:at ſciens theſauros intus habet,quos quom commentari collibeat,promat. Scita enim notiones generales ſunt,quas [c] animus doctrinis inſtructus,uaria & diligẽti notatione collegit,mox & in repoſitorium condidit,unde quæ uelit,pro arbitrio,tanquam è ſinu ſuo facile proferat. At ſenſilia tam ea quæ per ſe habentur,quàm ea quæ partis & ſpecies generum ſunt,quanquam ita ſubiiciuntur ſenſibus,ut notiones illę generales ſcientiis & intellectui,de foris tamen hæc incidunt, illæ domi ſeruantur. Iam illa naturæ ſunt effecta, euentaq́; has ſibi conciliat afformatq́; animus. Ita fit ut intelligere quidem poſſimus & cogitare quom uolumus, ſentire quom uolumus in noſtra manu nõ ſit. Eadem ratio eſt cur in iis artibus quæ operoſiores uidentur, quia exteriorem materiam requirunt, excuſoria æs, fabrica maceriem, ſtructoria intritum & lapides, non ſimul cuique collibitum eſt, ita continuo artem ſuam exerceat. Proinde Ariſtoteles magiſtros illarum ſcios & opifices ſenſilium generum appellauit, quia circa particularia potius, quàm uniuerſalia uerſarentur. Sed de iis poſt, nunc illud dicimus tales eſſe potentia ſenſus, qualia ſunt actu ſenſilia. Potentia uero quemadmodum hoc loco accipienda ſit, ſupra docuimus Nec enim eo modo accipi debet quo cum puerum dicimus prætorem aut imperatorem eſſe, ſed eo modo, quo cum eum qui ętatem impleuerit legitimã adeundi rempublicam & magiſtratus gerendi Ergo quom patitur ſenſus,non eſt ſimilis ſenſili,quom uero iam eſt paſſus,tunc protinus ſimilis factus eſt ſenſili,& talis fere quale ſenſile eſt. Et hercule paſſionis nomine abutimur, quom ad ſenſum referimus,quod & antehac præfati ſumus. Nam quemadmodum res proprie pati & alterari dicantur, abundanter in cõmentariis de natura monſtrauimus. Verum quod appoſitum uocabulum non habemus,nec ad ſignificandam potentiam qua ſunt qui habitum tenent, nec ad immutationem eam qua de habitu ad actum & exercitium tráſeunt, neceſſario utimur appellatione promiſcua, tum potentiæ tum etiam paſſionis. Cæterum res & ſignificantias diſcrepant. Nam ſenſus à ſenſibus proprie pati non poſſe,nec alterari ab imaginibus,quæ de rebus miſſæ inſinuent ſeſe iis. Inde fieri clariſſimum poteſt,quòd ſi uiſus exalbuit,alba non percipit: ſi manus recaluit,calida nõ ſentiſcit: ſi palatum indulcuit,dulcia nõ dignorat: aures ſtrepitum familiarem obaudiunt, naribus fœtunticeta,quibus inſueuere non obolent: ac ſimulachra quidem rerum & ſpecies ſine materia recipiuntur in ſenſum,id quod in cera quoq; cum anulo ſigillario cernitur. Nec enim anulus aurum,ſed imaginem imprimit: quanquam differentia ea,quòd ſenſus quomodo recipit ſpecies earum materia non fit,neq; corporea adactione ſignatur,ut cera,neq; ſuperficie tenus ſculpitur,ſed effigies illas foris illapſas intra ſe totum admittit prælte condendas: idq́; quom facit,nõ priorem habitum mutat,ſed è contrario potius habitum, quem habet agendo gerendoq́; perficit,excolit, confirmat. Atque in hunc modum generaliter de ſenſu dixiſſe,ſit ſatis.

60 61 62 62

[a] *Primus quidem modus eius quod potentia eſt: ait Simpl. materialis eſt & generationem reſpicit. ſecundus vero non generationem reſpicit ſed contemplationem eiuſq; potentia non eſt materialis: ſed formalis quidem: verum earum rerum eſt tantummodo quæ partibiles ſunt: partibiles autem non ea ſolum ratione qua diuiſam operationem habent a ſubſtantia: ſed & magis quia partibilem actionem habent: vtpote quia non ſemper agunt: quoniam vel nolunt: vel ſi uelint aliquid adſit quod uetet.*

[b] *Ea propter ait Simpl. ſenſui opus eſt externo ſenſili: quia opus eſt ſenſorium aliquid ab eo pati ſenſibili quod in ſentiente non eſt: quod etiam dicitur eſſe effectiuum actus ſentiendi: non quod iudicium ſenſus efficiat: ſed quia paßionem quandam ſenſorio infert qua excitatur iudicãdi actus.*

[c] *Notiones generales quas animus doctrinis inſtructus uaria & diligẽti notatione collegit mox in repoſitorium condit &c. quæ uerba recte perpende: uidetur enim Them. in parte etiam intellectiua memoriam reponere.*

¶ *Aliqua eſſe ſenſilia communia, aliqua propria, aliqua per ſe, aliqua ex accidenti.* Caput XXI.

63 Vnc de ſingulis ſenſibus ſeorſum agendum. nam omnis de ſenſu tractatus proprie communis aut generalis appellari non poteſt, quom in ſenſu aliquid ut prius, aliquid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quid ut posterius conspici & notari contingat. Antequam uero de sensibus singillatim aggredior, primum de sensilibus constituendum est. Sunt ergo sensilium alia per se, alia ex accidenti: rursus eorum quae per se sunt, quaedam habentur communia omnibus sensibus, quaedam singulis propria. Propria sunt ea quae à cæteris sensibus dignosci non possunt, & circa quae nec temeritas [a], nec hallucinatio sensuum cadit, si natura integre incorrupteq; iudicet: nec causa sit, quae extrinsecus obstrepat, nec positura obstat, nec intercapedo, aut recessus officiat. Falli enim aspectus nequit circa rem uisilem, si mundus & probus oculus habeatur, si serenum sit, si interstitio iusto colores abscesserint. Pari modo auditus se habet ad strepitum, primum necesse est nec læsum, neque offectum sensum esse, sed in columen & ualentem: deinde quod iniectum est spatium cum turba & tumultu uacare, tum mediocre temperatumq; esse, ratio æqua in gustu ad succos. Tactus in plures differentias plicasq; funditur, ut neque uno aliquo nomine comprehendi possunt, quae ad sensum hunc pertinent, quemadmodum quae ad uisum auditumq;, quòd ad hunc colores ad illum soni uocantur. Tangimus glabra, aspera, mollia, dura, grauia, leuia: tangimus calida, frigida, humida, sicca. omnia haec uno sensu cognoscimus. Ita licet quinque coniuges copulæ sint, unus tamen est tactus: ille uero uno, ut dixi, nomine significari & contineri non possunt. Quanquam uero plura genera tactui uidentur mandata, non tamen alia ratione se habet ad omnia, quàm cæteri sensus ad sua. Primum non fallitur, sed quemadmodum nec uisus decipitur aut dubitat qualisnam color sit, qui incidit ob oculos, etiam si decipitur aut dubitat qualenam id sit cui color ineſt: nec auditus, quisnam sit sonus, quanquam ignorat quid sit quod personat, aut unde à dextra, à leua, ante, postico ue personet, ita & tactus leuorem & scabriciam per se sentit: tametsi id per se non percipit, quod est leue, quod scabrum. Atque haec priuatim singulis sensibus sensilia sunt, eoq; propria & peculiaria nuncupantur.

64 Quae uero communia [b] pluribus sensibus dicuntur haec sunt, motus, status, figura, numerus, magnitudo. Sanè motus communis omnibus est. Primum uisui & auditui, quale illud poëtae est: Aures æripedum pulsu tentantur equorum. Deinde olfactui, qui & accessum & recessum odoris uidetur agnoscere. Item gustui, & planius etiam tactui. Neque solum uidetur motus, sed forte & status & numerus promiscue à sensibus omnibus percipi, quia singuli sensus saltem sensilium suorum nouisse numerum possunt. At magnitudo & figura uisui & tactui præcipua

65 sunt. Hactenus de sensilibus per se. Illa ex accidenti dicuntur, quae quom per se sentiri nò possint, tamen dignoscuntur à sensibus, quia accidunt & continentur in iis, quae per se sub sensum cadunt. Sensilis est Diaris filius, & Diares, non tanquam Diares, sed tanquam is cui albedo accidens sit. Aristoteles sanè contra interpretatur. Per accidens, inquit, sentimus illum, quia albo acciderit, quod sentimus. quasi dicat: Per accidens Diarem sentimus, quia albedinis accidens est Diares. Est enim in more Aristoteli etiam substantiæ & subiecto accidentis appellationem asciscere: id quod in libro decem generum usurpauit: Circumscriptis, inquit, semotisq; reliquis rebus quae accidunt domino, id est, circumscripto semotoq; homine, & cæteris de genere hoc. Nihil ergo patitur sensus ab iis quae ex accidenti sentimus qua haec sunt, id est, nihil uisus à Diare, qua Diares est. non enim uisilis est Diares, sed Diaris color. Ea uero quae per se commouent ac partient sensus, si sunt propria, proprie sentiuntur, ad eaq; sensuum ingenia actionesq; naturæ institutæ comparatæq; sunt.

[a] *Causam explicat Simpl. ob quam circa proprium sensile: sensus non erret: sed circa commune: aitque sensilia propria quae sunt corporea magis & passibiliora magis commensurate & proportionata sensui occurrunt quae corporea etiam est cognitio: una luce excepta: quae ob plurimam eius actionem manifestæ a uisu cognoscitur: sed communia sensilia formaliora sunt ideoque magis sunt: sensui improportionata: non equidem ita vt ea quae nullo pacto sensu: sed sola ratione cognoscuntur vt se habet substantia: sed quae sensu quidem capiuntur non tamen æque exactæ sicuti quae propria dicuntur.*

[b] *Arist. autem cõmunia omnibus ait: sicut etiam Themi. a principio cap. dixit quem locũ Simpl. examinans ait. Qui fieri potest vt cõmunia omnibus dicãtur: siquidẽ magnitudo & figura solo visu & tactu apphendũtur: fortassis igitur omnibus dixit pro pluribus. Sed nũ an & magnitudinẽ quis*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dem clare auditus cognoſcit vtpote qui magnum & paruum quod cum ſonitu defertur iudicat olfactus præterea guſtuſque per plures vel minores partes magnitudinem hic quidem odientis ille vero rei dulcis capit: ſed equidem & figuræ forſitan quamuis non admodum exquiſite tranſlatione vel ſenſus vel rei ſenſilis eſſe poſſunt & hi ſenſus capaces.

De uiſu, & de incidentibus ſubiectiſq; uiſui: & de perſpicuitate. Caput XXII.

66 ATque de iis iam agamus membratim à uiſum primũ orſi. Aſpectus proprium ſenſile ſubiectæ res uiſiles ſunt. Eſt enim aſpectus uiſus, & uiſus reſpondet ac refertur ad uiſile. Viſile autem dixerim primo ipſum colorem. An uero alia quoque res à colore dici uiſilis poſſit, ſequentibus docebo. Sunt enim quædam lucibilia, quæ cum in luce uideri nõ poſſint, cuius contrarium in coloribus eſt, tamen ſplendent & refulgent in tenebris. Atque hæc uno nomine indicare non eſt. Sed ut ſumus polliciti, huic quoque loco progreſſu ſatisfaciemus. Nunc illud conſtitutum ſit, uiſile colorem eſſe, color autem per naturam ſuperficiem corporum inſidet. Superficies igitur ipſa per ſe uiſilis eſt, nõ quòd in definitione eius contineatur uiſile, aut uice obuerſa in definitionem uiſilis ſuperficies recidat (quorum modorum alterum intelligi neceſſe eſt in iis, quæ ineſſe per ſe dicuntur) ſed per ſe uiſilis ſuperficies eo dicitur, quod colores corporum omnium recipit: iisq; tanquam ſtragulum ſubiicitur: neq; ulla ſuperficies ſine colore aut reperiri, aut intelligi [a] poteſt in corpore. Ergo quia cauſa [b] quare ſuperficies uidetur & cernitur, in ipſa ſuperficie eſt, hinc oritur ut ſuperficies per ſe uiſilis eſſe dicatur. Planè quanquam ſubiecto idem eſt & color & uiſile tamen conſiderationis & rationis diſcriminibus differunt. Nam uiſile obnoxium uiſui eſt, ad quem refertur: color impromiſcua & abſoluta res eſt. Item uiſile uiſu abiuncto nõ conſiſtet niſi potentia: at color etiam nunquam conſpectus ſemper eſt color. Color porrò definitur, ut ſit motus actu perſpicui, quod Diaphanes uocant. Atque hæc natura coloris eſt, utpote qui ſine inuectu luminis uideri non poſſit, qui quem ſemper in lumine uideatur. Quamobrem neceſſarium uidetur uti prius de lumine diſſeramus. Si enim ita compertum eſt, ut color ſine lumine uiſilis eſſe non poſſit, nihil agitur niſi prius de natura luminis commentemur. Sed quia prius eſt perſpicuum, quàm actu perluceat, quippe cum actus & perfectio eius ipſum lumen ſit, de ratione perſpicui loco principe eſt agendum. Illud igitur perſpicuum [c] dicimus, quod quanquam uiſile eſt, non tamen à ſe, ut ita dicam, eſt uiſile, ſed opera coloris externi. Perſpicua ſunt aër, & aqua, & lapides nonnulli, qui argumento hoc perlucidi appellantur. Item uitrum & cornua: & præter hæc quędam quoque alia corpora, ſed præcipue cœlum. Atque hoc inter omnia perſpicua primatum obtinet, ab eo aër, à quo elementum aquæ, deinceps ordine ſuo reliqua, quę dinumerauimus ſuprà. Nullum horum per eſſentiam ſuam perſpicuum eſt. Verbi gratia: aqua non eſt perſpicua in eo quòd aqua, neq; aër in eo quòd aër, ſed in eo quòd natura quadam communi participant, quæ in illis corporibus inſita cauſam habet, cur ſint, & cur dicantur eſſe perlucida. Hæc omnia efficiuntur uiſilia non de ſuo colore, ſed de alieno quem imbibunt: alioquin ſi eſſe colorata poſſent, tranſpici præterea aut perlucere non poſſent, quando illa tunc maxime perſpicua ſunt, quom nullo colore ſunt affecta. Videntur ergo cernunturq;, ſi modo & uideri & cerni poſſunt, per alienos colores, ut dixi, quorum acceſſu immutantur, mouenturq;: non quidem ita ut alterari aut tranſire in illos conuertiq; uideantur, ſed alio genere. Neque uero colores recipiuntur in aërem, quemadmodũ cælatura anuli & ſigillum in ceram. Nam cera non in profundo, ſed in ſuperficie fingitur: aër uero colores intra ſe totum initus ebibit, eosq; tranſmittit ad oculum, adeo interim & contrarios ſimul defert. Quod fieri nequaquam poſſet, ſi conuerti aut alterari coloribus diceretur. Non tamen ſemper colores ad oculum tranſmeant, ſed tunc quom illa per quæ iter coloribus eſt, actu perſpicua ſunt, quod quidem præſentia luminis contingit, corpus autem cœleſte ſemper actu perlucet. Vbi uero potentia lumen eſt, ibi quoque haberi tenebræ poſſunt: nihil enim aliud tenebroſum eſt, quàm quod potentia perſpicuum ſit.

[a] *Non poteſt ait Themiſtius ulla ſuperficies abſque colore intelligi: quod animaduerte: quia uidetur rationem geometriæ auferre.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

[b] Ariſt. ita ait: ſecundum ſe autem non ratione: ſed quoniam in ſeipſo habet cauſam eſſendi uiſibile ubi Simpl. hoc ait dixiſſe ad differentiam diaphani: quod non ob aliquid ei inſitum videtur: ſed ob aduentitium lumen. [c] Perſpicuum ait hic Simpl. lumine videtur uerum non ipſum modo per ſpicuum: ſed coloratum etiam uidetur lumine quamuis nonnulla inter hæc differentia intercedat. perſpicuum enim qua perſpicuum eſt: tantummodo quia illuminatum eſt uidetur: ſed coloratum etiam ut coloratum eſt: & ea etiam de cauſa per ſe uiſile eſt: utpote quod in propria natura colorem habeat: quod in lumine uidetur. perſpicuum uero per ſe uiſile non eſt: quia lumen aduentitium habet: quo tantummodo uidetur ea ratione qua perſpicuum eſt.

Perspicuum Img differrata a Colorato,

¶ De lumine & natura luminis. Item lumen eſſe ad quendam modum uiſile. Caput XXIII.

69 ATlumẽ perfectio & actus perſpicui eſt, qua perſpicuum eſt. Dixi qũa perſpicuum, ceu non in eo quòd aquâ, neq; in eo quòd aër (eſt enim perfectio alia aëris & aquę præſtantior) ſed quatenus perſpicua ſunt aër & aqua, hactenus lumen eſt aëris & aquæ perfectio. Ac lumen quidem quaſi color perſpicuo eſt: quaſi color inquam, quòd lumen [a] nõ proprie aërem colorat, ut cãdor niuem, ſed quòd aërem uiſilem facit, quemadmodum ſua colores corpora. Item quòd ea quę poteſtate perlucida ſunt, præſtat ut actu perluceant. Lumen uero ipſum nec ignis eſt, nec ſol, nec aſtrum ullum, ſed illorum ſola præſentia in iis corporibus, quorum cõmunis ea uis eſt, qua perluceant, & à qua potentia hæc referri ad actum poſſit. Sanè hoc ſoli maxime tribuitur & ſideribus cæteris: deinceps & igni, & quæ de igni plus referant. Videtur uero ignis illuminandi uim ſortitus nõ in eo quòd ignis, ſed in eo quòd rationem quandam & naturam cõmunem cum reliquis colluſtrantibus, & ſplendidis corporibus obtinet. Probant hoc beſtiolæ inſectorum, quæ nycedulæ ſiue cicindellæ uocantur. Eæ quanquam nec ſunt ignis, nec ignem ferunt, tamen pro modo corporis circunſecus illuminant aërem. Dictum eſt quid eſſet perſpicuum, & quid lumen: id neq; ignem [b] eſſe neq; corpus omnino, ſed neq; defluuium à corpore intelligimus (ſtatim enim ſi defluuium ſit, corpus ſit oportet) ſed aut ignis aut alterius ſplendidi præſentiam in perſpicuo corpore. Non quidem talem præſentiam qualis ſolet eſſe eorum quæ inuicem miſcentur, aut eorum quæ committuntur copulanturq; (corporis ſunt omnia hæc) ſed talem præſentiam quali ea quæ agunt patientibus rebus & motum accipientibus, præſto ſunt: immò uerius qualis ea quæ perficiunt exornantq; adſunt iis rebus, quibus perfectionem & exornationem hanc afferunt. Illud primum, qui lumen corpus faciunt, concedant neceſſe eſt corpus penetrare ac meare per corpus, & eundem locum à duobus corporibus æquabiliter obſideri, quod multis rationibus aliquando à nobis improbatum eſt. Deinde non uident ſi id referant, futurum ut aër acceſſione luminis corpulentior & plenior euadat, quàm quom in tenebris eſt, cuius contrarium cernitur. Huc accedit, ut quom tenebræ nihil aliud ſint, quàm abſentia ſiderum imperſpicuo corpore, lumen nihil eſſe aliud poſſit, quàm illorum præſentia: omnis uero præſentia eſt eius rei qua præſens ſit, ad id cui præſens eſt, quidam habitus reſponſusq;: non igitur corpus. Age ſi corpus eſt lumen, cum nulla uentorum ui cohiberi poſſit, ne decumbat in terram, deſcenſus hic atq; motus, quo infra peteſſit naturalis eſſe non poſſet, quia tenuius & leuius igni oporteret intelligi. Poſtremo ſi lumen corpus eſſet, cunctatione aliqua neceſſario moueretur. At uidemus contrà. Simul enim illatus eſt ignis, uniuerſum conclaue agminatim puncto tempore colluſtratur: & ſimul ortiuus ſol matutino emerſu reuiſit orbem, in omnes terras lux momento diffunditur. Nam quod inquit Empedocles, ſeu quiuis alius id credidit, moueri quidem lumen, ita ut partes terræ ortui propriores, & quæ deinceps iniectæ ſunt, illuminentur antequam extimæ: mox ſe ſplendor per uniuerſum profundat & ſpargat, ſed pernicitate motus ſumma contingere, ne id perſpici animaduertiq; poſſit, quaſi ſenſum & intentionem effugiat: res tota fictitia eſt, & cui tum ratio, tum experimenta reclament. Si enim aut intercapedo modica, aut lumen exiguum eſſet, latere id oculos ac ſenſum præuertere ratio fortaſſe probabilis uideretur. Nunc ab oriente in occidens, tam immenſo itinere, tam uaſti corporis motum deprehendi non poſſe, haud ſcio an ulla res eſſe queat difficilior creditu.

71 Cæterum quom coloris capax ſit, quod expers eſt coloris, ſicut ſoni quod expers eſt ſo-

[a] lumẽ diaphani uisibilem reddit nõ tamẽ dat ei colorem,

ignis nõ ad sortitus est illuminandi uim,

[b] lumẽ nec ignis nec corpus

contra Empedoclem & alios dicentes lumẽ esse corpus.

Empedocles pro falsa,

lumẽ in instanti illuminat

ni,& figurę quod expers eſt figurę,& ſaporis quod expers eſt ſaporis:coloris autem qui proprius habeatur,expers ſit perſpicuum corpus, ratio eſt ut ab alienis coloribus moueri & immutari dicatur. Quare ſi proprium aliquem colorem haberet,eueniret econtrario quàm euenit,ut colores ad oculum perferri non poſſent. Quom autem aëri lumen ingruit,eoq; actu perſpicuus fit,tunc lumen pro colore aëri eſt,& quodãmodo uiſile & cauſa quamobrem cętera uideantur. At quom aër potentia perſpicuus eſt, tunc tenebræ in eo uicem coloris præbent, & inuiſiles nobis ſunt, & culpam habent pariter ne alia cõtueri poſſimus. Inuiſiles[c] uero tenebras diximus,non quòd nullum omnino ſit iis cum uiſu commertium,ſed quòd ægre & prætenuiter uideantur. Cognoſcit enim utcunq; oculus tenebras,ſicut reliqui ſenſus ſuorum ſenſilium priuantias. Planè ſiue lumi noſa, ſiue illumina perſpicuitas ſit, eadem ſemper ſubiecta natura eſt: quemadmodum idem eſt ſubiectum cum quis uidet,& poſtea captus oculis cæcutit.

[a] *Et ſi lumen ait Simpl. quaſi color ſit perſpicuo: non eſt attamen ei color: quia non æque eſt inſitum lumen perſpicuo: ac color rebus coloratis.*

[b] *Hæc uidentur ait idem Simpl. contra Timæum dicta in quo dixit Plat. lumen eſſe ignis ſpeciem quandam. dixit præterea diurnum lumen idque quod ex oculis defluit inuicem iuncta vnum corpus conſtituere: quod licet ex commentarijs Iamblici in Timæum excerpere.*

[c] *Iudicat viſus tenebras dixit Simpl. non quod aliquid cernat: ſed potius eo quod nihil cernat: cum tamen cernere conetur.*

Quot modis accipiatur uiſile, & quemadmodum aſtra reliqua de genere hoc, tum noctu, tum interdiu uideantur. Caput XXIIII.

CErte non omnia uiſilia ſpectantur in lumine, ſed quom in cæteris ſuus cuiuſque color in lumine uideatur, nonnulla ſunt, quæ non uidentur ad lucem, ſed è tenebris feriunt ſenſum & cient. Atq; hæc aut colores habendi non ſunt, quando coloris proprium eſt mouere actu perſpicuum: aut alio genere colores exiſtimandi, quàm cæteri. Huius forma ignita omnia & noctu fulgentia ſunt, quæ quom nullum genus commune contineat, nullo quoque communi nomine appellantur. Nimirum quòm multa huiuſmodi habeantur, quæ ſpecie & natura longiſſime diſcripent: in uno tamen eo communi conueniunt, quòd ignium modo collucent noctibus, & refulgent è tenebris, ut fungi, & quorundam animalium cornua, & piſcium capita & ſquamæ, & oculi & putres, ac præaridi caudices, id eſt, carientes ſituq; marcidi. Horum proprius color interdiu uiſitur, noctu ſplendor ſolus & radiatio iacitur, quanquam fortaſſe neque color ille eſt, ſed repercuſſus quidam ob oculos. Verum hæc qua ratione in conſpectum cadant, alio inquit loco tractabitur, cui quæſtio hæc ſit cognatior, id eſt, in libro de ſenſu & ſenſili. Cæterum Soſignes Alexandri præceptor tertio uolumine de uiſu rationem afferre conatus eſt, quamobrem aliqua collucere in tenebris uideantur, quæ mihi probat: Flammulenta, inquit, hæc quadamtenus naturam ætheris, & quinti elementi participant, ea cognatione fieri, ut admotum ſibi aërem, aut perſpicuum aliud corpus illuminent. Quod autem id maxime noctibus faciant, rationem eſſe, quia tum maius lumen abſit: alioquin euenire interdiu, ut exiguum eorum lumen quaſi exoleſcat & offundatur in magno. Noctu ergo cum refulgent aërem proximum & circunfuſum leuiter ſubluſtrant, non ita, ut alia item poſſint uideri, ſed ut ſola ſe uendicent tenebris. Atque hoc facit exilitas portionis eius, è qua proficiſcitur manatq; lumen. Nam & ipſe quoq; ignis quamuis ſplendorem ſuum latius & diffuſius mittat, adeò ut afferat etiam alia, tamen ſi remotior ſit iam calligant oculi in cætera, ipſe ad conſpectum ſui uix ſufficit. Hac fini declaraſſe ſit ſatis id quod in lumine cernitur, colorem eſſe oportere, quòd ea natura coloris ſit, ut moueat actu perſpicuum. Quom uero quæ uidentur in tenebris aut colores eſſe non poſſint, aut alia ratione intelligi colores oporteat, efficitur, ut duas eſſe differentias uiſilium & colorum neceſſe ſit. Quorum alteri in lumine non in tenebris uideantur, alteri contrà conſpici poſſint in tenebris, non poſſint in lumine. Ignis quidem cum utroque genere ambigit, nec immerito, quando & in illo quoque natura ancipiti eſt, quòd & mouet actu perſpicuum tanquam color, & præterea perficit tanquam lumen. Eo que neceſſa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rium eſt,ut & interdiu & noctibus uideatur. Fundit enim ſeſe in eo lumen undique[c] & de colo
re lux exit. Atque hoc habet præcipuum color is,qui ineſt in flammis,ut propinquum aërem il
luſtrare poſſit luminis modo,quæ facultas extra hunc nullis coloribus data eſt. Quinimmo co
lor ignis prærogatiuam hanc tulit,non qua color,neque qua ignis,ſed qua communius illius na
turæ,quam diximus particeps eſt. Quare non eſt mirum ſi unus is quanquam color tamen ui
ſitetur in tenebris.

[a] *Talem quadamtenus naturam participant ait ipſe græce: qualem quintum elementum & ignis quoque. ea vero eſt vt facultatem habeant aerem circum ambientem vel perſpicuum aliud illuminandi.*

[b] *Verba hoc Ariſto. ſunt græce enim ait* τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ χρώματι εἶναι τὸ κινητικῷ εἶναι. *hoc eſt: hoc enim eſt ipſi colori eſſe: vt moueat acta &c. quo loco Simpl. annotat uerum hoc eſſe ſi color qua viſile eſt conſideretur non qua color.*

[c] *Quærit hic Simp. quænam cauſa ſit, cur colores ſi prope ſint admoti ſenſum ciere nequeunt. & reſpondet in cauſa eſſe: quia lumine opus eſt & aſpicienti ut colores apprehendat: & coloribus etiam ut uiſum mouere poſſint neceſſe igitur eſt ut ambo lumine circumfundantur: & ea de cauſa oportet ut medium inter cedat: quod actu ſit perſpicuum ut ab eo utrunque perficiatur quapropter Ariſ. non negat abſolute quodcunque quod contuemur ſi prope admoueatur quod uideri non poſſit ſed tantummodo quod colore eſt affectum: nam quod fulget uideri utique poſſet: niſi forte ſenſum ipſum fulgore immoderato extereret.*

CVt uiſus conſtet opus eſſe intermedio perſpicuo corpore. Caput XXV.

73 PLanè colorem eſſe ea natura ut actu perſpicuum moueat illud indicio eſſe uel firmiſſimo poteſt, quòd colores uehementer prope admoti, neque uideri, neque internoſci queunt. Mouet ergo color perſpicuum aërem, aër aduſque oculum continenter pertenſus, aſpectum mouet & uulnerat. Quod ſi nullus eſſet uſus interſiti aëris, per quem color ueheretur ad ſenſum, ſumma ratio eſſet quamobrem co-
74 lores quanto propius acciderent, imminerentq; oculis, eo clarius & exquiſitius cernerentur. Proinde perperam Democritus cenſuit, qui diceret, ſi inane eſſet hoc omne per quod terminus ſpatium, fore ut acrius & probius omnia uiderentur. quod prorſus impoſſibile eſt. Nã obtutus paſſo quadamtenus & affecto ſenſu contingit, nõ quidem à colore qui cernitur, (alioquin impoſitus & adiunctus pupillæ præſentiretur) ſed quod reliquũ eſt, ab aëre illo & perſpicuo, quod interpa
tet. Quamobrẽ nedum acutius, ſed nihil omnino uideri poſſet in uacuo, quia nihil in eo interme-
75 dium haberetur, quod primò ipſum affectum, tum deinde ſenſum oculorum afficeret. Idem in ſono, idem in odore contingit: neuter attactu ſenſum exercet, ſed per medium aërem, à quo ſubinde ſenſus impellunt. Sane ſiquis ſibi ad machinamenta odorem aut ſtrepitum ita proxime adigat indatq;, ut peritiſſimos aurium aut narium meatus, quom poſſunt, attingant, nimirum aut nihil omnino, aut ægerrime ſentiet. Quamuis autem eadem in tactu guſtuq; ratio ſit, nõ tamen
76 æque in illis apparet: quod quamobrem fiat, conſtabit poſt. Ea autem quæ inter ſonum aut odorem media ſunt aër & aqua, nõ quatenus aër & aqua ſunt, media ſunt, ſed quemadmodum in iis perſpicuitas cõmunis utriq; natura eſt, qua colores perferuntur ad uiſum. Ita probandũ eſt duas in iis qualitates cõmunes haberi, unam qua ſtrepitus ad auditum, alteram qua odores ad olfactũ apportant. Atque harum priorem quæ pertineret ad ſtrepitum interpretes aliqui, non Ariſtoteles, Diechen appellant, quaſi perſoniam dixeris. Poſterioré, quæ odorum eſſet, Dioſmon ac ſi perolaciam uocaris, id eſt ueterinas, ſeu uehicularias odoris & ſoni. Ac uidentur quidé natalia aquatiliaq; odoris uel in aqua ſenſum habere, quod nidorũ lentorum ſuffitus explorat. Homo uero, & animalia omnia quæ reſpirant, odorari nõ poſſunt, niſi anima uicibus & reddita & accepta. At quæ in humore degunt, etiam ſine anhelitu & reciprocatione ſpiritus uidentur olfacere, quorũ omnium cauſæ reſeruandæ locis ſuis ſunt. Ex iis manifeſtum eſt uiſum finiri ita poſſe, ut ſit facultas coloris recipiendi citra materiam per medium actu perſpicuum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LIBER II.

De auditu, & subiecto, & sono, & de sonantibus. Caput XXVI.

77 POstquam de uisu diximus, series est ut de auditu dicamus, quod ut quam cõmodissime possit exigi, prius est ut de sono agatur. Duplex uero sonus est, unus actu, unus potentia. nam sunt quæ neque actu, neq; potentia sonum obtineant, ut spongiæ & omne lanitium. Sunt alia quæ quanquam sonum habent, tamen aliquando actu habent, aliquando potentia, ut æs & lapides, & omnia plana, glutta, leuigataq;. Hęc quom quiescunt, sonum potentia continent: quom uero inuicem colliduntur, dedunt actu sonum ac strepitum. Tunc autem sonus deditus dicitur, quom de re quæ sonat ad aurem 78 profectus medium spatium complet. Necesse autem est quom actu sonus fit, haberi minimum tria, duo quæ concurrant, & tertium id in quo hic concursus fiat. Verbi gratia: Quæ cõcurrunt, corpora & dura & solida esse necesse est: in quo id geratur, aërem. Neque enim fieri potest ictus, aut percussio sine delatione, neq; delatio item sine aëre medio. Percussio uero non quæuis sonitum ciet, neq; omnia corpora strepitum elidunt, sed complanata & leuia: & quę aut caua sint, aut in latitudine diffusa. Leuor defendit aëris fracturam, quem oportet incolumen & indiuisum pręferri ad auditum. At quæ lata sunt, quòd multum aëris amplitudine orarum & marginum propellunt, egregie personant. Caua item idonea in hoc sunt, propterea quòd à primo ictu per dissultationem congeminantur plagæ. Quom enim aëris qui intus est, exagitatus exitum quærat, quẽ obiectu laterum, ob quæ dum præcipitat offendit, inuenire nõ potest, fit ut diu per hæc luctatus & tortus ualide perstrepat. Quod quidem impręcipue in auxillis æneis accidit, præsertim si leuigatæ expolitæq; sunt. At si subula subulam cedas, infecti & surdi ictus reddentur. Nam plumarum leuitas, quamlubet uehemens plaga ueniat, crepitum non emittit. Porro [a] sonus & in aëre 79 & in aqua æditur, quanquã obscuriusculus in aqua est, utpote hebetescens in ea obrauceſcensq;. Verum tametsi ad sonum plus aër conferre, quàm aqua uideatur, non tamen sufficit ad sonum solus, neq; solus author est uocis elisæ, sed & certis corporibus opus est, & certis ictibus. Corporibus, quæ plana, lata, leuia, sunt, ut dictum est: Ictibus, qui uehementer & celeriter infligantur, ne aër dissutus discisusq; conatum inefficacem atq; irritum faciat, & libram eludat. Quom enim suopte ingenio maxime dissipabilis & fluxissimus sit, facile frustratur ictus, nisi rupturam pernicitas anteuortat. Quamobrem si tympanum tympano cunctanter & sensim admoueris, nullum strepitum attolles, sed si pulsaueris. Stridet aër ratione hac quom tela uibrantur, aut quom uirgula etiamnum, aut scruteola corrigia ceditur. Fitq; hoc quotiens ictus præceleri uelocitate dissolutionem eius anticipat, perinde ac si quis cumulum arenæ delatum celeriter diuerberet, ita ut plaga præueniat. Quom autem hoc fit, tunc aër uice duorum fungitur, & corporis quod percutitur, & medii in quo percussio agitur.

[a] *Magna est hic inter græcos auctores discordia. nam Philo. hic quem insecutus est Auer. ait in aqua audiri quidem sonum nequaquam autem posse edi. & rationem affert ipse: in causa enim est ait aquæ crassitudo quæ prius desilit quam concursus fiat corporum collisorum: ob eius nanque crassitiem non ita æque velox motus fieri in ea potest: vt pernicitas rupturam anteuortat. Themi. autem oppositum sentit cum quo etiam conuenire videtur Simpl.*

De Echo. Caput XXVII.

80 REdditur autem Echo ratione hac, quòd aër sonore aut uoce ictus quotiens [a] planum, leuigatum, & simplex corpus incurrit, nec præterea progredi potest offensaculo transitum & scissuram uetante retro dispellitur, & dissultat ut pila. Fieri quidem æmulas & reciprocas semper uoces necesse est, sed præ sua exilitate sensum effugere. Semper enim aër percussus occursaculum inuenit, unde reciprocet: aliquin si directum semper iter uoces tenerent, nemo ipsum se audire posset loquentem. Verum (ut dixi) latet plerunq; reflexio, quod & in lumine accidit. Nam & lumen semper redux est, infractumq; resilit, quia si non sit, in umbra lumen esse non posset: sed exceptis locis quibus splendor solis & radius incubaret, summas præterea & arctissimas esse tenebras oporteret, nec tamen ab omnibus æqualiter reflectitur, sed à leuigatis impensius, qualia sunt aqua, aurum, argentum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Eo euenit ut à cæteris quidem nulla, à nitidis uero ac ſplendidis euidentiſſima refractio & alternatio luminis fieri uideatur. Quom enim radius (uerbi gratia) ſolis leui & terſo corpori immiſſus, indeq; acie repulſa in ſolem refractus iacere umbras poſſit, cæteri qui aliis corporibus immittantur, nõ conſtat an poſſint. Contingit credere non omne lumen alternum aut reciprocum fieri. Eodem modo ex omni ſtrepitu ſemper Echo ſua reſpondet, etiam ſi non ſemper obloquitur, nec ſemper exauditur, ſed tunc demum quom corpus ſinuoſa & leuigata ſoliditate ictum aëris excipit. Si enim æquabilis & una planicies offenſa corporis ſit, aër quoq; æquabiliter & continenter unus efficitur, retroq; eadem unitate ſeruata, incolumis & integer commeat & reditum capeſſit. Si uero corpus id prominulum, aſperum, inęqualeq; fuerit, tum dehiſcere & diuelli aërem neceſſe erit, quaſi non in unam planitiem, ſed in plures offenderit, quando præſertim ut conſtentur ac ſuppetant omnia, tamen natura diſſutuli & facillime fiſſili eſt.

Recte hoc in loco notat Alexan. vt ait Simpl. nequaquam eſſe arbitrandum, cum echo reddi tur quod aer: qui primo percutitur: ille idem feratur ad corpus vſque quod tranſitum prohibet idemque redeat reuerberatus ad id quod primo percuſſit: neque enim rationi ſatis conſonum eſt: vt ab huiuſmodi plaga: tam celeris fiat aeris latio. & præterea oportet vt ſicuti in his quæ proiciuntur: ad ſit ſemper motor rei mote. Verum quod deinde adnectit Alexan. ait idem Simpl. conſideratione eget: recte dicatur necne. Sed primus dixit Alexan. aer ictus: ob celeritatem plage continuus permanens ac indiuiſus: eum qui ſequitur ſimili plaga figurat qua & ipſe fuerat informatus: & hic deinde ſubſequentem: & hoc ſerie continuata efficitur: donec deuentum fuerit ad vas ſeu corpus continens: dum tamen plaga quæ hac ſucceſſione traditur validior fuerit aeris concuſſione: quod oſtenſum eſt etiam in his fieri quæ proiciuntur at vltimus ille ether: qui vaſi proximus eſt ictus & informatus: quia a vaſe prohibetur ne vlterius plagam diſtribuat econtra a reſiſtentia rei dure reiicitur: veluti repellitur pila a re dura ac deinde iterum eum aerem percutit & informat qui ſubſequitur: eoque modo ſoni diſtributio & plage vel eadem redit. Quibus verbis videtur Alexan. ſonum ponere in figura neque recte & dearticulate exprimere quonam pacto fiat plage diſtributio nunquid primus aer ictus ſecundum percutiat ſicuti informare ait manifeſtæ. at quæ nam poteſt inferri plaga aeri ab aere qui continuus ſit & vnus permaneat: quod ſi diuiſionem omnino imaginemur non remanet amplius vnus & infractus aer reſonans. An potius durum corpus quod aerem primum percuſſit: ſubſequentem etiam ac tertium deinde percutit. ego igitur ait Simpl. arbitror: quod non ſicuti præſentia lucidi in perſpicuo coloriſque in perſpicuo in actu ſtatim repreſentat futurum viſile: ita etiam ſola duri corporis preſentia in medio ſonum efficit: ſed percutiendo agit hoc eſt paſsionem imprimens plaga enim paſsio eſt ſonus tamen paſsio non eſt ſed actus rerum quæ percuſſerunt qui in paſsione adeſt. & ob id paſſio præcedit: & totus aer paſſus eſt quouſque actus protenditur qui vnus manet & continuus & infractus. non attamen ſecundum ſe totum principaliter ſed ſecundum eam partem quæ duro corpori proxima eſt, reliquis vero qua ſi compatitur magis quidem & prius his quæ primo patienti ſunt continue: minus vero & tardius remotioribus: & ea de cauſa qui propiores ſunt citius & magis audiunt quam remotiores: non igitur verberantur partes ſecundæ a primis vel figurantur: ſed compatiuntur & informantur ſimul a primo qui percuſſit & egit: & quia diuiſibilia ſunt corpora quæ patiuntur: diuiſibiliter paſſio diffunditur uniuerſoque aeri qui paſſus eſt adeſt etiam actus ſonorus. alio enim modo fieri non poſſet ut is totus adeſſet ubicunq; ſonus diffuſus eſt. cum igitur echo redditur: non redditur ob id: quia uas uerberet: & ſonum faciat. Sed quod primo inſonuit utitur eo duro leui & cauo ueluti coadiutore ad reflexionem.

De intermedio inauditu. Caput XXVIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LIBER II.

aër principatū tenere respectu perspicuitatis ipsius dicit,

81 VAmuis autem non unus aër sit (ut dixi) qui strepitum faciat, inter omnia tamen elementa principatum tenet. Quamobrem ii qui propriam & peculiarem rationē audiendi uacuo tribuunt, non longissime absunt à uero, propterea quòd nihil aliud esse uacuum quàm aërem arbitrantur. Sonorum igitur & obstreporum est id quod mouere aërem potest uniter & continenter adusque aurem. Plane auditus

Vacuū aliud esse

82 natura confini & cognata aëri est. Habetur enim in auribus quidam congemitus, conflatus, qui quasi intextus paniculę est, & cum spiritu illo implicitus atque inædificatus, ubi fomes sensificus est, & ubi prima sentiendi uis sedet. Proinde aër externus quotiens commotus est, & interiorem illum successit, continuatur cum eo & coalescit, ita ut uterque sit unus. Quemadmodum enim aqua aquæ, ita aër aëri continuus fit, non attiguus. Transmittit ergo strepitum aër exterior per interiorem ad sensum. Atque hæc causa est quare animal non audiat omnibus membris, sed eo duntaxat, in quo natura portionē aëris intexuit. Ac aër quidem ipse insonus est, quia caret principio unde sonus proficiscatur: sed facile tamen dissipatur disiicitur q; , atq; omni corpori ultro cedit, ut qui natura desultoria fluibundaq; sit. Quòd si quom mouetur coërtio aliqua sit, quæ illum diffundi, dissiliri, aut discindi prohibeat, utique motus hic sonitum elidit. Aër autem ille elisus in auribus, quanquam (ut dixi) cum exteriori se continetur, tamen magis etiamnum insonus est, quàm natura reliqui aëris exigat. Atque hoc ratione institutum natura uidetur, ut turba omni interna, liber totum se ad externa conuertat, & differentias omnium uocū accipiat. nam

Paniculæ inse saber quasi sonum imitatus,

aër aëri cotimg

aër congenitus in confinio est, & tanquam interliminium [a] obtinet inter spiritum & aërem uitalem, & aërem extrinsecus accedentem, eoq; pro uallo & munimento paniculæ uidetur additus, ne illa tentari aut oblædi posset aëris exterioris appulsu. Ipsam autem species sonorum ideo recipit quam facillime, quòd simplex, syncerus, tranquillusq; est, & ad omnem impressionem tener patiensq; . Nec mora interuenit, sed receptas imagines principium sentiendi obiter transmittit. Quàm uero necesse sit auditioni gigni non panicula, sed aëre interiore icta per ingressum aëris alieni, argumento urinantium probatur, qui tametsi in demersu prælto exaudiunt, non tamen humor adusque paniculam penetrat, sed solum ad aërem interiorem, quem contingit, nec attingit. Ex quo facile discrimen intelligitur illud, quo aër & aqua ad aërem interiorem accedunt: nā aër simul accessit continuat se ei, nec tangit, quia naturam sui similem cōpetit, è diuerso aqua tangit, nec continuat se. Verum quemadmodum si aqua intro irruperit, audire non possumus: ita si aër exterior supra modum impendio agitatus impulsusq; adusq; paniculam peruaserit, uis audiendi necessario læditur. Huic periculo obuiam iit natura, quæ auriculas animalibus uertigino

Cum auricule vertiginose et retorte aūalibg sint,

sas, & quasi clauiculis & grundis quibusdam intortas fabricata est, uti non simplex directumq; , sed anfractuosum & flexuosum iter haberent, ne humor aut flatus in penitas partes facile posset illabi. Sane sicut humor in pupilla perspicuus à perspicuo externo colores inuectos excipiens, ad sensorium reddit: ita aër intestinus ab extraneo strepitum, quasi breui manu tollens subiensq; ad auditum refert. Atque illum quidem humorem obductis cuticulis, & membra nullis additis, tanquam compresso munito per quæ exeat, à fluore & dilapsu coërcuit. Nec enim contineri aliter potuisset, nisi tanquam in uase aliquo consignatus & obseruatus fuisset. At panicula cui mandatus interior spiritus est, quanquam illum quoque sic compescit amplexu ne diffundatur, non tamen includit, quia si includeret, cum aëre extraneo contineri non posset. Sed inuolucra illa & gyros in auribus, qui per cuniculos sinusq; imbricatim undantur, pro operimēto aëri sunt, ne desilire, aut digredi possit. Quom uero panicula tentatur, laboratq; , detrimentum in auditum decumbit, quemadmodum quom cuticula læditur pupillæ, uisus consequio noxam contrahit.

pupilla oculi & panicula aūis quasi eodem officio & quasi secūdū esse,

84 Quanquam uero internus aër immobilis dicatur, non tamen omnino immobilis est, sed immobilis uocatur, eò quòd neque ipse diffunditur, neque alius subinde atque alius ad eius uicem corrogatur. Item pertinaciter paniculę assidet, & auditui congenitus innexusq; est. Per se uero motu quodam perplacido & infrequēti citra turbam & solicitudinem agitur, ut auris de hac agitatiuncula perstrepat. ac sonus quidam qui ad aures accedit exauditurq; , nō est internus aëris motus, sed externus alienusq; . Naturale porro aëri commoueri semper, etiam si discerneret, & tranquillissima temperies sit. Atque hoc uerum esse probant scobes illæ & ramenta in sole, quæ huc illuc irrequieto æstu reciprocant. Hac ratione, si auribus manum admoueris, percipies strepitum qui propius & intimus agatur in auribus, sicut in cornu. Incolumis quoque auditus argumentum est, quom aures insonant tinniuntq; , utpote unde constet aëri congenito naturalem

aër intra q; interior et cū aures insonant ipsas q; bona valetudinis signū est,

aër intra ipsam auriculam pertinaciter paniculæ insidet,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uigorem & utilitatem ineſſe.

[a] *Aer qui auditui congenitus eſt: ait Simpl. non eſt is qui exterior eſt: ſed qui illi a natura eſt annexus tanquam organum. Hic autem uiuus eſt & uita auditrice informatus: quemadmodum humor qui in oculis continetur uita aſpectrice.*

¶ *Vnde oriatur ſonus, & quemadmodum exaudiatur.* Caput XXIX.

85 ILlud plane dubitari ſolet, percuſſum corpus an percutiens ſonitum reddat, an in aperto eſt ex utroque reddi, ita tamen ut alterum agere, alterum perpeti intelligatur: nam paſſio à factione quamuis ſubiecto non differat, ratione & cogitatione tamen euariat. Eſt autem ſonus (breuiſſime dixerim) aër eliſus paſſuſq;. Aër autem duplex eſt, unus is qui inter corpora conflatim incuſſa diſpellitur: alter is qui ab hoc primum profectus, mox ſucceſſu motus continenter ad auditum perfertur. Atque hoc eſt iam illud quod auditur. nam exemplum quo Ariſtoteles utitur, non conuenit examuſſim. At enim ſonum eſſe motum eius aëris, quem moueri contingat, eo modo quo mouentur ea quæ impetu aliquo impulſa, & leuigatis ac ſolidis corporibus alliſa reſiliunt. Quæ enim ita reciprocant ab iis unde reiiciuntur, abiungi neceſſe eſt. At aër qui primo inſonat non abiungitur, ita ut ad auditum ipſe accedat, ſed proximum ſibi & continuum aërem commouet. Atque hic ſubinde alium excitat more quo in fluctibus cernitur, in quibus alter alterum trudit, & pulſus obiter ſequentem impellit.

¶ *De differentijs & diſcriminibus ſoni. Item exanguia & piſces uocem non mittere.* Caput XXX.

86 SOnorum diſcrimen [a] quom nituntur actu, nõ quom potentia ſubſidunt & intus prẽmuntur internoſci poteſt, quemadmodum & cæterorum ſenſilium. Sonorum igitur principes notæ, acumen & grauitas. Atq; hæc nomina à tactilibus flexa pertranſlationem ſonis adiunximus. Vt enim quod formã in mucronem ẽxacutam obtinet, pauxillo tempore uehementer tentat, quod uero retuſam habet ſero & ſegniter: ita & auditum exuibriſſans & acuta uox icit, & propemodum uulnerat, quaſi pungens: grauis obtundit offunditq; tanquam trudens. Atque hoc ratione illa contingit, quòd altera multum celeriter mouet, altera parum prætarde. Ergo non idem ſunt celeritas & acumen, neq; retuſio & grauitas, ut quibuſdam uidetur, ſed ita euenit, ut motus faſtigiati turbinatiq; corporis frequens & præceler ſit, retuſi uero atq; hebetis cunctabundus & tardius. Hinc etiam fit ut à corporibus politioribus latioribusq; acutior ſonus ædatur, quòd aër ab iis uelocior mouetur, & celerius diſſilit, unde & auditus ualide & cito laceſſitur. Cæterum propria animantis eſt uox, inanima uocalia eſſe non poſſunt. Quòd ſi fidiculas aliquando, aut fiſtulas dicimus uocales, tranſlatitium eſt, & abutimur nomine, quod ſæpe fit ut inſtrumentis iis quaſi uerba formari atque alloquia uideantur. Ex animalibus quoq; plura non habent uocem, ſed quæ ſunt exanguia, iis nulla uocis emittendæ facultas eſt, ut inſectis & iis quæ integuntur cruſta. Nam ea quæ uidentur canere, ut cicadę, membrana ſepto tranſuerſo ſubdita, ad quam ſpiritus in eo incluſus atteritur, obſtrepunt. Sed neq; piſces uocem emittunt: atq; hoc merito, quia uox aëris motus eſt, piſces aërem non recipiunt, ut qui in humore exigant. Nam piſces quos amnis Acheolus gignit, capri dicti, eruditam illam uocem grunnitumq; attritu branchiarium cient.

[a] *Ariſt. uero ait, αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν φορούντων, hoc eſt: differentiæ ſonantium. Them. uero quem Philo. inſequitur exponit ſonantium hoc eſt ſonorum. ſed Simpl. alio modo uerba illa expoſuit. nam ait, exactione enim ut teſtis eſt Plato & potentias ipſas & rerum eſſentias cognoſcimus: quemadmodum igitur quod ſonatiuum ſit aliquid ex ſono cognoſcimus: pari etiam paſſu quod tale ſit ex tali ſono comprehendimus. unde cum paulopoſt. inquit Ariſto. ſic neque ſine ſono acutum & graue exponens Simpl. ait non intelligit per acutum & graue ſonos ipſos ſed ſonatiua acute: uel*

passiõ apatiente ratione & non subiecto differũt,
aer iterũ dupliciter dicitur,
Aer efficit sonũ per ensem alio ipsi propinquo aere, ut fluctus fluctum reppellit,
omnes sonos discernũtur eũ actu sunt,
acutũ et grauitas in sono, sed per metaphorã a tactu,
celeritas nõ idẽ cũ acumine, nec retusio cũ grauitate,
Animata tãtũmodo sonãt uoce.
Animalia exanguia carẽt uoce et testacea cruſta nec nõ inſecta,
cicadæ sonũ quomodo fiat
Cum piſces uocẽ nõ emittãt
Acheolus seu Acheloꝰ fluuius ſtratonicæ et acarnaniæ cui dicta quo omagi aqua Acheloa nappellata,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

graui & ut conueniat cum præcedentibus.

De voce. Caput XXXI.

88 ANimal ergo uocem mittit tantum, non omne (ut dixi) neq; ab omnis corporis parte. nam & manus collisæ strepitum attollunt: ita subit quærere, qua nam parte, aut quemadmodum uox reddatur. Tria sunt per quæ non omnis modo sonus, sed uox etiam gignitur. Primum est id quod plagam infert, deinde id cui infertur, tertium id in quo hæc aguntur. Aërem sane in utroq; haberi necesse est, quanquam non eodem modo in utroq;. Nam ad uocem elidendam non omnis aër requiritur, sed solum spiritus is, quem alterno modo in anhelitu reddimus & ducimus. Huius igitur duplex officium est, quemadmodum & linguæ, quam natura ad explendam uictus necessitatem ac percipiendos sapores adhibuit, quæ actio fere omnibus animantibus data est, & ad conficiendam locutionem. quod genus non ad perseuerantiam uitæ, sed ad cultum & lauticiem institutum uidetur, & uni homini concessum: quia scilicet non nisi absolutissimis animantibus tribuendũ fuerit conceptus animi sermonis, & uerborum significatione complecti. Eodem modo ut ad se oratio redeat, geminus in respirando usus est necessarius. hic ad calorem qui intus sit refrigerandum, alter non quidem necessarius, sed ad uocem formandam inuentus gratia melioris notæ. Instrumentum anhelitus guttur est: respiramus attrahendo reddendoq; animam: per uices guttur pulmonum gratia uidetur adiunctus, quòd hanc partem animalia incessilia & sanguinea feruidiusculam obtinent, quia cordi maxime sit propinqua, ubi fons est caloris. Euentatione igitur opus est pulmonibus & cordi etiam amplius. Proinde respiratio ad uitam continendam necessaria est. Itaque aër per gurgulionem illatus adductusq; feruorem illum recentat refrigeratq;. Huius ergo aëris quẽ spirando reddimus, percussio & offensio ad arteriam, si consulto & decomposito fiat, illac qua cõmeat spiritus uox est. Loca porro & opificia quæ respirationi administrant sunt lingula ea quæ superne duobus foramẽtis & fistulis interposita est, tum arteria quæ ad pulmones pertinet. Tussis uero non est uox, quamuis ab iisdem locis, & per eadem machinamenta proueniat, quia scilicet non ex proposito accidit. Sed neque excreatio, neque concauæ manus quæ illisa sit crepitus, nec plausitatio, nec quæ alia uox temere uiceq; fortuita gutturis, aut labiarum elisu exprompta, proprie uoces sunt, quia sine cogitatione aut consilio uox missa non est uox. Nam hoc in definitione uocis omnino collocandum est, quoniam uox est sonus qui cum significatione aliqua emittitur. Significat autem uox omnis, aut naturalis affectus ægritudinem uoluptatem, cuiusmodi est uox brutorum, aut ea quæ homines constitutis rerum nominibus & receptis in consuetudinem indicant. Item alia ratione tussedo non est uox. nam tussis est ictus tantum aëris, & spiritus redditi: uox præter hoc illud habet amplius, quòd est ictus aëris ad arteriam elisi. Quod quidem hunc in modum oportet intelligi, aër in uoce redditus & prospiratus foras aërem in arteria compertum ferit, ictus ille uulnerat arteriam simili ordine, quo suprà in auditu mõstrauimus: aërem auribus inclusum aër exterior percutit, interior ictus percutit paniculam. Quàm autẽ aër is qui respirando emittitur, necessarius sit ad uocem præbendam, illud clarissimo argumento est, quòd si spiritum substineas includasq;, uocem dedere, efferre nõ possis. Quare cum uox mittenda est, adductum aërem continere oportet, atq; ita internum percutere. Et hercules qui hoc potest diu præstare perseuerantissima & longissima uoce est. Nemo autem diutissime id potest ratione ea quòd feruor ille, quem diximus, uernaculus insitusq; refrigerationem obiter multam & iugem expostulat. Vt igitur multa in pauca referamus. Vox est animantis sonus, qui de instrumentis, & meatibus, & officina spirandi attollitur: ortum habens hinc, quòd spiritus redditus percutit aërem in arteria contentum, aut ipsam arteriam, idq; ex proposito, id est, cum imaginatione aliqua, aut consilio significandi indicandiq; aliquid.

Sonus & in aere & in aqua edi potest: ut superius est dictum: cum ergo uox sonus sit: cur tantum in aere elidi potest quærit Simpl. aitque quoniam uox significatiua quidem est & secundum phantasiam: quod munus est uitæ cuiusdam perfectioris & phantasiæ distinctæ: quo fit ut opus etiam sit calidioribus elementis purioribusq; in quibus degatur: quare & cor habent animalia quæ uocem edunt & in aere degunt. Præterea etiam uox quæ inter sonos præcipua est: utpote quæ a

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uita etiam perfectiore prodeat: consonius sonat etiam in aere at qui maxime dicæbes est.

¶ De olfactu quem homo hebetissimum habeat, eoq; odorum nomina propria non haberi, sed à saporis transferri. Caput XXXII.

92 OLfactus & odor quid sit, non est æque facile demonstrare, ut quid color, quid per spicuum, quid uox, quid sonus. Quamobrem neque nomen ullum odoratus proditum est, sicut audibilibus nomen hoc sonus, uisibilibus color & lumen. Atque hoc inde accidit, quòd sensum hunc tardum & lacessitum habemus. Proinde animalia [a] plurima exquisitius quàm nos, & sagacius olfaciunt, ut ex terrestribus carnes, & ex auitio uulturii. Ac odorum [b] quidem uarietates, aut cum oblectatione, aut cum ægritudine & fastidio præsentimus: quod neque in uisu, neque in auditu contingit, quorum uterque sensus in nobis multos, hic colores, ille strepitus accipit, citra omnem commotionem uoluptatis aut doloris. Ex hoc aliqui argumentum sumunt unum sensum olfactus ad mensuram hominibus datum, quantus scilicet sufficere posset habentibus: Acrimoniam illam utpote quæ ad uitam conseruandam non admodum pertineret, tanquam superfluam desiderari collibitum. Hinc
93 fieri, ut odores cognoscerentur, non quales essent in se, sed quales peruenirent ad nos. Huic simile & consentaneum illud est, quod animalia quorũ prẽduri oculi sunt, colores quidem sentiunt utique non omnes, sed impendio terrificos duntaxat, & uoluptificos, idq; propter obesitatem & rigiditatem instrumenti. Tametsi uero neque nomina odorum, neque discrimina, neque ingenia teneamus, ex similitudine tamen saporum uocabula iis nomenclatura fœneratitia ducimus. Nul
94 læ in sapore differentiæ sunt, quæ gustum hominis lateant. Sensum hunc homines & certum & exquisitum haberemus, nam gustus tanquam tactus quidam est, tactu porrò cætera animantia superamus, quo fit, ut sapientissimum animalia dicatur homo, deprehensa animi ui ex mollitudine carnis & tenuitate cutis, quæ in nobis præcipua sit. Atque hæc temperatura uideatur, maxime ad prudentiam apta, & ad sapientiam & ad subtilitatem ingenii: quando etiam in homine si crassior callosior'ue sit cutis, hebetudinem & tarditatem ostendi: si tenuis luculentaq;, acumen & acrimoniam promitti. Vtique si naturalis sit mollicies, id est, quam tribuerit incorrupta natura, non quæ artificio, aut genere aliquo exercitamenti quæsita, causa forte illa, quòd in molli corpore primus innatusq; spiritus animæ facilius funditur, & libentius expeditiusq; discurrit. Contrà duricies & crassitudo meatus obturant oppillantq;, & quasi repagulo sunt, ne purus & liquidus transmittatur. Etenim omnibus sensibus sua cuique portio spiritus ad functionem & ministerium tributa est, quo circa fieri, ut a prima anima quasi præcisi abiunctiq; uideantur. At caro non portioni spiritus, sed spiritui uniuerso præseruit, qui se per omnia membra diffundit ac per-
95 meat. Cæterum, ut dixi, cum odoratus propriis nominibus careat, mutuariis alienisq; utitur: ita quemadmodum sapores alii dulces, alii amari habentur, ita odores alios dicimus dulces, alios amaros uocamus. Plerunque autem tum uocabula, tum res in odoratu & gustu consentiunt, ut sint pariter odor & sapor, hoc est, ut qui gustu dulcis est sapor, dulcis etiã sit odor olfactu. quod in melle cernitur. Plerunque etiam contrà, quæ odorata, non eadem gustu tenera, ut unguenta. Pariter & austerus odor & pinguis & acer dici solet, atq; omnia hæc à gustu sumuntur. [c] Cur uero de gustatis rebus statim uoluptas ægritudo'ue consequatur, quom tamen gustus homini sit absolutior & certior odoratu, neque Aristoteles docuit, neque expositores attingunt.

[a] *Non ob id sagacius cætera animalia: ait Simpl. olfacere dicuntur quoniam exactius olfatilium species diiudicent: nam id non modo in hoc verum in omni sensu impossibile est: sed nos superant quot remotius olfaciunt & hoc idem Auer. hic.*

[b] *Nõ est hic intelligendum: ait Simpl. quod suaue, tantummodo vel molestum sint olfatilia, alia enim hæc semper consequuntur: nec etiam quod vna cum aliis olfatilium differentiis molestum vel suaue discernat: non enim ea de causa sensorium despexisset tanquam non admodum exactum: nam contra id potius certitudinis esset indicium: sed id dixit Aristo. quia fortiora ea sunt: nam cum olfatus organum in nobis non sit admodum sagax ad iudicandum: passione eget & ea quidem vehementi vt ad cognitionem excitetur: quæ quidem ob uehementiam uel suauis fit uel molesta: & hoc*

olfactus & odor difficile demõstratu, nomine caret odoratus. aldo bins hominis odor,

Carnes & tuberculos egregiissime odorãt

Homines ad odoris acrimoniã citra saporis immutationem

Sensus gustus certus in homine. Hominis tactus exteras animãlia superat ideoq; sapientissimus, Ex mollicie carnis aptitudinem ad tactũ ex dura ineptitudo sequitur. Aristoteles,

Sapores dulces & amari.

animalia superant quia remotius olfaciunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eſt in cauſa cur ſine ſuaui vel moleſto: ſenſoriam enim vtpote quod tardum ſit: uehementi eget paſſione: quæ fieri nequit abſque hoc quod vel delectet vel ægre feratur: & inde etiam naſcitur quod iudicium ſincerum afferre non poteſt quia ab ipſa paſſione impeditur. nam etiam ſi ſenſus ut patiatur aliquid ſenſorium a re ſenſili egeat omnino: uehementior attamen paſsio impedit actum iudicandi. ᶜCarpitur Themᵉ a Simp. hoc in loco: qui ait quædam etiam deguſtari abſque ulla prorſus uoluptate uel ægritudine.

¶Cognitionem ſubiecti & ſubiecto oppoſiti pertinere ad eundem ſenſum. Item quot ſignificatus ſint inodori & inuiſilis & talium. Caput XXXIII.

96 Rgo quemadmodū ad auditum exaudibile & inexaudibile pertinet, & ad uiſum uiſile & inuiſile, ita ad odoratum odorum & inodorum, quia eiuſdem ſenſus ſit cognoſcere quom adeſt, & quom abeſt proprium ſenſile: ita tamen ut præſentiam per ſe, abſentiam & priuationem ex accidenti percipiat. Quod uero inodorum eſt multifarie accipitur, quemadmodum & inuiſile dicitur id quod natura inhabili eſt, ut uideri & uſurpari oculis poſſit, ut nox & ſonus: ſecundo id cuius aſpectum ægrè capimus, ut tenebre: tertio id quod oculos noſtros confutat. & quò propter nimietatem lucis repercuſſumq; dirigere, aciem autem contrà tendere difficile. Totidem ſignificatus inodori habētur. nam & illud inodorum eſt, quod natura ineptiore eſt, quàm ut olere poſſit: & id quod prætenuiter & exiliter halat: & id quod adeò tetrum uiolentumq; obolet, ut tollerari non poſſit. Eadem in guſtu & guſtabili diſtinctio recipienda eſt.

¶De intermedio ſenſus olfactus, & quemadmodum animalia odorentur, præſertim inſecta. Caput XXXIIII.

97 Anè ad odoratum, quemadmodum ad auditum & guſtum corpore aliquo inter medio opus eſt, per quod ad ſenſum odorum differentiæ conuehantur. Videntur quoque eadem elementa odoratui præſeruire, quæ uiſui & auditui, aër & aqua: nam aquatilia quoque odorari certum eſt. Et quemadmodum in uiſu perſpicuitas cōmunis quædam qualitas in aëre & in aqua cognoſcitur, ita in odoratu alia qualitas in eiſdem elementis promiſcua continetur, quam diximus dioſmon, id eſt, perolatiam ſiue perodoriam appellari. Verum hoc non admodum mirabile eſt ſimiles ſic hac parte ſenſus eſſe, illud æſtimatione & quæſtione dignius uidetur, quom inſecta odorari conſtet, ut apes quę ad quoſdam odores longinquo conueniunt aduolantq;, & fumo etiam abiguntur, indubitari ſolet, qui id poſſint. Quom enim homo & animalia habētia ſanguinem omnia odorentur, recipiendo adducendoq; ſpiritum (quod hinc probatur, quia ſi anhelitum contineant, nunquam neque longius deſita, neque prope aſcita, neque impoſita etiam naribus ſentient. Quod quidem poſtremum commune omnibus eſt, ut ſi in partes ſenſorias adigantur ſenſilia, perſentiſcere nullus ſenſus poſſit.) Cum, inquam, odorari animalia, quæ prædita ſanguine ſint, niſi attrahendo ſpiritum nequeant, controuerſiam habet quemadmodum fieri poſſit, ut inſecta quę non reſpirant, nec ſpiritum ducunt, odorari tamen manifeſtiſſime uideantur. Vnum enim modum ſentiendi, & rationem haberi quocunque ſenſu in omnibus animalibus probabile eſt: aut igitur alium ſenſum ab

99 odoratu habebunt, aut reddenda ratio & cauſa diſcriminis eſt. Certe alium ſenſum habere non poſſunt, quo odorentur, quàm odoratum. Quom enim intellectus & perceptus odoramentorū odoratus ſit, ſicut uiſilium uiſus, & exaudibilium auditus, impoſſibile eſt odores ſentire inſecta,

100 & tum bonos, tum malos internoſcere: tamen alio uti in hoc ſenſu, quàm odoratu. Iam quom perimi uideantur inſecta quarundam rerum odore, ſi uehementior uiolentior ue: aut ſi putridę fuerint, quibus uel reſpirantia ſæpenumero intereunt, ut ſulphure, ut calce, ut origani puluiſculo inſperſo, ut multorum eius generis ſuffitu, incenſuq;, negari quidem non poteſt & ineſſe ſenſum olfactus. Sed afferendum eſt, quemadmodum olfaciunt, ſi non reſpirant. Videtur itaque in ſanguineis ſenſorium odorandi diuerſum eſſe ab eo quod in inſectis ſit. Et hercules ut animalium quorundam oculi genis & palpebris utuntur, ceu uallo quodam uiſus munimentoq; prominente,

eoq;

eoq; nisi nictentur aut conniueant, cernere non possint: quorundam sunt oculi præduri, & qui hoc genere operculi & foliculi careant, proindeq; exerti inconniuiq; sint, sed statim sine diductu aliquo incidentia & occursantia contuentur: ita odoratus infectis promptus atq; expositus est, ut uisus duros oculos habentibus, unde munere eo sine naribus & olfactione funguntur, respirantibus adopertus & conditus, qui quom halamus, adaperitur panditurq; ampliatis uenarum meatuumq; itineribus. Hinc euenit, ut quæ respirant odorem in aqua, non sentiant, quoniam respirare non possunt. Quamobrem quom meatus illi in humore patefieri nequeant, summa ratio est ut urinantes in eo odorari non possint. Ergo si quis diligenti subtilitate id exigat, respiratio non est causa odorandi, neq; dehiscentia palpebrarum uidendi, sed adaperiendi meatus q odoratui obseruit, Constitutus autem odor in arido est, quemadmodum sapor in humido. Quo circa odoramenta incensa recalefactaq; fragrantiora odoratioraq; sunt. De iis autem in commentariis de sensibus. Aristoteles uberius disserit. Illuc ergo relegandi noscētes hæc sunt. Plane constat instrumentum olfactus tale potentia esse, qualis est actu res odorata: quom uero iam odoratur non potentia amplius, sed actu ipso esse.

respiratio nō est causa odorandi

odor in siccis sunt sapor in humidis.

De gustu qui exteriore intermedio careat. Item saporem in humido habere. Item quot modis ingustabile dicatur. Caput XXXV.

101 GVstabile uero quiddam tactile est, quare & gustus perinde habetur ac tactus quidam. Demonstrari etiam potest ratione, quod gustabile est sub tactile uideri cadere hunc in modum: Gustabile nihil aliud est quàm sapor. sapor omnis in humido est. humidum exploratur & deprehenditur tactu. ergo quod gustabile est pertinere ad tactum uidetur. Quapropter quom gustus sit tactus quidam, non est alieno corpore opus pro intermedio ad gustandum, id est, per quod saporum differentiæ perferantur ad gustum: quemadmodum ad uidendum perspicuo, ad audiendum olfaciendumq; aëre aut aqua, per quæ soni odoresq; apportentur. Singuli enim intermedio corpore & externo utuntur, per quod ad se omnia sensilia referantur. Neq; pars aliqua sensuum uicem intermedii potest implere, sed necesse est haberi aliud, quod sit abiunctum & separatum à sensu. Nō sic in gustu, quia neq; sic etiam in tactu, sed si quod intermedium in iis quoq; sensibus constituendum est (quod certe constituendum est, ut paulo inferius indicabitur) illud à sensu diuisum aut secretū esse non potest, sed annexum esse & partem eius oportet, atq; hoc esse carnem aut aliquid uice carnis. Propterea si in aqua fueris, sentire poteris saporem eum qui contineatur in aqua, ut urinantes assolent, qui salsuginē maris percipiunt non tactu sed gustu, neq; tamen aquam ut interē mediā sentiunt, sed ut id cui sapor ille immixtus est. Etenim quom bibimus, quāquā humor est ille quem bibimus, non tamen humorem ut intermedium gustamus, sed ut id quod aliquem saporem recipiat: non quidem eodem modo quo colores perspicuum recipit (quippe qui quāquā per id uidentur, in eo tamen misceri & confundi non possunt. neq; ab iis defluuiū aliquod decidit, quo perspicuum colorari dicatur) sed ita ut saporem temperari misceriq; cum humore oporteat, è quo sapor tanquā humori forma euadat. Qualitas enim & affectio quædam humoris sapor est, non tamen in eo quòd humor ineſt, in illo sapor. Sunt enim aliæ qualitates & affectiones humoris in eo quòd humor est, ut esse cessibilem, labilē, fluibundum & sciſſilē. At qualitas sapor est humoris non alia re, quàm quòd in humore positus constitutusq; est. Atq; illo tantummodo inesse dicit per se in humore sapor, quòd ut sapor consistat necesse sit humorē accede
102 re. Accedit autē & continet humor ubi sapor est, aut actu aut potentia. Sal quom potētia humidum sit, simul admouetur & approximat linguæ tabescit liquescitq;, quo & linguam humecta.
103 Ergo intermedium corpus quod externum alienumq; sit, in hoc sensu desyderatur. Cętera habet communia cum reliquis sensibus. Vt enim color uisile est, ita sapor gustabile. Item quemadmodum uisus perceptionem uisilis & inuisilis habet (nam tenebras oculus inuisiles iudicat) ita & gustus sensum gustabilis & inguſtabilis obtinet. Nouit enim omnis sensus priuationem sensilis sui, nec priuationem modo, sed etiam exuperantiam & excessum, quanquā hoc posterius nō sine offensione oblæsioneq; occidit. Neq; enim affectio est par, quom silentium obnoxium, & cū uiolenti ac dementes strepitus afferuntur. Silentium quom percipitur nihil lacessit: graues & exuperantes soni officiunt sensui, & plerique exitium & abolitionē important. Nam excessus sensi-

gustus quatiquid dicitur, gustabile ad tactum pertinere demonstrat, gustus nō indiget in ore optimo esse præter gustum et tactum

nō quia humor est ideo in eo sapor sed e conuerso, humoris qualitates sapor qualitas humoris quia in eo est, salsa potentia humida,

exuperātia aūt excessus corrumpit sensum unde ppositio amara q nimis excellens sensibile corrumpit sensum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lium immodici quasi nõ sensiles euadunt, quia impatibiles sunt, nec eorum substineri uis potest. eò fit ut non modo exilis & perexiguus strepitus exaudiri non possit, sed nec præmagnus & insolens. Præterea triplex inguſtabile est: primum id quod fatuum insipidumq; est, ut lapis: alterum id cui permultus sapor inest, & gustũ offendens, ut ea quæ impendio acida, acria, austeraq; sunt: tertium genus est eorum, quæ natura idonea ad saporem non sunt, ut uox & aër. Ad hoc exempli & inuisile & inexaudibile trifariam dicitur. Gustabilium itaq; initium humor est, utpote qui pro materia sit sapori: materia porro initium sui generis & ipsa est. Gustabile uero alterum poculentum, id uidelicet, quod quom humectum sit, saporem plus minus naturalem salutaremq; animantibus præfert: alterum impoculentum, id scilicet, quod oblędit & perniciem gustui adducit. Primum igitur oportet rem haberi succulentam & gustabilem, item quę succum & saporem sortita sit, tum deinde poculentam & teneram sorbitui. Sane poculentum cõmune tactui & gustui est: nam omne poculentum humorem saporemq; habet, qua humidum est, ad tactum pertinet: qua saporem habet, ad gustum. Si igitur mediocritatem aut temperamentum excedit, quatenus gustabile est dissoluit, collabefactat gustum si quatenus tactile animal uniuersum.

Quot sint gustabilia, & quod instrumentum gustus, & quale item differentiæ saporum, & genera. Caput XXXVI.

104 QVom igitur quod gustabile est, sedem in humore possideat, necesse est machinamentum & optimum quo utitur anima ad gustandum, neq; humidum actu esse neq; tale ut humescere & diffundi possit. Nam gustus à gustabili patitur qua gustabile est. Oportet igitur sensorium hoc quòd humidum sit, potentia mox humefieri & mollescere actu, modo seruetur atque incolume habeatur. Atq; hoc argumẽto illo patuerit, quòd quom aridiuscula nobis & siticulosior lingua est, gustare nõ possumus: sicut neq; quom præmadidam & admodum dilutam habemus. Quod genus facile in ægrotantibus cernitur. Illi quòd offusum linguę humorem habent, tanquam solum eum & primũ agnoscunt, reliquos sapores admotos ægre diiudicant. eo fit sæpenumero, ut subamara omnia febrientibus uideantur, quom linguæ sapor is à bile sellæue hæserit. Nam & si ferrum, aut uehementẽ saporem ori primũ admoueris, mox subinde aliam addideris, differentiam nõ adæquè percipies, quia scilicet offectio prioris intellectũ posteriori nõ præstat. Saporum autem genera fere ut in coloribus notantur describunturq;, simplices alii, ut dulcis amarusq;. atq; ii inter se contrarii sunt. Consequitur dulcem pinguis, amarum salsus. In meditullio habentur, acer, austerus, suauis, acutus, acerbus, acidus. Atq; hæ differentiæ saporũ uidentur. Sed testemur breui cõplexione quę hactenus nobis effecta sunt, id quod in sensibus, item reliquis fecimus. Sensorium gustandi tale potentia est, quale gustabile. Gustabile est id quod tale reddit actu sensoriũ, quale ipsum est sensile.

De tactu quæstio an sit unus, solutio non esse unum. Item carnem non esse sensorium tactus, sed intermedium & operimentum sensorij. Caput XXXVII.

106 DE tactu duo sunt quærenda, primum unus sit an plures. alterum quodnam sensus huius sensorium constituendum sit, utrum caro, aut simile aliquid atq; æmulum carni in his quæ carent carne: an caro non sit ipsa sensorium, sed potius intermedium quoddam, aliud uero interius secretarium habeatur, quod pro instrumento & machinamento sit tactui. Plane tactum non posse unum sensum intelligi uidetur illud ostendere, quòd sensus hic una contrarietate non est contentus, ut sensus reliqui uisus candoris & nigritiæ & mediorum, gustus dulcoris & amaritiæ. In tactu multæ contrariorum coniuges copulæ sunt, atque omnes extremæ & citra medium, quoniam in singulis earum mediæ qualitates aliæ collocantur. Extremæ sunt, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, grauitas, leuitas, mollicies, duricies, asperitas, leuor: mediæ inter has plurimæ. Verum quæstionis huius quanquam non proba nec seria, tamen phalerata & uerisimilis uideri solutio possit, si dicamus, in reliquis etiam sensibus plures contrarietates cerni, ut in uoce non modo acutum graue, sed exile magnum, sed asperum & leue, sed durum & flexibile: sed fuscum & candidum reperiri: totidem esse & colorum discrimina. Sed ut sum præfatus, defensio hæc non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours


satisfacit. Primum magnitudo atque exilitas communia sunt sensibus omnibus, & per se etiam à singulis cognoscuntur. Leuitas item & asperitas, aut translatæ de tactilibus sunt, aut ad figuram referuntur, si modo figuram ullam uoci esse putandum est. Quod certe putari potest propter aërem, qui in uoce elidenda percutitur. Figura uero inter sensilia communia numeratur. * Non idem potest dici de calore, de frigore, de leuore, asperitate, leuitate, grauitate, quippe quæ omnia priuatim subiecta sunt tactui, nec sic ullum ex iis quod pertinere ad reliquos sensus possit, ergo stat scrupulus, quodnam genus aut quæ natura sub sensum hunc cadat, etiam utrum natura una an plures: neque enim promptum est aliquod nomen, quale in auditu sonus, in uisu color, in gustu sapor. Hoc igitur nobis quærendum addubitandumq; est, utrum uero sensorium tactus subtus carnem cutemq; sit, an ipsa potius caro. Certe experimentum illud quod afferri solet, nihil huc facit, quòd statim atque contacta caro est, persentiscere uideamur, quando etiam si membrana lanaue aut lienteolo tenuissimo carnem inuoluas, nihilosequius idem sequitur, ut simulatque attigerit aliquis, sentias calorem & frigus, & cæteras eius generis qualitates: & tamen dubitari non potest membranam esse sensorium tactus, etiam si cum corpore coalescat: quod de Hercule fabulis proditur in tunica, quam Deianira ei sanguine Centauri tinctam induerit, & quæ inhæserit uisceribus. Nimirum nihil hoc magis sensus uiguerit, immo impedimentum potius membranula obducta attulerit. Quamobrem caro non sensorium, sed protegmen siue operimentum uidetur iniectum & circundatum interioribus sensoriis tactus, quę plura sint, & singulis paribus contrariorum sua respondeant. Nam quemadmodum si aër ita nos ambiret, ut congenitus iunctus atque applicitus undique haberetur, uideri possemus uno eodemq; instrumento sentire sonos, colores, odores: eoq; uno sensu uidere, audire, olfacere, propterea quòd sensoria interstingui & discerni non possent, sed eodem corpore instrumentoq; simul & colores cerni, & strepitus exaudiri, & odores olfieri oporteret. Nunc quòd instrumenta extrinsecus habentur, & apertissimis discriminibus euariant ea, per quæ uidentur sensus impelli, manifestius est, quàm ut cadere controuersia possit, plura & uniuersa esse machinamenta, quæ illis sensibus delegata mandataq; sint. Ita in tactu, quia obscurum est, unum caro an plura sint instrumenta eius, dubitare quidem contingit, ut dixi, sed tamen nihil prohibet plura sensoria eius intelligi. Carnem uero tum uniuersam quæ in uisceribus contineatur, tum ea, quę extrinsecus uisitetur operculi & uelaminis loco sensoriis illis obductam haberi. Nec enim aërem id esse, aut aquam oportuit, quia corpus animantum, quod firmum esse & solidum necesse est, quodq; ortus & occasus particeps est, ex illis elementis seorsum conciliari non potest. Itaque relinquitur, ut mixtum esse è terra, & reliquis elementis oporteat, quale caro esse debet, aut aliquid quod uicem carnis ad proportionem haberi natura statuerit. Quod siquis animalia esse aërea uel ignea crederet, utique in iis difficile fuerit, tum quinque sensus, tum instrumenta, quibus singuli uterentur, agnoscere. Sed rationem hanc quemadmodum ducatur attende. Si sensus omnis per medium aliquod in actum prodibit, prodibit & tactus. Inter tactile uero & tactum nihil esse medium præter corpus potest. Corpus igitur hoc quo medio tactilia percipiuntur à tactu, uidetur ab aqua & aëre differre, quæ cæteris sensibus media sunt, quòd aër & aqua à tribus sensibus sunt abiuncta diremptaq; : corpus id quod præseruit tactui, ab eo separatum esse non potest, sed cohærere & congenitum esse & innexum oportet. At uero ratio ea qua probare quispiam conaretur uno sensu tactum includi, propterea quòd caro una sit, per quam tactilia omnia comprehendantur à tactu, euertitur argumento linguæ, quæ certa sui parte, & tactilium & saporum perceptionem habet. Nam si animal cætera quoq; carne passim & gustaret & tangeret, necesse esset unum sensus putare gustum & tactum: nunc duo sunt, quia instrumentorum usus non reciprocant. Quamuis enim sensorium gustus intellectum tactilium habeat, non tamen commeat, ut tactus quoq; ius habeat in sapores.

109 110 111 112

* *Has contrarietates non eo modo intelligit Simpl. Plutarchum insequens quo Them. & Alexan. ut sint sensilia communia: sed ueluti quasdam proprietates peculiariter somnum concomitantes: & alia etiam sensilia simili proportione.*

¶ *Vtrum duo corpora solida de concursu se inuicem tangant: & in quo differat, aut non differat gustus & tactus à reliquis sensibus.* Caput XXXVIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



duo corpora nō possunt tangi si aliud medium corpus interpositū sit

113 IN eo quoq; insueuit ambigi, quòd quom omne corpus altitudinem habeat, atq; hæc è tribus una dimensio sit: quomq; ea corpora inter quæ corpus alterum iniacet, mutuo tangere se non possint, quòd ea solum se inuicem tangunt, quorum extrema & ora sunt simul: superq; manifestum sit udis corporibus semper humorem aliquem circumfundi & adhærescere, nō uidetur fieri posse, ut duo solida corpora de concursu in aqua se tangant, alioquin aut resiccata erunt extrema (quod quidem in humore non potest contingere) aut si aquam intercedere fatearis, hiare aliquid inter margines oportebit, nec constabit attactus. Quare neque hamus, cui hæserit piscis, neque piscis piscem tangere poterit: neque interest, quam exiguum pauxillumq; sit quod interponitur. Eadem quæstio in iis corporibus est, quę se extra aquam tangere inuicem creduntur, quom omnia ea interfitus aër diuellat. Sed hoc nobis obscurius in humore est, propterea quòd aër minorem sensum inuehit, quàm aqua. Cæterum [a] quanquam uera hæc uidentur, tamen præteritur aliquid quod minime conniuendum aut dissimulandum Aristoteli fuit. Quom enim aquam aut aërem tangant, quæ in aqua, aut in aëre sunt, profecto hæc non alio medio præterea aquam, aut aërem tangent, sed cum his protinus concurrent, nihil ut possit magnum paruum'ue intercidere. Verum [b] hoc
114 non id erat, quod initio uolebamus. Illud ergo agitabatur, esset ne caro tactilium rerum pars sensaria, quemadmodum uisilium pupilla: an uero instrumentum haberetur interius, caro autem inter instrumentum & tactilia interiaceret ut media. Videtur enim maxime postulare ratio, ut simile in tactu, atque in reliquis sensibus statuatur. Proinde absurda res sit tactum aut gustum sensilia non per medium, sed ipso se tangere. Differre porrò à cæteris sensibus tactum & gustum (si modo differunt) quòd intermedia remotiora aliis, iunctiora his duobus propioraq; sint. Alios per amplius spatium, hos per breuius allici agitariq;, eo fit, ut intermedium in his latentius uideatur, non modo quia paruum breueq; est, sed etiam quia congenitum atque coalitum. Neque mirum sit, quòd animal ipsum tangere dicitur, quom ipsum tamen non tangat res nec tactus eius, sed medium illud per quod tactus impellitur icituriq;. Certe pluribus modis tactus accipitur. primum ad omnes magnitudines, siue corporeæ, siue incorporeæ sint, communiter pertinet, quando & lineæ circulos tangere, & circuli circulos dicuntur. Dicuntur & sensilia sensum tangere, quotiens ita imminent sensui, ut extrema sint simul. In ipso autem sensu tactus tunc demum dicuntur sensilia sensum attingere, quom percipiuntur à tactu. Quo fit, ut in cæteris sensibus nihil intermedium possit esse quom tangunt: in tactu uero quia tangere, ut dixi, in eo non est coniungi, sed percipere & sentire, nihil prohibeat quin aliquid intermedium sit. Sanè intermedium hoc incognobile inperspectumq; nobis est. perinde ac si in aqua tactus existeret, in qua tametsi madescentibus nobis humor quoquo uersus hæsisset, isq; in omni contrectatione medius haberetur, haud facile tamen animaduerti nobis id posset. quod & nunc contingit, quom in aëre ambiente nos tangimus, quanquam id præ tenuitate aëris perparum euidens est. Idem fit, si per linteum aut carbasinam, quæ nos lateret, tactilia sentiremus. Quamobrem quemadmodum uidemur in aqua tangere, & tamen quod interpollat, aut ignoramus, aut non aduertimus, ita forte in primo tactu dicendum. Primum tactum appello sensorium, quod interius occulitur, quodq; per medium illud tangit, quod nobis incognitum inexplora-
115 tumq; est, uel eo magis quo propinquius & confinius sensorio continetur. Ergo etiam medium aliquod probādum & afferendū in tactu est. Neq; hoc gustus & tactus à reliquis sensibus discrepat, sed eo potius quòd quom in uisu, auditu, olfactu, non id quod medium est alteretur, sed per id quod medium est, organa sentiendi, sensusq; alterentur. Nam alterari hoc loco quemadmodum accipiamus, de superioribus patet. In tactu & medium & sensus simul alterantur, patiunturq;: frigescit enim & calescit caro, quemadmodum'que clypeum qui percutit, simul & clypeum, & gerulum percutit, ita idem tactile carnem & tactum simul lacessit. At perspicuum non alteratur, neque enim albescit aut nigrescit: aër quoque incluſus & intestus in auribus, ne-
116 que acutus, neque grauis à strepitu redditur. Ergo inter se sensus isti non distant ea re, quòd medio alteri utamur, alteri non utamur, sed quod medium alio genere, uisui, auditui, olfactui administret, alio gustui & tactui obseruiat. Videtur quidem caro eo modo ad tactum & gustum se habere, [c] quo aqua & aër ad uisum & auditum. Atque hoc in hunc modum contemplare. Si rem candidam superposueris pupillæ, aut si aëri connexo & congenito auribus admoueris strepitum, aut si meatibus narium odoramentum indideris, nulla perceptio conse-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quetur: at si tactilia carni adiunxeris, consequetur. Ergo clarum est primum sensorium contingibilium carnem esse non posse, quia si esset, idem statuere quod in cæteris sensibus oporteret. Cæterum instrumentum intus abditur, caro pro intermedio est.

[a] *Videtur Them. Aristo. carpere hic & ipse ab Auer. carpitur: cæterisque.*

[b] *Videtur Them. intelligere dubitationē hanc quod ab Arist. quasi ex incidenti & extra propositum sit inducta. verum Phil. ait ob id Arist. eam adduxisse: vt tertio etiam ex ipsa ostenderetur carnem potius rationem medij quā sensorij obtinere: sed Simp. eo fine vt declararet: quænam esset differentia inter tactum & cæteros tres sensus quandocunq; etiam supponeretur inter tangens & tactile intercedere corpus extrarium medium: vt quando corpora solida in aqua se tangunt.*

[c] *Non attamen credendum est. ait Simpl. carnem ea propter omnino sensu carere sicuti caret aqua: neque enim hac ratione sunt similia: sed qua ratione & ipsa est id per quod ad primum sensiterium deuehuntur species rerum tactilium.*

¶ *Epilogus eorum quę de tactu dicta sunt, hoc est, tactum intermedio vti. Item tactum multos sensus esse.* Caput XXXIX.

SEd uti Aristotelem hac quoque parte sequamur, imitemurq;, qui locum hunc ferè ambitiosiuscule executus & cōplexus uidetur, recensebimus breui summa quasi decursu per capita, quæ hactenus de uno hoc sensu confecimus. Sensus omnes aliquo intermedio ad functionem suam utuntur, ergo & tactus utetur. Nihil inter tactum & tactilia medium uisitur præter carnem. Hæc igitur uicem medij exhibet. Si per aquam, si per linteum, si per inam, si per membranulam tangeremus, media nos lateret: nihil igitur mirum, si caro quoque, quæ media est uidetur latere, præsertim tanto coniunctior reliquis sensibus. Si res sensilis instrumento imposita fuerit, nihil sentimus tactu, si carni imposueris tactile protinus sentias: non est igitur instrumentum tactus caro grauitatem & leuitatem non tangendo, sed quadam interiore ui sentimus, ergo & cæteras contrarietates interioribus uiribus singulę singulis sentiuntur: etiamsi per carnem intellectum illorum assequimur. Atque hoc ab Aristotele dictum non est. Hactenus rationes illas & confectaria repetiuimus, quibus probatur tactum intermedio uti: quemadmodum uero tactus plures sensus sit, sequentes ostēdunt. Sensus unus circa unum par contrariorum obit, tactus circa plura uersatur, ergo tactus non potest sensus unus intelligi. Vt enim uisus auditusq; tametsi duo sensus sunt, per unum tamen & idem medium mouentur, ita nihil obstat, quin tactus possit in tot sensus fundi, quot contrarietates habentur, & tamen plures illi sensus medio uno, id est, carne ad sentiendum utantur. Præterea in eadem parte linguè inest gustus & tactus, atque ita uno loculamento plures uno continentur sensus: nihil igitur uetat, quin idem possit uniuersa in carne contingere, ut quanquam singulis eius particulis omnia tactilia sentiuntur, tamen sensus percipiendis iis multiplices habeantur. Si quod igitur animal ex aëre formaretur, quamuis in eo uisus ab auditu non distaret, propterea quòd toto se & uideret & audiret, tamen ex argumento sensilium, quæ apertissime dissiderent, negari non posset duos in eo sensus esse, quorum alter differentias colorum, alter sonorum & uocum uarietates exciperet. Pari pacto cum animal corpulentum sit, quamuis unus esse tactus simplexq; uideatur, propterea quòd carne tota res contingibiles sentiuntur, non tamen reuera unus est, sed quot paria contrariorum & copulæ.

¶ *Contra Alexandrum qui putauerit carnem esse sensorium tactus.* Caput XL.

AM soluere quòd Alexander in carne solus uidit, non impendio arduum est. Si caro, inquit, non sit sensorium tactus, quidnam afferri aliud poterit, quando necesse omnino sedem sensariam tactui descriptam & certam haberi, quemadmodū orbes sinusq; uisui adiunguntur, auriculę auditui prominent, lingua gustui delegatur, nares olfactui seruiunt. Sed meminerit Aristoteles sensorium tactus cordi mādasse. Deinde alia uia occurrit. Si communem, inquit, rationem uicissim sensus ineunt, quemadmo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



dum quæ media & internuntia reliquis ſenſibus ſunt, ipſa non ſentiunt, ita par ſit, ut caro nõ ſen tiat, quæ tactui pro medio eſſe ſtatuitur. Sed ad hoc audiat Ariſtotelem dicentem animal non carne, ſed ſimul cum carne ſentire. Præterea nec ſimilitudo inter carnem, & cæterorum ſenſuum media, qua ille nos urget, in fidem recipi poteſt, quòd hęc innata coniunctaq; habeantur, illa prorſus externa ſeparataq; ſint. Eſt & in eo nonnulla diuerſitas, quòd eadem corporis pars à pluribus ſimul poteſt attingi, eundem colorem tueri, eundem ſtrepitum audire, decem ſimul, atque adeò innumerabiles poſſunt, ut in cuneis theatrisq;. Atque hæc in dubium reuocaſſe hactenus atque obiter diluiſſe non fuerit inutile.

¶ *Senſum tactus maxime corpulentum videri. Item tactum mediocritatem eſſe & quoddam alio modo quam ſenſus cæteri.* Caput XLI.

117 PLane tactus ſenſuum omnium maxime corpulentus eſt, nam & ſubiectę huic ſenſui res naturam corporis maxime referunt, & differentiæ corporis ſunt, qua corpus eſt, non qua animatum uiuumq;. Calor enim & frigus, item humor & ſiccitas elementis primis peculiares & proprie qualitates ſunt, de quibus accurate in libris de generatione & corruptione perſcripſimus. Senſorium porrò tactilium, & in quo primo tactus ineſt honore præſtito uocare tactorium poſſumus, ut auditorium, uiſorium, olfactorium. Scire etiam illud debemus partem eam, in qua prima tangendi conſtituta uis eſt, talem eſſe potentia oportere, qualia ſunt quæ tanguntur. Erit igitur tactus potentia calidus, potentia frigidus, & cætera ſimili ratione. Quapropter iure dictũ eſt ſenſorium hoc ualide craſ-
118 ſum & corpulentum eſſe. Cæterum ſuperius declaratum in commune eſt, animalia quodammodo & genere pati dum ſentiunt. dictum eſt etiam id quod patitur, partim ſimile agenti eſſe, partim abſimile, quòd neceſſe eſt, quom cœperit pati abſimile ſit, quom deſierit, ſimile euadat. Ex hoc ſequitur ſenſorium tactus non ſentire, quæ æque calida, æque algida, æque leuia, æque aſpera incidant. Nec illud interius modo, ſed ne medium quoque ipſum quod eſſe diximus carnem, ſed ſolas redundantias & defectus eſſe, quæ ſentiantur, quaſi ſenſus is mediocritas extremorum ſit. Mediocritatem uero non eo modo acceperim, quo uirtutes ſolemus mediocritates uitiorum uocare. nam uirtutes, quòd in meditullio uitiorum ſunt ſitæ, quodq; ab iis pari utrinque intercapedine circumſiſtuntur, mediocritates appellantur, & ſunt. Non hoc in tactu mediocritas eſt,
119 ſed eo quòd id, quod in medio eſt, ſeu quod medium eſt, utrunq; extremum potentia continet, Iam in hoc quoque tactus à cæteris ſenſibus diſſidet, quòd non eodem iure medietas eſt, quo illi cenſentur. Nam & id in quo primum facultas uiſibilis continentur, expers eſſe omnis coloris debet, & id in quo uis audiendi primum ineſt, uacare omni ſtrepitu oportet. Ac ſactus ab omni qualitate abſolutus nunquam eſt. nam ſenſorium in quo uis tangendi habetur, eſt corpus. nullum corpus eſt, cui aliqua è tactilibus qualitas annexa & adiuncta non ſit. Ita conſtat alio modo tactũ, alio cæteros ſenſus mediocritates eſſe: ac illos quidem idcirco, quòd nihil omnino earum rerum, quas recepturi ſint, continent, tactum ideo quòd remiſſas & medias qualitates ſumit, non calorem aut frigus, ſed teporem: nec mollitiem aut duritiem, ſed quod inter has ambigit. Porrò mediæ qualitates tanquam iudices extremarum habentur. Proinde utram extremarum tactus accipiat, neceſſe eſt ad eam ex mediocritate ſe referat, ab utraque autem patitur, non quatenus ſimi-
120 lis eſt, ſed quatenus diſſimilis. Præterea quemadmodum ad uiſum uiſilia & inuiſilia, & uniuerſum priuationes ad ſenſus, ita ad tactum contingibilia & incontingibilia pertinent. Planè incontingibile dici poteſt, non ſolum id quod tenuem & imbecillem uim obtinet ad ciendum & lacerſendum tactum, ſed etiam id quod exceſſu infeſtius eſt & corrumpit, ut quæ uehementer calent aut algent.

¶ *Communia ſenſuum, hoc eſt ſenſum recipere res ſenſiles citra materiam. Item ſenſum non proprie pati. Item exuperantias ſenſilium omnibus officere ſenſibus.* Caput XLII.

121 In libello de ſenſu & ſenſili PRæterea quemadmodum ad uiſum uiſilia & inuiſilia, & uniuerſum priuationes ad ſenſus, ita ad tactum contingibilia & incontingibilia pertinent. Planè incontingibile dici poteſt, non ſolum id quod tenuem & imbecillem uim obtinet ad ciendum & lacerſendum tactum, ſed etiam id quod exceſſu infeſtius eſt & corrumpit, ut quæ uehementer calent aut algent.

Oſtquam de ſingulis ſenſibus generatim & breuiter executi ſumus (Eſt enim locus alius ad explicationem ſenſuum uberiorem & exquiſitionem nobis ſeruatus)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

reliquum eſt ut in cõmune de omnibus diſſeratur. Senſus omnis formas & ſpecies haurit citra materiam. Sicut enim cera ſine auro aut ære ſymbolum excipit (excipit autem ſigillum & imaginem auram, non tamen quatenus aurea) ita oculus colorem, & aures ſonum, ſimiliter guſtus & olfactus ſua ſenſilia, quamuis hoc in guſtu & odoratu incertius eſſe & incõſpectius uideatur.

122 Quom ergo ad ſenſus qualitates abiunctę materia & ſubiecto perueniant, neceſſe eſt ſenſus à ſenſilibus pati dicantur, atque hæc paſſio longe abeſt ab ea, quæ in animis & carentibus ſenſu corporibus propria eſt. Patiuntur quidem ſenſus (ut dixi) ſed ita ut forma rei percieat impellatq; inſtrumentum, materia ſorinſecus ſedeat: at corpora quom franguntur, ceduntur, cremantur, non niſi ingreſſu & acceſſu materiæ patiuntur. Cædit enim non acies ſola aut mucro, ſed gladius, id eſt acies ipſa cum ferro: item deurit ignis, non forma ignis ſpecies ue. Quamobrem iſthæc propria preſſaq; paſſio eſt, quia in mutationem & conuerſionem aliquam decumbit: immò uero quod ſic patitur, ſimulac paſſio finem accipit, in materiam agentis tranſit, uerbi gratia: Quod incenditur incendentis, quod frangitur confringentis, quod cæditur incidentis. Senſus non poſſunt materiæ ſenſilium effici. Non enim albet aut nigrat, aut opacatur uiſus, neque exacuitur aut grauescit auditus, ſed quod diximus ſæpe, & ſæpe dicemus, ſpecies rerum & ratio concipitur. Quo fit ut paſſio hęc nõ in conuerſionem mutationemue, ſed in cognitionem & iudicium deſinat. Nulla enim materia de forma ſibi accidente hærenteq; iudicium ferre poteſt, quia materia ſuopte ingenio inſipiens brutá irrationabiliſq; eſt, ratio uero rum de aliis iudicat, tum ratione & forma rationem & formam apprehendit. Senſus autem ſpecies & ratio ea eſt, quæ ſedem in primo ſentiendi inſtrumento habet. nã ſenſus nihil aliud eſt quàm facultas & forma primi ſenſorii, quamuis q; ſenſus & primum ſenſorium ſubiecto non diſtant (quemadmodum nulla forma ſubiecto diſtat ab eo in quod ipſa recipitur) tamen diuerſa ſenſorio & ſenſui eſſentia eſt: nam ſenſorium mágnitudo eſt atque corpus, ſenſus uero forma & ratio corporis. Conſtat autem ex iis quæ hactenus

123 commemorata nobis ſunt, exuperantiam ſenſilis efficere, atque adeo pernitiem afferre ſenſorio. nam ſi uis maior ingruat quàm ut ſubſtineri à ſenſu poſſit, neceſſarium eſt eius partis interitum ſequi, quia temperamentum & ratio ſoluitur diſſuiturq;. Nihil enim aliud temperamentum & ratio eſt, quàm menſurata quædam & modificata medietas. Omne uero moderatum ab immoderato diſſoluitur, ut modulatio in fidibus atque cantu, ſi chordæ uocesq; aut ualidius obgraue ſcant, aut impenſius exuibriſſent, quàm intentionis & concentus ratio poſtulat, protinus diſſidere incipit, mox & conſpiratio tota confunditur. Atque hæc quemadmodum eueniat, ex iis quæ diximus, probe arbitror liquere.

¶ *Plantas expertes ſenſus eſſe, & ratio quamobrem ſint expertes, licet ſint compotes animæ.* Caput XLIII.

124 Sed ne illud quoq; ignorari exiſtimo, cur non ſentiant plantæ, tametſi partem animæ ſortiantur, & momenta tactilium qualitatum agnoſcant, caleſcunt, frigeſcunt, humeſcunt, ſicceſcũt. Plane nõ uideo qui dubitari in uno eo poſſit, an uideant, audiant, odorentur, an uero tangendo ſentiant ea quæ tangunt: fortaſſe hoc controuerſiam nonnullam habuerit, eoq; apertiſſime ab iis quæ tangunt immutari uidentur & perpeti, an patiuntur quidem illæ, ſed non ita ut formam & rationem ſolam accipiant. Nec enim ea natura frutices ſunt, ut ſpecies qualitatum materia abiunctas, id eſt nuda & mera ſimulachra earum concipere poſſint, quandoquidem nulla pars plantæ, nedum tota planta naturam obtinet qualitatibus temperatam, ut animalium carnes, & quod in aliquibus ad proportionem carnis eſt, ſed ſemper inæquabilem ſubſultantemq;, id eſt in alterum extremum propenſam. Nam & animalium quæ ab hac mediocritate plus recidunt, deterius & exilius ſentiunt. Patiuntur ergo plantæ materia agentium ſubeunte, humeſcunt enim humore ſuccedente, frigeſcunt inſinuante ſe frigore. Materiam igitur oportet intra ea quæ nutriuntur, inferri, non intra ea quæ ſentiunt, quatenus ſentiunt. Sed materia foris relinquitur, forma intro admittitur. Iam ſi ſenſum haberent fata, temere eum fruſtraq; habuiſſent, quom nec ſalutaria & utila perſequi poſſint, nec uitare contraria, quod tamen animalibus tributum eſt. At plantis negatum, quia immotæ loco & affixæ radicibus ſunt, natura porro nihil incaſſum aut temere uiceq; fortuita ſuſcipit. Quòd ſi enim plantæ conuenientem ſuccum hauriunt è terra, id non agnitione aut iudicio aliquo ſa-

Sensus a sensilibus patiuntur secundũ abstracti nẽ amateria,

Corpora inanimata patiũt ab ipsa materia,

materia insipiés bruta ferat rationabilis,

Sensus sensor est in omni essentia,

Temperamẽtũ mensurata quædam mediocritas est,

Planta nõ obtinet nãm tẽperatam qualitatibꝰ, Carnes & similia obtinẽt nãq; tẽperatũ qualitatibꝰ.

Planta carẽt sensu quia patiũt ab ipsa materia tm̃ sinuante se frigoras, vitare cõtraria aũ aliqꝰ tributum ex utilia persequi, Natura tantũ est implatis non Judicium,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

natura ipsa alimenti ... bonū ... malum repellit in nutritione animalium

ciunt, sed natura, id quod uel in nutritione animalium cernitur. In iis enim natura ipsa est quæ alimentum bonum scisſit, & malum repellit, idq; nec uigilantibus nec sentientibus iis quæ alescunt. Igitur neque instrumentum sentiendi ullum plantis datum est, neque communis ille sensibus omnibus uitalis & penetrabilis spiritus.

¶ Non sentire omnia quæ recipiant sensile. Item repetitur earnem non esse suum sensorium tactu. Caput XLIIII.

125 126 ILlud etiam generaliter aliquis quærat, fieri possit, ut quod natura non uidet, non audit, non olfacit, tamen à colore, ab odore, à sono aliquid patiantur? At hoc ita solet uitur: Ab exaudibili qua exaudibile est, pati non potest, quòd uim exaudiendi nō habet. Nam lapides qui strepitu maiore dissiliunt, & frutices qui tonitribus euellūtur, non uidentur hoc pati à sono qua exaudibilis est, sed eò quòd in aëre æditur: qui uehementius percussus ictusq; quocunq; illo impetu ingruit, cládem importat, sternit & quatit. Nam uestes quotiens salsugine aut aspergine alia situm aut aliud uitii contrahunt, nō sapor id tanquam gustabilis facit, sed tanquam ea qualitas quæ naturam corrumpendi putrefaciendiq; habeat. Quamuis uero afficiatur aër à strepitu, afficiatur odoribus, non tamen audit, sed 127 constrepit: nec odoratur, sed deolet. Eodem modo aquæ saporibus, & aliis sensilibus confunduntur, nec tamen propterea sentiunt. Quamuis autem corpora fluxa interminataq; maxime opportuna iniuriæ passioniq; sint, non tamen plagas quas concipiunt etiam possunt sentire, quia sensus passione hac non consistit, sed forma sola (ut dixi) sine materia percutit, eaq; aliquandiu etiam post impressionem & abiuncto sensili retinetur. Semper enim id quod proprie patitur, ut sæpe cōmonuimus, materia agentis euadit, id est in materiam agentis commigrat, quia quom calefit, frigefit, siccefit, humefit, motus & passio hæc non in cognitionem, sed in conuersionem & immutationem finit. Atque hæc quoque ratio reuincit carnem instrumentum tactus esse non posse; quoniam qualitates cum materia recipit more quo solet in anima. Nemo enim est cui hæc sæpe non incaluerit, humuerit, frixerit. itaque & hæc materia qualitatum efficitur, quod in cæteris instrumentis non contingit. Pupilla non albescit, aër qui in adiutorio est, nec acutus nec grauis redditur: ita caro sensorium esse tactus nō potest, quom nec formam, nec rationem nudam excipiat, sed materiam quoque induat agentis. Enimuero id quod iudicio cognitioneq; prēditum est, ab ea re de qua iudicat, hoc genus pati non potest.

FINIS LIBRI SECVNDI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII DE ANIMA,

LIBER TERTIVS, HER.

MOLAO BARBARO

INTERPRETE.

¶ *Omnes quinque ſenſus animalibus perfectis tribui, nec plures haberi.* Caput I.

128 SVnt ſanè ſenſus qui[a] plurimi habeantur, & ſupra quos nullum ad eſſe alium ſui generis nouerimus numero quinque, uiſus, auditus, olfactus, guſtus, tactus, quod ex iis quæ ſequuntur, facile demonſtratur. Tametſi enim ſupra quæſuimus, eſſent ne plures poteſtates & uires in tactu, propterea quòd plura eſſe ſubiecta uni ei ſenſui uidebantur, nõ tamen *id* eo ualet, ut ſenſus aliquis prætermiſſus à nobis credatur. Nam quanquam plura ſunt quę tangantur, & contrarietates itidem plures, nulla tamen illarum eſt quę ambitum ſenſus huius effugiat. Nempe grauia & leuia, quamuis non protinus, nec occurſu primo, nec eo modo tangantur quo calida, frigida, humida, non tamen ſe ſubducunt nec euadunt quin percipiantur à tactu. Ineſt enim quędam uis & facultas in nobis diſcernendi librandiq; ponderis: eò nunc quærimus non utrum poteſtas ea inter tactorias collocanda habendaq; ſit, ſed utrum qualitas aliqua corporum habeatur, quę à nobis cõprehendi non poſſit. Et hercules uidetur nulla. Omnium earum iudicium habemus & ſenſum.

129 Proinde ſi ſenſu aliquo deficeremur, neceſſario nobis & inſtrumentum deeſſet. Ac omne quidem inſtrumentum ſentiendi corpus eſt. Corpus omne uno aut pluribus elementis conſtat. ex

130 inſtrumentis item alia in nobis ſimplicia & ſui generis ſunt, alia ambigunt. Pupilla ex humore, auditus ex aëre, olfactus in ancipiti ex alterutro: nam aquatilium odoratus ex aqua, cæterorum ex aëre, nullum quod ex igni aut terra conditum ſit. Ex igne propterea, quòd omnibus inſtrumentis eſt additus, quia ſingulis ſenſibus portio ſua caloris obtigit. Nec poteſt animal parte ulla ſine calore naturali ſentire. Ex terra[b] ideo, quòd elementum id craſſiſſimum & ad cognitionem ineptiſſimum uidebatur. Quam ob cauſam membra ea quæ terratiora ſunt, ut oſſa, ut ungues, ut pili, bruta quoque & priuata ſenſu habentur. Sed tamen terra copioſior & dominantior in tactu, quàm ut cæteris ſenſibus eſt. Ergo (ut dixi) nullum nobis ſenſorium deficit, ex iis quæ ſimplicibus conſtant. Sed ne id quod ex pluribus conſtat deſideramus, quale caro eſt, aut quod pro carne aliquibus ex proportione ineſt, ſi modo carnem ſenſorium appellare fas eſt. Quare ſi nullum machinamentum inſtrumentumq; abeſt, nulla quoque ſentiendi uis abeſt, quæ inſtrumento utatur. Præterea quom ſenſus à natura ita inſtituti comparatiq; ſint, ut interuentu medii corporis effigies rerũ & motus accipiant, neceſſe eſt medium illud aut extraneum aut coniunctum, intelligi. Primum habemus coniunctum, quo utuntur guſtus & tactus. Deinde & extranea, atq; ea ſunt aër & aqua, quæ cæteris ſenſibus ad inuectum ſenſilium famulantur ancillanturq;. Ac greſſilibus quidem ad percipiendos colores & ſonos aër ſatis eſt, aquatilibus aqua, ſed utrunque elementum & pro coloribus, & pro ſonis ſimul idoneum eſt. Item utrunque ſeorſum pro ſingulis, hoc eſt aër & aqua pro coloribus, & aër & aqua pro ſonis, nullũ igitur intermedium eſt, quo

131 carere animalia uideantur. Quòd ſi præſtò nobis omnia ſunt, & ea per quæ ſimulachra rerum uehuntur, & ea in quibus recipiuntur, nullus ſenſus poteſt uel fingi, qui deeſſe animalibus uideatur, non quidem omnibus, ſed perfectis, & quæ nec læſa laceſſita ue habeantur, nec trunca. Nam ea quæ Zoophyta apellantur, id eſt inter animalia & plantas ambigui & ancipitis generis, alia ex omnibus ſenſibus ſolo tactu uigent, nonnulla adhibent guſtum, quædã etiam odorantur. Quęcunque uero ingredi poſſunt, abſolutaq; ſunt, quinque ſenſibus pollent. Nam talpæ quanquam uiſus[c] deeſt, oculorum effigies ineſt, ſi quis membranam ſedi luminum prætentam detrahat. Ac uidetur quidem natura in eo quoque alii numerum ſenſuum explere ornareq; uoluiſſe, etiam ſicute obducta oculos condidit opacauitque, quòd uſus uidendi neceſſarius illi eſſe non poſſet.

omnia tangibilia sub uno sẽsu tactus continẽtur,

instrumẽta constant ex medijs alia simplicia, aliano q simplicia extranea atq; sesita q nõ sunt simplicia cõfecta sunt

Ignis in oẽs instrumẽtis adest.

Elemẽtũ terræ crassissimũ,

Conjunctũ medium. Extraneum medium.

omnes sensus animãtiũ perfectis insunt.

Zoophyta sũt animãtia

Talpæ oculorũ effigiem sunt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nó sint nisi q^or elemẽtoꝝ ex quibꝫ ogna corpa cõstãt, 332 ꝓbatio q; nõnt plures sõnus,

Quamobrem si nihil est præter quatuor naturas, & quæ de iis concreta sunt, ut corpora ea, quæ animam possident: si item non est affectio, nec qualitas corporum extra eas quæ in conspectum nostrum cadunt, & quæ sentiuntur à nobis, nullus proculdubio sensus est, qui deesse animalibus possit. Cæterum uidetur natura compertum, ut facultates animæ imperfectiores ignobiliores q; perfectioribus & nobilioribus semper accederent: quo fit ut homini, quia in eo ratio & intelligentia est, omnes sensus adesse necesse sit.

[a] *Prima quidem Arist. intentio. ait Simpl. in tertio libro est agere de rationabili intellectiliq; anima: quæ scilicet in immortalibus reperitur. nam & in hoc opere vniuerso eam animam contemplatur: quæ in mortalibus est: ea forsitan de causa: vt hinc ad præstantiorem per quandam comparationem transmitteret: a sensili tamen anima in hoc tertio exordium accipit: quia in secundo magna ex parte de ea anima egit: quę animalibus ratione etiam carentibus communis est: vt ergo tum eius doctrina continua esset: tum etiam vt ex earum inuicem collatione facilius earum diuersitatem intueremur: vt consideremus insuper quonam pacto ad sensum vsque deuenerit quoddam rationis vestigium: veluti est in partibilitas & separabilitas quædam: necnon suimet comprehensio. præterea etiam quia intellectus practicus sensibus etiam vtitur.*

[b] *Et si ait Simpl. terra in nobis commista dominetur: a vita attamen quæ in nobis viuificatur & leuatur vt statim sensilem capiat actionem.*

[c] *Non tamen crediderim ait Simpl. talpam penitus carere vi ipsa visiua ac eius actu: sed ea quæ conspicua fit & eludens: uisus ergo particeps est: sed ueluti per pelles quasdam: sicut quando nos pro clausis etiam palpebris non nihil lucis percipimus: neque enim fieri potest ut frustra sub cute natura oculos sit fabricata: sed per eam cutem operantur quidem uerum obscure admodum propter earum imbecillitatem ueluti ea etiam quę noctu depascuntur.*

Nullum sensum proprium esse, quo sensilia communia cognoscantur. Item illa per se, & non per accidens sentiri. Item quemadmodum sensus circa propria sensilia & communia, & quę per accidens sunt, fallatur. Caput II.

333 instantia ponit ad ꝓbãdũ esse necessariũ alĩ sẽsũ

ATT uero neq; illud dici potest, aliquem sui generis sensum ad ea sensibilia debuisse institui, quæ communiter sentiri omnibus sensibus uideantur, eoq; euenire ut quom nullus huiusmodi compareat, necesse sit uideri aliquem sensum animali deesse. Prohinc fieri ut illa nunc quasi per accidens sentiantur, quia nullum peculiarem sensum natura statuerit, quo motum, quietem, figuram, magnitudinem, numerum sentiremus. In plenum oportuisse facultatem aliquam comparari, cui sensilia hęc non ut communia, sed ut propria & particularia subiicerentur. Visu hæc per se sentiri non posse, sed tanquam appendices coloris magnitudinem, figuram, motum, quietem, numerum sentiri. Omnis enim sensus unum & multa cognoscit, ergo si per accidens sentiuntur æquissimũ fuisse adhiberi aliquem sensum, quo principaliter sentirentur. Verum soluitur: Fieri non potest ut sensilia communia per accidens sentiantur: nam quæ per accidens sentiuntur, mouere non possunt, neq; sensum afficere, neque formam suam imprimere. Visus uero quanquam non proprie afficitur, tamen quadamtenus afficitur à colore, & auditus à strepitu, idq; potissimũ tunc quom sensorium in actione atque opera est. Non sic ea quæ per accidens sentiuntur: nam duplex forma est quo quid per accidens sentitur. Prima ea, ut quom iudicamus aspectu dulce id esse quod cernimus. Nam sæpe accidit ut liquorem, quem flauo colore conspicati sumus, illico enuntiemus mel esse, non expectato de gustu iudicio. Hoc autem efficitur ratione hac, quom aliquando flauitiem & dulcedinem percepissemus seorsum, hanc uisu, illam gustu, atque ita notiones illæ ad cõmunem sensum perlatæ fuissent: in quo quanquam unus est, omnes tamen notitiæ sensuum reponuntur allinunturq;, solet contingere, atq; adeo interim error intercidit, ut sensus is passim idem esse in omnibus iudicet, quod in uno comperisset, id est, ut semper quæ flaua conspexerit, continue dulcia esse pronunciet, in quo iam tanta fiducia decernendi, ac temeritas est, quàm si utiusq; sen-

Solutio, ad ꝓpõitã instãtiã

tantiaꝫ magnitudo figura motꝫ quiꝫ cõmunes sensibilia cõmunia ẽnõ sensibꝫ sunt,

Duplex est forma eoꝝ q̃ per accidens sentiuntur.

ẽpressiõs suas notiones ad sensũ cõmunẽ deferũt,

in sensu cõmuni error ma- cadit,

ſus fide ac periculo niteretur. Altera forma, qua res per accidens ſentiuntur, hæc eſt: Si Cleonis filium accedentem intuear, nec ſolum hoc affirmẽ, candidum eſſe hominem qui accedat, ſed etiam filium Cleonis: ſane Cleonis filius non tanquam Cleonis filius ſentietur à me, ſed tanquam candidum, cui filium eſſe Cleonis contingerit. Quo fit ut uiſus iudicium ſuum in colore non ſiſtat, qui tamẽ ſolus ad ſenſum illum pertinet, ſed fines ſuos tranſgreditur, & procedit ultra, inuadens in quæ ius non habet, & occupans quæ notioni ſuæ ſubiecta non ſint, immò quæ neque alterius ſenſus. Quanquam hoc non tam cõmittit uiſus, quàm illa interior uis, quæ una cõmunis q; eſt, ad quam te omnes referunt ſenſus. Atque hi duo modi ſunt, quibus res per accidens cadunt in ſenſum, quibus tamen filius Cleonis & dulcedo quõm ſentiuntur, neq; mouere neq; afficere uiſum dicuntur, tametſi uiſus & Cleonis filium iudicet argumento candoris, & dulcedinem conijciet explorata flauitie. Non ſic communia ſentiuntur. Quom enim magnitudinem oculus ſentit, ſtatim ſimilitudo magnitudinis in oculo ſculpitur. Eodem modo & motus, & figuræ, & unitatis. Qui ergo fieri poteſt, ut quæ huiuſmodi ſunt ut ſimulachrum ſuum expromant & relinquant in ſenſu, nõ aliter quàm colores, quàm ſoni aſſolent, ſentiri tamen per accidens uideantur? Reſtat igitur ut ſerio concludamus naturam egregie & perſpicaciter uidiſſe, nec coargui poſſe, quæ nulli ſenſui priuatim contractionem communium ſenſibilium mandarit. Quom uero de alienis ſenſibus mutuo iudicium ſenſibus ferunt, per accidens iudicare dicuntur: idq; contingit quòd omnes ad unum deſinunt, terminanturq; ſenſum communem. Ergo quom eundem ſuccum, oculus flauum, guſtus amarum enunciet, & uterq; iudicium ſuum ad cõmunem ſenſum referat: ſi alio tempore uiſus ad eundem ſenſum notionem flaui coloris attulerit, protinus coloris amaritudo ſciſcetur, nec argumentum guſtus corrogabitur. Tunc uero & falli ſæpenumero uſu uenit, nõ quidem uiſum, ſed communem ſenſum, quo guſtus & uiſus iudicia conferuntur. Eſt enim ſenſus cõmunis qui cõmittit, ut duorum ſenſuum officia confundantur: ipſe culpam habet temeritatis huius, ut qui dicere ſolus poſſit in felle amaritudinẽ & flauitiem ineſſe, duoq; ea uno in corpore contineri credere. atq; hæc cauſa una quamobrem fallatur. Decipit & alio tenore, quom de colore ſolo temere aſſeuerat Cleonis filium eſſe, qui è longinquo accedere uideatur. Nec enim ex una coloris nota dignorari Cleonis filius poteſt, ſed pluribus aliis indiciis ueſtigiisq;, quibus percipiendis unus ſenſus ſupereſſe nõ poteſt. Forteq; uis aliqua præſtantior adhibenda intendendaq; eſt, quæ animalibus brutis adiuncta non ſit, Hallucinabitur & circa cõmunia ſi uni ſenſui tantum inſtiterit, innixusq; fuerit, ut ſi uni uiſui ſe de figura concredat, quom figura uiſui & tactui ſit communis.

cõmunia ſe ſẽſ. nõ ſentiũt per accidens,

ſensus quomodo iudicat per accidens,

¶ *Non poſſe vnum tantum ſenſum eſſe ſenſilium omnium.* Caput III.

135 EX iis clare diſcet plures quàm quinq; ſenſus eſſe non poſſe. Sed quæret quiſpiam contrà: Cur [a] non unus modo ſenſus eſſe poſſit, quo & colores & ſtrepitus & ſapores, & cætera quoque ſenſilia comprehendantur? An ſi uno ſenſu omnia comprehenderentur, internoſci non poſſent. Nunc uero quom illa pluribus ſenſibus capiantur, manifeſte ſcitur uni ea ſenſui conuenire non poſſe. Atque hæc cauſa uel ſola poteſt ſufficere, quòd quom communium difficile ſit iudicium, multa iudicia conſpirent & conſentiant neceſſe eſt. Sed & cõfeſſum id probatumq; ex antelatis uidetur. Si enim ſenſus unus eſſet, unum eſſe inſtrumẽtum & ſenſorium oporteret. hoc fieri prorſus nullo pacto poteſt. Nam inſtrumentum tale potentia eſt, quale quod allicit ſenſum. Hoc autem non promiſcuum aut indiſcriminatum habetur, ſed conſtitutum ac certum. uerbi gratia: De color potentia color eſt, & inſonum potentia ſonitus. Neque enim quodque & utcunque temeritas tulit, agere in quicq; poteſt, neque ex aduerſum quicque à quoque perpetitur: quæ omnia nobis alio loco expoſita comprobataq; ſunt.

cõmunium difficile iudicium,

[a] *Simpl. inſequens Plutar. ait Ariſt. non ſimpliciter hoc in loco quærere, cur non vnum tantum ſenſum habeamus quo omnia ſenſibilia comprehendimus, ſed plures: huius enim rei aliæ ſunt cauſæ ſcilicet differens genus rerum ſenſilium: atq; partibilis aptitudo generabilis corporis ad differentes ſenſus. ſed ait quærere hoc: de communibus tantum ſenſilibus cur non vnico tantum: ſed pluribus ſenſibus poſſint comprehendi. quos etiam Ariſto. imitatur.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quæstio an eodē sensu quo sentimus, percipiamus nos sentire. Caput IIII.

136 QVom uero sentiamus nos sentire (uerbi gratia, sentimus nos uidere) solet quæstio esse, utrum uisu, an alio sensu potius iudicemus hoc: id est, utrum uisus functionem suam, an alius sensus intelligat. Nam si alius & non uisus dicatur, duos habere sensus oportebit eiusdem subiecti, uidelicet coloris, tum uisum quo principaliter colorem tuemur, tum illum alium quo nos tueri & uidere perpendimus. Neq; enim iudicium ferre de uisu sensus ullus potest, nisi qui cognoscat id quod uidetur & cernitur. Item si præter uisum opus est alio sensu, qui de actione uisus enunciet, cur non sit opus iterum alio, qui de secunda actione enunciationeq; iudicet, atque ita deinceps alio, quoad dum inquisitio in infinitum extracta cogat quiescere. Quòd siquis ratione nostra euictus, fateatur secundum sensum de actione uisus & de sua probe iudicaturum, cur non iam inde ab initio hoc idem dici de uisu possit, præsertim tanto faciliore ac breuiore circuitu? iudicabitur igitur uisus de actione sua. Sed illud uidetur hoc loco dubium facere: Si uisus functionem suam percipit (ni-
137 hil autem percipit uisus, nisi colorem, quia proprium sensile uisus est color) necesse est ut functio uisus & actio colorata esse dicatur. An soluitur sicpote: Liquido[a] cōstat sensum nec uno modo neq; simpliciter sentire. Nā tum quoq; quom nihil cernimus, iudicamus aliquid uisu: neq; enim
138 lucem semper, sed etiam tenebras aspectu percipimus, non tamen simili ratione. Quo igitur sensu sentimus nos nihil uidere, eodem quoq; sentimus nos uidere. Atq; ille iam uisus est. Cæterum id quod paulo antea inducebatur, haud temere dictum uidetur, uisum scilicet quodam modo coloratum esse, quom instrumentum recipiat colorem, quanquàm citra materiam. Qua ratione illud itidem euenit, ut quamquàm abeunte aut abiuncta re sensili, sentire tamen animalia subortis sensibus ac succedentibus uisis necesse sit. Rationes enim & formæ sensilium, quas sibi sensus tanquàm copias aliquas comparauit, obretinentur aliquandiu in nobis, & digredientibus quoq; rebus externis moram in sensibus trahunt. Illud uero nulla ratione probari conuenit, quom constet flauum nos colorem obtutu cognoscere, tamen hoc ipsumq; uideamus alio posse quàm hoc obtutu cognosci. Quamobrem asserendum est utrunq; eodem uisu perpendi, sed dispari genere. Nam flauitiem sentire dicimur, eò quod à flauitie ferimur patimurq;. Sentire nos sentimus, eò quòd dictum illum & passionem percipimus.

[a] *Ex his liquido patet tam secundum The. q̄ græcos alios auctores, nō modo cōmunem sensum cognoscere quod sensus quinq; exteriores sentiant, eorumq; operationem: verumetiam ipsimet sensus exteriores: hocq; ait Simp. propriū esse humani sensus: sentire scilicet quod sentiant: est enim rationis opus in seipsum reflecti: & inde ostenditur in sensus vsq; non nihil rationis descendisse. ait præterea idem Simpli. vtriusq; virtutis esse cognoscere seipsam communis scilicet sensus & propriy: attamen euidentius in communi reperiri: vtpote quæ purior magisq; separata videatur.*

Idem esse subiecto sensum in actu, & genus sensile. Item vtriusq; actum in sensu haberi. Item sensilia esse etiam cum non sentiuntur actu. Caput V.

ACtus sensilis rei & sensus ipsius quanquam idem unusq; est, diuersa tamen in utroq; ratio essentiæ habetur. Exempli gratia: Idem est actu sensile & auditus & actu uisile & uisus, quia fieri non potest ut sit aliquid exaudibile actu aut uisile sine auditu atque uisu: sed quod sensile potentia est, hoc abiungi etiam subiecto potest à sensu, quom fieri sæpissime uideamus, ut auditum qui habet, non tamen exaudiat, & quod exaudiri potest, non tamen exaudiatur. At quom is qui potest audire, iam audit, & id quod potest audiri iam auditur, tunc simul & sensus & sensile actu sunt. Vtrunq; uero in sensu positum esse debet, propterea quòd semper facientis mouentisq; actus in patiente recipitur, quod nos in libris naturalis auscultatiōis planissimo & uberrimo astructu docuimus. Quare & actus rei sensilis in sentiente sit oportet. Hinc quoq; illud sumi potest, non omne quod mouet, moueri subinde oportere: quòd quom sensum mouere sensilia uideantur, ipsa tamen quieta & immota spectentur. quod maxime in uisu deprehendere est: mouet oculum color immotus ipse atq; hærens. Sed & tactum afficit frigus alterata carne uel instrumēto eo quod interius

& occul-

& occultius quàm caro est: frigus ipsum non afficitur contra, neq; alteratur, tunc quom alterat
140 sensum. Sane est ubi utriusq; actiones, id est sensus & sensilis rei diuersis nominibus appellen-
tur. Nam corporis sonantis actum dicere sonitum possumus, auditus recipiētis auditionem. Est
etiā ubi alterius actio inominata sit. Actio uisus contuitio dicitur, actio coloris uacat quo dicat.
141 Item actio gustus potest uocari gustatio, actio saporis quomodo uocetur non habet. Non recte
igitur creditum ueteribus est, qui de natura sunt locuti, colorem sine uisu, & saporem sine gu-
stu haberi non posse. Quamuis enim actu uisilia à contuitione seperare non sit, tamen ea quæ
sola potentia continentur, etiam si non actu cernantur, possunt in rerū natura consistere. Quom
ergo bifariam dicatur uisile, iusta obiurgatione incessendi sunt illi, qui signatum eius unum &
simplicem esse arbitrantur.

reprehēdendi Antiqui, qui
solū actū ponebāt obiectum
ignorantes potentiam.

¶ *Sensus omnes esse rationes quasdam proportionesq;.* Caput VI.

omnis sēsus ratio ac proportio est.

142 QVòd si audibile actu, & auditus actu idem sunt, haud pessime dicunt, qui sensus
rationes esse quasdam, atq; proportiones affirmant. Quod quidem & probari in
hunc modum potest. Plura sunt ex sensilibus concreta & mixta, quàm pura & sim-
plicia, ut in sonis consonantiæ, in saporibus condimenta scitamentaq;, in coloribus
commissuræ eorum & transitus. Quare & musica, & pictoria, & pigmentaria, &
pulmentaria siue structoria. omnes opera sua permixtione & confusione extremorū absoluunt,
permixtio autem & confusio collatione proportioneq; retinentur. Simul igitur proportiones
hæ actu sensiles fiunt, atq; ita eædem sensibus à quibus sentiuntur, euadunt, necessario sequitur
sensus proportiones esse, propterea quòd cum proportionibus iidem redduntur. Iam extremi so-
ni & sapores incompositi meriq;, siue excessu siue defectu damnentur, aut sensum omnino non
lacessunt aut oblæsionem & perniciem afferunt, quia neq; proportione, neq; temperamento,
neq; concordia continentur.

Plura mixta quā simplicia in sēsibilibꝫ,

excessus seu defectus in sensibilibꝫ damnandus.

¶ *De sensu communi quemadmodum unus sit, tum in se, tum per respectum ad tempus, in quo multa cognoscit atq; discriminat.* Caput VII.

sensꝫ huius sēsorij collocatꝫ.

143 QVom autem sæpe dixerim sensum in suo quemq; sensorio collocatum esse, & ita
demum de incidentibus & incidentium differentiis iudicare, hoc ego & latius pe-
tendum, & subtilius exquirendum puto. Sentimus hoc non modo album à nigro
luteum ab aquilo, sed etiam album à dulci distare: quæro discerniculum & diffe-
rentiam hanc, qua distat album à dulci, quæ facultas alia percipiat. Non uisus,
144 quia uisus dulce non sentit: non gustus, quia gustus album non cognoscit. Plane uero necesse est
sensum esse aliquem, qui hoc diiudicet, propterea quòd sensilium differentias sentiri perpendiq;
non alia ui, quam sensibili conuenit. Non est igitur mirum si uisum nobis est sedē tactus in car-
145 ne contineri non posse, sed carnem a pro medio potius, quā pro instrumento animalibus datam:
aut si cui instrumentum esse id placet, non tamen primum summumq;, in quo tactoria uis con-
sistat. Nec solum de carne hoc uerum, sed de pupilla quoq;, & de meatibus aurium & narium
cauernis statuendum, processu docebimus. Ad quod quidem monstrandum pauca ex superio-
ribus repetamus. Quemadmodum una potestas est, quæ iudicat album à nigro differre: ita &
unā esse necesse est, quæ dulce ab albo distinguat. Nā si diuersæ uires sunt, quarū altera hoc, alte-
ra illud possit, utiq; nullū discrimen inter sensilia ea constituere poterunt. Alioquin si ego hoc,
tu illud clam me & seorsum perceperis, posset contingere ut ab utroq; nostrum diuersa esse in-
ter se atq; euariantia noscerentur. Quod omnino impossibile est, sed unam uim, aut unum ho-
minem esse necesse est, qui utrunq; cognoscat, si de utroq; decernere debeat, & differentiā inter
album & dulce complecti. Ergo quemadmodum quis de duabus rebus enūciat, ita & duas illas
res necesse est sentiat & cognoscat. Porrò uis ea, quæ de rebus discrepantibus arbitratur, non so-
lum in se una simplexq; est, sed etiam per comparationem & collationē ad tempus. Nam quom
quis mel flauum & dulce, niuem candidam & algiosam sentit, eodem tempore utrunq; sentit: &
quando alterū dissidere & diuersum esse decernit, simul quoq; idem in altero statuit. Dixi quan-
do decernit, quod quidem uerbum per accidens accipi potest, quia possum dicere Platonem
philosophum ad Dionysium tyrannum in Siciliam traiecisse adnauigasseq;: sed quamquam

Them.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nunc dico illum adnauigaſſe, non tamen dico illum adnauigaſſe nunc. Facultas uero & poteſtas illa, quæ de albi & frigidi differentia iudicat, non modo nunc iudicat, ſed etiam inter nunc eſſe, & nunc differre illa diſtareq; iudicat. Simul ergo de utroq; conſtituit, ita efficitur, ut non ſolum una ſit uirtus eo quòd de ambobus iudicium ferat, ſed etiam ſit una, quòd de ambobus eodem momento pronunciet. Eſt igitur ſenſualis aliqua uis, in quam functiones diuerſiſſimæ omnium ſenſuum terminantur.

Caro pro corpore e-
ó pr instrumẽto,

De carne, ait Simpli. ſermonem habet hic Ariſto. non tanquam de inſtrumento tactus: ſed carnem dixiſſe videtur pro quocunq; corpore: corpus enim nequaquam poteſt eadem ſui parte diſſerentia contrariaq; ſenſilia ſuſcipere: vltimum autem ſenſitorium, non inſtrumentum appellat: ſed animam ipſam ſenſitiuam in quam tandem ſenſibile terminatur: quæ etiam iudex eſt.

Quemadmodum ſenſus communis contraria cognoſcat, & quemadmodum ſit ſimilis centro. Item communem merito principem ſenſuum uocari, ut cui ſenſus cæteri ancillentur. Caput VIII.

dubium.

146 VErum dubitauerit aliquis, ſi ſtatuendum ita eſt ut diximus, conſequens uideri, ut illud quoq; ſtatuatur unam eandemq; indiuiſam & ſimplicem facultatem pluribus motibus, & quidem eodem puncto: & quod grauius eſt, etiam contrariis & aduerſantibus moueri. Non modo enim pupilla & lingua flauitiem ſeorſum hæc illa dulcedinem ad ſenſum communem adducunt, ſed etiam ſola pupilla candorem ſimul & nigritiam eodem apportat. Quod genus accidit, quotiens oculos in paginas ſcriptas conijcimus, in quibus ſimul album & nigrum contueri eſt. Hæc uero non ſolum diuerſa ſunt, ſed præter hoc etiam pugnant & diſſident. qui fiet itaq;, ut contrariis motibus exerceri una uis poſſit? Sanè in ſenſibus & ſenſilibus, quæ tantum diuerſa eſſent, non etiã contraria, quia nec actus ab iis profecti contrarii haberentur, ut dulcedo & flauities, conniuere id facilius poſſemus: in uno autem ſenſu & inſtrumento id defendere abſurdius uidetur, quàm ut præter eundum ſilentio ſit, quandoquidem contraria percipere & ſentire ſimul oporteat. Sed ecquid idoneum nobis ſuffugium illud eſt? quo multas in philoſophia difficultates & nodos exoluimus, poteſtatem uidelicet eam quæ communis ſenſus appellitetur, & quò actiones particularium ſenſuum referantur, unam quidem numero dicere, ſed quæ ratione & conſideratione in plura ſe fundat. partim igitur diuiſa eſt, quoniam eſſentia & ratione diſtrahitur: partim indiuiſa, quoniam loco & numero una eſt. Qua diſtinctione recepta protinus appareat, quemadmodum una quom ſit, tamen plura & contraria ſentiat. Sed nonne flagitioſa ſolutio eſt? Nam ſiquis eandem rem potentia diuiſilem & indiuiſilem diceret, nihil impendio admirabile diceret, quom negari non poſſit idem ſimul eſſe potentia feruidum, gelidum, candidũ, nigrum. At probare quicquam ſimul eſſe actu contraria, hoc ego non ſolum admirabile, ſed etiam impoſſibile duxerim. Proinde neceſſe eſt differentes actus, aut tempore diuerſo, aut à diuerſis agentibus concipi. Quapropter ſi ſenſus intellectusq; ſenſibilium & intelligibilium formas recipiunt, fieri nullo modo poteſt, ut repugnantes & contrarias ſimul recipiant. Quamobrem rectius illud ac uerius fuerit ſenſibilem uim notæ ac puncto perſimilem dicere, imò uero circuli cẽtro, quæ lineæ omnes à circumferentia profectæ directæq; terminantur procumbuntq;. Punctus[a] ille ſimul eſt unus & plures: unus, quia circuli cardo unus eſt: plures, quia plurium & differentium linearum pro termino & collinitio capitur. Ex hac cauſa ſimul & ſecabilis & inſecabilis dicitur. Eandem naturam obtinet facultas hæc, quam & primam ſenſualem, & principẽ ſenſum uocare oportet, propterea quòd quãquam, una multis tamen ſenſoriis confinium eſt. Quatenus itaq; una indiuiſibilisq; eſt, de diuerſis ſimul & uno iudicio iudicat. Quatenus uero plurimum & ſeparatum rerum terminis fungitur, fit una ſcindatur, & dehiſcat in plures & de diuerſis negotiis diuerſa iudicia proferat. Ita nihil obſtet multa & abiuncta eſſe, quæ ſentiantur, & tamen unam uim haberi quæ ſentiat, quippe quæ ſimul una ſit, & multæ. Præterea id quod ſæpe commonuimus, ipſa non albet ſimul & nigrat, neque friget ſimul & calet (nam hoc perabſurdum eſſet) ſed quom ſenſus ſuis quinq; officiis perfuncti, ea quæ cognouerunt intus annunciant, ipſa expers corporis, & tan-

respõſio

Cõmun ſenſ⁹ unus
nõ ratione moueꝛ o
deratione in plura d ſicit

potẽtia duo cõtraria neq:
ſe poſſũt eſſe,

147

Cõmun ſẽſ⁹ per mũltis
punctis ſimilis centro,

quomodo ſit & ſedeat ac
iudicet ſenſus cõmunis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quam pro tribunali ſedens, & ſpiritu illo curruli inuecta unde omnia inſtrumenta portionem ſuam carpunt hauriuntq́;,quantum ad explendum uitæ uſum & obeundum munus ſit ſatis. Et quo, ut dixiquinq́ interpretes ſiue exploratores & nuntii ſenſus, tanquam apparitores & miniſtri procedunt, illa inquam uirtus, eo ſuggeſtu poſita non patitur ipſas contrarias qualitates,ſed ante ſe poſitas & ad pedes genuaq́; aduolutas iacentesq́; contemplatur: ita demum iudicium ſuum promit, & dulce ab amaro incernit, & album à dulci diſcriminat. Et quemadmodum unus pluribus uelicantibus, litigantibusq́; poteſt ſimul ius dicere: ita non ſit à nulla ratione inuentum, ſenſum aliquem in nobis promiſcuum contineri, qui contrariis ſenſibus ſimul operam det. Illud eſſet abſurdum putare ſenſum eum ſimul pati contraria. Ex iis quæ dicta iam ſunt, conſtare arbitror, neq́ uiſum in pupilla primum eſſe, neq́ auditum in auribus, neq́ guſtum in lingua, ſed ſenſus omnis in prima illa ſentiendi ui ſedem habere. Quod ſi quandoq́ diximus, quinq́ nobis eſſe ſenſus omnes, ex eo accipi uolumus, quinq́ inſtrumenta haberi, & quinq́ canaliculos ſenſilibus ſpiritus, quos tanquam à fonte uno per inſtrumenta illa riuatos quinq́ ſenſibus natura diſtribuunt. Senſum uero proprie illum primum intelligimus.qui inſtrumẽtis his ceu famulitio utitur. Iam ea quæ extrinſecus deferuntur quinq́ ſenſibus, tanquam diuerſoriis, & domiciliis recipi æquum fuit: at regis ac principis ſedem unã conſtitui oportet. Quemadmodum enim quamuis multi magiſtratibus libelliones pragmatici exceptores aſſideant, unus tamen eſt, qui ius habeat ſententiæ ferendæ: ita & hic tametſi multa inſtrumenta machinamentaq́; ſint, in quæ rerum ſimulachra receptentur, una tamen uis arbitra eſt, quæ de omnibus ſciſcat,pronunciet,iudicet. Hæc illa uis eſt,qua nos uiſu uidere, & auditu audire ſentimus. Eadem enim potentia percipi actiones ſenſuum neceſſe eſt, qua differentias actionum percipimus, non ergo uerum eſt, quòd paulò ante uiſi ſumus probare, quom diximus, uiſu nos ſentire hoc quod cernamus, & auditu quòd audiamus, hoc ſuum eſt ſenſus communis ingenium munusq́;, cui noticiam omnium ſenſilium natura mandauit. Hactenus de ſenſibus dixiſſe ſit ſatis.

[a] *Puncto quidem.ait Simpli.aſſimilatur anima ſenſi.utpote quę cum ſit incorporea ſubſtantia & impartibilis:utatur attamen ſenſiterio quod partibile eſt: & una cum eo operatur quod et patitur & mouetur ab ipſis ſenſilibus:dum diuerſis ſubiecti corporis partibus diuerſe occurrũt affectiones.& ipſa etiam per ſe in actione iudicandi non eſt penitus a corporibus ſeparata.*

De *mente intellectuq́;, quem ueteres exiſtimauerunt idem eſſe cum ſenſu. Item in quo differat intellectus a ſenſu.* Caput IX.

149 PRoximum ab his eſt, quoniam non ſolum ſentiendo, ſed etiam intelligendo cognoſcimus, quærere quod diſcrimen inter ſenſum & intellectum [a] conſtituere oporteat. Quo uero nobis quæſtio hæc ſcientius & inſtructius procedat, aſſerenda de hoc ſunt ueterum conſulta, qui de natura ſcripſere. Atq́ illi quidem fermè omnes ſenſum idem eſſe cum animo & intellectu dixerunt. Quom enim uerſu quodam cecinerit Empedocles, conſilium ad præſens homini & ſapientia conſtat,nihil uidetur tribuiſſe ſupra uim ſenſus animo,quem prout quæq́ res ſenſibus accidiſſet,uarie & inconſtanter impelleret. Homerus quoq; quom dicat mentem omnibus mutationes uarietatesq́; ambientis nos corporis, ſequi uidetur naturam animi habuiſſe corpoream, eumq́; quaſi idem eſſe cum ſenſu putaſſe. Talem animum plane mortalibus eſſe neceſſe eſt, in lucem primo qualem deus extulit ortu. Iam ii qui animam ex primordiis & elementis rerum concretam & conditam uolunt,quo res per ſimilitudines earum inſitas cognoſcat,uidentur animam nihil aliud, quàm
150 corpus credere,quippe quæ ex corporibus conſtare dicatur,quæ ipſam cognoſcit. Cæterũ oportuit non id tantum monſtraſſe,quemadmodum anima cognoſceret, ſed etiam quemadmodum falleretur fruſtrareturq́;,tanto præſertim frequentiore propenſioreq́; ad labendum & oberrandum uita,tum quòd temeritas & ignoratio maiorem æui partem nobiſcum exigunt, quàm experientia & noticia:tum uel maxime,quod ea quæ nouimus proportione minima continentur, ſi collata comparataq́; iis fiunt,quę ignoramus. Præterea quom ſcientia & ignorantia contrariorum una eſſet(qui enim ſciat bonum conducere,ſimul ſcierit malũ fraudi eſſe;& qui in illo falla-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tur, falsum se quoq; in altero habuerit) necessarium erat, ut aut similitudines contrariorum generum simul inesse anima diceret, quandoquidem contraria noscerentur: aut dissimilitudines, quia deciperemur, quorum neutrum esse ratione ulla potest. Atq; hæc ferè extra propositum hactenus. Verum quàm non idem sit intellectus & sensus promptissimum illud atq; efficacissimum argumentum uidetur, quòd quom animalia omnia sint sensibus prędita, solus homo præter hos & mentem & intelligentiam obtinet. Præterea quis non uidet alias esse differentias rationalis potentiæ, alias sensuum, id est, quinq; ? Item affectus & opera quis possit negare, alia sensibus iuncta, alia intellectui & rationi tributa ? Neq; interest intelligentiam illam an rationalem uirtutem, an intellectum & mẽtem appelles. Nam posterius diligenter presseq; digerimus, quid quibusq; nominibus indicetur. Nũc obsecro uoces illas promiscue pro una re adeuntes hæc audiant, tantisper dum de differentiis sensus & animi agitamus.

[a] *Sub intellectu phantasiam etiam comprehendit: ait Simpli. ea ratione quod cum intellectu hac quidem parte conuenit: quia non egent sensiliũ prȩsentia a quibus moueantur sensiteria ipsa: veluti sensus: nam phantasia ex seipsa quandoque exurgens ea que cognoscenda sunt proponit.*

Intellectum non esse sensum, neq; item imaginationem. Caput X.

AC primum quidem uirtutes animi uidentur hæ, recta opinio, scientia, prudentia, quę ad sensum pertinere non possunt: item uitia animi sunt, falsa opinio, inscientia, imprudentia, quæ nemo sensibus tribuere possit. Præterea sensus cũ aut propriis, aut communibus sensilium generibus absoluatur, circa propria (quod parte plurima dixerim) incorruptus uerusq; est: contrà intellectus, quã quam in eo propria & communia alio more spectantur, tamen frequentius à propriis, quàm à communibus fallitur, propterea quòd res quanto communiores habentur, tanto conspectiores prioresq; intellectus sunt. Quod si usquam dictum reperias, animalia quedam, ratione quæ careant, animum tamen & intellectum habere, scito abusionem in eo nominis factam. Nullum enim preter hominem animal compos & particeps animi est, sed nonnulla spectris & uisionibus ualent, quod genus phantasiam, & imaginationem appellant. Imaginatio autem quamuis sit præstantior & nobilior sensu, longe tamen inferior animo intellectuq;, est utpote quæ tanquam in confinio utriusq; sit posita: ita fit, ut ea uis sensum quidem sequatur, sed actionem animi antecedat. Proinde uisa sensaq; simul illita animo sunt, excitant adiunguntq; sibi commotionem illam, quam hypolæsim dicunt: ac si suspicionem, apprensionem, susceptionem, aut existimationem uocaris. Quo nomine omne iudicium intellectus & rationis, item habitum omnem & formam intelligendi complectimur, eoq; illud tanquam genus accipitur, cuius species sint opinio, scientia, prudentia. Atq; hæ uirtutes quamuis oriantur à sensibus, & præcedentem imaginationem requirant, non tamen cum illis eædem sunt. Prorsus suscipere aliquid in opinionem, scientiam, aut prudentiam alterius facultatis est, quàm imaginationis. Nam imaginari [a] & uisa concipere simul collibitum est possumus, tantæq; in eo cuiq; copiæ suppetunt, ut nihil subsint, quod non possit sibi affingere & subiicere oculis, adeoq; facile omnia, quæ uelimus ad condictum accurrunt, ut tum quasi geri agiq; uideantur: at credere aliquid aut existimare, aut iudicare de rebus quotiens incessit uoluntas, in nostra manu non est, sed quotiens ipsa rei ueritas, quæ uidebatur, apertissima assentiri nos cogit. Neque enim fieri potest, ut quis rei, quam nihil dubitat falsam esse, assensus suos accommodet. At uero bis duo quatuor esse necessarium est, uelis nolis accedere: contrà, ut bis duo sint quinq;, aut bis decem uiginti non sint, nemo unquam acceserit, qui rationem numeri teneat, sicut neq; ut homo non sit bipes, aut ut ignis non perurat. Quamuis enim & flammas gelare, & hominem esse quadrupedem dicas, non tamen id quod dicis etiam sentis. Possumus quidem ore duntaxat & lingua. tum uerum dicere, tum etiam dementiri: at opinari ex animo intus & corde, item assentiri & dissentiri non possumus, nisi quæ uel inuitissimi credere, aut aspernari compellimur. Nam que euidentissima sunt, & que ita esse uti sunt, uidentur, attollunt, rapiuntq; etiam repugnantem animũ ad accessionem siue assensionem: e diuerso quæ nullo modo uidentur esse, auertunt & reuocant etiam uolentẽ accedere: quorũ uero

incerta & ambigua ratio eſt, & perinde iudicium anceps, quaſi ſuſpendunt aſſenſus & ſubſtinent. Imaginari quidem in noſtra poteſtate eſt, non modo quæ poſſunt eſſe, ſed etiam quæ non poſſunt: ut tricipites & tergeminos homines, qualem fuiſſe Gerionem confictum fabulis eſt: ut alatos, qualem Zetum & Calain filios Boreæ: ut Hippocentauros ut Carybdim & Scyllam. Quemadmodum enim pictoribus licet, quacũque forma animal in tabula ponere, ita & animæ comminiſci formareq; . Ad hæc cum formidalem & atrocem aliquam cladem impendere nobis opinamur, ſtatim contrahimus & demittimus animum, toto corpore perhorreſcimus, contremiſcimus, impaleſcimus: contrà quom uoluntatem aliquam inſignem aut compendium magnum ad nos ſpectare, inſtareq; credimus, fidentes, hilares, geſtibũdiq; reddimur. At cum affingimus cum imaginatione ſola hæc (ut quom proponimus terremotus horrendos, truces ferarum immitium aſpectus) nulla nec affectio, nec conſternatio ſequitur, & quemadmodum picturæ non deterrent, ita nec uiſa, nec figmenta illa, quæ ipſi arbitratu noſtro confundimus & miſcemus. Ex iis liquet imaginationem ab exiſtimatione & apprenſione diſtingui.

Pictori & aũe perſimilis licentia eſt

*Non ita eſt audiendum quod hic Ariſto. Themiſtiuſq; dicunt ait Simpl. quod ſcilicet imaginari in noſtra ſit facultate: vt credamus quod imaginatio quælibet in noſtro ſit arbitrio: nam imaginationes multæ nobis etiam inuitis fiunt: ſed ideo in noſtra eſſe facultate dicitur: quia quædam ſunt quæ quotieſcunq; libitum fuerit imaginari poſſumus.

Imaginationem eſſe uirtutem diuerſam a ſenſu. Caput XI.

154 QVom uero multa intelligantur à nobis, de quibus nihil opinamur, & quibus nec aſſiſtimus, neq; obſiſtimus, conſequens eſſe arbitror docere, quidnã intellectio ab imaginatione uiſioneq; differat. Non enim propterea quòd ſine uiſis & imaginibus intelligi nihil poteſt, putandum eſt eandẽ uim eſſe, quæ intelligat, & uiſa concipiat. Vt uero locus hic tractatus eſſe accuratiſſime uideatur initio paulò altius petito, pro more noſtro de imaginatione differemus. Relinquantur ſignificatus illi imaginationis, qui per tranſlationem modo de ſenſibus, modo etiam de mente & intellectu afferri ſolent, de ſola ea imaginatione loquamur, cuius in ſimulachrum ſpectrumq; , tanquam rei ſenſæ figura quædam & effigies formatur & creatur in anima. Quod ſi ita eſt, imaginandi uis, facultas una, aut habitus ex illis unus uidetur, quo ueri ſumus aut falſi: nam quatuor ſunt habitus, quibus ueri eſſe falſi'ue poſſumus, ſenſus, opinio, ſcientia, intellectus. Intellectum hoc loco accipimus
155 ſtrictiſſime, & proprie prõ eo qui nunquam falſa reperitur. Primum igitur oſtendo ſenſum non eſſe imaginationem. In ſomnis imaginamur, in ſomnis non ſentimus, neq; actu, neq; potentia. Non potentia, quia inſomnium eſt commotio ſenſorum, quæ impreſſa & derelicta intus ſunt. Nec actu multomagis, quòd fieri non poſſit ut ſopiatur animal uigilante & lucubrante ſenſu. Præterea cæci imaginantur & confingunt colores, quos tamen neque actu, neq; potentia ſentiunt. Deinde ſenſum omnibus animalibus, natura uulgo conceſſit, uim imaginandi non conceſſit, ſed dedit fortaſſe formicis & apibus, eoq; amplius equis & canibus, negauit uermibus. Item ſenſus propriorũ generum uerus magna ex parte eſt, imaginatio ferè omnis mendax & falſa: eaq; tunc potiſſimum frequens multaq; accidit, quom quieſcunt & feriantur ſenſus. quod quidem apertiſſimum eſt. Quotiens enim ſenſus circa res ſubiectas actu uerſantur imaginari non dicimur, ſed quotiens ad opera receſſerunt. Nemo tam ſtupidus ſit, qui de Socrate quem comminus uideat, cogitet, ſed de eo quem eminus proſpectet obtutu dubio caliganteq; . Præterea nemo poteſt clauſis & compreſſis oculis cernere, cogitatio imaginatioq; tunc uel efficaciſſima eſt. Poſſunt & alia ſuper hæc complura adduci, quibus luce ipſa clarius comprobetur imaginationem à ſenſu differre.

Imaginari

alia q uiſis et imaginationibus nil intelligit,

Imaginatio de corpib et de intellectu per tãslationẽ aliqñdo de uno aliqñdo de alio

Sensus opinio scientia intellectus } ſtus quibuſcunq; et falſiſumq;

In ſõmiũ cõmotio ſẽſorũ

Imaginamur de rebus iam non exiſtentibus

Imaginatio alia a ſenſu

Imaginationem a ſcientia, intellectu, opinione differre. Caput XII.

156 SEd ab intellectu quoque & ſcientia imaginationem diſtare ad hunc modum breuiter & facillime demõſtratur. Intellectus & ſcientia ſemp ueri habitus ſunt: imaginatio perraro eſt uti fallax & uana nõ ſit. Reliquũ quærit, an idẽ habẽda opinio

Intellectus et ſcientia quaſi ſemper ueri.

Imaginatio perraro uera ſed fallax ac uana

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Imaginatio nō est opinio, opinio sub existimatione, ratio persuasione, persuatio fidē, fides opinionē gignit,

& imaginatio sint. Sed hoc abunde superius indicatum est. Quom enim imaginationem ab existimatione & apprehensione doceremus se iunctam esse, tunc quoque usū communi ab opinione secreuimus, quia sub existimatione opinio, ut species continetur. Sanè opinio & imaginatio illud habent commune, ut uera & falsa esse possint, quæ sub utranque uim cadunt: uerū differt in eo ab imaginatione opinio, quòd hanc consequitur assensus & fides, neque ullo pacto potest, ut qui opinatur, non credat ita planè esse, ut opinatur. Rursus fieri annectitur persuasio, persuasioni ratio. Est enim opinio quædam cum ratione assensio. Animalibus nonnullis[a] quāquam adest imaginatio, rationis tamen usus nullo modo potest adesse. Item opinari factu impossibilia in nostra potestate non est (quod etiam retro diximus) ut alatos homines, aut tergeminos imaginari certe promptissimum cuiq; & facillimum uidetur.

[a] Id de imaginatione termi nata & distincta intelligendum est: ait Simp. nā confusam quandā & imperfectā habent quæcunq; sensu nō carent.

¶ Contra Platonem, qui imaginationem dixit esse complexionem opinionis & sensus. Caput XIII.

Contra Platonē dicentem imaginationē esse cōnexionē opinionis & sensus

157 EX iis obiter & illud constat imaginationem non esse opinionem cum sensu, neque per sensum: neque complexionem item opinionis & sensus. Quod dico propter Platonem, qui putat imaginationem nihil aliud esse, quàm sentire aliquid, & illud ita opinari esse ut sentiretur. At dictum est, atq; adeò demonstratum, imaginationem cum opinione non semper coniungi. Quod facile deprehendas, si picturam quampiam contempleris, in qua miranda extremaq; & monstrosa sint depicta. Nam cogitare quidē de illis ipsis, quæ spectaueris, & imaginari tantisper necesse est: ita opinari certe esse ut sunt descripta non possis. Sed & inde probaueris imaginationem non esse connexionem opinionis & sensus, quia si illud detur, quom fieri nequeat, ut talis complexio intelligatur diuersis subiectis absolui, hoc est, ut opinio circa bonitatem, sensus circa nigritudinem uersetur, etiam si eadem res sit, in qua & bonitas & nigritudo contineatur, quo genere complexio opinionis & sensus accidentaria esset. Reliquum est, ut opinio atq; sensus, quorum complexione definienda imaginatio sit,

158 tum uno genere & qualitate subiecta uti, tum parem utrunque rationem inire. Nec uicissim pugnare dicantur, sed cum plerunque accidat, ut tametsi de eadem re & sensus & opinio habeantur, tamen opinio recta sit atque uera, sensus mendax & falsus. Non uideo q possit defendi consortium illud imaginationem esse. Nam quom sensus iudicet solem pedalem, opinio maiore etiā terra, quod sœdus, quæ societas inter iudicia tam contraria fuerit: aut qua ratione conciliabitur, aut conflabitur iudicium unum ex utroq; falso hoc, illo uero? cum necesse sit, aut repudiata opinione, quæ uera est, falsum iudicium sensus ascīscere: aut simul cum opinione retinere etiā iudicium sensus, utpote à quo potissimum imaginatio oriatur & pendeat. Certe horū utrūq; impossibile est, quia neq; ueram opinionem respuere aliquis potest re, præsertim commutata, sed incolumi & ipsa & eo qui opinatur: neq; item fieri potest, ut is qui recte opinatur solem esse maiorem terra, credat aspectui facienti pedalem. Iam hoc loco tenetur Plato apertissime, quom inficiari nequeat talem sensum, qui ab opinione dissentiat misceri cum ea, & copulari non posse: imò uero hic nedum coalescit opinio cum sensu, sed excludit & reiicit sensum, & unà cum sensu imaginatio quoque damnatur. Est enim imaginatio quasi quædam impressio, & uestigium sensus, non complexio opinionis & sensus. nam remos si mergas uidentur infracti. primumq; id sensus iudicat, dein & imaginatio sequitur, sed opinio quæ uisis obsistit, utrunq; coarguit.

Imaginatio quidam impressio ac uestigium sensus,

Hoc Plato in *Sophista* scripsit: *ait attamen Simp. non eo modo intellexisse mistionem: vt ex sensu & opinione inuicem commistis insurgat imaginatio: sed eo modo: quo media quedam misceri dicuntur ex extremis: quæ etsi simplicia ipsa sint commista tamen dicuntur ratione conuenientię: quam ad vtraq; extrema retinent: eodē etiam pacto in timeo ait animari ex impartibili & ea etiā que circa corpora diuiditur substantia constare dixisse ea ratione qua media: manente etiā rei simplicitate: cum extremis aliquo pacto communionem quadam habent.*

¶ Imaginationem habere similitudinem cum intellectu. Item quæ sit definitio eius, & quod modis distinguatur à sensu. Caput XIIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

159 Si igitur imaginatio neq; ſenſus, neq; exiſtimatio, neque opinio, neq; prudentia, neq; ſcientia, neq; intellectus proprie eſt, nulla facultas animæ relinquit. de qua poſſit ambigi, an ſit imaginatio, niſi quæ forte de intellectu controuerſia eſt. Nam ſi intellectus omnis ſemper uerus eſſet, dubitari non poſſet, an imaginatio intellectus foret: ſed ſi quis etiam intellectus ſequi fallatur, utiq; non ſit facillimum imaginationem ab intellectu diſtinguere. Quom uero plurima ſimilitudine inter ſe iungantur, primum quod dixi, imaginatio fallitur, poteſt & intellectus: deinde quemadmodum in nobis ſitum eſt de quaque re imaginari & cogitare quom uolumus, ita omnia intellectu affingere & componere poſſumus. ueruntamen nihilominus differunt, ſed quibus diſcriminibus iam quærendũ eſt. Primum utriuſque natura definienda ſeorſum uidetur, ita apertiſſime diluceſcet quæ nam inter utranque diſtantia ſit. Prius tamen quid ſit imaginatio demonſtrandũ eſt. Hactenus enim non quid ſit, ſed quid non ſit executi ſumus. Quom igitur pleraque ita moueantur, ut ipſa non moueant (ut lapſis qui mouetur à baculo, quem manus mouet: & nauis quæ mouetur à fluctibus, quos excitant uenti) nihil mirum ſi hoc idem in ſenſu quoque noſcatur. Senſus à ſenſilibus exterioribus commoti laceſſitiq; primum ſimulachra ab iis miſſa recipiunt: deinde illam animæ uim, quam imaginationem & phantaſiam uocamus, impellunt, cuius ea eſt natura, ut formas atque imagines rerum, quas præbent & renunciant ſenſus, retineat & conſignet in ſe, ita ut uel digreſſis iis quæ ſenſus ciebant, tamen ueſtigia illorum, & effigies diutius hæreant & cuncten/tur in nobis. Sanè nihil eſt tam facile, quàm quom remota ſenſibilia ſunt, imaginationem à ſenſu decernere, quippe quòd tunc ab opere ſenſus ceſſet, imaginatio nõ ceſſet. At quom ſenſilia ita aſſiſtunt, ut ſenſum & imaginationem ſimul pellant prouocent q̃, tunc difficile eſt facultates illas internoſcere, quoniam utraque circa idem genus, & eodem tempore abſolui & uerſari uidentur. An neque tum quoq; idem genus, neque idem tempus, neque eadẽ ratio eſt, quibus ſenſus, & quibus imaginatio utatur. Primum qualitas, quæ ſenſum extimulat. exterius habetur, at q̃ imaginationem interius. Quæ enim accepta & comprehenſa ſenſibus ſunt eorum ſpectris & ſimulachris imaginatio excitatur, ita fit, ut quemadmodum ſenſile competat ad ſenſum, ita actio ſenſus imaginationi reſpondeat. Quia uero plurimum fit, ut ſenſu & imaginatione ſimul utamur, tunc differentia utriuſq; potentiæ non admodum conſpicua eſſe poteſt. Verum, ut dixi, inter ſenſum & imaginationem clariſſimum interſtitiũ eſt, quom ſenſus officio ſuo functus prior deponit, quod ex more plurimo agitur, imaginatione adhuc uigente perſeueranteq; : quo quidem tempore ueſtigium rei ſenſilis conceptum foris & hauſtum à ſenſu, ſuum imaginationi ſubiectum efficitur. Quod quemadmodum fiat, de imaginatione hac capiamus licet exemplum. fingamus anulum eſſe, qui effigiem ſuam in cera penitiſſime. id eſt, immitus adigat, & ad uſq; fundum expangat, deinde à cera ita prorſus intime effigiata obſignari ambientem obductumq; aërem, mox remota cera & anulo, impreſſionem & ſugillationem in aëre ſolam relinqui. Referamus hoc in ſenſum & imaginationem. Senſile pro anulo ſit, uicem ceræ ſenſus obtineat, imaginatio aëri ſuccedat. Cæterum ſimilitudo hæc paſſiones animantium continet, animantibus alio genere pati contigit: nam horum paſſio, non tam paſſio, quàm actus & abſolutio eſt, & quemadmodum ſenſus à ſenſilibus rebus, ita imaginatio quæ in actu fit, à ſenſu perficitur. Differentiam porrò utriuſque potentiæ potiſſimum docent ea animalia, quæ quom inſtructa ſenſibus ſint, tamen imaginandi & afformandi uiſa ingenio carent, ut uermes, & muſcæ, & complura generis eiuſdem: quæ quãquam à ſenſilibus mouentur, non tamen retinent notiones, aut ſpecies eas, quas ſentiendo concipiunt, ſed quicquid agunt, temere agunt, & caſu feruntur nullis regentibus uiſis, quippe quæ in iis manſitare, aut ſcrutari non poſſit. Proinde ſenſus illorum perquam ſimilis ictui præceleri eſt, quem quis ſummo tenus & in tranſcurſu impegit, unde nec cutis adliueſcat, nec uibices attollantur, in quibus exemplaria, & imagines rerum ſenſiculatarum firmius & ſtabilius hæſitant. His altera quædam facultas ſupra ſenſum data eſt, in qua tanquam in ærario atque penu ad uſum promptuarium formæ omnium rerum locantur. quãobrem imaginatio, neq; ſine ſenſu adeſſe poteſt, neq; uerſare agitareq; alias res, quàm quæ pertinere uideantur ad ſenſum. Quod ſi interim ad intelligibilia quoq; uſum ſui accommodat, hoc ei illatenus contingit, quatenus & ſenſui, à quo intellectualia ortum progreſſionemq; habent. Itaq; ut cera impreſſionem ſimul recipit & retentat, tantum diuerſis cauſis recipit, quia non rigens pugnans u'e eſt, ſed cedens lentaq;, & in omnem effigiem tenera retentat, quia præter hoc etiam firmam &

ſenſibilia mouẽt ſensus
ſensus autẽ phãtaſiam.

Phantaſia retinet ſpecies ac rerũ formas. poſtquã abſcesſerũt

ſenſus officio ſuo fungit prior quã imaginatio,

Phantaſia nõ eſt ſine ſenſu circaq; ſenſilia uerſatur,

Intellectus a ſenſibus trahit progreſſum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſtabilem habet compactionem: ita & anima ſenſibiles formas, à quibus mouetur & quaſi excul/pitur, recipit & conſeruat, ſed recipit, quia compos eſt ſentiendi ea à quibus mouetur: conſeruat, quia uim habet imaginandi ea quæ ſenſit. Certum autem illud eſt, quotiens ſenſus in ſenſile agit, id eſt, quotiens ſenſus in actu eſt, & incumbit in ſenſilem, totiens quoq; in idem ſenſile ima/ginationem moueri. Neq; enim digreſſis rebus aut ſublatis imaginatio tueri & cuſtodire ueſti/gia earum poſſet, niſi cognoſceret & perciperet ea, quorum ſibi cuſtodia eſſet concredita.

motions sensus insensus
Actions imaginatio mo uetur in ipsum sensile.

¶ *Imaginationes quot modis, & cur ſint falſæ. Item cur dicatur phantaſia. Item abſolutio definitionis eius. Item cur animalia maiore ex parte uiſis & imaginatione ducantur.* Caput. XV.

animis et imagina160 tionibꝫ omnes feræanimaliꝫ actiones gubernãtur,

SAne quæcunq; animantia imaginationem & uiſa participant, quibus interdũ in/tegris & incorruptis, interdum diſtortis & deprauatis utuntur, neceſſe eſt ut ab his fere actiones ſuas[a] & mores gubernent. Plane omnis imaginatio, ſiue recta ſiue contraria ſit, tota pendet à ſenſu, cum quo ſemper incedit, ac pedem pariter ponit, ut ſeu uerus rectusq; ſit, ſeu contrà mendax & falſus, continuo ſe eidẽ ſectæ ima/ginatio addicat. Ergo quemadmodum ſenſus propriorum ſenſilium, aut ſemper uerus eſt, aut rarenter falſus: contrà in iis quæ ſubiecta ſenſilibus propriis exiſtunt, hoc eſt, quorum accidentia illa ſunt, facile decipi ſolet (nam candidum atrum' ue eſſe hominem qui accedit, integre probeq; iudicamus: ſed ſi audiamus etiam Socratem dicere, facile eſt ut decipi & errare poſſimus) In com munibus item ſenſilibus quæ appẽſa & annexa ſunt propriis, motu, magnitudine, figura, nume/ro falli ſolemus, quom de eo quod ad plures ſenſus pertinet, uno ſenſu iudicium præcipites fe/rimus: eodem modo imaginatio ſenſilium propriorum præſente & agente ſenſu uera incorru/ptaq; eſt. De ſubiectis & communibus adiuncto pariter & abiuncto ſenſu decipitur. Nam ſi ſen ſus adiunctus deerrat, neceſſario & imagines uacillant. At quom abiunctus ſenſus eſt, tunc quo/q;, ſed impenſe ac facillime imaginatio labitur, quia rerum ueſtigia non conſeruat, perinde qua/lia excipit. Quod quidẽ tunc maxime accidere moris eſt, quom è longinquo ſenſilium generum imagines ad oculum ægerrime deferuntur, ab iisq; ceu confutatur & nubiculatur aſpectus. Si igitur iam conſtat imaginationem eſſe quandam potentiam animę: ſi item ratione demonſtra/tum eſt, nullam eſſe de iis uiribus quas ſupra recurrimus, reſtat definitionem eius talem afferre poſſimus. Imaginatio eſt motus animæ, quem ſenſus in actu poſitus creat. Cæterum quoniam uiſus ſenſuum omnium acerrimus præſtantiſſimusq; eſt, inde imaginatio uiſi & uiſionis nomẽ accepit, & phantaſia dicta ex argumento lucis, ſine qua cerni & uideri nõ poteſt. Illud uero quod paulo antehac dixi, iterum dicam, animaliũ uitam actionesq; magna ex parte uiſis regi, propter/ea quod in iis imagines diu hæſitant, & ſimillimæ perpetuis ſenſibus ſunt. In hoc tamen diſtin/ctio illa ſuccedit, quod alia uiſis ducuntur, quia nullam uim ſuperiorem hac habeant ut bruta: alia, quòd plerunq; accidit ut nobiliorem potentiam aut morbus intercipiat, aut ſonus impedi/at, neceſſe eſt imaginationem ſequantur, ut homines. Sed quid ſit imaginatio, & quamobrem animalibus data, affatim expoſitum cenſeo.

In cõmunibꝫ ſẽsibilibꝫ magis fallit sensus.

Imaginationis diffinitio,

uisq; præstãtissimꝫ sensuum,

Phantasia a luce dicta.

uisq; aũ aliis Phantasia so minibus.

[a] *Quod interpres latinę vertit actiones ſuas & mores gubernent: græce* The. *& Ariſtote. agere & pati dixerunt: vbi Simpli. exponẽs ait pati quidem tunc dicitur cum imaginatio à ſenſi/bus mouetur agere vero cum ipſa primo mota ſponte deinde aſſurgit & memoria mouet animalia.*

¶ *De intellectu potentiæ, qui ut ſenſus a ſenſilibus, ita ipſe ab intelligibilibus patitur, nec ullam propriam formam obtinet.* Caput XVI.

Plato.

DE parte uero animæ qua utimur tunc, quom aliquid contemplamur, conſulta/mus, decernimus, ſiue[b] loco diſcluſa eſt, ut Plato putabat, qui rationem in capite, iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia in epate collocauit: ſiue loco qui/dem à cæteris uiribus animæ ſeparata non eſt, ſed ratione duntaxat, neceſſarium uidetur, ut hac parte de natura eius tota diligenter, diſquiſiteq; exequamur: tum quænam differentia inter hanc & reliquas facultates, præſertim imaginationem, probanda con/ſtituendaq; ſit: tum illud per ſe accuratiſſime, quemadmodum intellectio conſtet & abſolua/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tur[c]. Si igitur ſentire & intelligere in eo affinia ſunt, ut utroque genere anima cognoſcere & iudicare dicatur (quod & retro explicauimus) maxime neceſſarium eſt, quemadmodũ à ſenſilibus generibus ſenſum, ita & intellectum ab intelligibilibus pelli patiq; dicere. Paſſionem[b] uero in intellectu accipere oportet, uti in ſenſu accepimus. nam uerius dixeris intellectum perfici & abſolui, quàm pati, quotiens de potentia in actum effertur. Porro intellectum de potentia ad actum commeare nihil apertius, quom neq; ſemper neq; idẽ intelligere uideamur, ſed aliud alias. Atq; hoc iam argumento eſt, intellectum talem iure intellectũ poteſtatis uocari. Neq; enim fieri poſſet, ut de actu in actum quaſi migrationem & tranſitum fecerit, niſi ſubeſſet potentia, qua tam
2 differentes actus crearentur conciperenturq;. Primum itaq; oportet impatibilem intellectũ eſſe, quod propria paſſione deſcribimus. Deinde neceſſe eſt, ut peculiarem quidem nullam formam
3 obtineat, ſed ut omnium formarum compos capaxq; ſit: ita ut quamuis poteſtate omnia referat, non tamen ſimpliciter abſoluteq; omnia ſit. Tertium adiicimus, ut ſenſus ſe ad ſenſilia habet, ita ſe ad intelligibilia intellectum habere. & quemadmodum ſenſus nihil eſt actu eorũ quæ ſentiantur: ita intellectum nihil eſſe actu eorum quæ intelligantur. Neceſſarium itaq; eſt, quom
4 omnia intelligat intellectus, ut omnia quoq; potentia ſit, hoc eſt, ut nullã ſpeciem certã, aut præcipuam habeat. Recte igitur Anaxagoras quaſi ſomniabundus de intellectu uidetur ſenſiſſe, quom illum ſimplicem, ſyncerum, intemperatumq; diceret, & ad omnium rerum quas cognoſceret, natura communicatuq; alienum. Ita enim[c] fieri, ut quam facillime omnia intellectu com-
5 prehendantur, ſi nulla familiaris forma geminaq; habeatur, quæ aditum cæteris formis, tanquã peregrinis & aduentitiis præcludat. Quamobrẽ quom intellectus nullam formam (ut dixi) præſcriptam & conſignatam priuatim poſſideat, neceſſarium[r] eſt eius natura hoc ſolo deſcribatur, quòd idoneus, compos, tenerq; ſit recipiẽdis iuxta omnibus formis. Ita intellectus is quo ſapit & intelligit animus (non is quo aliquãdo pro imaginatione per tranſlationem abutimur) eorum generum quæ cognoſcit, nihil actu continet antequam cognoſcat.

[b] *Siue ſeparata ſit ſiue inſeparabilis ſit ſecundum magnitudinem: ait Ariſto. quem locum exponens ſimpli. dicit non hoc eſſe audiendum per relationem ad corpus. nam ſuperius protulit difficile eſſe etiam fingere ſiquidem corpus eam detineat: ſed intelligendum eſt reſpectu partium earum anime: quę ſuperius ſunt explicate: altricem ſcilicet & imaginariam: & hanc expoſitionem The. inſequitur: vel potius dicendum: ait idem Simpli. quoniam tripliciter eſſe cum ratione cognoſcere docebit: proponit ipſum ſapere per ſe conſiderandum ſiue ſit ſecundum magnitudinem ſeparabile a ſeipſo ſiue non: ſed tantum ratione vt ea queſtio ſit vtrũ ſint in nobis tres intellectus quaſi tres, ſubſtantie abinuicem ſeparate: uel unus potius ſit intellectus & vna ſubſtantia: ratione attamen differens: que tota interdum in ſeipſam conuertatur: aliquando autem ad exteriora declinet: & eadem aut perfecta: aut imperfecta: ueluti & ſi differentes ſubſtantiæ ſint non attamen ſunt ſubiecto diſcluſe: cum. n. ſubdit Ariſto. conſiderandum quam habeat differentiam manifeſte nõ ad prenarratas uitas retulit. nam iam apertum eſt quod hypolepſis differat ab illi ſcilicet potius ad differentias que in ipſo ſapere ſunt reuocat.*

[c] *Non de quacunq; intelligere hoc audiendum eſt: ait Simpli. quod ſcilicet ſe habeat ut ſentire: non enim de eo quod ſecundum habitum perfectum eſt quando per ſe intellectus poteſt operari: poteſtq; preterea tunc ſeipſum intelligere: quoniam nunquam poteſt ſenſus ſeipſum cognoſcere: nec etiam poteſt unquam per ſe abſq; ſenſilium preſentia excitari: unde cum tripliciter intelligere dicatur rationalis anime: ab infimo exorditur: utpote quod facilius poſſit ab auditoribus intelligi. infimus enim eſt materialis intellectus: & qui ab eo quod omnia patiatur nomen ſortitus eſt: qui intellectilia non eſt: ſed cum ea recipit perficitur ueluti etiam ſenſus cum ſenſilia: & hac ratione aſſimilatur ſenſui.*

[b] *Improprius etiam in intellectu quam in ſenſu audiendum eſt paſſionis nomen: ait Simpli. paſſio enim videtur motum importare que magis videtur ſenſui accommodari poſſe: ratione ſcilicet corporei inſtrumenti quo eget: quam intellectu qui expers eſt huius rei.*

anima intelligit et sentit,

intellectu magis perfici quã pati dicendũ,

intellectus possibilis seu potentialis,

intellectum impatibilem,

intellectus omnium formarum capax.

intellectus ad intelligibilia & sẽsibilia se ſẽt,

intellectu ad omnia ſit potentia

Anaxagoras,

materialis intellectus infimus,

intellectu expers passionis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Intellectus enim is ait Simpli. veluti materia substernitur his rebus: quas intelligit: purum autem materiale omni penitus forma caret & hac etiam de causa in corporibus etiam primā materiam negamus esse uel ex elementis aliquid uel aliud quid quod formam habeat. nam inuicē formē quandam habent oppositionem ob quam si quid sit quod a quauis earum essentiam habeat propriam impeditur quo minus alias possit recipere.

Intellectum aliam naturam nullam habere ait Simpli. verum quidem est, si eam naturam audiamus: quæ intellectiua sit vel intelligibilis neq; intelligit: neq; intelligitur: sed tantummodo potentiam habet ad vtrunq; antea quā intelligat donec scilicet imperfectus fuerit tunc enim nec ipsa intelligibilia est neq; intellectus: quia intellectus: est intellectilium cognitio.

Intellectum neq; corpus esse, neq; corpore pro instrumento uti. Item intellectum esse locum & conceptaculum formarum. Caput XVII.

Intellectū nō est corpus, corpus cū corpore nō admiscet;

6

7

Intellectus nō utit corpore ut instrumēto sicut sensus utitur, sed afficit qualitatibus intellectū nec nō

QVo euenit ut dissentaneum sit putare intellectum confundi, aut admisceri cū corpore, quia corpus sit oportet quod cum corpore admiscetur. Item si intellectus corpus esset, necessario aliquis actus foret & formam sui generis aliquam præferret. Cæterum neq; utitur corpore ut instrumento, quemadmodum sensus utuntur, alioquin afficeretur qualitatibus & affectionibus instrumenti, quæ quòd semper hærerent, coniunctæq; cum actionibus eius omnibus haberentur, impedimento essent ne reliqua genera conciperet. Cuius quidem rei exemplum in sensu perspicuum est. quamuis enim sensus non sit corpus, quia tamen sedibus & instrumentis corporis utitur, eisdem qualitatibus quibus instrumenta afficiuntur, afficitur. Atq; hoc quoq; in sensoriis omnibus argumento uno probatur, quòd cum uehemens sensile (uerbi gratia) demens aliquis strepitus auditum icit, aut nimius splendor oculos accessit, aut quid graue olens accidit naribus: remissi præterea & moderati sonores, colores, odores, persentiri non possunt, quia obsessus obtentusq; maiore ui sensus, pro indeq; occupatus totus nouum hospitem non potest admittere, sed excludit. contrà intellectus siquid excellentius commentatus contemplatusq; est, non ideo minus aut deterius humiliora & inferiora cognoscit, sed probius & melius: ita fit ut sensus sine corpore absolui & exerceri non possit, intellectus ab omni corpore abstractus adiunctusq; habeatur. Recte igitur autumant, qui dicunt animam esse locum & conceptaculum specierum, etiam si minus proprie loqui de conceptaculo & loco uidentur, nec tamen id de animā uniuersa accipi potest, sed de duabus tantum potestatibus eius & partibus, intellectuali uidelicet & sensuali. Quom uero anima locus dicitur, non is locus significatur qui nos ambiat complectaturq;. sed ex eā translatione indicari uolumus animam quodam pacto euadere, & fieri illa ipsa quæ intelligit & quæ sentit.

Quemadmodum intellectus possit, & quando incipiat perfici, & seipsum agnoscere. Caput XVIII.

Intellectus potentia

8

Quom perficiat Intellectū.

ATq; hic quidem intellectus, qui potentia definitur, & primo ortu paruulis contigit. Quom autem progredientibus ætatibus paulum iis firmitatis accesserit, tum uia sensuum & uisionum ope, multaq; adeo huius generis exercitatione uniuersales notiones agnoscunt, & similitudinem in dissimilibus colligunt, & idem indifferentibus discretisq; contemplantur, quo tempore animus intellectusq; absolutior & perfectior redditur. Nec absimilis homini gnaro & scienti efficitur, qui ea quæ à mathematicis theoremata, id est speculamenta appellantur, simulatq; perdidicit, de cætero ipse sua sponte, & citra docentem quæcunq; ei collibitum fiunt, commentatur. Quamuis autem intellectus hoc genere confirmatus, adhuc quoq; potestatem annexam gerat, non tamen eodem modo quo antequam aut inueniret à se, aut aliunde condisceret: sed quom processit (ut dixi) habitus ei quidam quasi allinitur, qui ante non aderat, qualis est uisus, quo idoneus promptusq; sit, similia & dissimilia peruidere, eadem & diuersa percipere, consentanea & dissentanea speculari, atq; tunc demum sese agnoscere & intelligere incipit. Quom enim nihil aliud intellectus sit, quàm ipsa plane

Intellectus & ipse nō ē nō intelligibilia,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

intelligibilia & ipſæ notiones, neceſſe eſt ſimul idem cum iis factus eſt quæ intelligit, ut tunc & ſeipſum intelligat. Quom igitur habitum ſolum tenet, tunc ipſa intelligibilia eſt, ſed iacentia & depoſita: quom uero in actum extrahitur, tunc perinde iure æquo cum ipſa re intellecta incedit, eoq; & ipſum ſe merito agnoſcit. Etenim ipſe illa eſt quæ intelliguntur à ſe, quemadmodum q; Geometria nihil aliud eſt, quàm ipſa illa theoremata, quæ in Geometria tranctantur: ita intellectus nihil aliud eſt quàm ipſæ res quæ ab intellectu noſcuntur. Præterea uſq; eodem quieſcit ac reſidet habitus, quieſcunt & theoremata: ſimul uero excitatur expergiturq;. & ad actum procedit, tunc Geometria circa unum aliquod theorema uerſatur, & efficitur idem illi quod agitat. Nam ſcientia huius quod eſt duobus rectis triangulum paris habere & theorema eſt, & ratio per quam paris habere triangulum demonſtratur. Itaq; intellectus quom ocioſus eſt, habitum dicitur premere notionum, & intelligibilium generum. Quom uero notionem aliquam uerſat actu, tunc idem cum notione illa euadere dicitur, ideoq; quotiens hanc intelligit, ipſum ſe quoq; intelligat eſt neceſſe.

a *Viſus eſt Alexan. locum hunc pertractans: vti Simplci. teſtatur velle intellectum ſeipſum per accidens intelligere: nam principaliter ſeipſum intelligere non poteſt: quia intelligere in pati quodammodo conſiſtit nihil autem a ſeipſo poteſt pati: ſed ſeipſum intelligit ea ratione qua intelligibilia tenet & idem quodammodo euadit ipſis ſpeciebus intellectis vnde principaliter quidem ſpecies illas ſeu formas: nequaquam autem ſeipſum intelligit. Simpli. autem ei aduerſatur: aitq; nõ modo alia: verum ſeipſum etiam poſſe intelligere principaliter: nam qui fieri poſſet: vt vel ipſe Alexan. vel nos ait Simpli. aliquid ſcriberemus: ſi ipſe ſeipſum ſuamq; tum intellectionem & vitam tum ſubſtantiam non intelligeret: alioquin enim intellectus non eſſet: vnde ait quod cum intellectus ſemel perfectus fuerit: ipſe ſeipſum & formas etiam que in ipſo ſunt intelliget ſine paſſione aliqua: ſed actione perfecta.*

¶ *In rebus materialibus aliud eſſe res ipſas, aliud rerum eſſentiam & quemadmodum intellectus vtrunq; intelligat per ſimilitudinem ad lineam rectam & flexam.* Caput XIX.

9 POſtquam b & imaginationis & intellectus naturæ à nobis expoſitæ ſunt, reliquũ uidetur ut uideamus quænam differentia inter utramq; uirtutem ſciſcenda conſtituendaq; ſit. Primum illud ſciendum, aliud eſſe aquam ipſam, aliud eſſentiam aquæ. hoc eſt uerbum ex uerbo, quod ſuum ſit aquæ eſſe. Aqua enim eſt id, quod uſurpatur ſenſu ex materia & forma concretum eſſe, aqua forma ipſa aquæ & ratio eſt per quam eſt aqua. Vnaquęq; enim res deſcriptionem ſuam non de materia, ſed de forma nanciſcitur. Pari pacto ſentiendum de artificioſis eſt, ut aliud ſint ædes ipſæ, aliud eſſe ædibus ſum: aliud ſtatua, aliud eſſe ſuum, id eſt eſſentia ſtatuæ. Aedes ſunt figura ipſa cum laterибus, lignis, tegulis, ſcandulis: eſſentia ædium forma ipſa & ſtructura talis eſt. Item ſtatua eſt figura cũ ebore, aut ligno, aut ære: eſſentia ſtatuæ eſt forma & ſpecies ſtatuæ. Non tamen hoc perpetuum. Sunt enim res quarum eſſentiæ idem quod ipſæ res ſunt. Idem enim & punctus eſt, & puncto eſſe: quod quidem omnibus in ſimplicibus & materia carentibus ſtatuendum eſt, quòd horum ratio propter quam ſunt, & forma per quam ſunt, à natura eorum uniuerſa non diſcrepat. Hæc ita quom ſint, ſi formam materiæ annexam & coniunctam ſcrutaris, hoc eſt frigidum, humidũ cum ipſa materia, ut aquam totam, cuius ratio & conſtitutio materiæ iugata aqua ipſa eſt: ſi aërẽ
10 ſi terrã, ſi carnẽ uniuerſam, id eſt conſortium materiæ & formæ ueſtigas, ſufficit ſola uis ſenſus. & multomagis eius comes. aſſeclaq; imaginatio. Si uero eſſentiam ipſam aut aquæ, aut carnis exploras, alia facultas animæ adhibenda intendendaq; eſt, aut quæ alio ſe genere formaq; habeat. nam illud magis putandum eſt, quemadmodum cauſæ ſunt cur una potentia ſit, quæ dulce à ruffo & flauo diſpeſcat: ita neceſſario unam eſſe uim animi, quæ iudicet aliud eſſe ipſas res, aliud rerum eſſentiam, atq; ita utrunq; una cognoſcat, ſed quæ tamen aliter atque aliter ſe habeat. uerbi gratia: Ad aquam uniuerſam quæ intellectui noſcẽda ſit, uiſa & imaginationẽ oportet adiungere, ad eſſentiam uero ſolam eius conſpectandã nullas ſuppetias requirit, ſed ipſe ſibi intellectus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſupereſſe poteſt. Quemadmodum igitur lineam attenſam & flexam dicere eadem poſſis, quãquã aliter hoc quam illo modo ſe habet: ita & intellectus poteſt unus & idem ſtatui, qui concreta & compoſita, item qui formas & ſpecies meras percipiat. Quamobrem & aſſimilis rebus fit, quas cognoſcit compoſitus, ſi compoſitas: ſimplex, ſi ſimplices formas, id eſt, à materia ſeorſum intelligit. ita interdum lineæ directæ, interdũ arcuatæ confertur. Sane Plato actiones intellectus circuliis primum recto, mox circinato recurrentiq; interius comparat: Ariſtoteles lineæ explicatæ & replicatæ, ſiue porrectæ & curuatæ. Ac curuatæ quidem iccirco, quia quom intellectus materiam & formã iunctim, id eſt, quod concretũ & conditũ eſt, comprehendit, tum quaſi geminari & duplificari uideꝰ acceſſu phãtaſmatũ & uiſorũ, quorũ operã uſumq; in una ea functione deſyderat.

Plato de circuliſſmjs,

Arist, de circuliſſmjs,

[a] *Simpli. autem hoc in loco propoſitum Ariſto. eſſe ait: differentes exponere intellectus noſtri intellectiones: quarum altera eſt circa compoſitas & partibiles ſubſtantias: altera uero circa ſimplices & impartibiles: vt hac etiam diſcernat eſſentialem animæ ſpeculationem permanentem quãtum ipſi poſſibile eſt in ſimplicibus & impartibilibus: ſicut intellectus ille qui eſt anima præſtãtior q̃ quidẽ non a formis ad informata progreditur vt ea cognoſcat: ſed in ipſa formarum intellectione: veluti ex cauſis: & formata & que illis accidunt: necnon vt ſimpliciter dicam cauſata omnia: & materiam etiam eorum ſuſceptricem per cauſalem intellectionem cognoſcit.*

¶ *In mathematicis aliud eſſe rem, aliud eſſentiam rei, & quemadmodum ad intellectu noſcantur.* Caput XX.

11 SEd & in iis quæ per ſequeſtrationem & præciſionem à materia deſcribuntur, quãlia ſunt mathematica, [a] idem diſcrimen quod in naturalibus quoq; perſpicitur. Eſt enim aliud rectum, aliud ſua recto eſſentia. Nam rectum ſine continuo eſſe non poteſt, quemadmodũ neq; ſimus ſine naſo, neq; ualgus ſine ſuris, propterea quòd continuitas rectitudini ceu ſtragula & lectiſternium ſubiicitur: at eſſe recto eſt ratio ipſa recti, & per quã illud eſt rectũ. de utroq; intellectus enũciatur, utrũq; cognoſcit. Quom dico utrumq;, intelligo tum id totum quod ex ſubiecto, id eſt ex continuo & ex forma componitur, tum formam ipſam ſeparatam, nec tamen utrumq; percipit uno reſpectu habitu ue ſed alterũ tanquã ſimplex, alterũ tanquã compoſitus. Quamobrem etiam ſi materiã quę ſenſilibus corporibus ſubiicitur diuerſam putes ab ea quæ mathematicis ſubſita eſt, nihilominus differentia ea tenebitur, ut in iis quoq; actiones intellectus alias ſimplices, alias compoſiuſculas & concretiuſculas haberi neceſſe ſit. At corporibus quidem noſcitandis ſine dubio opus ei eſt procuratione atq; auxilio ſenſus. nõ enim iudicare ſolus poteſt quid aqua, quid caro ſit, niſi ope atq; opera ſenſuum adiueꝰ. Triangulũ uero & rectã & curuã aliquanto facilius percipit, ſibiq; in id munus ſe re ſufficit, quoniã eodẽ genere materiã à contẽplatione ſua reiicit, quo ipſæ res abiunctæ materia ſunt. Quom ergo mathematica nõ re ab ſe, ſed ſola ratione à materia abiungantur. neceſſe eſt intellectus quoq; contemplandis iis materiã non reuera, ſed ſola ratione & cogitatione præcidat.

Intellectus res et essẽtiam cognoscit, q differũt, sed materiã tanq̃ cõpositã et formã tanq̃ simplex.

Intellectꝰ adqd indigeat ope sẽsꝰ.

[a] *Quia formula mathematicarum rerum: ait hic Simpli. in imaginatione etiam non habet rationẽ formæ: ſed formati potius: forma enim quælibet impartibilis atq; indiuiſibilis eſt: ſed magnitudo in dimenſione: numeri in diuiſione conſiſtunt ideo in mathematicis etiam aliud eſt res & aliud quod eſt ipſi rei eſſe.*

¶ *Anaxagoram imperfecte de intellectu dixiſſe. Item pariter patiatur. Item intellectum ceu nudam tabulam eſſe.* Caput XXI.

Anaxagoras.

12 CEterum Anaxagoras partim recte de animo, partim non recte diſſeruit. Illud recte, quòd intellectum ſimplicem eſſe & expertem materiæ arbitratus eſt: Illud nõ
13 recte, quòd nuſquã demonſtrauit quemadmodum animus. qui tali natura prędituſ ferebatur, intelligeret & cognoſceret omnia, quando quidẽ id erat neceſſe oſtendere, quoniam ſi intelligeret, proculdubio illatenus pati & affici uidebatur. Nihil uero patitur, quod non materiam communem cum agente participet, unde fit ut quodq; à quoq; paſſim indiſcreteq; pati non poſſit, ut ſonor à linea; ſed illa tantummodo, quorum communis

omne patiꝰ patit' bagẽ ita ꝯ cõmateriale

munis ſubiecta materia eſt. Atq; hæc Anaxagoras nulla ſuarum ſcriptionum parte digeſſit. A nobis autem iterum ſuggerenda ſunt ea, quæ ſæpe monſtrauimus. Si pati ſenſus proprie nō dicuntur, quanto impenſius hoc ab intellectu remouendum reiiciendumq; eſt? Equidem ſenſus uſu inſtrumentorum corporeorum abſoluitur, in quo iam neſcio quid commune habet cum agente, id eſt cum genere ſenſili. Nam quom uteretur opera corporis, æquiſſimum etiam fuit ut moueretur à corpore. Intellectus contra quòd poteſtate omnia intellecta eſt actu nullū, antequā intellectum id ſit, lōgiſſime uidetur abeſſe à paſſione, preſærtim quom nullam formā priuatim ſit adeptus. Verum quemadmodum in litteratoria tabula, in qua nihil eſt aſcriptum, ſimul literas & elementa poſueris, iuſtus ſit perfectionē quàm paſſionē hoc dicere, propterea quòd quom ad hunc uſum comparata inſtitutaq; ſit, non hercules paſſa, ſed cōſecuta finem ſuam & exornationem uidetur: ita intellectus non patitur quom actu intelligat, ſed cōſumatur & excolitur potius, quam ob cauſam & minimus materiæ aſſeritur, & ſimpliciſſimus eſſe comprobatur. Nam & Ariſtoteles inquit, Intellectus potentiæ prorſus nihil actu eſt, ſi autem nihil actu eſt, pati aut miſceri nullo modo poteſt: nam ad ſola ea quæ actu ſunt, paſſio & mixtio pertinet. Fit uero intellectus de intellectu potentie intellectus actu quo res ipſas intelligit, atq; tunc ſimul & intellectus & intelligibilis eſt. Non ergo ab intelligibilibus patitur, ſed in ipſa intelligibilia quaſi tranſit. Sane intellectus potentiæ uidet ſolū ad animā hominis pertinere, utpote qui unus affectiones ſuas habeat & rationi ſubiectas, & ad rationē cui cōſentiāt ordinatas, qđ nō in relings aīalibus cernit.

¶ *Cur idem intellectus & intellectus & intelligibilis ſit, & cur aſſiduitas contemplandi laborem & ægritudinem afferat.* Caput XXII.

15 VErum illud nūc aueo ſcire, quo pacto animus ſimul & intellectus & intelligibilis ſit, utrū id ratione eadem, an diuerſa contingat, id eſt, ut intellectus & intelligibilis habeatur. Sed ſoluit: In iis quæ carent materia, idē eſt intelligens & intellectū, quia idē eſt ſcientia ſpectantia, & id quod in ea ſpectat & ſcit: in iis uero formis, ad quas materia pertinet, aliud intelligibile eſt, aliud id quod intelligit, propterea quòd ſpecies & formæ materiales ex ſua natura intellectæ non ſunt, ſed intellectus quaſi detracta & exuta materia intelligibiles facit, quom ante non actu, ſed potentia intelligibiles haberentur. Nā quāquā ineptæ non ſint ut poſſint intelligibili, non tamen natura ipſa illarum intelligibilis per ſe eſt. Prohinc merito euenit ut illa non intelligant, ſed intelligantur tantū. At intellectus potētiæ quē-
16 admodū eſt potentia intellectus, ita & intelligibilis potentia eſt. Quamobrē[a] non ſemper intelligit, imò uero aſſiduitate nimia uidetur ægreſcere laceſſereq;, cuius culpā habet potentia illa quę ſubeſt, inhæretq; intellectui. Quapropter nec ſemper intelligibilis eſt, ſed tunc ſolum quom ſibi notiones multas quaſi copias & ſuppetias ad commentandū ſpeculandumq; comparauit. Quòd ſi alius intellectus habetur, cui nulla potentia innexa ſit, utiq; illum ſemper & intellectum & intelligibilem eſſe neceſſe eſt, de quo iam tempus uidetur ut diſputandum ſit alio orſu.

[a] *Non ſemper inter intelligit intellectus ait Simpli. qa plurimo fluxu a ſubſtantia perfectrice ſuccedit utpote qui fiat terminus ſenſuum & imaginationis atq; ſimpliciter uite corporalis & ob hoc imperfectus permanet. uel ea de cauſa quia etſi perfectus iam ſit intellectus procedens ad externa: impeditur attamen in contemplando: tum quia actiue operatur particulatim ob partibilitatem plurimam: que in eius proceſſu apparet: cū vel etiā ob ipſum corpus & caſus qui extrinſecus occurrētes vnde plurima emergūt negocia: ac etiā ppter imaginationes q̄ indeterminate excitant.*

¶ *De intellectu agente, qui neceſſarius ſit ad perficiendum intellectum potentiæ.* Caput XXIII.

17 QVæcunq; natura[b] gignuntur, potentiam initiis obtinent, perfectionem poſterius ferunt. neq; enim contenta habilitate ſola & potentia ſunt. Alioquin natura potentiam illam rebus temere & fortuito addidiſſet, niſi aliquis actus ex ea conſecuturus eſſet. Eadem ratione humana anima nō ſolū eò dignitatis & nobilitatis proceſſit, ut intellectū potentiæ ſortiretur, qui ad ferendā intelligentiā aptus accōmo-

datusq; eſſet, ſed etiam uſq; eo ut accommodationis huius finem & abſolutionem indipiſcere/
tur, cuius gratia ita accommodata, inſtituta, præparataq; uidebatur. Neceſſarium itaq; eſt intelle
ctum potentiæ perfici & abſolui. nihil à ſeipſo abſoluitur, ab alio igitur. Duas ergo differentias
eſſe humani animi neceſſe eſt, intellectum potentiæ, & intellectum agentem. Hic priorem illum
quaſi adortus amplexusq;. primum quaſi educit in lucem è tenebris, & in actu cõſtituit: deinde
habitum in eo quendam afformat, in quo uniuerſales rerum notiones & ſcientiæ collocantur.
Nam quemadmodum neq; rude ſaxum, neq; impolitum æs (quorum alterum domus potentia
eſt alterum ſtatua) aut hoc accipere formam domus poteſt, aut illud ſtatuæ, niſi ars materias il/
las quæ ad domum & ſtatuam comparatæ ſunt fingat, & formam artificioſam imponat, atq; ita
demum conſiſtat domus & ſtatua: ita intellectum potentiæ ab altero intellectu perfici oportet,
qui quòd ipſe perfectus eſt, & in actu ſemper nulli potentiæ affinis conſors/ue, præparationẽ illã
intellectui ad intelligendũ adiunctã adinſtar artis excitet excolatq; habitũ. & ſcientiã rerũ abſol/
uat. Atq; hic intellectus ſeparatus & ſpatibilis impmixtusq; eſſet. Intellectus autẽ poteſtatis quã
uis eadẽ fere qua intellectus agens, dignitate authoritateq; polleat, qa tamẽ aliquãto cõiũctior ad
dictiorq; humanæ aiæ eſt, uidet ſocietate hac nobilitatis ſuæ nõ nihil diſpẽdii detrimẽtiq; facere.

Nature nomen: ait Simpli. hic non communiori quadam ratione pro quacunq; ſubſtantia eſt accipiendum: non enim in qualibet ſubſtantia agere & pati inuenitur ſed proprie ut ſcilicet eſſe principium motus definitur. in his enim rebus quæ natura ſubſiſtunt & in illis etiã quæ has ipſas res reſpiciunt eſt agere vel pati: materia & efficiens proprie quidem in his que in generatiõe ſunt: ſecundum quandam autem analogiã in cœleſtibus & in noſtra anima cũ ipſa in naturã progredi/tur de qua ſcilicet ſermo eſt naturali Philoſopho. ſicuti cũ in ſeipſa pure permanet: & ipſa ſupra naturam eſt: neq; etiam vel agit vel patitur: nec aliquid habet quod materiæ rationem habeat: neq; amplius naturali contemplationi ſubiicitur ſed metaphyſicæ.

¶ Intellectum agentem facere vt res materiales intelligibiles intelligantur actu. Item quomodo, & quando intellectus poteſtatis agat ope intellectus agentis. Caput XXIIII.

18 QVemadmodũ itaq; lumẽ quom oculos & colores accedit, non modo uiſui, ſed colo/
ribus etiam actum præbet: ita intellectus agens quom intellectum potentiæ agi/
tat, non ſolum intellectui actum miniſtrat, ſed & res quæ potentia intellectæ ſunt,
facit ut in eo intellectæ ſint actu. Atque hæ ſunt formæ materiales, & notiones cõ/
munes de ſingularibus ſenſibus collectæ. Has intellectus potentiæ neq; poteſt per
ſe diſtinguere, neque ex una earum tranſitionem incogitationẽ alterius facere, neq; componere,
ſed illas à ſenſibus & imaginatione acceptas, & materia exutas, in memoria tanquã in promptua/
rio theſauros ſuos cuſtodit. deinde ingruente intellectus agentis luce, & maſſam illam notionũ
atq; ſyluam intrante uerſanteq;, efficitur ut unus cum illo euadat, atq; ita libero diſcurſu poſſit
componere, diuidere, circunſpicere, conſiderare, incognoſcere ſingula. Ergo qualis eſt artis ad ſu/
am materiam comparatio, talis eſt intellectus agentis ad intellectum potentiæ probanda.

¶ Intellectum agentem haberi coniunctum cum intellectu potentiæ, & quare & quotiens collibitum eſt ſpeculari poſſimus. Item intellectum agentem eſſe ad/ſimilem deo, & nobiliorem intellectu potentiæ. Caput XXV.

19 ITem hic omnia facit, ille fit omnia, ex quo ſequitur ut in noſtra poteſtate ſit intelli/
gere & ſpeculari quom uolumus, quia intellectus agens non quemadmodum ars
ſeorſum à ſua materia eſt, ſed totus intellectui potentiæ intextus immerſusq; habe/
tur. Finge excuſorem in ære aut in ferro eſſe, non extrinſecus, nonne peruadet pe/
netrabitq; in materiam uniuerſam? Eodem modo intellectus agens intellectui po/
teſtatis aſſiſtens, unus cum illo traditur, propterea quòd una res eſt, quæ ex materia & forma cõ
ſiſtit, & tamen permixtio hæc rationes duas habet. Nam & materiæ ratio eſt, per quam anima
fit omnia, & ratio abſolutionis & formæ, per quam facit omnia. Plane intellectus intelligendo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quaſi uertit ſe in ea quæ intelligit, in quo iam & materiam uidemus, id eſt multitudinẽ notionũ & artificẽ qui notiones illas arbitratu ſuo diſponat & tractet. Eſt enim intellectus agẽs ceu archi tectus quidam, fabricatorq; notionũ. Quapropter fere uidetur proximus imitatione deo, nam & deus quodammodo ipſe res eſt, & ad quendam modum creator & opifex rerum. Præſtãtior ue ro cognoſcitur intellectus parte qua facit, quàm parte qua patitur: nam omne quod agit, præſtã tius & præcioſius ſua materia eſt. Porro (quod & ſuperius dixi) idem eſt intellectus & intelligibi lis, quẽadmodũ idem eſt ſcientia ipſa actu cũ eo quod ſcitur, non tamẽ eadẽ ratione, ſed quatenus intellectũ poteſtatis amplectit, intelligibilis eſt, quatenus uero ipſemet agẽs eſt, dicit ſe intellectus eẽ.

Nomine priorem eſſe intellectũ poteſtatis quam agentẽ. Item agentem ſemper in telligere & ſine diſcurſu. Item æternum & immortalem eſſe. Item eius ſub ſtantiam merum actum intelligendi eſſe. Caput XXVI.



IN homine ergo prior quàm agens intellectus poteſtiæ habetur: nam omnis habi litas præparatioq; prior tempore quã actus contingit, nec tamen ſimpliciter prior, quom neq; perfecto imperfectũ, neq; actu potentia prior eſſe unquam poſſit. Sub ſtantia autem intellectus agentis eſt actus, non de potẽtia aliqua profectus erutus ue ſed ſuapte natura. Atq; hic intellectus (ut ſuperius dixi) adiunctus, impatibilis, impermixtusq; eſt. proinde eius ingenium tale non eſt, ut interim intelligat, interim ceſſet: nam hoc accidit intellectui agenti, qua intellectui potentiæ iungitur. Quom uero ſecũ ipſe eſt, quom natura eius ſola ſpectatur, quæ nihil aliud eſt quàm actus merus, tum infatigabilis, immortalis, æternus, ſemper intelligens, & ſemper intellectus à ſe eſt: non alia re, aut per aliã, quẽadmodũ cęte ra quæ intelligantur, & quæ intellectus habitu cõſtituto à materia diuellit, & intelligibiles facit, ſed per ſe intelligibilis eſt, & per ſuam naturam habet, ut & intelligere poſſit à ſeſe. In intellectu quidẽ poteſtatis diuiſæ & ſectæ notiones ſunt, in eoq; uariæ, tum artes, tum noticiæ & ſcientiæ collocantur: contrà in intellectu agẽte, & ut expreſſius ac uerius loquamur, in intellectu qui ſim plex actus eſt, quando ſubſtantia eius actu deſcribitur, uidetur alia ratio ſtatuenda longe diffici lior dictu, & longe etiã diuinior. Nec enim is ex uno genere in aliud trãſit, neq; cõponit quicquã aut diuidit, neq; diſcurſu utitur ad res noſcendas, ſed cõprehenſione quadã. Cum enim formas omniũ rerum ſimul contineat, ſimul quoq; aggreditur, cõplectitur, & intelligit omnia. alioquin ſubſtantia eius definiri actu ſolo nõ poſſit, quod tamen Ariſtoteles maxime affirmare & perſua dere contendit: nam ſi alternare aut mutare cogitationes & actus intelligendi poſſet, ita ut poſ ſunt, & ut ſolent ſcientes, neceſſarium eſſet eadem ſubſtantia intellectus agentis manente, nihilo minus abire actus uariariq;. Ergo fateri oporteret ſubſtantiam eius ab actu differre, cui apertiſſi me Ariſtoteles reclamat, atq; hoc etiam inter initia operis dixit, ubi uerba illa leguntur, conſide rare, amare, odiſſe, intellectus illius affectiones non ſunt.

Quod The. in homine dixit Ariſto. in uno ait quem locum ſimpli. animaduertens ait hoc in his que generabilia ſunt veriſimilia eſſe vtpote quia omnis generatio ex imperfecto in perfectũ tendit & vnde imperfectum tempore quidem prius eſt quod quidem imperfectum potentia eſt in eo ipſo quod ſit quoniam ſi cauſam eius proximam reſpiciamus contra fit neceſſe vt actus poten tiam eius rei precedat que ab ipſa fit. vnde recte in vno ab Ariſto. appoſitum eſt verũ in his quæ ſempiterna quidem ſunt ſed aliquando intelligunt: & nonnunquam etiam non intelligunt nequa quam verum eſt quod in vno etiam & eodem id quod potentia eſt tempore prius ſit. nulla enim ra tio eſt cur id prius ſit quam id quod actu eſt cum illa mutuo ſibi inuicem continue per vices ſucce dant: & hac de cauſa ipſe etiam Ariſto. ad animam reſpiciens non dixit tempore in ipſa precedere quod potentia eſt: ſed tantummodo quod aliquando intelligit & aliquando non: nam & ſi in homi ne qui compoſitus eſt tempore potentia præcedat, intellectu autem & anime ſubſtantia nequaquã cum ſeparabilis ſit.

Nominis eſſentiam eſſe intellectum agentem. Item agentem indiuiſiliter intelli gere intellectum potentiæ diuiſiliter. Caput XXVII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



Intellect, Agens et possibilis
insimul copulatur in homine
aliud res ab essetia rei,

AOs igitur utriusque intellectus copulatio sumus. Si ergo ita habent omnia, quæ ex actu & potentia conciliantur, ut in iis aliud sit ipsa res, aliud essentia, sequitur, ut aliud ego sim, aliud essentia, mea: ita ut ego sim is, qui ex actu & potestate constituor, essentia mea sit solus actus tantum, quamobrem eadē quæ considero, hæc etiam scribo & literis mando. Scribit uero intellectus, qui ex potestate cōponitur: scribit inquam, non tamen quatenus ex potestate constat, sed quatenus intellectus agens est, quia illinc quasi omnis actio riuatur & ducitur. Quod si intellectus potentiæ non accipit indiuisiliter ea, quæ intellectus agens indiuisiliter tradit, nihil est quod miremur, quando huius rei exemplum illud exploratum est, quòd affectiones corporum, candor, nigror & eius generis cæteræ, quāquam propria ratione & suapte natura indiuisiles atq; insecabiles sunt, in materiam tamen diuisiliter & secabiliter recipiuntur. Vt ergo redeamus unde discessimus, quemadmodum aliud est animal, aliud suum animali esse, & quemadmodum suum animali esse ab ipsa dependet anima sensitiua, sicut materia est
malis anima, ita aliud ego sum, aliud mihi esse, & mea essentia. Hæc autem ab anima prouenit, non quidem sensuali, quippe quæ tanquam materia intellectus potentiæ habeatur: neq; item ab ipso intellectu potentiæ, ut qui pro materia intellectus agentis sit. Restat igitur ut ab intellectu agente tantum essentia mea proficisci, ac pendere dicatur Solus enim intellectus agens proprie & maxime censendus est forma, imò uero forma formarum: inferiora autem cætera modo subiectorum loco, modo formarum habentur. Sanè ordo naturæ & processus hic est, ut respectu inferiorum superioribus uice formarum utatur, respectu superiorum inferioribus loco materiæ. Summam uero & supremam formarum intellectum agentem constituit, quò simulatque progressa est, receptui canit, in eoq; finem quasi extremam manum imponit, utpote quæ nullam formam superiorem aut nobiliorem haberet, cui loco materiæ subiiceret intellectum agentē. Quāobrem nos proprie animus & intellectus sumus.

Intellect, possibilis. Sic uero tanquam agentis est forma,
materia est
intellect, agens est forma
ois essentia homis
ei dat esse, formaq; ois
ei oens: & ipso existe
tia.

¶ Aristotelē sensisse hominē eē intellectū agētē. Itē quid sit intellectus patibilis, q̄ & corrumpit & abolet in nobis, & cur primo mortē recordemur. Caput XXVIII.

EB hæc Aristoteles nō de nihilo addubitat, quāobrē accidat, ut quom immortalis animus hominis sit, qui nihil aliud est, quā esse homini, tamē nemo recordari ēāsū rerū queat, quas inuita didicerit, tractauerit, chariſſimas habuerit, efflictim amauerit. Huius quæstionis dissolutio cōsentanea erit, & iis quæ paulò antè, & iis q prīdē inter initia diximus. Nemo igitur cōmeminit post mortē, qa tametsi intellectus agēs impatibilis sit, nec ipse occidat, tamen intellectus alius in nobis cōtinetur, q & patibilis & particeps obitus est. Nam hic quali natura sit, & quā ab intellectu potētiæ differat, pòst docebimus. Porrò intellectū patibilē est ubi Aristoteles permixtionē & cōmúne appellauerit, quo ea quæ hic sunt intelligimus, & cū quo illa ipsa intelliguntur à nobis, ad quē omnia ea pertinent, amare, odisse, meminisse. Nunc illud constare potest, Aristotelē nos intellectum agentē putasse. Quid enim aliud innuit, quom ita quærit & soluit? Ideo, inquit, non recordamur, quia intellectus agens impatibilis est, intellectus uero qui patibilis dicitur, abolet. Alioquin obuia & uulgata omnibus quæstio est, præsertim uero haud dissimulanter adeunda noscitandaq; iis, quibus immortalis animus statuitur, quamobrem scilicet rerum quas in uita cognouimus, mortuis nobis statim omnis memoria deleatur: cur nemo inimicitias, nemo amicitias à morte memineritt: iam cur nemo innumerabilibus seculis ex iis, quos desiderauimus necessariis suis & iuratissimis comparuerit uisitatus quæ sit. Quo circa locum hunc Aristoteles, & parte hac, & primo uolumine dignissimum explicatione, discussioneq; censuit. Planè tum hic, tum ibi rationes ferè eas dem communit, quod ut quam conspectissimum sit, quāquam modo apertius loquitur. Verba illa in primo libro posita subiiciemus nunc: Intelligere, inquit amare, odisse affectiones continentis non illius sunt, quatenus ipse est. Quapropter continente corrupto neq; meminit, neq; amat, quia non erant illius hæc, sed communis, id est, permixtionis, quod iam periit. Intellectus autem fortè diuinius quiddam est & impatibile. Hactenus sunt, quæ in primo operis huius libro Aristoteles dicit. Hic uero habentur uerba hæc: In plenum non intelligit tempore, neque modo intelligit, modo cessat, separatum utique est, quicquid hoc est, & solum hoc immortale & sempiternum habet. Non recordamur autem idcirco ab occasu, quia hic im-

intellect, patibilis,

homo intellect, agens,

Cum post mortē nō recordemur eius quæ
intellect, agēs per
quē cognoscimus impassibi
lis purgatq; est formas rerū
& inter nos nostras
& co nos cognoscamus in
tellectu possibili patibilis
quem dicitur & est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

patibilis est. Intellectus uero qui patibilis dicitur, aboletur, & sine hoc nihil intelligit. Conferamus ergo uerba hæc cum superioribus. Dicit hic, Non intelligit tempore, hoc refertur ad illud, Intelligere & cognoscere affectiones illius non sunt. Est enim aliud quod intelligit, & ad quod pertinet non semper intelligere, sed tempora & aliquando. Item quod hic dicit, Separatum uero est, quicquid hoc est, & solum hoc immortale & sempiternum habetur, respicit uerba illa, Intellectus autem forte diuinius quidã est & impatibile. Itẽ illud, Nõ recordamur idcirco, quia hic impatibilis est, intellectus uero patibilis aboletur, & sine hoc nihil intelligit, respõdet ad illud. Quapropter cõtinẽte corrupto, neq; meminit, neq; amat, qa nõ erãt illius hæc, sed cõis qđ perierit.

Simpl. locũ hunc pertractans hoc modo de intellectu patibili dubitat. Si ꝯ ipse intellectus est: locũ immaterialis sit quo nã pacto aboletur: nã sine materia est omnis intellectus, cui dubitationi respondet ꝯ ait quod patibilis intellectus materialis est ꝯ potẽtia: ꝯ totũ hoc ipsum patibilis ꝯ imp fectus totũ hoc donec patibilis fuerit: ꝯ propter hoc etiã corruptibilis: quatenus scilicet patibilis est, immaterialis autẽ ꝯ actu intellectus ꝯ intelligibilis ẽ: quatenus agentẽ contangit ꝓfecte autẽ ĩmaterialis ꝯ intellectus ꝓfectus cũ in agentẽ recurrit seu respicit: ita vt interitus patibilis intellectus nõ sit reditus in nõ ens sed eius reductio in esse ꝓfectius, dubitatio autẽ quã attingit Arist. *cũ dicit nõ recordamur que generationẽ preceſſerũt soluitur: ꝯ eius solutio anime peculiaris est nõ intellectui prestantiori: quæ in hũc modũ se habet: quia intellectus qdẽ agẽs impatibilis est: ꝯ ob id immortalis, patibilis uero aboletur: qua patibilis est: vt dictũ est: ꝯ inquantũ in esse ꝓmanens retrahitur sed absq; patibili ut patibile est, absq; hic scilicet quod procedat ad corporeas uitas: nihil intelligit intellectus q impatibilis ẽ, nihil dico ex his q̃ sunt memorabilia: de qbus nũc sermo est: utpote q̃: ut alibi ostensum est, omnia sint imaginaria: ꝯ ea rõne in intellectiõe rerũ memorabiliũ omnino egemus rõne tendẽte ad imaginationẽ vsq;, absq; hoc enĩ quomõ ĩpatibilis intellectus poterit memorialiũ aliquid intelligere: vnde nõ est audiendũ quod nihil simpliciter sine patibili impatibilis intellectus possit inlelligere: nã quomõ ſeparabilis erit uel ĩmistus quomõ ſubstãtia erit actus.*

¶ De eodem ex quibus uerbis animaduerti possit, quid Aristoteles de intellectu agente senserit. Caput XXIX.

QVare satis per se reuicti & confutati uidentur ii, qui Aristotelem quasi accusare audent, ceu hoc loco dubitauerit, non hoc quod modo nos diximus exposuimusq;, sed illud, quamobrem non recordamur earum rerum, quas intellectus agens sel cum uersauit intellexitq;, antequam constitutionem hominis accedat. Nonne audiunt Aristotelem clara atq; adeò exerta uoce clamantem, extincto communi intellectum agentem nec intelligere posse nec meminisse, quia hæ affectiones illius non erant, sed eius communis quod interiit. Quapropter & cum denuo hic dicat. Non recordamur idcirco, quia hic impatibilis est, ac patibilis abolitioni obnoxius est, innuere uidetur hominem esse intellectum illum agentem & impatibilem. Corrumpitur, inquit, & intercidit communio, unde quã quam immortales sumus, tamen meminisse non possumus eorum, quæ simul cum intellectu mortali didicimus. Cõparanda itaq; sunt ea, quæ tum hic, tum ibi dicuntur, & nedum confinia, sed consentientissima quoq; sibi reperientur. Alioquin si diligenter excusseris, perspicuo docebunt, quænam super ea re opinio Aristotelis fuerit adiungenda iis. Verba illa sunt, quæ altero ab hoc libro leguntur, ut quæ huic interpretationi nostræ de proximo astipulentur: De intellectu, inquit, & ui ea, quæ contemplatur & cogitat, nondum liquet, sed uidetur diuersum id animæ genus esse, solumq; hoc abstrahi & seperari contingere, tanquam scilicet sempiternum à caduco. Erat uero æquissimum, ut ea quæ in primo libro leuiter & dubitanter attigerat, accuratius hoc loco summa operis parte discuteret. Ac ibi quidem quæsitum non hoc quamobrem patibilis & corruptibilis intellectus non recordetur actionum, quæ ad immortalem & impatibilem pertinent (dubitare erat enim id conspectus, quam ut in eo aliquis dubitare posset, quom nihil stultius sit, quàm rationem quærere, cur id quod occidere potest non recordetur actiones eius, quod nunquã occidit) sed cõtrà rationabiliter in dubiũ uocatur, cur is intellectus, qui neq; pati, neq; commori potest, non recordetur actionum earum, quas cum intellectu abolito com-

muni opera exercuit. Soluit hoc ibi Aristoteles adhunc modũ, ut etiã suprà dixi. Quo circa, inquit, continente corrupto, neq; meminisse, neq; amare potest, propterea quòd affectiones illius non erant, sed eius communis quod interiit, obsoleuitq;. Hic quoq; ad eandem quæstionem sic respondet: Non recordamur, inquit, quia hic impatibilis est, ac patibilis internitioni addictus obstrictusq; est, & sine hoc nihil intelligit.

De eodem uerba Theophrasti: de coniunctione utriusq; intellectus, & cur non semper intelligitur, cur obliuiscitur, cur fallitur. Caput XXX.

EOdem modo & Theophrastus uidetur de intellectu agẽte indubitasse in iis libris quibus locos tractat ab Aristotele ante tractatos, Si, inquit, illi potentia ut habitus est, aut congenitus sit oportet, aut posterius accessit. Si congenitus, semper ergo & iam inde ab initio protinus moueret: si posterius accessit, quo instrumento, aut quo genere absolutio hæc facta esse dicetur? Videtur ergo tanquam ingenitus, si incorruptus. Inhærens uero aut assistens quom sit, cur non semper mouet? aut unde obliuio & deceptio nascitur, num de permixtione?

Contra eos qui dicunt intellectum agentem esse deum, aut propositiones primas. Itẽ intellectũ agentẽ esse speciem animæ ceu partem. Caput XXXI.

AGe uero illos hoc loco potissimum taxemus reprehendamusq;, qui secundũ Aristotelem putant intellectum agentem, aut deum esse, aut propositiones, & quæ de propositionibus oriuntur. Sanè ii qui propositiones credunt, surdissimis esse auribus uidentur, quom uocem Aristotelis tam contentam illustremq; exaudire nõ possint: Intellectus, inquit, hominis diuinus & impatibilis est. cuius substantia idẽ prorsus est, quod actus isq; immortalis, & sempiternus, & separatus est solus. Qui uero hæc de deo suspicantur dicta, nonne ipsi quoq; incessendi coarguendiq; tarditatis sunt, qui uerba philosophi, aut non intelligere, aut certe negligere uideantur? Quom enim statuisset Aristoteles in omni natura, alterum pro materia haberi, alterum pro formam ouente perficienteq;: Necesse, inquit, est easdem differentias in anima reperiri, & talem aliquem intellectum adesse, qui pars animæ rationalis præstantissima sit. Atq; hoc quoq; ex illis uerbis clarissime innotescit, quorum paulotenus ante mentionem fecimus: De intellectu, inquit, & ui ea quæ commentatur contemplaturq;, nihil adhuc liquet, sed uidetur diuersum animę genus esse, solumq; id abiungi & separari contingere, tanquam perpetuum à morticinio caducoq;. Nam & id quod philosophus hic dicit solum hoc & immortale & sempiternum haberi, non est huiusmodi, ut referri possit ad deum, quom is non modo deum immortalem statuerit, sed & potestates eas, quæ motum naturæ celestis intemperant, quas in Metaphysicis prodidit uel numero. Quamobrem cum ex omnibus uiribus animæ immortalitatem huic uni tribuerit toto opere, recte hoc loco dictum existimo solum hoc immortale & sempiternum haberi. Ex eisdem uerbis illud subinde colligi confirmariq; cupio Aristotelẽ opinatum fuisse intellectum agentem, aut aliquid nostri esse, aut planè nos ipsos. In totum si dicat solum hoc nostri sempiternum & immortalem esse sibi consentit: si uero simpliciter hoc affirmet, dissentit, quom ipse multis locis concedat cõplura esse alia, quæ natura immortali sint prædita.

Non modo Auer. uerum etiam Philo, hoc attribuunt Alex. quod intellectus agens secundum Aristo. in hoc loco deus est rationes etiam recitat Philo, quibus motus Alex. hoc crediderit prima quia ab Aristo. appellatur omnia faciens. solus autem deus omnium efficiens est secunda quia eius actio & eius substantia in idem conueniunt. tertia quia semper est actu.

Quæstio an intellectus agens unus in omnibus hominibus sit, & cur solus homo, & intelligat, & intelligatur ab aliis. Caput XXXII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

HActenus fuit hæc ſoluere non impendio arduum. Illud uero lõge ſpiſſius & ſcrutinio etiam dignius, utrum unus intellectus agens ſit, an multi. Ac primum quidem ſi lucem, cui collatus comparatusq; eſt, reſpicias, obtinebit unum eſſe, quando & ſol uniuerſis unus idem lucis ſplẽdorisq; largiatur, proindeq; unus author & principium luminis ſit, unde omnium animalium oculi colluſtrantur. Quemadmodum autem luminis huius mundo publici incorruptio immortalitasq; aſpectus ſingulorum animalium non pertingit, ita intellectus agentis æternitas nihil pertinere ad ſingulos homines uidetur. Iam uero ſi multi intellectus agentes inuehendi eſſent, & ad ſingulos intellectus potentiæ ſinguli agentes accõmodandi, aſſociãdiq; uiderent, quo nã modo uiciſſim differrẽt? Nam ſimgularia quæ eadem ſpecie habentur, interſtinctione materiæ diſcernũtur. Intellectus autem agentes ſi plures forent, eadem ſpecie continerentur, tum quia omnium eorum ſubſtantia definiretur actu, tum quia eadem genera conſtitui oporteret, quæ promiſcue ab omnibus uſurparentur, cognoſcerenturq;. Si enim non eadem omnibus ſint futura, ſed diuerſa, qualiſnam obſecro iſthæc ſortitio & diſtributio fuerit? Quo item pacto intellectus potentiæ omnia intelliget niſi intellectus agens, qui illum ad actum producit, etiam intelligat omnia? An primum quidem intellectũ illuminantem credi unum oportet? Illuminatos uero & ſubinde illuminantes multos? Quemadmodum quãquam ſol eſt unus, tamen lux quæ de ſole prodit & mittitur, quaſi abiungitur ab eo & diuellitur: atq; ita in multos obtutus diſtrahit, diſtribuiturq;. Quãobrem Ariſtoteles intellectum non ſoli, ſed lumini comparauit: Plato autem ſoli, quia intellectum & animum hominis deo eſſe quamſimillimũ uolebat. Quod ſi cui extrema opinio increnda uideatur, omnes homines, qui ex actu & potentia conditi dicimur, ad unicum intellectũ agentẽ referri, unde conſiſtimus ſumusq; homines, nihil eſt quamobrem auerſari abſterreri ue debeat. Vnde enim communes illę animi prænotiones, conceptionesq; omnibus haberentur? Vnde ingenita illa impreſſaq; omniũ mentibus primorum noticia conſtitiſſet natura duce, nulla ratione, nulla doctrina? Vnde poſtremo intelligere mutuo & intelligi uiciſſim poſſemus, niſi unus ſingularisq; intellectus fuiſſet, quem communẽ omnes homines haberemus? Quo circa ueriſſime illud apud Platonem legitur: Niſi, inquit, hominibus communia eſſent multa, ſed proprium quid, aut præcipuum & impromiſcuum contineretur in ſingulis, non eſſet admodum facile oſtendere & ſignificare alteri uoluntatem ſuam. Huic ſentiæ argumento & illud eſt, quòd niſi ita dicatur, diſciplinæ transfundi in diſcipulum non poſſent. Quom enim eadẽ ſint, quæ tradendis iis, & qui docet, & qui addiſcit conſiderat (quia neq; hic docere, neque ille addiſcere unquam poſſent, niſi ab utroq; eadem commentatio tractaretur) perſpicuum eſt, eundem eſſe intellectum præceptoris & diſcipuli oportere: quandoquidem eſſentia intellectus idem eſſe quod actus ipſe deſcribitur. Atq; hæc fortaſſe cauſa eſt, quamobrem ad ſolos homines pertineat docere & diſcere, uiciſſim alloquiorum & ſermonum intellectum habere. Hoc genus animalibus non poteſt contingere, quia in iis conſtitutio animarum & præparatio contumax ineptaq; eſt, ut intellectum potentiæ poſſunt recipere, qui ab intellectu agente perficiatur.

Nam ſingulariа in eadem ſpecie iterſtinctiõe materiæ diſcernuntur.

¶ *Melius quæri utrum omnes homines, & omnes intellectus ſint unus, quam utrum omnes animæ ſint una, & quod intellectus docentis & addiſcentis eſt unus.* Caput XXXIII.

AT uero (quod & ueteribus & recentioribus quæſitum ſcio) utrum animæ omnes una tantum animam ſit, bono periculo præteriri hac parte poteſt: illud magis ad rem uidetur, utrum omnes homines unus ſit homo. Vt enim una ſit anima omnium, quæ abiuncta ſeparataq; habeatur, poteſtates certe ac uires eius multas probari neceſſe eſſet, atq; adeò inter ſe clariſſimo diſcrimine diſcrepantes. Nam & nutricem à ſenſuali, & ſenſualem ab appetitu differre quis negauerit? De homine autẽ & intellectu contemplatiuo conſequens & neceſſaria quæſtio eſt, præſertim iis qui ſubſtantiam eius nihil aliud eſſe, quàm actum affirmant. Aut enim eandem rem non intelligũt, præceptor quom docet, & diſcipulus quom docetur (quod falſum eſſe nemo eſt qui neſciat) aut ſi eandem intelligunt, idem ambobus actus eſt, eoq; ſubſtantia eadem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Vtrum intellectus potentiæ immortalis & impatibilis ſit. Caput XXXIIII.

SEd illud quæritur, utrum quemadmodum incorruptionem luminis, quo oculi colluſtrantur, non participat uirtus uiſibilis. ita immortalitatem intellectus agentis non participet intellectus potentiæ, qui ab intellectu agente ita illuminatur, ut aſpectus à luce. An ſenſus quamuis longe ſit impatibilior, quam ſenſorium, quàm uisq; patiente ſenſorio ipſe non patiatur. Si enim ſenex oculo probo ualenteq; uteretur, uideret æque ac iuuenis: non tamen prorſus impatibilis eſt, ſed paſſionē ſenſorii oblæſionemq; ad quendam modū agnoſcit. Intellectus uero ſeparatus & expers omnino diſpendii huius eſt. Atq; hoc de retro dictis poteſt oſtendi, ubi Ariſtoteles nondū de intellectu agente, ſed ſolum de intellectu potentiæ loquebatur. Non eſſe, inquit, ſimilem impatibilitatē intellectus & ſenſus internūcia & ſenſoria ſenſuum demonſtrant. Senſus enim poſt ualidum ſenſile (ut poſt dementem ſtrepitum, poſt immodicum ſplendorem, poſt ferum odoré) ſentire admota incidētiaq; non poteſt, ſi becilliora & cicuriora prioribus fuerint. Intellectum contrà ſi ab excellente aliquo intelligibili tranſtuleris, nihilominus inferiora & humiliora cognoſcet, niſi fortè magis exquiſite. nam ſenſus ſine corpore haberi non poteſt, intellectus uero abiunctus ſeparatusq; eſt. Hæc uerba priuatim de intellectu potentiæ intelligenda ſunt, quia migratio hæc & trāſitio de genere in genus ad intellectū potentiæ pertinet tantum. Item paulò ſuprà: Quapropter, inquit, neq; permixtum eſſe corpori ratio eſt, neq; inſtrumento aliquo uti, quemadmodum ſenſus uidentur. Paulò quoq; ſuprà: Impatibilem, inquit, dici intellectum oportet, ita tamen ut formas rerū ac ſpecies poſſit recipere. Ex quibus omnibus aperte datur intelligi, Ariſtotelem tum de ſenſu & ſenſoriis, tum de intellectu ita exiſtimaſſe, ut ſenſus minus quidem obnoxius paſſiōi eſſet, quàm inſtrumenta, non tamen in totum immunis ſeparatusq;. Intellectus autem ut qui citra corporeum inſtrumentum functiones ſuas abſolueret, omnino impatibilis adiunctusq; diceretur.

¶ Intellectum patibilem differre ab intellectu potentiæ. Caput XXXV.

VErum ſcire illud quoq; auebunt legentes hæc, ſi intellectus potentiæ initio fineq; uendicatur, immortaliſq; eſt, quidam aut quale ſit id quod ab Ariſtotele intellectus patibilis & occiduus uocatur. Hoc nos polliciti olim ſumus oſtendere, quod quidem facillime conſequemur, ſi Ariſtotelem ipſum in communionem ſciuerimus. Ageſis uideamus nunc, æſtimemusq; iterum ea uerba, quæ primo uolumine non procul ab initiis ſpectantur. Fortaſſe ut ignis attritu ſilicis crebro, ita frequenti tractatu uerborum philoſophi elicietur aliquando elideturq; ueritas. Itelligere, inquit, amare, odiſſe, affectiones non ſunt illius quatenus ipſe eſt, ſed huius quod illum continet. Quapropter continente corrupto, neque meminiſſe poteſt, neque amare, propterea quòd affectiones illius non erant, ſed communis, quod abolitum eſt. Videtur hoc loco Ariſtoteles, quom dicit Commune, patibilem & corruptibilem intellectum accipere. Nam intellectum potentiæ nulla dubitatio eſt, quin impatibilem & ſeparatum putauerit, & qui formas rerum poſſet concipere, & qui nihil eſſet actu ſed potentia: item qui cum corpore miſceri non poſſet, & cui nullus uſus corporei inſtrumenti eſſet. præterea cuius impatibilitas diſtaret ab ea, quæ pertineret ad ſenſum. Quare ſi pugnantia dicere Ariſtotelem nefas eſt credere, neceſſe eſt intellectum communem alium eſſe ab intellectu potentiæ. Hic igitur caducus, patibilis, indiuiduus, & inſeparabilis, permixtusq; corpori eſt: ille contrà æternus, impatibilis, ſeparatus, & ab omni corporis mixtione, confuſioneq; alienus. Omnia hæc Ariſtoteles dilucidiſſime hoc opere uideretur executus.

¶ Quid differat intellectus agens ab intellectu potentiæ, uter prior, uter præſtantior. Caput XXXVI.

PRæcurrit uero ac procedit intellectus potentiæ intellectum agentem eo modo, quo ſplendor lucem, aut quo flores fructum. Nec enim quicquam omnium eſt, quod poſſit in primordio ſui perfici, ſed ſuper inchoatio quædam, & rudimentū præmittitur. antequam finis & abſolutio ceu faſtigiū rebus accedat. Quapropter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

omnia quæ ſunt,quæq; agũtur acertime,leuioribus principiis natura prætexuit,ſemperq; quod minoris eſt,eodem in genere priorem ortum habet, quàm quod pluris.Separatus ergo ; imper/ mixtus,& impatibilis eſt intellectus potentiæ,quod nos ſuperius Ariſtotelem dixiſſe,comprobaſ ſeq; demonſtrauimus.Non tamen eodem modo ſeparatus,quo intellectus agens.Sed attẽde ob/ ſecro,quæ de intellectu agente,& intellectu poteſtatis per comparationem is dixit:Et eſt,inquit, intellectus alter,qui omnia poſſit fieri,alter qui omnia facere tanquam habitus quidam, perinde atq; lux.Nam & lux quodam pacto facit,ut colores potentia conſiſtant actu colores.Atq; hic in/ tellectus ſeparatus,impatibilis,impermixtusq; habetur,cuius ſubſtantia eſt actus. Semper enim præſtantius eſt id quod facit,quàm id quod patitur,& principium quàm materia. Atq; hæc ita accipienda arbitror,ac ſiquis ſolem diceret magis ſeparatum eſſe, quàm lucem. Ex quo perſpi/ cuum uidetur Ariſtotelem utrunq; intellectum ſeparatum putaſſe,ſed agentem magis, & ſepa/ ratum,& impatibilem,& impermixtum.Eſt & in eo diſcrimen,quòd intellectum potentiæ prio/ rem in nobis tempore commonſtrauit,natura perfectione & dignitate intellectum agẽtem : imò uero neq; illud ſimpliciter uerum eſt, intellectum potentiæ priorem tempore haberi agente, etiamſi in hoc uel in illo prius tempore adſit,quàm intellectus agens. Quod quidem exemplo illo indicatur, quod neq; ſatellites,qui regem præeunt:neq; ſplendor,qui præuenit ſolem: neq; flores,qui antecedunt fructus,ſimpliciter priores dicuntur iis.

Separatus quidẽ hic intellectus ẽ. ait ſimpli. nõ modo reſpectu corporis vel corporee vite verum & reſpectu rationalis vite : actiue.ſ.& cõtemplatiue : q̃ diſcurſu conſtat in abſceſſu ab ipſis.

¶ *Platonem quoq; poſuiſſe in homine intellectum, alium mortalem, alium immortalem.* Caput XXXVII.

PRorrò intellectum communem mortalem dicit,per quem homo eſt, qui ex anima & corpore conſiſtit,in quo iracundiæ & libidines ſedent,quas etiam Plato morta/ les facit.Quod ex uerbis illis conſtat,quæ in Timæo leguntur:Dii,inquit, quom animam immortali initio præditam accepiſſent,circumligauere obduxereq; ei cor pus fluidum,& mortale, adiecto genere quodam mortalis animæ,in qua pertur/ bationes affectusq; animi uehemẽtes & neceſſarios condiderunt. Primum uoluptatem, quæ maxima eſſet malorum eſca & ilex: tum dolorem, cuius ui æſtuq; homines ab officio reuocan/ tur:mox audaciam atq; metum,duos conciliarios imprudentes ac temerarios:poſtremo iracun/ diam infrenem,& ſpem inanem, quarum altera iudicium animi tolleret,in conſideratione libi/ dineq; furendi,altera conſtantiam frangeret procliuitate & facilitate credendi. Ita ſenſu irrationa/ li & qui omnia perrumpit & uincit, amori confundentes miſcentesq; genus animæ occiduum conflauerunt.Cæterum ueriti ne diuinæ animæ immortalitas coinquinaretur uicina mortali/ tas, quanta licuit intercapedine optimatem animam ab ea,quæ ſequioris conditionis erat,diſpe ſcuerunt,diſcluſeruntq;.caput à pectore diſterminantes diſiungentesq; collo. Quamobrem ut ſedes puritatis diuinitatisq; à regione impuritatis diſperata eſſet,in præcordiis,atq; ea parte quæ pectus dicitur, morticinium animæ genus conſtituerunt.In calce quoq; operis repetendo ea, quæ de anima ſcripſerat:Hæc ſunt,inquit,quæ de anima dici potuerunt,& quantum in ea eſſet tum mortalitatis,tum immortalitatis. Præterea rationes ferè exquiſitores omnes, & ualidiora argumenta,quæ à Platone in Dialogo de immortalitate animæ ſunt perſcripta, uidentur ſe ad intellectum primum non ad communem referre.Primũ illa ratio huc tendebat, quæ de animæ motu indigete ducebatur, id eſt, ex eo quod ipſum ſe animus moueret. Nam & nos ferè idem uidebimur dicere quod Plato,qui intellectum definit, ipſum ſe mouentem, ſi loco actus, quo nos ſolo deſcribimus,accipere motum uelimus.Eodem uergebat ratio ea, quæ diſciplinas & no/ ticias rerum nihil aliud eſſe,quàm memorias & reminiſcentias oſtendere conabatur.Similiter & illa hoc uolebat, quæ animam hominis cum deo quandam habere ſimilitudinem comproba/ bat. Demum ſi diligenter attenderis,cæteras quoque ratiões,quæ paulò firmiores grauioresq; habeantur,conuenire omnes,& congruere huic intellectui comperies, quemadmodum & illæ quas ipſemet Ariſtoteles in Eudemo complexus eſt.Ex iis abunde arbitro manifeſtum factum Platonem ex iis partibus,quæ pertinerent ad animam,ſolum intellectum immortalem putaſſe. Contrà tum omnes affectus,tum rationem in affectibus conſtitutam mortalem, quam Ariſto/ teles patibilem intellectum appellat.Qualiter autem hoc intelligi uelim,proximæ declarabo.

Amor omnia perrumpit & vincit.

Ariſto.in Eudemo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ De eodem intellectu mortali. Item quomodo affectus humani cum ratione iungantur. Caput XXXVIII.

HVmani affectus omnino expertes rationis non ſunt, quom & parere interim rationi, & duci monitis conſentireq; uideantur. Affectus uero reliquorum animantium, aut penitus uacui rationis ſunt, aut ſiquod ueſtigium rationis præferunt, per obſcurum id & tenuiſſimũ præferunt. At humanis affectibus iuncta innexaq; ratio eſt. Nam audacia, metus & ſpes ſtatim oſtendunt ſe rationalis animæ ditioni ſubeſſe, quia futurum & conſequens tempus uidentur reſpicere, quod bruta nõ poſſunt. Quãobrem quom nullum animal præter hominem confidat, metuat, ſperet, ſed delectetur tantũ, aut doleat (quod genus non niſi præſentibus & inſtantibus rebus contingit, quæ uoluptatis, & quæ doloris inuehunt ſenſum, qui motus nullum conſortium aut fœdus cum ratione intellectuq; obtinent) in homine uno omnes affectus uſq; adeo participes rationis poſſunt effici, ut ſimul mediocritatem, ſeu modũ accipiunt, habeantur & euadant uirtutes. Quæ res inditio eſt non naturã affectuum, ſed ſuperantiã & exceſſum, & quod longius diſceſſerit à naturæ conſtantia, alienam eſſe à ratione. Quo circa recte finiunt Stoici, qui affectus dicunt commotiones animi eſſe à præſcriptiõe iudicii & ratiõis auerſas. Ita fit ut idẽ ſit intellectus patibilis & affectus rationalis, hoc eſt affectio & perturbatio animæ humanæ, quæ ꝓpter habitationẽ animi & intellectus in corpore particeps rationis efficitur, & rationi ſubiecta. Neq; enim collocari aliter & habitare in corpore intellectus poſſet, niſi affectibus mediis necteretur obligareturq; alioquin ut diuinus Plato inquit impurum cum puro ſociari & conciliari non poſſet: Dii (inquit) quom animam immortali origine præditam accepiſſent, obduxere ei corpus mortale, quod uti fieri poſſet, utique immortalis forma in corpore mortali clauderetur, texuerunt genus animæ alterum fragile ac mortale. Nam uinculũ id quo immortalis natura conglutinebatur mortali, ipſum quoq; haberi mortale oportuit, proinde corrupta mortali natura ſimul quoque uinculum eius intercidit.

¶ Quid Theophraſtus de tribus intellectibus ſenſerit. Caput XXXIX.

PLane facturum hoc loco me operæpræcium arbitror, ſi uerba Theophraſti de intellectu poteſtatis & agente prætexuero. De intellectu itaq; poteſtatis hæc dicit: Quom intellectus (inquit) homini extrinſecus accedat, quomq; tanquã appoſitus inuectusq; ſit, quæritur quemadmodum congenitus nobis dicatur: demum quę nam confirmatio naturaue eius ſit. Certe id quod dicitur nihil actu eſſe intellectum ad poteſtatem omnia recte hactenus dicitur, quatenus & in ſenſu, non tamen uſque eo aduiuum reſecanda res eſt, neq; tam nihil actu probandus, ut neque ipſemet ſit. Calumnia hæc eſſet & oratio contentioni cauilloq; proxima, ſed ita intelligendum, ut in animo talis quædam ſui generis potentia ſit pro ſubiecto formarum agremio, qualis in rebus materialibus facultas illa eſt, quæ conſtitutioni earum & concretioni inſternitur. Porrò quod dicitur mẽtem extrinſecus accedere, non ita ſtatuendum eſt, ut qui uere appoſitus inuectusq; habeatur, ſed ut qui ſtatim ab ortu quaſi comprehendere nos complectiq; ſoleat. Item quo nam pacto res efficiũtur intellectę, & qualisnam uidetur paſſio ea. Neceſſe enim eſt afficiatur animus & quaſi patiatur, ſi prodire ac peruenire ad geſtionem debet eadem ratione qua ſenſus. Sed quom ſit incorporeus, qui fieri poteſt ut patiatur aut immutetur à corpore? Vtrum item ab illo, an ab ipſo principium eſſe putandum eſt? Plane ipſum pati uideri poteſt ab illo ortum habere (nihil enim ipſum à ſe patitur) at uero cauſam præſtare omnium actionum, hoc eſt, ut intelligatur uel non intelligatur res, quadmodum & in ſenſu perſpicitur, utiq; ab ipſo intellectu proficiſci uidetur. Illud hercules perabſurdum forte ſit, intellectum qui naturam refert materiæ, nihil eſſe ipſum exiſtere, ſed tantũ omnia complecti & continere potentia, & reliqua quæ longũ eſſet perſequi. Quamuis autem Theophraſtus quæſtiones has compendioſo ac feſtinanti ſermone quaſi deguſtet (uerba quidem pauca, ſed fœta) tamen rerum multarum & magnarum inculcat. Plena hæc difficultatum ſunt, plena ſolutionum, quas obiter quaſi aliud agens ſubiungit, plena poſtremo contentionis & diſceptationis oratio eſt. Atq; hæc ille in quinta parte naturalium quæſtionum ſcripſit, hoc eſt ſecundo libro de anima. Ex quibus liquet Theophraſtum de intellectu potentiæ eadem fere in dubi-

Quo nõ intellectus potẽtia nihil actu eſt. De hoc lege libri primũ de auſcultatione naturali in digreſſiõe de materia prima.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tationem uocaſſe,quæ de intellectu quoq; agente quæruntur,utrum deforis accedat, utrũ congenitus habeatur.Definitum præterea eſt,quemadmodum deforis accedere,& quemadmodum congenitus haberi probetur.Iam ſicut intellectum agentem,ita intellectum potentiæ impatibilẽ aſſerit,& abiunctum à corpore.Impatibilis(inquit)eſt intellectus,aut ſi patibilis eſt, alio more patibilis eſt quàm cætera quæ pati dicuntur.Nam ſi pati intellectus putandus eſt,nõ ita putandus eſt,ut patiendo ſe moueat(motus enim omnis inabſolutus imperfectusq; eſt)ſed ita putandus eſt pati, ut ad actum & perfectionem paſſione illa perueniat. Vlterius etiam progreſſus inquit: Senſus non eſt ſine corpore,intellectus habetur abiunctus.Item eo loco quo retractat ea quæ de intellectu agente definierat Ariſtoteles,illud(inquit)conſiderandum, quod uel in omni natura inuenias, duobus momentis ſingula contineri, quorum alterum pro materia & potentia ſit,alterum uero pro cauſa & actore ſumatur:ſemper uero præſtãtius eſſe quod agit, quã quod patitur,& principium nobilius eſſe quàm materiam oportet. Atque hæc quidem ille quãquam confirmat,tamen reuocat in controuerſiam qualesnam duæ illæ ſint naturæ, quibus ratio hominis atque mens conſtat. Item priuatim qualenam id ſit, quod intellectui agenti ſubiicitur. Mixtum enim quodammodo & quaſi concretum uideri animum nobis ex intellectu agente & intellectu potentiæ.Si igitur ſociatus congenitusq; eſt qui mouet,ſtatim ergo & ſemper mouet: ſi uero poſterius accedit,quo nam inſtrumento,aut qua ratione abſolutio hæc & generatio facta eſſe defenditur? Ac uidetur quidem carere genitu,ſi incorruptus immortalisq; eſt. Quom uero ſemper iuxtim aſſiſtens & proximus ſit,cur non ſemper mouet? aut unde nobis obliuio & hallucinatio accidit? an culpam habet permiſtio? Ex iis omnibus manifeſtum puto eſſe non præter rationem ſentire, qui dicant Ariſtotelem & Theophraſtum exiſtimaſſe aliud eſſe intellectum patibilem & corruptibilem,quem illi communem uocant,& corpore non abiunctum: aliud totũ id quod ex intellectu agente,& intellectu potentiæ componitur,quod & ſeparatum à corpore & incorruptibilem & ingenitum ſtatuũt. Atq; ita fieri,ut partim duæ naturæ ſint,partim una. Nã & id quod ex duabus facultatibus,forma & materia conditur,unum eſſe intelligimus. Cæterũ quærere quid quiſq; de anima ſenſerit, & loci & curæ alterius eſt. At quæ nam fuerit opinio. Ariſtotelis,quæ Theophraſti,& quę etiamnum Platonis,facile arbitror colligi poſſe ex uerbis iis quę ſupra de libris eorum prompſimus prętexuimusq;.

¶ *Primam actionem intellectus eſſe ſimplices terminos uerſari.deinde circa compoſitionem,in qua iam ſit ueritas falſitas.* Caput XL.

21 Rgo intellectus potentiæ ſimulac intellectum agentem ceu propriam ſibi formã prædendit,primum intelligit ſimplicia indiuiſibiliaq;,quæ in decem generibus continentur,in quibus ueritas aut falſitas nulla uerſatur:deinde ultra progreſſus cõponit illa,connectitq;. Verbi gratia:Socrates inambulat,in quo iam ueritas aut falſitas poteſt conſiſtere. Componit inquam,hæc non ut aceruum temerario congeſtu aut interiectu conſtituat,ſed ut quæ multa ſparſaq; ſunt, ad unitatem & coalitum reuocet. atq; ita cœtum ſimplicium uocum comprehenſione & intellectione una cohibeat,ut illud: Xenocrates diſputat. Hic autem complexus & compoſitio notionum uidetur ſimilis ei,quam Empedocles in conſtitutione membrorum cecinit factam à concordia primum. Quẽadmodũ apud illum non omnis compoſitio membrorum conſtituit animal:ita apud nos non omnis compoſitio notionum conſtituit ueritatem, ſed aliqua etiam compoſitio eſt, de qua mendacium exiſtit. ut ſi commenſuratio committatur diametro,erit mendaciũ & falſitas:ſi incommenſuratio,ueritas.Deinde quemadmodum illic ex ſimplicibus membris animal ſimplex conficitur, ita hic ex ſimplicibus terminis ſimplex propoſitio naſcitur.

De *cæteris omnibus anime viribus agens Ariſto.tam naturalibus quam ſenſitiuis:ait Simpl. hic:ab eorum obiectis doctrine ſumpſit exordium:ac deinde de actionibus diſputauit: anteaquam de earum eſſentia loqueretur:ut ſcilicet ab his quæ nobis ſunt notiora ad ea que magis latent procederetur:in intellectiua autem virtute contra.primo intelligendũ quiſnam ſit & qualis ſpeculatus eſt:anteaquam de intelligibilibus loqueretur:utpote quia cognobilior eſt:et deinde intelligibilia:ut ex vtriſq; eliciamus eius actionem erga intelligibilia:vt igitur in paſſibili intellectu:poſtea*,

quam eius ſubſtantiam edocuit: que ab ipſo cognobilia ſunt exponit: que duo ſunt: forma ſcilicet & formatum: ac duplicem deinde circa ipſam actionem: pari etiam paſſu nunc perueſtigata intellectus agẽtis ſubſtãtia: q̃ ſint ipſo cognobilia: & qualis ſit etiã erga ipſa eius actio docere aggredit.

¶ *Non modo in rebus, ſed in temporibus quoq; ueritatem aut falſitatem adeſſe. Item tempus non a ſenſu ſed ab intellectu cognoſci.* Caput XLI.

IN iis[a] quoq; ſimul intelligitur ratio temporis, quom res uel tanquã præteritæ geniteq;, uel tanquã futuræ & gignendæ noſcuntur. Et hercules præteriti & conſequentis temporis agnitio propria intellectus eſt, & eius facultatis, quæ ſuperior uiſis & imaginatione habetur. Nam ſenſus & imaginatio expertes notitiæ temporũ ſunt, præſertim præteriti ac futuri. Nec enim creari poteſt in anima aut uiſum, aut ſenſum aliquod rei, quæ aut iam interciderit obſolueritq;, aut nondum ſit orta; ſed quicquid icit imaginationem aut ſenſum tanquam inſtans præſensq; icit. ita temporis ſenſus duntaxat ad animum mentemq; pertinet. Circa tempus quoq; ueritas & falſitas innoteſcit. nam hæc oratio, Crœſus fuit, uera eſt: illa, Crœſus eſt, falſa. Porrò interim ita componimus, ut quod adeſt rei, adeſſe dicamus, nix excandida eſt: interim ita ut quod adeſt, negemus adeſſe, nix nõ eſt candida. In quo quom talis compoſitio ſit, ut dicamus illud huic non adeſſe quod adeſt, iuſtius ſit non compoſitionẽ complexionem ue, ſed diuiſionẽ ſectionemq; ſiue etiã diſtractionẽ & præciſionẽ uocare. Nã & negatio diuulſioni & diuiſioni ſimillima eſt, & dedicatio ſiue affirmatio cõnexioni compoſitioniq;. Niſi forte nomen diuiſionis utriq; generi congruat, quòd eas res quas imaginatio à ſenſu confuſas inordinatasq; accipit, intellectus diſponit, interſtinguit & diuidit, ſeorſum de Socrate enuncians, ſeorſum de inambulante conſiderans: demum ſeparatim efferens quæ ſeparata non ſunt, quãquam retro quoq; ſimul ita diſcreuit, mox ad unitatem & concilium reuocat. Nã una oratio, ſiue una cõceptio eſt, philoſophatur aut deambulat Socrates, & ueritas item ac falſitas in oratione, quatenus una eſt, cõtinetur. Vtrunq; igitur põtificiũ ſolus intellectus obtinet, & quòd multas notiones in unũ poteſt conducere & cohibiliter nectere, & quòd notitiã temporis cum rerum cognitione coniungit. quorũ neutrũ neq; imaginatiõi, neq; ſenſibus datũ.

[a] *In ſempiternis, ait Simpli. ſola egemus copula ſubiecti cum prædicato: in his uero que in generatione uerſantur et interitu tempore etiam opus eſt: ob id quia non ſemper: ſunt: ſed quandoq; ſunt: et quandoq; non.*

¶ *Quotuplex ſit indiuiſile. Item intellectionem et tempus pari iure indiuiſilia et diuiſilia eſſe. Itẽ intellectum per ſe in non tempore intelligere, ſed ex accidenti in tempore, et quid ſit e ſe ex accidenti diuiſile.* Caput XLII.

[3] SImplex uero & indiuiduum bipartito accipitur. Nam aut indiuiduum ita eſt, ut neq; potentiã neq; actum admittat, quo genere ſunt formæ immateriales, & punctus: aut ita ut potentiam tantum, non etiam actum agnoſcant, qualis linea eſt, & præterea omnis magnitudo. Ergo intellectus & tempus id, quod ad intellectionẽ rerum ſimul adiungitur, pariliter diuidua & indiuidua ſunt. Quom formæ immateriales comprehenduntur, utrunq; indiuiduũ eſt & intellectus & tempus. Quom uero res potentia ſectiles, & actu inſectiles noſcitantur, tunc intellectus inſecabilis actu eſt. & intelligit inſecabili tempore. Nam longitudinem ceu genus unum ſimul uniuerſam intelligit, non partem
[4] unam dimidio temporis, dimidio alteram, alioquin non eſſet longitudo una, ſed duæ: ita intellectus nõ longitudinem ſed longitudines intelligeret. Quòd ſi longitudinem unam in longitudines duas diuelleret, diuelleretur & tempus. Eſt & genus aliud indiuiſilium, non quantitate ſed ſpecie, qualis homo uel Socrates eſt. ambo enim indiuiſilia ſpecie ac forma dicũtur. Nã neq; notio hominis diſtrahi aut ſecari præterea in alias ſpecies poteſt, ſed ſi qua poteſt ſecari, fortaſſe tantum poteſt in ſingularia: nec multo minus Socratis notio. Hęc igitur quæ indiuiſilia ſpecie ſunt, intelligit indiuiduo tempore & indiuidua intellectione. Nõ enim partẽ hanc Socratis dimidio temporis illã, dimidio altero apprehendimus. Neq; item more illo intelliguntur res, quo efferũtur à nobis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nobis uerba. Nam hoc mirabile intellectu eſt, audimus in tempore, intelligimus nõ in tempore, ſed momento, quod aut omnino tempus non eſt, aut ſi eſt, partibus caret: non ſolum uero intelligit inſectili tempore, ſed etiam intellectione inſectili, non ita ut ſingulis ſyllabis hæreat, & partem uocabuli parte intellectionis abſoluat, ſed ita, ut quãquam diuiduum uocabulum eſt, indiuidua tamen comprehenſio & intellectio ſit. Quòd ſiquis contendat intellectionẽ eſſe diuiduã, facile concedemus, modo intelligat diuiduam eſſe per accidens. Nõ enim ſuapte natura diuidua eſt, ſed culpa uocabuli quod cũ mora & productione uocis effertur. Proinde quom uox omnis non illico, conſtimq;, ſed tractim & particulatim ędatur, contingit credere intelligentiã quoq; nõ momento uniuerſimq;, ſed cunctanter & mẽbratim abſolui. Quo fit ut ea res quæ per ſe inſectilis eſt (quãquam difficile dictu uidetur) quaſi deſcendat in rem diuiſilem ad eam, qua ſe ingenium ſuum accommodet. Rurſum pleraq; per accidens indiuiſilia ſunt, id eſt non ſuopte nutu, ſed propter id, per quod intelliguntur hoc modo confiniũ & colliminũ tẽporis. In quo animus intelligit, per accidẽs indiuiduũ & inſectile eſt, quia accidit tẽpori cuius eſt extremũ, & per quod ab intellectu cognoſcitur. Niſi enim annus, menſis, dies, hora determinaret iunctum præſensq; tempus, momentum hoc indiuiduum intelligi nullo modo poſſet. Huius rei ratio illa eſt, quòd in omnibus iis quæ ſecantur in partes, ineſt aliquid quod minimum & inſecabile eſt: & in omnibus iis quæ condita concretaq; ſunt, habetur aliquid ſimplex incompoſitumq;. Quod quidẽ quicquid qualecũq; eſt, neq; ſeparari poteſt à rebus quibus ineſt, neque ſeorſum ſubſiſtere, quãuis inſit. Sed neq; ſignificantia nominis poteſt abiungi à nomine, neq; ſine eo item pronunciari: forte uero neq; intelligi quidem à quoquã ulla res poteſt, niſi ſecum ipſe uocabulum intus affingat, ad quod ſe identidem referat, quotiens cogitaturus aliquid eſt. Et ſi uero hæc ita ſe habent, ea tamen intellectus uis eſt, ut uoces & dictiones quæ ſuopte ingenio ſecabiles & diuiduæ ſunt, indiuiduas & inſecabiles utiq; per accidens faciat.

Omne continuum indiuiſiliter intelligi, ſed & quantitatum diſcretam quadantenus. Caput XLIII.

PLane indiuiſionem eandem habent tempus, longitudo, & omne continuum, & id quod facere poteſt ut lõgitudo ſit una, idem poteſt facere ut unum ſit & tempus & omne continuum. Nam unitas ſecundum quã dicimus ſtadium eſſe unum, & diẽ unum, & menſem unum, eadem ineſſe & longitudini & tempori uidetur. Ea unitas indiuidua eſt, & tamen ineſt diuiduis rebus. Eſt ſimplex & incompoſita, & in duplicibus & cõpoſitis continetur: alioquin omnis quãtitas eſſet diſcreta, ideoq; nihil aliud eſſe quã numerus multitudoq; uideret. Nũc & illud fortiter affirmauerim, multitudinẽ quoq; ipſam & numerum unitate aliqua cohiberi & comprehendi contingere. ita non modo cõtinuæ quantitati, ſed etiam diſcretæ unitas competet. nam binarius, ternio, denarius multitudines ſunt unitatis acceſſu coërcitæ.

Quemadmodum intelligantur puncta, & momenta, & priuationes. Caput XLIIII.

PRorro punctus & momentum quom ſimplicia & indiuidua uocantur, non eodem iure quo cætera appellationem illam ferunt. Eſt enim aliquid quod per ſe, & ſuapte natura indiuiduum eſt & incompoſitum. At punctus & momentum non hoc modo indiuidua ſunt, ſed ex defectu & priuatione cõtinui. Atque ita intellectus cognoſcit illa definitq; non priuato adortu, aut directo in ea incubitu (quia nullã formam à ſe obtinẽt cui poſſit incumbere) ſed ſequeſtrando & præcidendo dimenſum & magnitudinem, atq; illa ipſa quorum limites extremi puncta & momenta ſunt. Certe hoc genere cõueniũt intellectus & ſenſus. nã quẽadmodũ aliqua per ſe, id eſt quæ facie ſua pellunt, aliqua negatione priuationeq; ſentiuntur per ſe, ut candor, lumen, uox, ſonus: priuatione ut nigror, opacitas, ſilentiũ: ita ſunt quædam quæ ſua natura, quædam quæ aliena, qua careant ad intellectũ ſui utanẽ bonũ à ſe intelligitur, malũ non à ſe, ſed quòd priuũ inopsq; boni eſt. Huiuſmodi uidetur ſcitũ illud apud Platonem de materia: Cognitio (inquit) & uiſio quæ de materia habeẽ, nota atq; extranea eſt, actus autẽ notus tã in intellectu, quã in ſenſu. Is propriæ eſt qui nõ de uultu & facie

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aliqua eius rei quam contemplamur, elicitur, sed de forma illa qua priuatur.

¶ *Potentiam & imperfectionem esse rationem, qua intelligantur priuationes & malum. Item neq; deum, neq; intellectum agentem intelligere priuationes, sed seipsos, ideoq; ueritates esse.* Caput XLV.

25 ERgo quemadmodum si sensus non esset ea natura, ut posset modo agere modo non agere, sed ea ut semper ageret, nunquam accideret, ut aut oculus tenebras, aut aures silentium sentirent: ita si intellectus non ita institutus esset, ut aliquando cessare ab opera posset, neq; mala intelligeret, neq; informia, neq; numero suo & perfectione carentia. Talis igitur intellectus potentiæ est, ut contraria contrariis quodammodo intelligat. agendo enim intelliguntur formæ potentia, id est non agendo nec intelligendo formas intelliguntur informia: contraria autem sunt potẽtia & actus. Prohinc si quis intellectus est ab omni potentia exolutus liberq;, is neq; malum neq; priuationem intelligit, qualis exterior intellectus uidetur, id est agens, & eo amplius causa rerum princeps, id est deus. Est enim intellectus agens à materia abiunctior quã intellectus potentiæ. quamobrem is semper intelligit id quod maxime est, & quod maxime forma existit, & quod longissime ab omni priuatione informitateq; abest. Talis ipsemet est, seipsum ergo intelligit. atq; hic est cuius substãtiã merito actũ uocauimus, & qui proprie separatus est, & qui neq; illũ quidẽ innexũ potentiæ continet: nec eo tamen imperfectior uideri debet, quam is qui contraria & priuationes intelligit (non enim numero rerũ quæ sciunt perfectio aut præstantia corrogat, sed pondere) nec q plurima intelligit, idem etiam pluris est, sed qui meliora nobiliora q; nouerit. At uero intellectus & intelligibile in eo distincta non sunt, quemadmodum in intellectu potentiæ, sed intelligibilis est qua intellectus. retroq; intellectus qua intelligibilis. Item ueritas alio modo in intellectu hoc spectatur, alio in intellectu potentiæ. Intellectus enim agens ueritas ipse est, quia non eo uerus efficitur quòd alia, sed quòd seipsum intelligit. Sed intellectus noster, ut qui similitudinem illius præ tenuem referat, ueritatem simplicem non attingit, sed eam quæ obuersa & opposita falsitati atq; mendacio sit: quia necesse est si in affirmatione ueritas fuerit, in negatione haberi & cõtineri mẽdacium. Quo fit ut ueritati nostræ mixtum semper mendacium sit, ut quotiens de ueritate instituitur mentio, simul quoq; de mendacio cogitemus, & quasi admoneamur.

Intellectus ab omni potẽtia est exolut⁹ neq; malũ neq; priuationẽ intelligit.

Intellect⁹ agẽs semper intelligit id q; maxime ẽ: & quod maxime forma existit.

¶ *Quando & quemadmodũ intellectus intelligẽdo fallatur.* Caput XLVI.

26 PLane intellectus quom quid simplicium tractat, ut quom formam eius aut definitionem & rationem essentiæ speculatur, nunquam mentitur, etiam si totam rem non amplectitur. Nam & oculus quoad de albedine sola iudicat falli non potest. Quòd si aspectus id quod album iudicat ausit Cleonem quoq; aut Platonem dicere, iam suos limites transilit, & ultra præscriptum quasi periclitatur. eoq; sensus sæpe numero & facillime collabuntur. Eodem modo intellectus paucies & raro errabilis, aut nõ ratus est, quamdiu in ipsa finitione & essentia rerum sistit, ut boni, pulchri, honesti: at quom procedit ultra, & condictiones annectit (ut si non modo bonum, sed hoc bonum enunciet) tunc externis aliena tribuit & confundit. Atq; hinc mendacium frequens & plurimis error inciditur. Vt ergo caueri hoc possit, sola essentia & forma spectanda est, & quod materia & eius appendiculis uacet. Est enim genus hoc rerum peculiare mentis ac suum.

¶ *Quod in sensu uoluptas & dolor est, hoc in intellectu esse bonum & malum. Item quomodo & quando tam sensus quam intellectus persequatur aliquid aut fugiat.* Caput XLVII.

27 QVãquam uero longe superior & excellentior intellectus est sensu, tamen multa in utroq; paria & similia uisitantur. Nam quemadmodum actio sensus neq; alteratio neq; passio est (neq; autẽ motus omnino ullus, quom motus omnis progressio rei sit, quæ accessionẽ & consumationem desyderet, actio sensus absoluta sem-

28 per perfectaq; habeatur. quamobrem aut motus esse non potest, aut si mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tus eſt aliud genus inuehitur motus)ita cognitio animi habitum obtinentis, neq; motus, neque alteratio, neque paſſio dici debet. Nam quemadmodum quom ſcius aliquis promit ea quæ ſcit, non ideo mouetur, ſed agit, & actus iſte non eſt motus, quia & perfectæ rei eſt actus, & ipſe perfectus eſt: idem in intellectu probandum actus enim intellectus potentiæ generatio & perfectio quædam uidetur. Eſt igitur hoc(ut dixi)in ſenſu & intellectu aſſimile: item illud appetere & fugere, de quo(ſed paulo altius)ordiar. Senſus aliquando ſolum hoc adnunciat flauũ, aliquando adiicit dulce id eſſe quod ſit flauum, quamdiu flauum ſolum enunciat, neq; fugit neq; perſequitur: ſimul uero adiicit dulce, quale mel eſt: aut amarum, quale eſt fel, tunc aut perſequitur aut fugit. Idem in intellectu comperias. quamdiu ſolam definitionem & eſſentiam ſanitatis intelligit, neq; fugit, neq; perſequitur: ſimul uero nectit ſanitatem cum bono, tunc perſequitur. Quapropter quantum uoluptas penſat in ſenſu, tantum bonitas in intellectu & quod ualet in ſenſu dolor, hoc poteſt in intellectu malitia. Porro notitiam boni & mali ſenſus habere non poteſt, ſed dolorifici & uoluptifici. Diſcretio autem boni & mali intellectui adiuncta eſt, qui(ut ſupra dixi)intelligendis rebus deſcriptionem temporis adhibet. Ac ſenſus quidem pro eodem habet uoluptatem & bonum, dolorem item & malum. Trahitur ergo ſenſus ad uoluptatem, & refugit à dolore: hanc ſciſcit appetitq;, illum reprobat ac repellit. Contrà intellectus ſæpe tranſcendit iudicium ſenſus, & appetitiones eius coërcet, proindeq; aliud iudicat bonum eſſe, aliud uoluptarium, & quod titillet: item aliud malum, aliud quod dolorẽ inurat. Quom igitur animæ intellectuali allinantur quædam imagines, quæ uiſa & phantaſmata appellauimus, bonum item & malum hoc polleat in mente, quod in ſenſu uoluptas & dolor, quotiens parte hac animi, phantaſma, aut uiſum cum bonitate aut malitia nectimus, totiens perſecutio aut fuga ſuccedit: perſecutio ſimillima affirmationi eſt, fuga negationi. & quẽadmodum non poteſt ſenſus ſine ſenſilibus pelli, ita neq; intellectus is qui animæ congenitus eſt ſine uiſis & phantaſmatibus cieri. Nempe quom aut petit id quod animus aut aſpernatur, præceſſiſſe imaginationem oportet. Quòd ſi quis eſt intellectus qui nihil indigus ſit, ita ut neceſſe habeat appetere, neq; inualidus imbecillisq;. ita ut ei præ metu fugiendum ſit, huic nullus uſus phantaſmatum imaginationisq; eſt.

Expeditis: ait Simpli. his omnibus que de ſpeculatiuo intellectu erant pertractanda: ſumpto exordio ab imperfecto intellectu: donec ſcilicet potentia tantummodo eſt: deinde ad eum progreſſus eſt qui habitu perfectus eſt, & tandem ea docuit, que de ſubſtantiali intellectu: qui ſua ſubſtantia actus eſt erant inueſtiganda: adeo vt nihil, ut ita dixerim, intactum & indeterminatum reliquerit nunc ad eum intellectum tranſit Ariſto. quem practicum appellat: qui & imaginatione vtitur & circa bonum vel malum verſatur in quare: ſicuti in priori intellectus ratione a ſenſibus veluti a notioribus ad intellectum tranſmiſit: eodem fere pacto nunc ſenſu vtitur veluti exemplari: non quidem vt ſimpliciter cognoſcitiua virtus eſt: ſed at apprehenſiua eſt rei que delectet aut contriſtet: hac enim parte intellectui practico aſſimilatur: qui non ſolum cognoſcit: verum & quod bonum malumve eſt inueſtigatur.

Quid differat ſenſus a ſecunda concupiſcentia, & intellectus a uoluntate. Item eandem eſſe potentiam quæ perſecutionem dictet & fugam. Caput XLVIII.

29 DIcunt appetitio ſenſus concupiſcentia & deſyderium dicitur. Appetitio intellectus uoluntas. ad concupiſcentiam illecebra & uoluptas, ad uoluntatem bonitas pertinet. Ac ſubiecto quidem idem eſt ſenſus & appetitio eius, ſed ratione cogitationeq; diſcrepant. Eodem modo intellectus & uoluntas ſubiecto idem ſunt, ſed diuortio eſſentiæ & definitionis euariant. Sed nec diuerſa uis eſt, qua perſequimur ab ea qua fugimus: ita neq; uiciſſim à ſe, neq; ab intellectu ſenſu ue diſcernuntur, ſed una potentia eſt, quæ perſecutionem dictat & fugam: una quæ uult & non uult. Nam & hæc quæ uidẽtur auerſiones eſſe atq; fugæ, appetitiões quædã ſunt. Quom enim quis fugit, hoc ipſo deſyderat, quòd appetit fugere: & quom nõ uult. hoc ipſo uult quòd cupit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uitare quæ reprobat.

¶ *Intellectum mouere tam præsente, quam absente sensu. Item intellectum actiuum non speculatum mouere.* Caput XLIX.

30 QVod autem sæpe commemoratum nobis est, denuo repetendum uidetur. Quem admodum sensus formas rerum in simulachris sensilibus seruat: ita[a] intellectus in phantasmatibus continet, & in phantasmatibus item intelligit. Euenit autem ut intellectus æqualiter moueat & excitet appetitum, tam abiuncto sensu quàm iun
31 cto. Sola enim opinatio ea qua aliquid de quo cogitamus, bonum esse aut malum credimus, facit ut dignum id persecutione cautione'ue sit. Quamobrem siue subiecta res oculis habeatur, quàm nobis infestam fugiendamq; suspicamur, siue non habeatur, sed sola cogitatione opinioneq; noxia iudicetur, continuo animus fugam arripit, & tanquam detestabilem cauet. Atq; hoc intellectus eius officium est, quem practicum, id est actiuum & administratiuũ appellant. Hic enim appetitum percit allicitq;, at qui conspectiuus contemplatiuusq; dicitur, nihil mouet, sed ipso rei intellectu & æstimatione contentus est. Prorsus quemadmodum uoluptas & dolor se habent ad sensum, & quemadmodum bonum & malum ad ipsum intellectũ actiuum, ita se habet ad spectatiuum ueritas & mendacium. Veritas est uice boni, mendaciũ malo ad proportionẽ respondet. Interest quòd ueritas & mendacium impromiscuæ & absolutæ res sunt, bonũ & uoluptas ad aliquid referuntur. Est enim bonum alicui bonum, & uoluptas alicui uoluptas.

[a] *Non esse intelligendum quod ab Aristote. dictum est: intellectum non sine phantasmatibus intelligere: de intellectu spectatiuo: quasi nunquam possit sine phantasmate intelligere: sicut uidentur uelle peripatetici: tum ea que superius sunt exposita ostendũt: cum docuit Aristote. spectatiuarum cognitionum supremam separari: & esse hoc solum quod est: & esse idem ipsi rei & substantia esse actum: impatibilem & immistam: cum uel etiam: ea quæ hoc in loco ab Aristote. proferuntur: dum non intellectum sed dianoiticem appellat: dum etiam eam uersari circa uerum uel falsum: & bonum & malum predicat: nam ab intellectu contemplatiuo: non modo eo qui substantialis intellectus est: falsum excluditur: & malum similiter: uerum ab eo etiam qui secundum habitum iam perfectus est: sed in intellectu practico ex necessitate & malum quandoq;: & ei oppositum bonum quandoq; reperitur: propter eius conuersionem ad ea quæ generationi subsunt & particularia sunt.*

¶ *Mathematica intelligi citra materiam absq; mendacio.* Caput L.

35 PRorro aliter intelliguntur ea quæ per se intelligibilia sunt, aliter ea quæ de abiunctione materiæ nomen accipiunt, lineam dico & planitiem, & id genus cætera quæ in Geometria tractantur. Quãquam enim hæc pro marginibus ac terminis corporibus naturalibus sunt, intelliguntur tamen à corporibus naturalibus separata. Exempli gratia: Si similitatem à naso præcidere intellectus posset, aut ab ea carne, in qua similitas est, intelligeret seorsum à naso, quod consistere sine naso non potest. Verum hoc in similitate fieri nullo pacto quit, propterea quod in definitione similitatis continetur & comprehenditur nasus. Est enim similitas nasi cauitas. At deuexum & curuum, linea recta & flexa, triangulum & quadrangulum intelligi separatim à corporibus possunt, etiamsi separatim nõ subsistunt. Huius rei ea causa est, quod mathematicæ res, quamuis à corporibus naturalibus secretæ non sint, tamen in ratione & definitione sua materiam non testantur. Quare intellectus ea quæ actu separata non sunt, apud se tanquam apud sequestrem uidetur deponere, ad solam quantitatem spectandã: in quo opere neq; usus corporis naturalis est, neq; affectionum hærentium corpori in eo quod naturale est, quales sunt, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, sed in contemplationem solum spacia ipsa mera inaniaq;, & confinia corporum adhibentur. Ex eo confit, ut Geometria & Arithmetica ex omni cœtu disciplinarum, quæ ad Mathesim pertinent, abesse à materia naturali longissime uideantur, utpote in quibus demonstrationes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

probationesq; ſine aliqua materiæ mentione procedant, quamobrem neq; ſuppetias de ſenſu deſiderant, quia neq; materiam ullam requirunt, At in cæteris Aſtronomia, Muſica, Perſpectiua, quãquam & hæ conantur remouere materiam atq; ſenſum, non tamen æque id poſſunt, ſed à ſenſu proficiſcuntur, & in ſenſum etiam deſinunt. In hunc modum abſtracta huius generis intelliguntur.

¶ *Vtrum & quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatæ intelligantur ab intellectu potentiæ,* Caput LI.

36 NVnc illud quærendum, utrum res ſimpliciter ſeparatas, & prorſus materiæ ſordibus uacuas & abſolutas intelligere animus poſſit, qui in corpore eſt, & à magnitudine non abiunctus. Quamuisq; alius locus ſit ad hoc demonſtrandum docendumq; ſeruatus, tamen & nunc quoq; attingendum id puto. Videbatur ſanè cõſentaneum, ſicut diuinus ille ſeparatusq; animus, qui intellectus agens uocatur, nullam intelligit naturalium formarum, propterea quòd potentia liber eſt, & imperfectione, qua priuationes ſolent cognoſci (atq; hoc non ignobilitatis, ſed nobilitatis potius & præſtantiæ argumentum eſt. namq; nec mori non poteſt aut occidere, nec tamen eo uilior iis eſt, quæ poſſunt occidere) ergó quemadmodum intellectus agens nihil intelligit materiale quod ſit, ueriſimile ac ferè conſequens uidebatur, ut intellectus materialis nihil intelligeret earum rerum, quæ prorſus à materia ſeparatæ eſſent. Tamen contrà eſt. Videtur enim intellectus materialis etiam facultate hac præditus proculdubio, ut res penitus abiunctas materia poſſit comprehendere. Nam qui naturas materiales intelligit incernendo & amoliendo materiam, longe facilius intelligat neceſſe eſt, quæ per ſe abſtracta diſpendium huius operæ nobis remittunt. non enim eo inferior intellectus potentiæ eſt intellectu agente, quòd genera immaterialia hic non attingat, ille attingat, ſed eo quòd hic ſemper attingit, nec ſemper intelligit, ille ſemper attingit, & ſemper intelligit. Et hæc olim nobis ſæpius & diligentius ſcrutanda recuperandaq; ſunt.

¶ *Repetitio eorum quæ hactenus dicta de anima ſunt quemadmodũ ſit omnes res, & quemadmodum anima dicatur eſſe forma formarum.* Caput LII.

37 NVnc ea quæ uſquæ huc de anima diximus, capitulatim recenſeri placet. Anima quadantenus omnia eſt, omnia porrò aut ſenſilia, aut intelligibilia ſunt. ſcientia quæ actu ſit, nihil eſt aliud, quàm ipſæ res ſcitæ: & ſenſus ſimiliter qui ſit in
38 actu nihil eſt aliud, quàm ipſa ſenſilia. Quæ uero ſit huius ratio, quãquam ſuperius affatim docuimus, tamen eſt quamobrem modo addi aliquid uelimus. Res quædam potentia ſunt, quædam actu habentur: anima igitur illas res & formas, quas accipit, partim actu, partim potentia continet. Quotiens ſenſus aut intellectus in habitu eſt, non item in opera, tum potentia euadit illa quæ continet: quom uero in operam pròcedit & commentatur, tum refert actu illa quæ commentatur. Etenim res quanta eſt forma ipſa eſt, materia uero non eſſentiat, ſed generationis potius & ipſius, ut ita dixerim, fieri author & cauſa eſt. Diffluunt obiter corpora & diſpendium aſſidue faciunt, quod quidem opera & maleficio materiæ accidit: ſiqua ſtant quieſcunt ue totum id debet formæ acceptum referri. Recte igitur dictum uidetur animam eſſe omnia, quando nulla res eſt, cuius formam, aut ſenſu, aut mente non uſurpet. Inde ſumitur, ut anima cum omnia omnibus formis eadem fiat, non tamen cum materia earum & mole. nec enim lapis in anima eſt, neq; ignis, neq; terra. Ita relinquitur, ut animã effici formas rerum dumtaxat dicamus. Neq; uero illud obſtat, quòd ſi ita ſit, ratio rationi & forma formæ miſceri connectiq; uideatur. quandoquidem ad inſtar manus habetur, manus enim inſtrumentum ſuper omnia inſtrumẽta eſt, uti per quã inſtrumentorũ omniũ uſus cõſtet. Eodẽ modo animã dicere formã formarũ par eſt, quia reliquæ formæ per animã cognoſcũtur. Non ſolũ uero recte dicitur animam eſſe omnia propterea quòd formas omniũ cognitione cõplectitur, ſed etiam propterea quòd materiæ formas exhibet. & uultus imponit. Ipſa enim animo eſt quæ materiã rudem ſignificatione & impreſſione formarum inſignit. nã & uiuacitas omnis & uigor,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qui plurimus in materia cernitur, ab anima uidetur ortum habere. Atq; hoc in animalibus quidem conſpicuum incontrouerſumq; eſt, ſed in plantis & elementis obſcurius.

¶ *Nihil ſciri aut intelligi poſſe niſi via ſenſuum. Item quemadmodũ uiſa & phantaſmata intelligendo fingantur, formenturq;.* Caput LIII.

39 PRorsò iis quibus uidetur nulla res eſſe à magnitudine, & à ſenſu remota, cõſequẽs eſt, ut formas intelligibiles in ſenſibus eſſe, contineriq; fateãtur. Talia ſunt ea, quæ abſtractu conſtant, & mathematica nuncupantur. Item ea quæ ſenſilium habitus aut affectiones dicuntur, atq; hæc poſteriora penitiſſime indita, immerſa & obligata materiæ ſunt. omnia igitur pendent à materia ſenſili. Cuius rei firmiſſimum argumentum eſt, quòd qui iam inde ab ortu cæcus ſurdusq; fuerit, nõ poteſt Geometriam condiſcere, quia circulum triangulum, quadrantale animo concipere, aut præſentire compos non eſt, ſed feruidum, algidum, dulce, amarum, odorulẽtum, obolidum: atque hæc quoq; ideo quia ſentiuntur. Intellectus quoque unitatis & binarii, poſtremo numero omnis de ſenſilibus uenit. Quamobrem quotiens hoc genus rerum ſpeculatur meditaturq; animus, neceſſario ſibi uiſa quædam & ſimilitudines confingit, ad quæ dum cogitat, ſubinde ſe conuertit. Sunt enim uiſa & phantaſmata ſenſilibus rebus perſimilia, præterquàm quòd materiam abdicant.

¶ *Aliud eſſe ipſa uiſa ſeu phantaſmata ad propoſitiones, quæ de phantaſmatibus componuntur.* Caput LIIII.

SAnè ea quæ in compoſitione & complexu loquendi ſerièq; noſcuntur, apertiſſime à ſpectris & phantaſmatibus differunt. Nam diei & lucis phantaſmata ſemper eadem in anima ſunt: nexus & complexionis eorum multiplex ratio formaq; eſt, ut ſi dies eſt, lux eſt: uel dies eſt, & lux eſt: uel dies eſt, lux non eſt: uel eſto dies, & eſto lux. quæ quidem conſtructiones coniunctionesq;, cum inter ſe uiciſſim enariant, tum etiam à phantaſmatibus diſcrepant. Item in compoſitione ueritas & mendacium uerſantur, in uiſis & imaginibus non uerſantur.

¶ *Differentiam eſſe inter phantaſma rerum & notionem ſiue conceptũ.* Caput LV.

SEd quæro primæ ac ſimplices notiones, quæ à uiſis & phãtaſmatibus diſtent? An notiones phantaſmata quidem non ſunt, ſed conſiſtere tamen ſine phãtaſmatibus nequeunt. fieri etiam certe non poteſt, ut idem ſit notio Socratis & ſpectrum eius ſiue phantaſma, ſed phantaſma eſt impreſſio & ueſtigium ſenſus, & quaſi uibex è uerbere inuſtus. Inuſtionem & paſſionem in ſenſi: non proprie accipi uolumus, ſed eo modo, quo ſupra expoſitum plurimis locis demõſtratumq; eſt. At notio eſt actus & operatio animi in ſubiecto phantaſmate. Hunc in modum intellectus multifariam phantaſmatibus utitur. propoſitiones enim quas de phantaſmatibus conficit, per caſus articulosq; alterno imple xu & ſerie ac diſpoſitione multiformi conuariat.

¶ *De anima motrice ſecus locum. Item quæſtio vtrum plures partes habeantur animæ, quã tres illæ, quas Plato exiſtimauit.* Caput LVI.

40 QVoniam uero animalium anima ſummas uires, quibus deſcribitur, duas habet, iudicandi unam, hoc eſt, intelligendi diſſentiendiq;: alteram mouendi, hoc eſt, locum è loco mutãdi, ad ea quæ de intellectu ac ſenſu dicuntur, abundanter expoſitum eſt: proximum uidetur, ut quidnam id ſit quod animal mouet deinceps aggrediamur exquirere, utrum certa pars animæ, quæ à cæteris partibus abiuncta magnitudine & ſubiecto, id eſt, diſcluſa loco & diſtricta regionaliter habeatur: aut quæ ratione tantum cogitationeq; ſequeſtretur: an potius anima uniuerſa. & ſi certa pars mouet, utrum alia
41 ab iis ſit, quæ uulgatæ iactatæq; ſunt, rationabilis, irritabilis, concupiſcibilis, an ex iis aliqua. Nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uel in hoc multa quæſtio eſt, utrum anima partibus conſtet, quæ locis & intercapedinibus diſtent, an uiribus & poteſtatibus, quæ in eodem ſubiecto ratione definitioneq; diſcernantur, quémadmodum in pomo cãdor, odor, & dulcor. Quod ſi plures in anima partes finxeris, ſuccedit illa dubitatio, quiſnam earum numerus ſit, & utrum tres tantummodo, ut aliqui arbitrãtur, an plures. Et hercules ſi quis ad ea diſcrimina animaduertat, quibus ratio animoſitas & cupiditas mutuo differunt in partes innumerabiles animam conſcindet. Videntur enim aliæ item particulæ, quæ proculdubio amplius quàm illæ tres diſtent. nam uis nutricula, quæ & animalibus & ſatis ac ſtirpibus ineſt communis, aliquanto plus à tribus iis differt, quàm ipſæ inter ſe tres. Eodem modo & pars ſenſaria, quippe quàm neq; rationabilem, neq; penitus irrationabilem poſſis putare. Nam quatenus ſenſilium generum differentias iudicat, & occaſio quædam & tanquam gradus efficitur ad animum rationemq; promouendam, uideri poteſt illatenus rationis & intelligẽtiæ particeps: quatenus uero adiuncta eſt animalibus brutis & ratione uacantibus, utiq; nomine hoc irrationabilis & bruta exiſtimari poteſt. Præterea non ſenſus demũ, ſed etiam uirtus imaginaria uidetur à partibus iis diuerſa & differens ratione. Quod ſi tres tantum partes animæ haberentur, neceſſe eſſet imaginariam, aut in rationabilem, aut in cupiditatem, aut in excandeſcen-
42 tiam reducere. Ad hæc appetendi uim, quæ ratione, potentia, munere, interſtitio inſigni à reliqs ſe iungantur, unam è tribus partibus cenſeri cõtingeret. alioquin ſub abſurda atq; obtuſa res eſt præcidere ac diuellere appetitum, quod faciũt qui partitionem illam Platonis trimembrem probant, quandoquidem non modo in parte irrationabili cupiditas & iracundia continetur, quorũ utrunq; appetitus eſt, ſed etiam in rationabili uoluntas, quæ item appetitus mentis iudicatur. Quamobrem facultas hæc diſtrahenda non erat, ſed tanquàm ſui generis potentia incolumis ſeruanda, & ſeorſum cum cæteris partibus in numerum redigenda.

Intellectus nomine: ait hic Simpli. comprehenditur vniuerſa rationalis vita: ita vt & forſitan phantaſia: non quidem omnis: ſed tantum quæ in hominibus reperitur: de qua Theoph. in propriis phyſicis querat: utrum ponendum ſit cauſa rationalem eſſe vel irrationalem.

¶ Vim altricem eſſe cauſam animalibus inceſſus & motus. Caput LVII.

43 SEd redeamus unde abſceſſimus, agitemusq; iam pede collato, quidnam illud ſit, quod mouet animal per locum Nam auctio & minutio unde ſint conſtat. Diximus enim prouenire motus eos à procreabili & altrice potentia. Spiratio uero & reſpiratio, ſonus item & uigilia, quibus cauſis oriantur alio loco monſtrabitur: ſunt enim & hæc quibus animal alteraſcit moueturq;. Nunc quod propoſuimus
44 tractandum, quidnam ſit cauſæ, quamobrem animalia moueantur, ingrediunturq;. Sane uegeta ls anima hoc non facit ipſa: nam motus localis inceſſusq; ad finem aliquem agitur. item cũ imaginatione, perſecutione, uel fuga, utiq; in iis, quæ ultro ſponteq;, non ui coacta ſe mouent: at ratio nutriens prorſus imaginatione uacat, & quod conſequens eſt appetitione. Omnis enim appetitio à ſenſu imaginationeq; naſcitur, quamuisq; animalia quotiens cibum & alimoniã appetunt localem motum inſtituant, ut ea quorum indigent perſequantur & capiant, non tamen ex eo accipi debet, nutricem uirtutem idem eſſe quod appetitum. Cuius rei ſigno id eſt, & quidẽ certiſſimo, quòd in ſtirpibus alumna uis cernitur, appetitus non cernitur, eoq; fit, ut in iis neq; ſenſus, neq; imaginatio poſſit exiſtere. Quòd ſi in anima uegetante uis eſſet, quæ ſecundũ locum moueret, fuiſſet neceſſe, ut natura plantis aliquod inſtrumentũ dediſſet, quo talem motũ exigerét. Nihil enim operibus naturæ fruſtra uiceq; fortuita iungitur.

¶ Vim ſenſualem non eſſe cauſam motus animalium localis. Caput LVIII.

45 SEd nequæ uis ſenſualis eſt id quod ita mouet, quom pleraq; animalia ſint, quæ ſenſum obtinent, nec tamen mouentur ob locum, proinde hæc ſi uim mouentem habuiſſent, temere habuiſſent. Natura uero utrunq; adeque deteſtari & abominari uidetur, neu quid ſuperfluo adiiciat, & neu ex neceſſariis aliquid relinquat. Læſa, laceſſita, orbata, & mutila ſemper excipio: animalia autem illa quæ uitam ſtabilem & ſellulariã exigunt, nec mouentur loco, non ideo manca defecta'ue ſunt. Quod quidẽ facile

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

probaſ argumẽto,qa proletaria ſunt,& ſimile ſibi progenerãt,præterea & auctanſ & minuunſ.

¶ *Intellectum mentem'ue non eſſe cauſam motus animalium localis.* Caput LIX.

46 CAeterũ neq; rationalis portio,id eſt,intellectus poteſt id eſſe quod moueat.Quom enim duplex intellectus ſit,contemplatiuus hic, actiuus ille, primum contemplatiuus non poteſt mouere,quia de rebus agendis gerendis'ue nihil intelligit. quæ fugienda,quæ perſequenda ſint non cognoſcit:motus autẽ is,quo de quærimur, aut perſequendo,aut fugiendo abſoluitur.Deinde nec actiuus id poteſt.quamuis enim agendis rebus adminiſtrandiſq; præſit,non tamen author aut opifex eius motus eſt, quia ſæpe accidit,ut id quod dignum intelligit fuga,non fugiat(uerbi gratia)terræmotum,aut trucẽ & immanem,beluam,Vt enim contremiſcat cor,& inhorreſcant pili,uox hærea faucibus, eſt tamen quando in timore hoc non arripitur fuga, ſed ueſtigio immoto & habitu rigente conſiſtitur. Solet item contingere,ut quom aliquid illectat uoluptatq; animum, etiam ſiqua particula corporis commoueri, ſuſcalpiq; uideatur,interim tamen quieſcas, & eodem in loco permaneas. Huius rei ratio illa eſt,quòd animus terrifica & mulcebria non ſolum conſiderat,quom inſtant,
47 futura'ue ſunt,præſertim humanus, ſed aliquando etiam quo ſunt præterita.Moueri uero ad ea quæ ſint præterita & exoleta qui poſſumus? Ita concluditur intelligentiam non eſſe cauſam animalium inceſſus:imò frequenter uſu uenit,ut ratio quidem fugam perſecutionem'ue impe ret,nec tamen conſilio rationis ſtemus,ſed ea ſuõ iugum miſſa concupiſcentiam ac libidinem ſequamur, quod incontinentes faciunt.Ergo neque intellectus,neq; ſcientia ingreſſum animalibus miniſtrat. Idem ferè in alio genere uideris medicus aliquando non curat, eques non ſemper equitat, & tamen uterq; artem ſuam callet, ille medicinalem, hic equeſtrem, quaſi motum geſtionemq;,alia ratio non ars aut ſcientia faciat.

¶ *Animam in qua iraſcentia, & cupiditas continetur, non eſſe cauſam motus localis.* Caput LX.

48 PRæterea neq; cupiditas,neq; iracundia cauſam habent motus localis. nam continentes quãquam obiraſcantur,aut concupiunt,tamen ratione perſuaſi, confirmatiq; reuocantur ad frugem,& uitio abſtinent.

¶ *Intellectum actiuum & appetitum iunctim cauſam eſſe animalium motus. Item quæ differentia,ſit inter intellectum actiuũ & ſpectatiuũ.* Caput LXI.

RElíquum eſt duo hæc eſſe quæ moueant intellectum & appetitum.Hoc loco nomine intellectus imaginationem quoq; comprehenſam uelim. Nam homines parte plurima imaginatione potius quàm diſciplina,aut iudicio reguntur:cætera uero animantia imaginatione ſola exigunt,quòd bruta ſunt, & carent prudentia
49 quare fit,ut in iis uicem intelligentiæ imaginatio præbeat.Equidem quotiens intellectum dicemus cauſam eſſe progreſſionis & motus,de actuoſo illo,ſiue actiuo & adminiſtratiuo accipiendum præfamur,qui gratia alicuius finis cõſiderat & conſultat. Diſtat hic à ſpeculatiuo diſcrimine hoc(quod & iactatum uulgatumq; eſt)quòd ſi ſpeculatiuo finis eſt inſpectio ſola, actiuo præter inſpectionem appetitio & perſecutio operis, planè intentio & propoſitum(ita enim appellauerim quod ſcopos dicitur, id autem eſt quò ſtudium mentis tenet,collimatq;, & cui conſpectio & appetitio quaſi inhiat)Principium actiui intellectus eſt, quom enim de quoquam agendo gerendo'ue cogitamus,omnia ad finem illum referimus, ultimumq; in id quod nouiſſimo peruenitur conſideratione, & in quo ſiſtunt qui deliberant, quemadmodum conſequi intentionem & propoſitum queant,principium actionis & operæ eſt. Item econtrario finis & terminus actionis principium eſt inſectionis,& id unde cœpit diſceptatio.Summa igitur ratio eſt è duobus iis appetitu & notitia actiua conciliari cauſam unã progreſſionis animalium & inceſſus. Quapropter utrunq; appetiti finis gratia eſt.nam & cognitio actiua quando mouet, concupitæ rei gratia mouet,ideoq; ſine appetitu mouere non poteſt:quandoquidem appetita res.&

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

appetitio inuicem referuntur, atq; respondent.

¶ Vnum & idem genus esse quod intelligitur & appetitur, de quo oritur localis motus. Caput LXII.

50 ERgo unum est id quod appetitur, & unum quod mouet ex appetitu, neq; enim ut duæ causæ intellectus & appetitus mouent, quia nulla species generi suo opponitur ut altera, in intellectu autem appetitus ut species continetur. uoluntas enim appetitus intellectualis est. Quod si duæ res essent intellectus & appetitus, quarū utraq; seorsum moueret, haberetur alia quædam uis communis, cuius participatu intellectus & appetitus animal mouerent & ingredi facerent. Verbi gratia: Tam bipes, quàm quadrupes incedunt, non qua bipes hoc, illud quadrupes est, sed qua in communi conueniūt, quod est pedes habere. Nunc hoc necessarium non est, quia intellectus sine appetitu mouere nō potest (dictum est enim uoluntatem appetitum esse mentis) contrà appetitus potest sine intellectu, quom constet iracundiam, & cupidinem appetitus esse, quibus plerumq; homines ducuntur ratione domita, aut retro posita. Quod, ut dixi, incontinentes euidenter ostendunt, qui quom quod & melius & salutarius est uideant, prohibentq;, tamen in deterius ac fœdius uergunt. Rectus igitur intellectus omnis est, appetitus non omnis rectus; neq; autem omnis imaginatio, quāquam imaginationem in loco intellectum uocauimus.

¶ De appetibili. Item de quo appetibili intelligamus, & de quo non. Caput LXIII.

51 QVamobrem semper mouet appetibilis res. Appetibilis res est, aut quæ re ab se bona sit, aut quæ bona uideatur, intellectum mouet id quod uere bonum est, cupidinem & iracundiam id quod bonum uidetur. Etenim uoluptas tunc bonum uidetur, quom libido ad aliquid illecta, inflammataq; rapitur. cæterū non est. Bonum ciet appetitum: nam & summum bonum, aut si quod simpliciter & perpetuo bonum est (quale fortasse id omnibus rebus communiter cupitū & desideratū habetur) nō mouet aut pellit, nisi alia ratione, quàm qua nunc agitur, de quo nobis alia institutione dicetur. Nunc non id quod in uniuersum appetibile est quærimus. sed id quod causam singularem ac præcipuam obtinet, quamobrem animal progrediatur, quale bonum particulare est, & qua se naturam eam habet, ut modo sit, modo non sit, non quod semper absolutèq; & omnibus bonum, sed quod & aliquando, & ad aliquid, & alicui bonum sit.

¶ Appetitum inter potentias animæ connumerandum esse. Item quemadmodum unus appetitus sit, & actus tres. Item contrarios appetitus in homine reperiri: & cur reperiantur. Caput LXIIII.

52 PLanum arbitror factum potentiam animę, quam appetitum, siue petitionem uocamus, causam esse ingressionis & motus. Quare & hæc potestas referenda in ordinem est cæterarum partium animæ ad exemplum altriculæ sensoriæ, cōtēplatiuæ, deliberatiuæ. His, ut dixi, adiicienda uis appetentis est, de qua suprà sermonē habuimus. Plus enim hæc differunt inter se, quàm ira & concupiscentia aut potentiæ, à quibus affectiones hæ prodeunt, quo fit, ut non triplex animus sit, ut quidam finxerunt, sed longe numerosior fusiorq;. Sed reuertamur ad pensum. Vna igitur potestas est, quæ animal ob locum mouet, quam sæpe numero appetitionem appellitauimus. atq; hoc uerum, siue ratio præsit, siue libido aut iracundia. Quemadmodum enim nihil obstat, quo minus potentiā sentiendi unam dicamus, quamuis sensus quinq; contineat: ita nihil uetat unam uim esse quæ appetit, quamuis se in tris actus diffundat. Hinc euenit parte plurima ut appetitus in nobis pugnan
53 tes & contrarios sentiamus, quotiens ratio cupiditatibus aut iracundiæ obuiā it. Atq; hoc in iis tantum animalibus potest contingere, quæ intellectum & noticiam tēporis habent, potissimūq; in homine. Nam homo per se tempus sentit, cætera ex accidenti utpote quæ non ipsius temporis sensum proprie habeant, sed motionis & passionis eius, quam tempore aliquo acceperunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Cõsequétis porrò temporis nullus iis sensus ineſt, propterea quod nihil pati possunt ab iis, quæ sint futura, nisi forte formicas apesq; , & cætera id genus, quòd alimenta in hyemem reponũt, prospicere in futurum putemus. Sed, ut dixi, solus homo præuidet de longinquo, & spectat retro, quia solus mente intellectuq; præditus est, quo prius & posterius numeret. nihil enim aliud tempus est, quam digestio prioris & posterioris in numerum, unde interpres Aristotelis Alexander remotus est credere, tempus ab homine creari, quasi nihil aliud tẽpus esset, quã hominis nuda cogitatio, & mera expunctio, supputatioq;, & cui nulla in re confirmatio, & soliditas, aut euidentia responderet. quæ tamen neq; uera sunt, neq; consentanea iis, quæ Aristoteles uolumine quarto auscultatoriæ institutionis prodidit. Sed, ut dixi, quotiens ratio cupiditati aduersa est, totiens appetitus contrarii attolluntur, quorum alter, quia respicit futurũ, & consequens tempus obsistit ac renititur uitio: alter, quia præsens letabile attendit, nec spectat à tergo, quod imminet, dat sceleri manus & præceps agitur. Est enim hoc ingenium uoluptatis eius, quæ sensus titillat, ut quom præsens est, si de futuro non cogites, summum bonum absolutumq; uideatur.

¶ *Plures numero appetitus haberi. Item plura appetibilia. Item ad motum animalium localem necessaria esse quatuor.* Caput LXV.

54 Est igitur una ea quæ mouet, hoc est, appetitus. est etiam unum id, quod præcedit lacessitq;, id est, appetibile, atq; hoc à se mouet, nec mouetur, quamuis imaginatione ab animalibus intellectu ue capiatur, sed ad numerum. Plura sunt ea quæ mouent, hoc est, appetitus plures, & plura appetibilia numero sunt. Itaque tria sine quibus moueri animalia secundum locum non possunt, imò uero quatuor, est id quod mouet, est id quo mouet, est id quod mouetur. Dixi quatuor, qa id quo mouet. in duo genera scinditur, alterum est ita mouens, ut sit tamen immobile, ut bonum agendum: alterũ est ita mouens, ut nihilominus obiter moueatur, ut appetitus. Mouet enim animalia hæc uis, sed ipsa identidem mouetur à bono. Nam motus secundum locum nihil aliud est, quam appetitus promptus euidensq;. Quoniam uero motus huius primordium ortusq; non ad appetitũ, sed ad bonum agendum refertur, euenit quod dicimus, ut appetitum mouere, & moueri necesse sit. Sunt igitur duo hæc, ut dixi, quæ mouent: tertium, quod tantum mouetur, ipsum animal est, quod ingreditur & uagatur: quartum id quo appetitus mouet, machinamentum instrumentũq; est, quod ancillatur præseruitq; motui, atque hoc corporeum sit oportet. De quo quamuis in commentariis, in quibus de operibus animæ corpori communibus agitur, diligentissime disputandum sit, non tamen ab re fuerit hoc quoq; loco summatim, ac breuiter attigisse.

¶ *Quod et quale instrumentum sit, quod motui animalium locali præseruiat.* Caput LXVI.

55 Illam ergo machinam, qua utitur appetitus ad motum in ea parte corporis statui necesse est. in qua usum principii atq; exitus præstet eodem subiecto, sed ratione non eandem. Talis est locus circiter cor. est enim initium sex differentiarum secundum quas moueri animalia cernimus, ultro, citro, dextrorsum, leuorsum, sursum deorsum. Planè ad gressum duobus immotis. & stabilibus principiis opus, est uno exteriore & conspicuo, cui animal innitens, & quasi incubans moueatur: altero interno & condito, circa quod tum dextra, tum leua corporis uicibus remissa & abducta reciprocent. Quod in tuberculis, uertebrisq; ad commissuras suffragium, & transitus ossium in acetabulis cernitur. nam circa fibulam stantem, & immobilem copulæ, & gibberi ceu coxendices commeant alterno relatu. Omnis enim animalium motus pulsu tractuq; agitur, nam incessus eorum sinistris dextrisq; partibus modo porrectis, modo conductis absoluitur, hoc uero nihil aliud est, quam pulsus & tractus. Quemadmodum igitur in ipso meditullio globi cardinem collocamus, unde cur uatura uolubilitatis suæ initium capiat, ita in animali necesse est aliquid medio loco fixum atq; immobile contineri, secus quod & à quo motus partium oriantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Imaginationem esse vbi sit appetitus, Item imaginationem rationalem ad solum hominem pertinere. Item aliquid esse ceu mensuram, per quam intellectus iudicat, & seligit melius quod est.* Caput LXVII.

56 PLane (ut diximus) animal qua appetens est, ipsum se mouet. Appetens uero esse nō potest citra imaginationem. Imaginatio omnis aut ad sensum pertinet aut ad rationem. Ea quæ ad sensum pertinet, communis est animantibus omnibus: ea quæ ad rationem spectat, solius hominis propria est. nam extimatio & collatio phantasmatum in solo homine perspicitur, hoc est solus homo selectionem habet eorum
57 quæ cogitat, nec potest munus hoc alterius facultatis esse quàm rationalis. Quom uero duobus propositis utrum seligendum sit, quærimus, necesse est ut una aliqua mensura utrunq; pensemus, propterea quòd id quod præstantius sit uolumus nosse: quemadmodumq; quom quis doceri uult è duabus quantitatibus utra sit maior, utitur certa & constituta mensura, puta palmo uel cubito, ita in phantasmatis adhibere præscriptum quid oportet. Verbi gratia: Letabile aut utile loco mensuræ, ad quam se referant, qui inuenire & capere quod conducibilius è duobus sit, conantur. Non enim simul occurrit atq; incidit aliquid quod allubescat, continuo ut pecudes trahimur, sed nectimus & conferimus inuicem multa, si hoc, si illud. Rursum hoc & ex pluribus conclusione inducta unum reponimus, quamobrem appetitus mutorum, ut quem imaginatio bruta & simplex extimulet, opinione & iudicio deficitur: quia ratiocinari & commētari non possunt, hominis uero appetitus ambigit, nam & cum opinione & sine opinione potest contingere. Quare in nobis non omnis appetitus est uoluntas, sed contrà omnis uoluntas appetitus est. Porrò in homine interim mouet appetitus irrationalis rationalē, interim è diuerso. Mouet uero semper appetitus uehementior & ualidior debiliorem languidioremq;: non ita ut debilior suum motum deserat, sed ita ut à ualidiore attollatur rapiaturq;. id quod de[a] globis cœlestibus docent astronomi. Nam sphæra quæ ambitum cœli ultimum coërcet, & quæ aplanes, id est inerrabilis rataq; appellatur, quāquam orbes planetarum pernicitate conuersionis & uelocitate præcellat, non tamen proprium eorum & naturalem cursum intercipit, quem læuum & contrarium mundo agunt, sed seruato iis motu indigena secum aufert transuersos in dextram. Sane in mundo semper is motus uincit, qui natura eminētior & nobilior est, qualis qui extimio cœlo debetur. In homine uero accidit, quando id quod natura superius & præstantius est, à suppari & inferiori uincatur, quod quidem (ut sæpe memorauī) incontinentes[b] experiri uidentur. atq; tūc motus tres spectantur in homine, duo quæ ad duas appetitiones pertineant, tertius qui ab utra q; appetitione raptu illo conficitur.

[a] *Quod de sphera, ait Aristote. Themi. & Expositores cæteri de cœlestibus orbibus intelligunt. Simpli. vero de pilla qua duo ludunt: ille enim vincit qui fortius pillam percusserit: ita ea pars vincit cuius appetitus fuerit fortior.*

[b] *In continentiā attamen appellari, ait hic Simpli. causa rationem omnem in qua pugna est cōmuni uocabulo ab Aristo. siue id quod præstantius est vincat siue vincatur.*

¶ *Animalibus imperfectis imperfectam imaginationem & appetitionem adesse, per quas mouentur.* Caput LXVIII.

SEd quom animalia etiam imperfecta moueri secundum locum contingat, ut muscas, ut uermes, & similia iis pluscula, quæ omnino carent appetitu, horum motus ad quam causam referimus? Aut si & hæc appetunt, qui sine imaginatiōe possunt hoc facere? Diximus enim supra huic generi animantiū imaginandi uim tributam non fuisse. Quamobrem dubitari potest quom his quoque signa quædā uoluptatis & doloris appareant, quomq; ubi uoluptas est, ibi & cupiditas sit, ubi autem cupiditas, ibi & appetitum & imaginationem esse oporteat, cur nos retro negauerimus imaginationem iis adesse? An quemadmodum motus horum indistinctus interminatusq; est, ita & imaginationem indistinctam & interminatam dari iis oportet, ut imaginationem quidem habere uideātur. sed inexplanatam & perinde confusam, ut sensum quem inabsolutum, imperfectum, indefini-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rumq; poſſident? Et de hoc in tantum quæſiſſe & ſoluiſſe, ſat ſit.

¶ *Quemadmodum uniuerſalis & particularis propoſitio moueat.* Caput LXIX.

58 CAeterum quom duplex exiſtimatio ſiue apprehenſio habeatur, uniuerſaliũ hæc, altera ſingularium, prior huiuſmodi eſt: omni philoſopho honeſte uiuendũ. poſterior hæc: philoſophus ſum, quæro utra illarum imperet motum, particularis, an generalis, an utraq;. Dicendum utranq;, ſed ita ut hæc quieſcẽdo ſtandoq; moueat, illa imminendo inſtandoq; actioni. Ratio ea, quòd concluſio ſecundum particularem nectitur hoc modo: mihi igitur honeſte uiuendum. atq; ita ſtatim ſequitur motus, niſi quid obuiaret ſufflaminet'ue.

¶ *Animam altricem ineſſe omnibus uiuis. Item tactum eſſe in aliquibus, ubi reliqui ſenſus non ſint, non è contrario. Item terroſa à cognitione & ſenſu altera eſſe. Itẽ quæ ex uno elemento conſtant, uacua eſſe conſtant.* Caput LXX.

59 ANimam nutrientem neceſſe eſt omne animal habeat, quod generaſcit & occidit. atq; hæc potentia ſtatim ab ortu iuncta, quamdiu protrahitur, uita edurat, ſeruatur q;. Omne enim quod gignitur, ſimulac genitum eſt, creationem minutionẽq; patitur. hoc autem ſine nutricatione & altione haud fit. Itaq; nutricem animam in omnibus quæ augeantur & minuantur eſſe neceſſe eſt, ſenſualem non eſt neceſſe. quod nobis radices & plantæ declarant, quibus quom nullus ſenſus adſit, tamen nulli dubiũ eſt
60 aleſcere eas, augeri, diminui. Et ut altiore orſu de hoc agatur, ſenſus omnes neceſſario tactus anteit. nã cæteri ſenſus opem tactus requirunt, tactus ſine cæteris ſenſibus ſibi ſufficit. Plane quod ex ſimplici corpore exiſtit, aut finitimo & propinquo ſimplicibus, ſenſum tactus habere non poteſt. Tactus enim in mediocritate qualitatum tactilium conſiſtit. Quæ uero carẽt tactu, reliquos itidem ſenſus deſyderant, quapropter natura ſenſum plantis negauit, quia corpora earum quòd proxima ſimplicibus ſunt, craſſiora erant quàm ut poſſent ſublimitatem ſentiendi admittere. Nec item formæ in iis recipi ſine materia poterant, tum obtemperaturam earum immoderatam tum ob plurimam portionem terrenam. quod elementum inter omnia ineptiſſimum & alieniſſimum à ſenſu & cognitione eſt. Cuius rei periculum intra nos gerimus (ut ſæpe dixi) nã in nobis quæ partes terratiores ſunt, eaſdem inſenſibiles brutasq; cõtinemus. Quod ſi animatum ſit, quod ex ſimplici elemento conſtet, eadem ratione ſenſu omni uacat.

¶ *Quamobrem perfectis animalibus neceſſarii ſenſus ſint, & quamobrem cæleſtibus animalibus non ſint neceſſarii, neq; plantis.* Caput LXXI.

AC ſenſus quidem neceſſarius non tantum animatis, ſed animalibus eſt: neq; tamẽ cunctis, ſed animalibus quæ gradiantur perfectaq; ſint: neq; hoc adhuc ſatis, ſed addendum eſt genitis & caducis. Hæc igitur quæ ſenſu participant, qa nec uictus iis ex obuio eſt, nec elementis aluntur, ut ſata & quæ gignuntur ac uiuiſcunt, è terra à longe petant cibos neceſſe eſt, quibus uitam tueantur. Hoc quo pacto ſine oculis, ſine auditu & cætero ſenſu contingeret, niſi eminus præſenſicularentur perſequi ſalutaria, uitare noxia qui poſſent? Profecto neq; puncto quidem temporis ſupereſſet iis uita, niſi præminiſtrarent ſenſus, & tanquam de ſpecula longe ante renũtiarent, & quæ appetere atq; adire, & quæ declinare cauereq; oporteret. Quamobrem temere ac ludibrio natura tot & tantas animalium formas feciſſet, niſi ſuppetias & præſidia comparaſſet, quibus quodq; ad finem ſuum peruenire poſſet. Finis uero ſuus cuiq; & conueniens intelligit procreare animal quale ipſum quod procreat, eſt. Plantis quidem & animantibus quæ ſede uaga non ſunt, ſuus finis fere adiunctus in numeratoq; eſt, nec longe petitur, ſed tanquã è ſinu promitur, quaſi copias habeãt introrſum ad omne munus & functionẽ paratas. Nam & nutriuntur, & generant, & generantur, nullo extrinſecus quæſito, ſed plane ſe ipſis & opibus ſuis uſa. Nec enim pabuli captãdi gratia neceſſe habent uagari, ſed annexum & coniunctum ferentes citra omnem motum naturæ ſuæ neceſſitatem

tem explent. At animalia quibus incedendi facultas adeſt, & quæ alimoniam procul uenantur, ſenſu carere non poterant, qui prior etiam quàm mens ac cæteræ animi potentiæ haberetur. Quamuis enim nulla pars animi præſtantior mente ſit, tamen ali ac uiuere non eſt opus mẽtis,
61 ſed guſtus & tactus. Hæc uidetur ratio, quamobrem natura animalibus his ſenſum conceſſerit. nam animalibus quibuſdam quæ mouẽtur in loco, & q̃ ingenita & immortalia ſeculis omnibus ſunt, ratio ſentiendi neceſſaria eſſe non poteſt, cauſa eadem quã modo reddidimus. Quia uidelicet natura nihil fortuito fruſtra'ue, præſertim in tantis rebus committis, ſed omnia aut gratia alicuius agit, aut ut progreſſiones & appendiculas eorum, quæ gratia alicuius molitur, quales ſunt pili ſubalares, & in quibuſdam corporis partibus uerrucæ. Animalibus uero quæ neq; orta neque interitura unquã ſunt, nullus haberi ſenſuum poteſt, neq; principaliter, neq; ut progreſſionum. Ac primum alimento iis non eſt opus, de quo fere ne controuerſia quidẽ eſt: deinde nec ſenſu. Si enim ſenſum haberent, propter alterum duorum habere uiderentur, aut quia uberius & commodius id animæ eorum eſſet: aut quia melius & locupletius corpori. neutrum horum poſſumus tueri. Nam neq; anima melius cõiunctione ſenſus intelligit, imò deterius, quom is impedimento potius atq; oneri ſit futurus, neq; poteſt oſtendi quẽadmodũ corpus cœleſte acceſſione ſenſuum ornatius & opulentius redderetur. Ex iis conſtat animantem naturam utraq; ſui parte extrema ſine ſenſu exigere. Extremas partes naturã cœli & plãtas accipimus, quãquam
62 alia ratione cœlo, alia plantis ſenſus negati. Plantis, quia præ ignobilitate & craſſamento naturæ partem hanc nec promereri nec capere potuerunt: Cœlo, quia eminentiore ordine dignationeq; habebatur, quàm ut ad hũc uſum deſcenderet. Iam in eo ſenſus utrique generi ſuperuacaneus uidebatur, quòd neutrum paſtione foras accerſita conquiſita'ue indigebat. Plantæ, quia proxima (ut dixi) atq; obuiam ſortirentur: Cœlum, quia nullo modo paſci neceſſe haberet. Cætera animalium turba quę intra hos limites continetur, ſiue perfectorum ſiue imperfectorũ ſit, quia ortum & interitũ agnoſcit, præterq; loca & ſedes mutat, carere ſenſu non poteſt, cuius procuratione copias ad uictum & ad uitam ſibi ſuppeditet. Horum uero corpora ex ſimplici elemento non conſtant, ſed mixtiõne primorum contrariorum æquabili, ita ut temperamentum exeat ad ſenſum tactus idoneum atq; molle.

Quamobrem tactus animali neceſſarius ſit, & quia plantæ nec tactu utantur nec guſtu, & quia ſenſus cæteri per exterius internuntium ſentiant. Caput LXXII.

63 RVrſum alio capite tactus maxime neceſſarium animal uidentur: nam quom animal animatum ſit corpus, & neceſſe ei ſit proxima corpora contingere, nimirum oportuit muniri tactus ſolertia, quo ſalubria & conducibilia diſcernere ab iis poſſet, quæ aut perniciem, aut detrimentum afferrent: alioquin ſeruare uitam nõ ſit. Neq; enim opinor ad ſalutem animantium tuendam tactus iis ſufficit, quo ſe tangunt inanima, ſed is qui iudicat, & cognoſcit ea quæ tangit. Plane certum eſt reliquos ſenſus per quiddam extremum abſolui, tactum per carnem, aut per id quod ad carnem proportione æmula referatur. Quamobrem niſi dignoſceret ea quæ prodeſſent ab iis, quæ officerent, qui poſſet aut hæc adipiſci, aut illa effugere? quod diſcerniculum ſimulac animali eripitur, ſaluari & conſeruari non poteſt. Tangunt quoq; alimentum ſuum ſtirpes, ſed tactu is ſimillimus tactui inanimalium eſt. Adhærent enim plantæ ſtatu immutabili, neq; mouentur loco, proinde nec utuntur guſtu. nam nequicquam incaſſumq; uterentur, ſi nihilominus uitare infeſtos ſapores non poſſent. Ea cauſa eſt, quamobrem facile commori atq; occidere ſoleant, quia ſcilicet iniurias tactilium generum, quibus ſemper expoſitæ opportunæq; ſunt, repellere ac cauere non poſſunt. animalia uero priuſquã cibum deuorent, periclitantur guſtu, ob id tactus illis maxime neceſſarius fuit. Eſt enim guſtus ceu quidam tactus, quia guſtus alimenti ſenſus eſt, omne alimentum corpus contingibile eſt, nam corpus corpori cibo & paſtui eſt. Sonus autem color & odor, neq; alunt, neque augent, neq; diminuunt: ſunt enim animali tactus & guſtus per neceſſarii. Clarum eſt etiam nullum eſſe animal, cui deſit tactus, ſiue perfectum ſiue imperfectũ id ſit. Nam ea quæ cum genere plantarum & animalium ambigunt, hoc eſt, quæ uidentur inter animalia & plantas mediam quandam ſui generis ſpeciem obtinere, eatenus animalia habentur, quatenus tactu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pollent:reliqui ſenſus non propter eorum uſum, ſed quaſi ad locupletiorem notam uidentur perfectis animalibus donati. Nam ut tueri ſe queant, ac munire contra mala quæ ingruant, antequam accedant & aſſiſtant ad caput, neceſſe eſt de longinquo præſentire poſſint atque proſpicere. Ita quæ infenſa pernicioraq; uidebuntur, auxilio fugæ amollientur à ſe: quæ uero ſalutaria
65 & cõmoda cõparebunt, perſecutione continuationeq; nanciſcentur. Huic officio & ſpeculæ uiſus, auditus, & olfactus præfecti. nã ſenſus rerũ per mediũ aliquid inuehitur, à medio mouetur cieturq; animal. Hoc autem nõ mouet ultra, ſed quemadmodũ in rebus, inter quas diſtributus aliquis motus huiuſmodi eſt, ut pellantur ab aliis, & ſubinde alias pellant, neceſſe eſt prima res pellat, nec pellatur: poſtrema è diuerſo pellatur, nec pellat: intermediæ quæ modo plures, modo pauciores ſunt, & pellantur & pellant. ita in ſenſu animalium fit. & perinde in omni alteratione, præterquã quòd alteratio immobili & quieſcente illo quod alterat, longe penetrat in ſubiectum morigerum atq; molle. ut ſi anulum in ceram altemiſceris, uſq; illuc mouebitur, & ſigillum recipiet in profundum. At lapis quòd prærigidus eſt, nullo modo mouebitur, etiam ſi ex ſummis uiribus incubueris: aqua uero longe lateq; peruadetur, ita ut cælatura impreſſioq; per eam facile compareat. Aër quoq; plurimum ſolet moueri, & quoſcunq; mores pati, modo ad numi permaneat, & integer atq; incolumis ſit. Quamobrem rectius nos de ratione aſpectus, quàm qui reflexione cauſantur. Sunt enim qui radios è ueris noſtri mediis oculi profectos egreſſosq; ſpiſſitudine offenſa reſultare paribus angulis ad facies ſuas reduces, atq; uiſum contingere arbitrentur. Vero ſimilius enim eſt, ut aër affici à figura & à coloribus dicat, quoad unus infractusq; manear, qualis in leui complanatoq; eſt, tum deinde ita affectus offectusq; uiſum imitus icere, non aliter quàm ſi ad finem ceræ præſſura ſuccederet.

¶ *Nullum animal ortus occaſusq; participes ex uno elemento conſtitui. Item quemadmodum cœleſtia animalia cognoſcant res ſenſiles ſine ſenſu.* Caput LXXIII.

68 Sed redeamus ad id, unde hic nobis ſermo ortus eſt. animalium quæ gignuntur corpora non ſunt ſimpla. Simplum uoco quod ex aliquo trium horum conſtet, igni, aëre, aqua. nam diuina & cœleſtia hæc loco præfata laude mittimus. Simplũ igitur eſſe nõ poteſt animaliũ corpus, quia ſenſus tactus ex uno elemento nõ conſiſtit, ſed mixtione confuſioneq; omnium. Nam fundaméta cæterorum ſenſuum quæ diximus ex ſimplicibus elementis coalita, uiſum, auditum, olfactum ex aqua uel aëre, quam quam tangunt, non tamen ſentiunt tangendo, ſed intermedium quidem corpus tangunt, quod ad talem uſum miniſteriumq; ſenſibus iungitur: nec id ſentiunt quod tangunt, ſed ſenſilia quæ formas & imagines ſuas in medium contulerunt. Non idem in ſenſu tactus, ſed is neceſſario tangit tactilia, & tangendo ſentit ea quæ tangit, unde id nominis huic[b] ſenſui impoſitum. Ex hac ratione ſequitur & neceſſarium eſt fateri, ut ſi tactum eſſe omnibus oportet, nec poteſt ex aliquo trium ſimplicium confici, nullum ſit animalis corpus, quod ex ullo trium illorum exiſtat. Dices fortaſſe, conſtabit è terra. At primum eadem ratio in terra eſt quæ in ceteris elementis, deinde tactus in mediocritate omnium contrarietatum contingibilium poſitus eſt, frigiditatis caliditatis, ſicciditatis, humiditatis. quæ ſimplicibus principiis cõtinentur. Ex omnibus enim quaſi temperatus modificatusq; eſt, quorum ſenſus erat futurus, alioquin terra à ſe elementorum omniũ erat brutiſſima & ingenio ſentiendi aduerſa, cuius rei indicium illud frequenter ſuggeſſimus, quòd partes illæ in nobis priuæ ſenſu habent, quæ ſortis glebulentioris & terroſioris ſint, quæ ratio in plantis quoque eſt. Nullum igitur animalis corpus ſimplum uidetur. quod quidem de genito & mortali accipiendum eſt, cui ſenſum tactus neceſſarium eſſe ad uitam oſtendimus: nã diuinis animalibus in uanum additus fuiſſet, quia uindicata interitu ſunt, & ſpatio uniformi feruntur inceſſabili & ſempiterno meatu. Sed neque guſtus iis ineſt, neq; uiſus, neq; auditus, neq; odoratus, quia illic neq; ſapor, neque aër, neque color ſit. Si enim colores, aut ſapores cognoſcerent, certe alicuius gratia cognoſcere uiderentur, at finis hic nuſquam comparet. Cæterũ aliud genus animalis putare id oportet longe opimatius & exuperantius, ac forte cognoſcens quidem ſenſilia, ſed alia ratione quàm ſenſu, id eſt illa, qua cauſæ generantes effecta & euenta ſua cognoſcunt. Ac nos quidem haud diſſimulanter cœleſtia[c] hæc animalia eſſe dicimus, & nobiliora, quàm ut ſenſum reqrant. Sed ſua cuiq; exiſtimatio fit, & iis quæ ignea eſſe, & iis qui paſci hæc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uolunt: quãquam ſcire cupio, quemadmodum alij poſſint ſine guſtu, aut guſtare ſine tactu, aut tangere ſi conſtant, ſimplici elemento.

[a]Ob id cœleſtia hoc loco mittenda: ait Simpli. quia vel ſenſus non habent: vel ſi habuerint: de his non eſt ſermo in præſenti opere: vbi de vita mortalis animalis agitur.

[b]Prima eius nominis impoſitio: ait Simpli. fuit vt ea ſignificaret: quorum extrema ſunt vnũ: & inde ad ſenſum tactus tranſlata: quia medio exteriori non eget.

[c]Cœleſtia corpora animalia ſunt nobiliora quam vt ſenſum requirant.

¶ Tactum attingere animalis vitam eſſentiaq; cæteros ſenſus ad cultum & ornatum adiunctos. Item quæ tactum corrumpunt vniuerſo animali abolitionem afferre. Caput LXXIIII.

67 Est igitur tactus unus neceſſario nobis tributus, quo fit ut animalia ſimulatque hoc ſenſu deficiuntur, uita deficiant. Nam neq; animal conſiſtere poteſt ſine tactu, neque tactus item ſine animali eſſe, ſed & primus ſenſus eſt tactus, ineſtq; in animali, qua animal eſt. Proinde ſuperlationes reliquorum ſenſilium non extinguunt animal totum, ſed ſenſum tantummodo, ut immodicus ſplendor aſpectũ, uehemens ſtrepitus auditum, grauis odor olfactum. Quòd ſi examinatos quoſdam ſolo tonitrus fragore accepimus, id neque fragori, neq; tonitruo abſcribendum eſt, ſed aëri, qui cõcuſſus plaga ingenti quocunque decumbit, uulnerat atq; interficit. Nec color item animal conſternat, ſed metus quem color aliquis horrificus incuſſerit. Pari modo nec odor corrũpit, ſed quod mouetur ab odore. Nec ſapor itidem ut ſapor interimit, ſed eo quòd partes quaſdam capitales prin-
68 cipalesq; tangit, & tangendo inficiendoq; uitalitati exitium parit. At ſuperantiæ generum contingibilium non ex accidenti, ſed à ſe abolitionem & perniciem afferunt. Nam & calor, algor, duities, & ſimilia iis cætera ſi ualidiora incurrant, conſentire cogunt uniuerſum animal, & ægritudini accumbere, demumq; intermori. Nec hercule immerito. Quom enim in quoque ſenſu dementis & præualidum ſenſile inſtrumentum ſenſus ſui corrumpat, inſtrumentum autem tactus non certa parte corporis ſedem habuerit, ſed per carnem uniuerſam & per totum animal fuſum ſparſumq; ſit, maxima ratio eſt, ut corpore corrupto uniuerſum animal corrumpatur. Diximus autem ſupra ſolo tactu potuiſſe uitam conſtare, cæteros ſenſus non ad eſſentiam, ſed ad ornatum fere & meliorem notam eſſentiæ inditos. Quamobrem ſublatis reliquis ſenſibus auferetur ornatus & opulentia, ſed ſtabit animal: ſublato tactu ipſam neceſſe eſt animalis conſtitutionem & eſſentiam tolli. Primum uiſus animali iunctus non ut ſit animal, ſed ut uitam in humore, aut in aëre exigat, aut in perlucido aliquo corpore. Deinde additus guſtus, ut iocundum alimentum ab iniocundo ſecernat, hoc ut fugiat, illud ut ſciſcat. Nam ut ueſceretur animal, ſola uis altrix quocunq; ſucco eſculento; ſatiſſacere potuiſſet, quod in plantis iam cernitur. Tum auditus præſtitus, ut ipſi ab alio indicetur quid. Poſtremo lingua adhibita ad gemina opera, & ad perceptus ſaporum, & ad uocis officium.


THEMISTII IN LIBROS DE ANIMA PARAPHRASEOS, FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EPISTOLA.

HERMOLAI BARBARI, ZACHARIAE FILII PATRICII VENETI PARAPHRASIS THEMISTII,

De *memoria & Reminiscentia*, Præfatio ad F. Thronum. L. F.



N TIBI *agere meminisseue aliquas gratias debeam F. suauissime, qui me ad æditionem impuleris Themistij mei, non facile habeo dicere. Scio enim quam sit ardua ratio, primũ interpretari græca, deinde physica, tum hoc æui, quo omnes scientias inuasit barbaries. Postremo ut facilia sint cætera, & vt satisfaciam omnibus, mihi nec satisfacio nec parco. Nec enim accedendum Lucretio est, poetæ alioquin (ut uisum est ueteribus) facundissimo, qui vno eo se extra periculum vitiligatorum & summussorum constituit, quod loca peragraret nullius ante trita solo. Equidem oportuit illum ingenio eruditioneq;, non nouitate aut infrequentia fidere, quasi neminem post se futurum putaret, qui taxare aut incessere posset, quæ in illa ipsa tam rara & insolenti Latinis materia minus probe aut egregie conciniisset. Illos ergo scriptorum nomine censendos existimo, qui ita scribunt, ut adiri a doctis & accurate introrsumq;, tum se, tum labores suos explorari incognosciq; cupiant. Qui uero ita ut indiligentes & connituentes oculos desyderent, hi videntur mihi inlectos se uelle, quod vulgo & circulatoribus commentantur. Sunt hercules, sunt mi F. quos unus hic ambitus tota vita pascat, & quibus satis sit fastus ille, quod scribere & commentarii dicantur. Hos ego vt aui fusca initiatos literis, ita malis & noxijs moribus crediderim. Quamobrem quom tam male animatus in hoc hominum genus sim, quomq; ea quæ emitantur quasi præscribam dicanda non proscenio, sed choro musarum, facile potes intelligere quam dubius sententiæ sim, testes tibi aliquas gratias, an contra, qui me indiscrimen tam conspicuum & manifestum adduxeris. Quod enim erratum meum tam leue ignoscendũ vel me iudice sit, qui mihi ad omnem veniam aditum hoc stomacho & hac professione mea præcluserim, proindeq; facilius sit impetrare omnem culpam ab alijs saltem iniquissimis, quam a me mihi. Noui quam magna res sit, non vertere, sed bene vertere. Vt enim puerile est vertere, & quod ne decuritans quidem aut manum vortens absoluas, inambulans, dormiens, bibens, comedens, fungaris eo munere; ita bene vertere non cuiuis promptum. Nam (vt prætermittam cætera) illud superat omnem laborem. Quod qui hoc genus exquisite & caste uolunt præstare, paratas habere debent copias omnium rerum, uerborum, librorum, quocunq; genere, quacunq; materia. Excudendæ omnes schædæ, habenda omnia præ oculis, præ manibus, in numerato. Quis crederet, vt latine vertas inuisenda & adeunda barbaria est, tum illa ratione iactata, quod nullus liber ab omni parte malus, tum illa ut conscientia hæc, quod nihil præterieris, omnem remoram tibi adimat in cætera. Nam lineæ quanta insania sit (ita enim appellare placet summam illam & calumniatricem sui diligentiam) nemo potest rescire qui periculum non fecerit. Vt enim de meo exemplo qui plurimis vincor cura & studio, id quantum sic noscatur; præclare mecum agi putarem, si quod hora transfero, non plus quam matutinum iustum in polituram eius impenderem. Nunc & hoc tempus primis & rudibus typis damus, & fere annis singulis a capite reteximus. Fuit enim apud me opus hoc annis amplius septem pressum, quippe quod anno ætatis vno*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de viginti cœptum a me ſit, ne multũ abeſſe a præſcripto noni videar. Nec tamen propterea magnum aliquid expectari de nobis uelim. Nam tametſi aliqua in æditionibus noſtris ſint, in quibus ſi non frugem, ſaltem rudimentum ingenij & igniculos quoſdam agnoſcas, non tamen mihi id ſumo, aut arrogo, ut a doctis viris probatum iri hæc credam. Qui enim profiteri aut præſe ferre hoc debeat, niſi doctus? Porro nulla res tam multis munita bonis eſt, quam nomen docti. Qui ſe doctum credit, non poteſt non indoctus eſſe, quia non videt quanta & quam multa neſciat, quod qui ignorat, nec illa ipſa ſcit quæ ſcit. Qui enim poteſt ſcire quantum ſciat, qui neſcit quantum a tergo ſit, quod poſſit ſciri. An gubernator in naui poteſt medio pelago & arctiſſimis tenebris intelligere quantum nauigauerit, ſi non conſtet quantum itineris ſuperſit, Dices: bono ergo periculo concredis tua manibus, doctos non habiturus qui legãt. Sed ut tibi concedam nõ eſſe doctos, non negabo gradus quoſdam eſſe, quibus ut ego paucos, ita me plurimi ſuperent. Deinde nondum certum habeo, grauius ſit doctis ſcribere an indoctis. Nam, vt de me loquar, non ibo inficias inueniſſe me pluſcula, quæ ſi in indoctos & imperitos inciderint, non dubito futuros, qui aut reprehendant, aut, vt quã benigniſſime mecum decidatur, contemnant, aut non animaduertant. Ita per illos operam perdiderim. At ſi docti legerint nullũ dictum paulo acutius aut ſcitius ſine commendatione, & quaſi mercede ſua abibit. Singulis verbis ſua merita & laudes conſtabunt. Nihil fruſtra, nihil ingratis inuentum, excultum, translatumue erit. Et ſane merito, quia ne errores quoq; diſſimulantur, abijciuntur, impuneue habent. In plenum diſtricta cenſura eſt, nulla gratia fit. Omnia litu & obeliſcis ceu capitali calculo damnantur. Prorſus controuerſa & anceps ratio eſt, ſcribas non ſcribas, docti indocti ſint qui legant. Alioquin (dixeris tu) vita ſemper in latebra exigenda non eſt. Periclitari interim vel cum diſpendio famæ oportet. Nec vero deterreri plus iuſto par eſt. Erit aliquid verſari inter doctos etiam indoctum. Nam & inter cellas apum ſua fucis loculamenta ſunt, quorum etiam aliquis vſus apiarijs conſtet. Et ne ab eodem exemplo recedatur, non ſemper a viola ad violam aduolandum. Eſt quando pes firmandus, & de te aliquid promendum, ingenium quod oleat. Nam vt peſſime cedat, recantandi dabitur locus, præſertim quom nemo tam auerſo ſidere moliatur aliquid, qui ſe non aliquibus ſecutoribus commendet a quis probetur. An mihi defuturus vnquam tu es, cuius vel vnius iudicio niti poſſim: aut ſi tu minus æquum te præbueris, quæ mea errata tam frequentia aut inſignia eripient mihi Antonium Clarium meum, cui præter id, quod clarus vir & probus intelligitur, etiã lectione varia & multa exercito fides de me non haberi nõ poterit. Nam de Hieronymo Donato (meo dicã an noſtro?) quid mihi non reſpondeam? cuius eminentiſſimum & diuinum ingenium doctrina exquiſitiſſima, & ſingularis humanitas comitatur. Is mihi vel euidẽter noxæ comperto, & aſſiſtere, & ſubſignare ſe, etiam quocunque periculo nominis paratus, atq; adeo animatus eſt. Quãquam vero hæc ita ſunt, nondum tamen liquet habere tibi gratias debeam, qui me in locum tam lubricũ conieceris.

Sed ne cui ingratus vtcunq; poſſim videri, cui conſtet quod mihi non conſtat, nuncupaui tibi librum de memoria et reminiſcentia, id eſt, particulam conſilij tui. Quod ſi improbabitur, non tam mihi qui acceperim, quã tibi qui dederis pœnitendum depudendumq; ſit. Volo enim qui hæc damnarit, authorem flagitii intelligat. Ita fiet, vt & ſe mihi in tua culpa faciliores exhibeant, & minus fraudis in me decumbat, quæ partiario alleuata ſit. Vale.

Venetijs. M. CCCC. LXXX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

LIB. PRIMVS

THEMISTII PARAPHRASEOS, DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA LIBER PRIMVS, HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

¶ Non eosdem facile meminisci, qui facile reminiscantur. Caput I.

NVNC de memoria quid sit meminisse, & quas ob causas habeatur, & ad quàm partem animæ pertinere possit, accurate agendum, explicandumq; est. Eadem ferè de reminiscentia quæri & discuti oportebit, quippe quom non sit eadem res meminisse & reminisci. Neq; memoria item quibus est præcipua, iisdem & reminiscentia est, sed plurimum accidere solet, ut memoria precellant, qui tardo ingenio sint: reminiscentia, qui uigore animi celeritate, docilitateq; polleant.

¶ Futura & presentia ad memoriã non pertinere. Caput II.

QVom igitur notiora sint actibus subiecta, quemadmodum in libris de sensu & sensilibus demonstratum est, ubi ex iis quæ inciderint sensibus, & quæ conspectiora euidentioraq; essent, omnis nostra oratio & commentatio prodiit, hoc quoq; loco eundem nobis ordinem persequendum putamus, ut primum indicemus ea quæ subiecta memoriæ sunt (solet enim in hoc error intercidere) ac primum quidẽ meminisse futura non possumus, sed uel opinari uel sperare, quo in genere scientia quædam, seu peritia præsagiandi habetur, quàm nonnulli coniectionem siue addiuinationem appellant. Sed neq; instantia meminit quisquam, quia sensu hæc non memoria continentur. Nam sensus, neq; futura, neq; præterita cognoscit, sed tantum iuncta & præsentia.

¶ Sola præterita esse subiecta memoriæ. Caput III.

RElíquum est, ut solum præterita dicamus subiici & mandari memoriæ. Id quod adest, quòd tenetur, quod usurpatur sensu, quod cernitur oculis, nemo se recordari dixerit: sed nec quod cogitatione animi modo cõtemplamur agitamusq;, sed alterum est sentire, id est, sensu complecti, alterum discere ac meditari. Quod si sensus rerum & scientia teneatur sine operibus, sed extante adhuc simulachro, opera appello, ut hoc animal, hoc album, hanc triangulam figuram pagella hac depicta, tũc uere ac proprie recordari & meminisse uidebimur. Ita & Socratem albũ esse, & trianguli angulos pares esse duobus rectis meminero: hoc, quia aliquando speculatus sum, aut condidici à docente hoc uel illo, hic uel aliubi: illud, quia ita acceperim, aut uiderim, aut aliquo sensu cognouerim.

¶ Quemadmodum in omni memoria adhibere tempus oporteat. Caput IIII.

SEmper uero animus quotiẽs meminisse uult (hoc autem est aspicere ad imagines non aliarum rerum, quàm earum quas olim acceperit) necessario adhibet præteriti tempus. Hinc fit, ut quom quis aliquid meminit, dicat huius se ante hac aliquando, aut sensum, aut intellectum habuisse. Est igitur memoria non sensus, nõ imaginatio, non intelligentia, sed aliquouis horũ habitus aut affectio, quom tempus adiungitur, quo facta impressio est, & derelictum spectrum in anima. Recens porrò motus quo quid animam pellit, non potest memoria esse, quemadmodum diximus, quia præsentiũ sensus est, consequentium spes, præteritarũ memoria. Omnis igitur recordatio copulata & coniuncta cum tempore est.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Quæ bruta habeant memoriam, & quæ differentia inter memoriam brutorum & hominum ſit.* Caput V.

EX hoc ſequitur his animalibus memoriã adeſſe, quæ ſenſum & notitiam temporis habeant, nec meminiſſe ea parte animæ alia quàm ſenſuali. Nam aſinus qui ſuperiore anno in foueam occiderit, ſi hodie locum uideat, recognoſcet, & recordabitur ſe in ſcrobem collapſum. Sed differunt ab homine bruta in eo, quòd homo non ſolum meminit ſe uidiſſe aliquãdo audiuiſſeue, ſed etiam futurum tempus à præterito diſcriminat. Bruta hoc ſolum cognoſcũt ſe modo corruere, aut olim corruiſſe. Item homo recordari ſe percipit, hoc mutis negatum. Sed animantes aliæ memorioſiores cæteris, ut quibus purgatior, & abſolutior imaginatio eſt, ut apes & columbæ. Aliæ contra immemores atq; obliuioſæ, quibus offenſa turbulentaq; obtinetur, ut uermes & muſcæ.

¶ *Quemadmodum memoria intelligibilium rerum ſit, & in quo diſtet a memoria rerum ſenſibilium.* Caput VI.

CAeterum ambigat quiſpiam animaduertens ad id quod mox dixi, eadem nos animæ particula recordari qua ſentimus. Si enim ita ſit, uidebitur memoria intelligibilium generũ nulla eſſe. Quod ſi uſus memoriæ ad eas quoq; res pertinet, quæ intellectu menteq; capiuntur, ut certe pertinet (nam & ſpeculaminum recordamur, atq; in iis potiſſimum frequens noſtra memoria eſt, quæ uniuerſalibus notionibus continẽtur) relinquitur non ſolum in parte animæ ſenſibili, uerum etiam in rationali & intellectuali conſtitutam eſſe memoriam. Sed ſoluitur, an quemadmodum imaginatio ſiue phantaſia, & uiſio per ſe ſenſibilium generum eſt, intelligibilium & ex accidenti, ita & de memoria ſtatuendum eſt, ut ad ſenſilia per ſe principaliterq; ad intelligibilia uero pertinere per accidens dicatur. Mens enim uiſione coniuga utens, quod quaſi innectitur, implicaturq; ex uiſis & imaginibus, quas actione ſua ſenſus in ea impreſſit, notas & intellectus uniuerſales exprimit atq; afformat. Pro hinc ſicut ſine opera ſenſuum non poteſt contingere imaginatio, ita ſine imaginatione non poteſt accipi aut reponi uniuerſale. Quod ſi uerum eſt, neceſſario conſequitur, quemadmodum oculus elephantum, qui Athenis uiſitur pictus per ſe contemplatur, ſed per accidens qui educatus & natus in India ſit. Item, quemadmodum qui Socratem uidet, hominem quoq; in uniuerſum intelligit, ita & memoria per ſe quidem circa effigies in imaginatione depoſitas & conſignatas uerſatur, ſed per accidens notionibus mentis obſeruit. Quamobrem memoria per ſe ad ſentientem animam pertinet, ad quam imaginandi quoq; uis pertinet. Per accidens uero etiam functionibus animi & rationis miniſtrat.

¶ *Qui uſus quantitatis intelligentibus ſit, quom res etiam non quantæ intelliguntur.* Caput VII.

CErte patitur animus, quom quid intelligit quod geometra, quom triangulam figuram deliniat. Ille quamuis nullus ei uſus ſit ad demonſtrationem conſtitutæ magnitudinis, deſcribit tamen triangulum præfinita certaq; quantitate. Nam in eam propoſitionem, in qua tres anguli eſſe duobus rectis pares probantur, nulla utimur fixa & legitima amplitudine, quia ſiue latus pedale ſit, ſiue cubitale, ſiue dodrantile, ſiue palmare, ſiue quocũque menſu: eodem modo doceri poterimus duobus rectis æquales eſſe tres angulos. Deſignatur tamen & ducitur in abaco triangulus determinata menſura & ſpecie, neceſſeq; eſt æquilaterum aut æquipedum, aut ſcalarem poni, modo quicunq; & quantuſcunq; deſcribitur, rectilineam figuram obtentet. Idem facit homo quom quid animo comminiſcitur. Quamuis enim non de re quanta & diuidua, ſed de re alterius generis cogitet, ſibi tamen certam quantitatem præſentat, ad quam ſe dum cogitat, refert. Si calidum, ſi odoratũ, ſi candidum, ſi quiduis aliud inſectile, carensq; partibus contemplemur, tamen opinor ſemper amplitudinem aliquam, ut corpus aut planitiem proponimus nobis, & quaſi ſubiicimus oculis pro gremio & lectiſternio rei, quam mente agitamus. Sed ſi primariam illam & optimatem na-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

turam,quæ intellectualis dicitur, ſpectare & uiſere cupias, continuo moles quædam & dimenſio conualeſcet & conſurget in animo, quam tota ſpeculatione ea identidem reſpicere & imaginari neceſſe habeas. Recte igitur Platoni uiſum, qui obtuſiorem humanæ mentis aciem huic cauſæ tribuit. Imaginatio, inquit. ſociata implexaq; animo actiones eius turbidat, nec puras & dilucidas reddi patitur. Quod uero dicimus cum quantitate intelligi à nobis, quæ quantitate & corpore careant, non ita accipiendum eſt, ut neceſſe ſit ea eſſe quanta: ſed adhibetur quidem intelligendis iis quantitas, ſed noſcitantur tamen, ut ſunt & candor, ut diſſipans tumorem, nigrior, ut contrahens.

¶ *Quomodo res quantæ intelligantur, quæ differentia inter id ſit, quod ſibi intellectus fingit, & id quod imaginatio ſibi præſentat.* Caput VIII.

QVamuis uero quod intellectu apprehenditur naturæ ſuæ ſorte quantum ſit, ut triangularis & quadrantalis figura, & cætera eius generis alumna geometriæ corpora, tamen infinibile atq; interminatum euadit, ſimulq; perceptum animo eſt, neq; magnitudo iis tanta aut tanta. Verbi gratia: Pedalis aut cubitalis afferri poteſt. Item non intelligitur ita, ut æquilaterus, aut ſcanſelis, ſed ita, ut triangulus, hoc eſt, genus ipſum citra omnem dimenſum magnitudinemq;, & in commune ratio ſola trianguli. In imaginatione uero omnia hæc certos dimenſionis & magnitudinis limites præſentiant. Et quanta extrinſecus ſunt, tanta quoq; intus in loculamentis imaginariis ſeruantur. Nihil igitur perſpicere animo poſſumus ſine phantaſmate, ſed ut ſum præfatus, imaginatio intelligentiæ ſemper cohæret, ut comes aſſeclaq; eius indiuidua.

¶ *Quas ad res intelligendas utilis imaginatio ſit, & ad quas inutilis.* Caput IX.

CAeterum modo commodat, modo incommodat imaginatio ratiocinanti. Commodat in mathematicis, ubi geometria pro menſula & abaco eſt: incommodat uiſenti & tractanti diuina. quibuſuis hæc figuram magnitudinem & colorem affingit, ita committit, ut quæ ſtatu æterno ſunt, & quorum ſubſtantia temporarias uices non ſentit, ſine mole & tempore cogitari non poſſint.

¶ *Quod memoria non ſit uis & affectio intellectus, ſed partis duntaxat ſenſibilis.* Caput X.

SI igitur omnia è quibus mens uniuerſale ſuum molitur, imaginatione contineri uidentur: imaginatio autem & memoria ſubiecto eadem ſunt, propterea quòd utraque ratio affectus eſt ſenſus communis, utrunque cõficitur, & ut tam memoria, quàm imaginatio per accidens intelligibilium generum ſit, & ut notitia motus ac temporis primum pertineat ad ſenſum, tum deinde ad intellectum & mentem. Quo fit, ut non modo hominibus & iis animalibus, quibus prouidentia & opinatio data eſt, ſed & irrationalibus multis ineſſe memoria uidetur. Quod ſi parte aliqua intellectus ſtatuenda eſſet memoria, non poſſet animalibus mutis contingere, cum multa idcirco memoria careant, quia cognitione & ſenſu temporis uacant. Semper quidem, ut ante retulimus, quotiens in mentem uenit alicuius rei, quaſi perſentiſcimus nouiſſe nos id prius, uel quòd audierimus, uiderimus, didicerimus, uel quòd genere alio paſſi aut affecti fuerimus. at prius & poſterius notæ temporis ſunt. Manifeſtum igitur eſt in ea parte animi ponendam & collocandam eſſe memoriam, in qua conſtituta imaginatio ſit. Sed & illud conſtat eas res per ſe tributas & mandatas eſſe memoriæ, quæ poſſent ſub imaginationem & ſenſum cadere: per accidens illas, quæ quanquam è genere imaginario non ſunt, tamen ſine imaginatione intelligi & ſpectari non poſſunt.

¶ *Quamobrem recordemur rerum abſentium. Item imaginationem propriæ non eſſe ipſum ſimulachrum, ſed actum uirtutis imaginantis.* Caput XI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SEd quærat aliquis,qui possit fieri ut impressione sola præsente,qua simulachrum in imaginatione depositum est,meminerimus rerum absentium: & utrum uerū sit id quod dicitur,de ipsa re non de simulachro & impressione haberi memoriā. Sed hoc ut facilius & commodius dissoluere possimus,& lucem iis, quæ dicta dicendaq; sunt,maiorem afferre,paulo penitius intranda nobis hæc ratio est. Quam uisq; in libris quos de anima scripsimus fere omnia persoluerimus, quæ ad naturam & potentiam imaginandi spectare posse uiderentur, non tamen inutile saltem fuerit super eo aliqua tam opportuno loco repetere. Scire igitur oportet ex actibus, quos circa sua quicq; genere sensus absoluunt,formari quædam simulachra, quæ tanquā sigilla & picturæ eorum quæ inciderint,inuri nobis atq; in sensu principe,hoc est,in corde ipso constitui collocariq; uideātur. Hoc igitur uestigium,quod desistit & remanet etiam abiuncta re sensili, imaginationem seu uisionem appello, eaq; finitur hoc genere: Visio est effigies in uiscere primario,id est,cordis impressio. Cæterum non ipsa impressio habenda uisio est, quippe cum uisio actus & administratio sit eius uirtutis cui imprimitur,& quæ concipiendi uisa potentiam obtinet. alioquin nihil uisentibus & imaginantibus nobis imaginatio & uisio haberetur, quia teneretur effigies: imo ueræ imaginationes plures simul adessent, quia plures effigies & plures impressiones simul reperirentur. Præterea,aut constitues uisionem esse quom simulachrum recēs imprimitur. at in hoc munus inuenti sunt sensus: aut cum iam utiq; est impressum, sed asseruatur & in thesauris conditur,at huic officio antistita est memoria. Ergo si imaginatio, neque sensus actio est, neq; autem memoria,relinquitur male sentire,qui sequius statuant. Proinde ueriſſimum est,quemadmodū in sensu tria sunt,sensile,uis sensibilis,& actus,qui ex initu admissuraq; illorum tanquam fœtus excluditur,& quemadmodum in intellectu tria item spectantur,intelligibile,uis intelligendi, & actus,qui de ambobus paritur: ita ratio hæc contineri tribus uidetur,genere imaginoso,ui imaginandi,& actu,qui ex utroq; oritur. atq; hic propriæ imaginatio dicitur. Vt enim qui præsente re sensili ab anima sensuali cōficitur,potest & assolet sensus uocari: ita & actus, qui absente re sensili uersatur, ob simulachrum eius derelictum & allitum sensui commodissime imaginatio appelletur. Illud nemo ignorat cum impressionem,aut effigiem,aut figuram dicimus, abusionem esse nominum: nam proprie impressio & sigillum recessu & eminentia partium constat, qualis forma ea est,quā quæ signantur anulis prætendunt. Hanc impressionem non committunt sensilia,nec talem speciem defigunt in sensum. Nec enim effigiantur,aut configurantur sensus apprehensis,& hauſtis sensilibus. Nam qualis obsecro figura omnino albedini aut colori est? qualis sapori odoriq;? sed inopia uocabuli aptioris cogit nos hoc genus modo impressionem, modo figuram,modo uestigium dicere. Quid sit imaginatio iam expositum. Memoria imaginationis scrārium & conceptaculum est, proindeq; retentatio & conseruatio.

¶ *Quæ temperaturæ ingeniorum recordari idoneæ sint, & quæ non idoneæ.* Caput XII.

HIs ita constitutis, quoniam in sensu principe simulachra rerum insita sunt, ut diximus,princeps autem sensus in quibusdam mollior dilutioriq; habetur, in quibusdam rigidior: item aliis in motu est,aliis quiescit, necesse est simulachra in eo condita eandem sequi imitariq; rationem. Hinc illa numeroso discrimine ingeniorum uarietas. Alii hæc alte fixa continent: aliis in summo hærent. Ii perdiu seruāt, illi breui labuntur. Hinc accidere ut alii magis, alii minus memoria ualeant. Quidam ita damnati, ut nihil omnino meminerint. Desultoria & fragilis in paruulo memoria est,& in sene qui ætate præcipiti sit. In paruulo quod in motu iugi à cremento est: in sene quòd natura in eo ad occasum prona minuitur. Est memoria & morbis obnoxia,quorum sæpe iniuriam sentiens, aut uni uersa commoritur obliteraturq;, aut insigniter lacessitur. In iis uero,qui ætate media sunt, quæ constans adultaq; dicitur,quia statu indecliui & temperato exigūt,firmissima & tenacissima est. Quemadmodum itaq; anulus in profugum torrentem defixus non sigillat, ita memoria eorū retinere non potest,qui aut ui ægritudinis, aut fluxu ætatis in motu & agitatu continuo sunt. Item qui duriusculos & inflexibiles sensus & corneolos habent,memorioſi esse non possunt. Nā qui in lapide signum anuli exprimas? Proinde,ut dixi,tam eos qui multum indolēt, quàm qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

decliues & decrepiti æuo ſunt,obliuioſos eſſe neceſſe eſt, propterea quòd ii acceſſione uiriũ cretioneq; æſtuant, illi conſumptione diſcobinationeq; collabuntur. Eſt enim ſenibus cor, in quo ſummi & principis ſenſus regia eſt, ſimillimum ædificiis & parietinis ueteribus, quibus tectorium & picturæ in eo exciderint præſenio. Habetur in iis cor prægelidum,eoq; laxatur, & quaſi corruit algore,atq; ita ſimulachra rerum,quæ in eo aſſeruabantur, quæq; tectorii operis modo illita inductaq; fuerant,conſequio abolentur & diffluunt Laborant uero memoria, tum qui præceleres & impendio uolucres ſunt,tum qui admodum hebetes bleniq;. Alteri quòd ſunt humidiores, quàm ſit neceſſe. alteri quòd rigeant plus æquo. Ité alteri,quòd liquidiores mobiliores q;, quàm ut inherere & deſiſtere imagines poſſint.alteri quòd contumaciores ac retorridiores,quàm ut plagas & uulnera conſentiant.

¶ *Queſtio quod quotiens meminimus non eius potius ſimulachri meminimus, quod habetur in nobis præſens, quam eius quod a ſimulachro refertur.* Caput XIII.

HActenus extra ſeriem euagati ſumus, nunc tempus eſt ad quæſtioné illam cuius gratia erraui mus,quaſi ad comperendinum & uadimonium reuerti. Ita munitiores paratioresq; accedemus, ut aiunt,& conferemus pedem. Erat igitur controuerſia hæc nobis propoſita, ſi de memoria ſtatuendum ita ſit, ut diximus, utrũ hoc ſimulachrum recordetur animus,an illud unde hoc profectum eſt. Si hoc,nihil igitur quod abſens ſit meminiſſe poſſumus: ſi uero illud,qui poteſt contingere, ut cum hoc aſpiciat,non magis huius recordetur, quàm eius quod non aſpicit? Iam imago hæc quæ ſentitur, ſiue ſimilitudo alterius rei eſt,ſiue ut quid ſui generis,quod nam aliud meminerimus? Nõ hoc ipſum potius quod habetur,teneturq; intus,& quod inuiſimus,quotiens recordatio mouetur. Nam qui meminit,ſimulachrum ſpectat ſentitq;. Quonã igitur pacto meminiſſe poſſumus rei,quæ non ſit præſens? Alioquin hoc modo cernere etiam & audire abſentia liceret. An recte & ſcite diximus,habetq; ſeres ut oportuit. Quemadmodum enim animal depictum in ſcheda, & animal eſt,& imago.item ſubiecto unum,ſed conſideratione & ratione conuarians: quemadmodumq; ſiquis propoſitam in pergula tabulam contemplaretur, ſolumq; de picturæ artificio cogitaret, nec id attenderet, quod ueri animalis imitatio eſſet, proculdubio ſimpliciter diceret ſe animal ſpectare: ſimul uero animaduerteret ſe animalis ueri exemplar uidere, tunc imaginem eſſe in tabula non animal diceret. Ita de ſimulachris quæ in nobis ſunt cenſeri oportet quatenus ipſa ſeorſum ſpectantur,poſſunt ſpectra & uiſa appellari: quatenus uero aliud quid tanquã imagines picturæq; referunt,tum ſubiecta,& alumna memoriæ nuncupantur. Nam quom ſenſus communis ſimulachrum quod in corde eſt, ita uerſat tractatq;, ut nihil præterea niſi ipſum illud in ſe imaginetur, tum ut dixi,uiſioni & imaginationi ſubiicitur. Quom uero ita, ut non ipſum in ſe conſideret, ſed ut ſimulachrum alterius eſt, tunc repreſentatio dicitur, ad memoriam pertinet,& actus talis memoria nominatur.

¶ *Vnde eueniat, ut ea quæ quis meminit, aliquando meminiſſe ſe neſciat.* Caput XIIII.

HInc ſolet uſu uenire,ut id quod memoria tenere, plerunq; neſciamus unde acceſſerit,ſenſu ne,an alia ratione. Nam & ſpeculantibus nobis occurrunt aliqua, quæ neq; quando,neq; in quo loco,neq; à quo didicerimus, uenire poteſt in mentem, ſæpeq; dubii ſententiæ ſumus, inuenerimus ipſi eam & commenti fuerimus, an à docente aliquo acceperimus: interim ita,ut hæſitemus imaginatio hæc ſit recés ſubitariaq;, an recordatio & ſuggeſtio. Verbi gratia: Audiui olim à quodam ſermonem, deinde poſt tempore aliquammulto ſubit quod audiuerim. Anceps igitur animi mecum dico, author ne ſermonis huius an aliunde percepi? atq; ita hoc ipſum ueſtigo. Si igitur conſiderando, ſcrutandoq; recoluero ſermonem illum aliunde peruenisſe ad me, tunc fuerit recordatio, alioquin meram conceptionem & cogitationem è re nata exortam dicere neceſſe eſt.

¶ *Vnde fit, ut ea quæ quis imaginatur, fingitq; aliquando meminiſſe & recordari ſe putet.* Caput XV.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EST quando contrariũ accidat, ut in Antipheronte orite, ac ferè iis qui exceſſu mentis tentantur. Nam ea quæ ipſi ſecum imaginoſaq; extremaq; commentantur, tanquam facta & geſta adnarrant: ita, ut qui meminerint. Quamobrẽ alii ea quæ ſenſu nouerunt, imaginatos ſe putant, alii ex aduerſo ea quæ imaginati fuerint, ſenſu conſecutos ſe credunt. Atq; hoc fit, quotiens id quod non eſt imago conſideramus ut imaginem: aut econtrario quotiens id quod eſt imago, non accipimus ut imaginem. Meditationes certe reminiſcendo memoriam confirmam & tuentur. Meditari nihil aliud eſt, quàm crebro repetere imagines atq; recurrere, non ut in ſe ſpectra ſunt, ſed ut imagines aliorum. Hactenus quid ſit memoria, quid meminiſſe ſatis dictum, quod ſic coniectione breui teſtabimur: Memoria eſt habitus, quo imagines rerum poſt impreſſionem cuſtodiuntur & retinentur, atq; hoc non in tota anima, ſed ſenſu primario, & in ea ui, quæ prima notitiam temporis animantibus commonſtrat.

FINIS LIBRI PRIMI.

THEMISTII PARAPHRASEOS, DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA LIBER SECVNDVS, INTERPRETE HERMOLAO BARBARO.

Reminiſcentiam non eſſe apprehenſionem diſciplinæ, neq; renouationem uniuerſæ memoriæ, ſed partis eius cuius quis eſſet oblitus. Caput I.

NVNC quid ſit reminiſcentia tractemus. Primum ea, quæ in quæſtionibus populariter ſcriptis deciſa ſunt, uera eſſe conſtituamus. Ea ſunt huiuſmodi: Reminiſcentiam non eſſe reſumptionem memoriæ, neq; item aſſumptionẽ apprehenſionem ue diſciplinæ. Nõ enim reminiſci aliquis dicitur, quom primum imbuitur notitia rei quàm ante neſcierit, ſed hoc diſcere eſt. Item neq; illud reminiſci eſt, diſcere ſcilicet & retinere iugi memoria ſine ulla interuentione obliuionis: ſed reminiſci eſt ex aliquo ueſtigio conſeruato & incolumi, referre ſe in cognitionem eius, quod memoria excidiſſet. Exempli gratia: In ſenſu primate ſita eſt uniuerſa imago & ſimulachrum rei, quam ſenſu perceperis, hoc quamdiu ſolidum, purum, dilucidum, inobſoletumq; retinetur, ita ut ab omni parte ſui excitare mentẽ, & ab ea ſimul collibuerit, perſpici incognoſciq; poſſit, non in eo quòd ſimulachrum in ſe, ſed in eo quòd aliud præſentat, hoc memoria eſt, de qua diligenter executi ſumus priore libro. Quòd ſi non uniuerſum ſimulachrum retinetur, ſed pars manſitat, pars interlita eſt, uel diuturnitate, uel alio caſu aut iniuria, ut neq; animũ ciere, neq; cieri ab animo poſſit, quotiens ex portione ea quæ ſubſidua eſt, & quæ integra & limpida obmanſit, exuſcitatur, & quaſi poſtliminio reuertitur, id quod huic nexum iniunctumq; olim inter mortuum interceptumq; uidebatur, tum quid tanquam redux redemptumq; ac reſtitutum animæ haberi id uidetur, dicimur reminiſci. Atq; ita efficitur, ut reminiſcentia ſit reparatio prioris memoriæ, reuocatioq; non quidem totius, nam tota res elapſa animo eſt. Si denuo doceamur quod ſimus obliti, hoc non erit reminiſci, ſed diſcere. Nam & ut iterum diſcatur, & iterum inueniatur eadem commentatio uulgo ſolet contingere. Verbi cauſa: Si ex lectione uel auſcultatione uerſum illum quis teneat: Iram pande mihi pellidæ diua ſuperbi, eumq; uſq; adeo familiarem promptumq; habeat, ut ſine ulla cunctatione quotiens uolet ex temporali facilitate pronunciet, Memoria hęc uocabitur. Si uero initium uerſus duntaxat meminerit, calcem aut obliuio deleuerit, aut anni

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

abſtulerint:deinde animus ex initio illo quod adhuc ſeruatur,quaſi admonitus appellatusq;.& reliquias ac ueſtigia perſecutus,tum ſimilitudinem & diſſimilitudinem ſcrutatus, tandē confe/rēdo hæc inuicē recolendoq;,in memoriā reponat eius quòd uanuerat.Reminiſcētia hæc dicet.

¶ Reminiſcentiam ſimplicium non eſſe,niſi perraro. Caput II.

EXhis conſtare arbitror ſimplicium nominū non reminiſcentiam, ſed memoriam & diſciplinam haberi,niſi ratione ea reminiſcentiam quoq; pertinere ad hæc dica mus,quòd ſæpe eueniat, ut prima ſyllaba uocabuli obſoletis cæteris teneatur, è qua deinceps in memoriam oblitarum ſcrutinio & cogitatione coorta referimur.

¶ Reminiſcentiam induci per multos motus, qui ordinem & conſe/cutionem habeant. Caput III.

AC reminiſcentiam quidem comitatur memoria neceſſario.nam qui reminiſcitur, meminiſſe ad quendam modum uidetur,quia partem ſcilicet repetit prioris me/moriæ.Inter reminiſcentiam uero & diſciplinam & inuentionem intereſt, quòd qui reminiſcuntur,maius principium momentumq; intus poſſident, quàm qui diſcunt aut inueniunt. Dixi maius, quia tam qui diſcunt quàm qui inueniunt certum initium ac ſeminarium intra ſe gerunt, unde ii diſciplinam accipiant, illi ſcientiam pa/riant,quia doctrina omnis & peritia ex aliqua prænotione anticipationeq; gignitur.

¶ Quædam ſimulachra neceſſario ſequi,quædam ex aſſuefactione. Caput IIII.

QVid fit reminiſcentia indicatum exemplis eſt, ut finiri poſſit reminiſcentiam eſſe reducem, & quaſi rediuiduam memoriam, id eſt renouationem memoriæ col/lapſæ.atque hoc quemadmodum conſequi leuiter poſſimus,proprio intuitu pa/tere arbitror. Nam quom motus animæ ita ſe habeant, ut alter alterum con/ſequio trahat,ſicubi hoc neceſſarium eſt,facile conſtat ſimulatq; origo & initium mouerit,ſucceſſionem ab hoc ad ſecundum,deinceps ad tertium,& uſq; ad ſupremum ituram: uelut in cathena & gyris,ſi anulus unus tollatur,neceſſario inſequitur proximus, atq; ita alius alio commouetur ordine & attactu continuo.Idem contingit in ſimulachris iis, quæ imprimi tanquam ueſtigia noſtro animo diximus.Quom primum enim ab uno aliquo eorum excitata mens eſt,mouetur continenter à proximo,atq; illud alteri ſubinde originem mouendi eam præ ſtat.Exempli gratia:Incidit mihi aliquando ob oculos Coryſcus cū lyra, ab eo tempore ſimula/chrum Coryſci & ſimulachrum lyre impreſſum & conſignatum in animo meo eſt: bono poſt tempore uideo Socratem inſtitui lyra & fidibus canere.ita ſtatim fit ut lyra Coryſci mihi ueni/at in mentē,deinde ſubeat & perſona quæ cecinit.Hoc & alio exēplo docebimus.Audiſti nūquā qui modulos eos concineret? Animulæ duæ uagulæ migrabant cute poſita. & hec de illa quæ/ſiit.Quæ nunc abitur in loca? Mox ſi aliquot poſt dieculis alterū audias eiſdē qdē fere numeris, ſed aliis uerbis canentem, mens me prima ſubleuat, mox deuerſus reprimit, extemplo ſcribit aurem ſimilitudo concentus, atque ita memineris cantilenam priorem, Animulæ duæ uagu/læ,& etiam cantoris.

¶ Ex principio ſimili,uel diſſimili, aut proximo reminiſcentiam oriri. Caput V.

HAec ita quom ſint,neceſſe eſt ut ea diſtinctio recipiatur:Imaginum alia natura ſua proximas ſequentesq; eſſe, hoc modo:qui meminit ignis, intelligat etiam caloré oportet:& is qui cæſus à Socrate eſt,quotiens meminit ſe cæſum à Socrate, quaſi neceſſario in memoriam quo loci in quo plagas tulit,reſertur. Alias quæ non ne/ceſſario,ſed ex conſuetudine conſequantur,& quæ non ſemper ex priorum & an/tecedentium memoria,ſed propenſius,& maiori ex parte ſuccurrant. Verbi cauſa: Accedit ſæpe/numero,ut enixe cupiens efferre hoc uerbum lupercalia,quaſi exciderit non poſſim. Igitur te/

nere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nere id uolens, refero me frequenter ad lupum, quia utrangꝫ dictionem lu. ſyllaba incipit: ita hoc componendo efficitur, ut accepto pronunciatiõue lupi nomine, & ex nota illa ſtatim lupercalium commonear. Alter ſolitus obliuiſci Tauromiuiũ, aſſueuit in nomen tanti. Alter idem cui hoc nomen pleurites, qui laterum dolor dicitur, contumax eſſe cœpit, retractare ſæpius nomen pleuræ, quæ latus ſignificat, ut habito initio eo, tranſferretur ad id quod continendum erat. In iis igitur (ut dixi) non redeunt ſemper ſimulachra quæ ſemel exoluerint, ſed aliquando eſt, ut quamuis nomen lupi retineas, tamen recordari lupercaliũ non poſſis. Illud ſcio poſſe cõtingere, ut quidam ſemel appellati executiq; fidelius & firmius ſeruent, quàm alii ſæpius. ex quo oritur ut nonnulli facilius recordentur, quæ uicæ ſimplici uiderint, quã quæ centies.

¶ *Reminiſcentiam aliquando prodire ſine principio, aliquando ex principio non poſſe erui.* Caput VI.

QVem ergo aliquis reminiſcitur, neceſſe eſt moueatur quibuſdam prioribus anteggreſſisq; motibus, quouſq; ad eum motũ perueniat, poſt quem motus hic, id eſt reminiſcentia ſequi ſolet ex aſſuetudine atque exercitatione. Quapropter ex hoc nunc aut alio principio uenamur conſequentia & proxima, ita ut reminiſcentia argumento ſimilium, diſſimilium, propinquorum & confinium inducantur. Mouent porro quædam ex his pari, modo quædam ſimul, quædam parte. Verbi gratia: aſpicio lyrã depictam ab ea ut priore & percurrente commoneor lyræ Coryſci, quam ſuperiore anno uiderim. atque ex hoc rurſum reminiſcor cantionis eius quam Coryſcus cecinerit. Sane frequens. ut non occaſione modo hac, ſed etiam pluribus aliis uenire mihi poſſit in mentem & lyræ & carmis Coryſci. Si enim ſimulachrum columnæ iunctum fuerit ſimulachro cantilenæ, recordatio columnæ memoriam cantilenæ ſuppeditat. Ex ſimilibus quoque & diſſimilibus (ut dixi) multa reuertuntur in mentem. Ex ſimilibus hoc modo, ut ſi quom Socratis ſtatuã uidero, admoneat Socratis: ex diſſimilibus, ut ſi candorem intuitus recordatus'ue nigritiã meminerim, aut ſi æſtu tentatus, ſubeat algoris memoria. Ex propinquis quoq; ita elicitur reminiſcentia, ut ſiquis ex eo initio, Multis copiis uiri Athenienſes præoptare uos puto, reminiſcatur uerborum quæ ſequuntur, Si conſtare poſſet quid potiſſimum hoc tempore ciuitati conduceret. Præcipuum itaq; atq; efficaciſſimum in quaq; re principium eſt, quo inuento, reliqua nullo labore ſuccurrũt. Principio ſiquidem habito, cætera quaſi nexu quodã & uinculis inuicẽ aſtricta ultro ad ſeriem confluunt.

¶ *Eandem rationem eſſe reminiſcendi uetera & recentia. Item ordinem rerum uſui eſſe reminiſci uolentibus.* Caput VII.

QVod ſi aliquando contingit, ut principio rei comperto, & prima parte orationis obtenta, nihilominus cætera non ſequantur, non eſt cur quiſquam miretur, quoniam hæc ſi penitus dilapſa obliterataq; ſunt, certe ſequi etiam requiſita nõ poſſunt. Igitur inueſtigando ii, quibus quid excidit, reminiſcuntur ex aliquo horum, quæ diximus ſupra, ſimili, diſſimili, finitimo, conſequenti. At ſi quæ ſunt, quæ interim non requirentibus nobis, ſed ſæpe reddant atq; offerãt ſeſe, fateri neceſſe eſt ea nullo ex principio aut ſuggeſtione ſimilium, diſſimilium, conſequentium, finitimorum agnoſci. Vt ſi recordatus quiſpiam numeri quem ceciniſſet Coryſcus, reminiſcatur anterioris, certe is nullo huiuſmodi præſidio uſus uidetur in hoc, ut reminiſceretur anterioris. Cæterũ hoc inſolens eſt, nec temere paſſim fit. Fere enim antecedere quidam motus ſolent, quos reminiſcentia cõſequat.

¶ *Aliud eſſe reminiſci, aliud iterum diſcere. Item vltimum motum eſſe, per quem reminiſcentia eliciatur.* Caput VIII.

PLane quom de reminiſcentia agitur, non perinde id ſpectandum eſt, quẽadmodũ remotas à nobis res & tanto ex interuallo repetitas, quàm quom proximas agnoſcamus, & quas pauloante ſenſu nouerimus didicerimusq;, utpote in quo maior cõtrouerſia ſit. Nã quòd propiquæ & recẽs acceptæ animo ſunt, magis periclitant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ut quom has meminimus diſcere uideamur, quàm quæ nobis pridẽ intellectæ & cognitæ fuerint. Sed unus tamen reminiſcendi hæc mos & ratio utriuſq; generis eadem uidetur. Nã quemadmodum ea quæ nobis proxima ſunt ex principio aliquo, cui connexa & conſequentia ſint, reuocantur in mentem (conſequuntur enim, ut dictum eſt, ſeſe propter conſuetudinem motus) ita & ea quæ à noſtra memoria procul abſunt, & quæ multo ante didicimus initio quodam motus accepto, ſolent ſeſe reddere atq; in memoriam reuerti. Quapropter omnis reminiſcentia ex principio potiſſimum pendet, atq; in ſumma celeritate abſoluitur. Quamobrem & eum quo res inter ſe collocatæ & digeſtæ ſunt, ordinem, motus earum in animo uidentur tueri, & ea ité facile memoria continentur, quæ notatione & diſpoſitione diligenti ſunt perſcripta, ut propoſitiones mathematicæ, preſertimq; geometricæ: contrà quæ temere habentur congeſta, & confuſanee ac paſſim diſperſa, ægre cuſtodiuntur. Nam quemadmodum ſenſilia quæ coitu certo & diſtributione quadã iuncta illigataq; ſunt, exquiſitæ illaboratæq; incernuntur, ſecus ſi in cumulũ & aceruum coniecta & indiſtincta uiſantur: ita de ſimulachris animi ſtatuendũ ac ſentiẽdũ uideſ. Eſt uero differentia inter reminiſci & iterum diſcere, & omnino aliud diſciplina eſt aliud reminiſcentia. Is qui reminiſcitur ab ipſo ſe mouetur, & ex principio quodam incolumi & manente intus luſtrat & ueſtigat innexa & iuncta principio. At qui addiſcit, non ex ſe ſed à præceptore docenteq; mouetur. Item is qui reminiſci uult, quamuis ei ſimul collibuit aliquid reſcire non ſemper ad iuſſum occurrat, tamen uerſando & ſatagendo inuenire ac reponi in memoriã eius, quod uolebat, ſolet. Hoc autem motu multo & diſcurſu multo contingit, quoad dum perueniatur ad motionem eam, poſt quàm id ſequitur quod requirebatur. Nam quemadmodũ ſtillicidia multa quæ præceſſerint, lapidem non ipſa comminuunt incauant'ue, ſed quaſi ſubigunt & molliunt, poſtremum diſcobinant inforantq;: ita iudicandum in corde eſt. multos id patitur motus, antequã id quod quærimus teneatur, ſed ſummus & ultimus motus ipſe præſentat rem, quam conſequi memoria uolebamus. Eſt igitur reminiſci mouentem quandam facultatem habere inſitam. Facultatem uoco reliquias illas intrinſecus contentas in animo (quæ mentem appellant) & excitat ad inſtaurandum & recuperãdum id quod perierit uanueritq;. Hoc in ſe ipſo quiſq; ſæpicule committit experiturq; intimo (ut dictum eſt) & indigete motu.

Ex qualibus locis principijſu'e memoria rerũ amiſſa facile reuocetur. Caput IX.

QVamobrem tale principium accipi debet cui celerrime ad reminiſcentiam loci reſpondeant. Locos uero aut initia eſſe in anima oportere dicimus, qui aut iugatis, ſimilibus, contrariis conſtent (quales in dialecticis commentationibus monſtrantur) aut qui corporales ſunt, & certa ſede diſpoſiti collocatiq; interuallis. Atq; id cauſæ erit ut cito ex una re in memoriam alterius ueniatur. Verbi gratia: Ex lacte in candorem, ex candore in aërem, ex aëre in humorem, ex humore in autumnum, ex autumno in brumam, quæ id erat ſummum, cui operam dabatur ut in memoriam rediret.

In reminiſcendo id quod medium eſt, maximum habere momentũ. Caput X.

SAne uidetur fere in omni genere id quod in medio eſt, rationem tenere principii, quo inuento facillima traditu & compertu ſunt reliqua. uerbi gratia: Aſcribũtur literæ octo, a.b.c.d.e.f.g.h. quibus indicentur & reſpondeant octo notiones, per quas itura ſit mens, dum aliquid ueſtigat, cuius rei uſus ſit reminiſci. Litera E in meditullio eſt, ea obtenta ſi nõ continuo ſuccurrit quod ueſtigat, ſaltem ſimulatq; ad H peruenerit, ſuccurrat id oportet. nam quom primum occupata medietas eſt, & priora & poſteriora inuadere iuxta poſſumus. Sed & nihil prohibet quin & retro agere liceat, & à media in utranq; partem diſcurrere uelicatim & præpoſtere, Nam & poſt literam E ſaltuatim intelligere literam H, & ab H ad F regredi tranſiliendo interpollandoq; poſſumus, deinde referri & recipro care ad G. Si igitur ea res quã ſcrutamur, in prioribus fuerit, occurret itinere eo quod regit ad H. Si uero in poſticis, dabitur obuia contrariam uiam tenenti, quæ ducit ad A. Notiones uero quarum hæc ſunt ſymbola, hec ſunt: Athenæ, Lycium, ædes Platonis, Calendæ, conuiuium Socratis, uapulaſſe à Socrate fidicula.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Quod interdum reminiſcamur, interdum non. Item cur aliquando plus mouent ueteres, quam recentes imagines.* Caput XI.

QVod ſi accidit, ut ex uno principio interim ſequantur hæc, interim non ſequantur, ea cauſa eſt, quòd ex eodẽ principio multi motus dependent, Exempli gratia: Ex Illi poſſumus innoticiam morbi iliaci & ilei reuerti. Quòd ſi frequentior tibi uiſus fuerit ilei quàm iliaci, illuc potius ex eo principio rapieris attolleriſq;. Nam & quæ nitida ac ſplendida ſunt, amplius quàm quæ ſquarroſa & obſcura oculos in ſe conuertunt. Poteſt & alia ratio hæc eſſe, quòd ſimulachrum alterum uetus, alterum nouitium habeatur: quod nouitium eſt ualidius commouet cæteris partibus. Nam ſi id quod uetus ſenectumq; eſt, ita in animo alte inhæreat ut in habitum ceſſerit, eoq; tritum ei perſamiliareq; ſit. Huius meditatio uicem frequentis & recentis memoriæ obtinet.

¶ *Quod erret interim reminiſcentia, & quomodo faciat ſolœciſmum.* Caput XII.

QVemadmodum uero quædam ſimulachra ita ſunt commiſſa cognataq;, ut alterum poſt alterum naturaliter & neceſſariò conſequatur, poſt ignem feruor, poſt ſolem plendor: ita quædam ſunt quæ non natura, ſed quadam conſuetudine confluant. Porro in quo multi & frequentes ſumus, & in quod aſſueſcimus, huius nobis minimo minus naturam facimus. Proinde ſicut in natura nonnunquam euenta proueniunt, quaſi progreſſiones quædam & errata naturæ: ita in iis quæ ab uſu & conſuetudine prodeunt, nihil uetat peccata quædam ſpectari, ut cui in priore antegreſſoq; cedit pro ſpere, in poſteriore & ſequente deuius labatur, & loco iliaci in noticiam ilei deflectat. Propterea ſolet contingere, ut quom alicuius nominis meminiſſe uolumus, in alterum quod quærimus uicinum offendamus. itaq; oberrantes tunc quaſi ſolœciſmum committimus. Verbi gratia: Volebam reminiſci Leophanem, ſuppoſitus eſt pro eo Leoſthenes, ſolœciſmus eſt. Hactenus de reminiſcentia priuatim dictum ſit.

¶ *Communia memoriæ & reminiſcentiæ. In omni memoria & reminiſcentia neceſſario adhiberi tempus, aut certum, aut incertum.* Caput XIII.

NVnc ut generatim atq; in uniuerſum de memoria & reminiſcentia diſputemus, noſſe oportet caput & cardinem in ambabus eſſe noticiam temporis, ſiue illud certum conſtitutumq; habeatur, ut ſi id quod modo memini reminiſcor ue aut heri aut ſuperiore menſe aſpexerim: ſiue incertum indefinitumq;, ut ſi id quod memini quod ue reminiſcor, utcunq; prius didicerim, aut diu ſit quod audierim uiderim, nouerim. Alioquin niſi concedatur ſcientiam temporis ad utrãq; motionem pertinere, neceſſe eſt ut hoc quod modo meminiſſe aut reminiſci dicimur, nec meminiſſe nec reminiſci eſſe uideatur, ſed cognoſcere tanquam è domo & ſacrario pectoris nunc primum promentes.

¶ *Vim ſenſualem eſſe quæ intus iudicet de pluri minoriq; tempore* Caput XIIII.

POrro de pluri minoriq; tempore intus iudicat ea uis animæ ſenſibilis, quæ ſedem habet in corde. Quemadmodum enim quotiens iutelligentia magnitudines perſpicit, non procedit foras, quemadmodum aliqui de uiſu dixerunt, quem proliquatis egreſſisq; à ſede luminum radiis abſolui reddiq; autumant, ſed operatur intus & effigies magnitudinum in imaginatione depoſitas & iacentes excitat uelicatq;. quod ſi hoc non ſit, de magnitudine abſente pronunciare nõ poſſet, nunc pronunciat. Et ſane merito. nihil enim aliud eſt intelligentia quæ dianoea dicitur, quà cum imaginatione actio intellectus coniuncta. Eodem modo de parte illa animæ ſenſualis dicendum eſt, ut de breuitate & longitudine temporis intrinſecus decidat, & ab imaginibus inteſtinis ad id pellatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Quæ differentia inter memoriam & reminiſcentiam totius & partium ſit. Item vniuerſalis & ſingularis.* Caput XV.

QVom uero in memoria uniuerſæ alicuius orationis particulares oratiunculæ cõſiſtant, neceſſeq; ſit, ut quotiens ambitum aut circunductum aliquem longiuſculum memoriter tenemus, partes quoque eius & clauſulas memoria contẽplemur (conſtat enim integritas omnis ex partibus: partes hoc loco ſunt membra & inciſa, quæro reminiſcentia uniuerſalis à particulari quo differat? An quom in memoria totius contineatur & pars, & in memoria uniuerſalis cõprehendatur ſingulare, neceſſe eſt ut partes prius quàm totũ occurrant, & quæ minora ſunt, quæq; ab utroq; margine intra uniuerſitatẽ habent, quã quæ his contraria ſunt? Quæcunq; enim ita ambiuntur, intusq; ſunt proportione quadã extremitatibus reſpõdent, quatenus mutuo proximant & ſequunt, ut Platonis uerba illa in Timæo: Dii deorũ quorũ opifex idẽ paterq; ego, opera ſiquidẽ uos mea diſſolubiles natura, me tantũ ita uolente diſſolubiles. Omne quidẽ iunctũ & concretũ natura diſſolubile eſt. At uero quod bona ratione iunctũ atq; modulatũ eſt, diſſolui uelle nõ dei. Quapropter quia facti generatiq; eſtis immortales qdẽ nequaquã, nec omnino indiſſolubiles, nec tamẽ unquã diſſoluemini, neq; neceſſitatẽ fati ſubibitis, qa uoluntas mea maior eſt, nexus & uegetatior ad æternitatẽ cuſtodiendã, quã illi uitales nexus, ex quibus æternitas ueſtra coaugmentata atq; compoſita eſt. Igit' unà cũ ipſo toto intelligunt' partes. nã uerba illa in fronte, Dii deorũ, extẽplo ſe offerũt, quæ intelligentia ſequentiũ excipit. Et hæc rurſus intelligentia reliquorũ. Ita poſtremũ quod intelligentia capitur, ipſum totũ eſt, nam ſingularia ſimul collata acceptaq; ipſa integritas redduntur.

¶ *Semper reſpondere conceptioni rerum conceptionem temporum, ſiue certum id ſit, ſiue incertum.* Caput XVI.

CErte modus qui in rebus & notionibus cernitur, accommodãdus & quærendus in tempore eſt. Nam ſicut tempus annectitur & copulatur cum rebus, ita & cognitio iungatur neceſſe eſt. Proinde ut minor res ſe habet ad maiorem, ita & minus tempus ad maius: & pectinatim, ut tota res ad tẽpus totũ, ita & partes ad partes. Atque hoc ex deſcriptione ſubiecta cõſtabit: Conſtituantur duo triangula in mucronem inferiore angulo turbinata, ſed ita ut alterũ in altero contineatur. id quod continet, ſignetur notis tribus, K, M, N, Id quod cõtinetur aliis tribus, A, B, E. Linea uero A B ſecetur ad punctum C, & ad punctũ F. & à ſegmentis lineæ perpetuæ in alterum eiuſdem trianguli, id eſt minoris latus, quod cõtrauerſim reſpondet ad pares angulos, ducantur, uocenturq; linea prior C D, poſterior F G. eodẽ modo ſecetur linea K M, ad punctum H, & ad punctum L, & à locis ſectionum lineæ perpetuæ in alterũ eiuſdem trianguli, id eſt maioris latus, quod è regione reſpicit, dirigantur, nominẽturq; ſuperior linea H P, inferior L R, atque hoc ita ut ſectiones utriuſq; trianguli in eaſdem deliniationes concidant. Ac breuius quidem & interius triangulum referat nobis res, quas intelligimus. Extimũ uero & amplius uice eius temporis ſit, quod ſimul cũ ipſis rebus & notionibus ſentitur. Quemadmodum igitur qui lineas A B, & B E tranſiit, uidetur ſimul lineas A C, & C D tranſiiſſe, utpote quæ interiores ſint, & contineantur in A B, & B E. ita qui lineas A C, & C D peregit, uidetur ſimul lineas A E, & F G peregiſſe. Quæ enim collatio habetur lineæ A C ad lineam A B, eadem eſt lineæ C D ad lineam B E, nam proportione & paritate conſentiunt inter ſe. Vnde etiam cancellatim, & uicibus commutatis, ſicut refertur linea A F ad lineam AC, ita refertur linea F G ad lineam CD, retroq;. Ita relinquitur ut quemadmodum is qui cognoſcit lineas totas A B, & B E, ſimul cognoſcat lineas particulares A C, & C D. Ita & is qui lineas A C. & C D intelligit, ſimul quoq; lineas A F &, F G intelligat neceſſe ſit. Eodẽ iure ſtatuendũ de triangulo tẽporis eſt. Nam qui lineas K M, & M N conficit, uidetur lineas quoq; C K, & H P confeciſſe, & item lineas K L, & L R, Porro linea K M, & linea M N tempus illud præſentant, quod reſpondet rebus quæ per lineas A B, & B E in minore triangulo indicantur, ut intellectu earum tempus hoc annexum accipiamus. Rebus uero quæ per lineas A C, & C D notantur, miniſtrat tempus quod per lineas K H, & P H deſcribitur. At negotiis quæ lineæ A F, & F G ſignificant, apponitur tempus quod per lineas K L, & L R ſignatur. Ita fit ut ſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mul & res & tempus ſocietate quadam proportionis noſcantur. Ex iis late patet eos qui recordantur aut reminiſcuntur ad intelligentiam generum eorum que recordantur atq; reminiſcuntur, adiungere tempus ſuum ſolere.

¶ *Dupliciter falli eos qui meminerunt aut reminiſcuntur. Item tria adhiberi ad veram memoriam & reminiſcentiam, rem, tempus, animaduerſionem.* Caput XVII.

MEmoria dupliciter labitur: Primum ſi eorum quæ recolenda ſint, imagines commutet. ut ſi contemplatus imaginem Thexteti, imaginem Socratis dicas, tametſi tunc uideberis meminiſſe, Socratis, tamen Thextetus eſt quod uides. Nihil enim uetat, quin errare hoc genus poſſis, & meminiſſe quod non memineris credere. Altero modo fallitur memoria, quom ita accidit, ut cuius reuera meminimus, nõ tamen meminiſſe nos aduertamus, motione aut morbo aliquo impediti. Quod quidem & iis uſu uenit, qui in aliquid impenſius intenti, quaſi obcæcata cogitatione & abducto intus uiſu, apertis atq; integris oculis non cernunt ea, quæ ob os uerſantur. Atq; ii quidem ſomniantibus ſimiles uidentur, qui ſomniare ſe non ſentiant, Non erit igitur recordatio aut reminiſcentia, niſi tria hæc concurrant, negocium quod moueat, tempus quod negocio reſpondeat, & animaduerſio. Sane tempus modo finitum certumq; (ut dixi) modo infinitum & incertũ adiungitur. Certum, ut quom diſputaſſe me pridie memini. Incertum, ut quom ſimpliciter diſputaſſe me recordor: iudicium ut ſit ita, eſt quod conſueuit uulgo dici. Equidem memini factum, ſed quãdo, nõ memini. quod tum ſolent qui ſe cauſis ſubſignant, quom iis de tempore facti non conſtat.

¶ *Hactenus communia memoriæ & reminiſcentiæ, nunc differentia & diſcrimen earum. Item quod ſolus homo reminiſcendi vim habet.* Caput XVIII.

DIximus ſupra non eoſdem haberi qui facile recordentur, & qui facile & bene reminiſcantur. Diſtat uero memoria à reminiſcentia non ſolum in eo, quòd prior tempore memoria quàm reminiſcentia eſt, ſed in eo quoq; quòd complures animantes memoriæ participes ſunt. Reminiſcentia ſoli homini conceſſa ex numero animalium omnium quæ ab hoc æui comperta nobis ſint, nã parte qua cogitamus ratiocinamurq;, eadem & reminiſcimur. Et quemadmodum ſyllogiſmus, id eſt ratiocinatio propoſitionem propoſitioni, id eſt, intentionem aſſumptioni connectit: ita & is qui reminiſcitur, minora maioribus copulat. Qua ui autem ſyllogiſmi ducuntur, ad eandem exquiſitio pertinet. Exquiſitio porrò iis data animantibus propria eſt, quibus conſultandi deliberandiq; ratio. Iis ergo quibus reminiſcentia tribuitur, tribuenda etiam cogitatio & conſultatio eſt. Solus homo cogitat & conſultat, ſolus igitur reminiſcendi uim obtinet. Nam & inter initia hoc diximus reminiſcentiam ad rationem & intelligentiam pertinere. Conſultare autem & cogitare uirtus alia eſſe poſſit, quàm mens, animus, ratio, intellectus?

¶ *Memoriam & reminiſcentiam eſſe corporeas affectiones. Item non eſſe illas in noſtra poteſtate. Item melancholicos potiſſimum hoc genere tentari.* Caput XIX.

CAeterum quia imaginatione reminiſci non poſſumus, propterea & ſimulachra, & ſpiritus, quæ in corde ſunt, reminiſcentiam commouent, neceſſe eſt hæc corporalis affectio ſit. ita reminiſcentia dicatur motus intelligentiæ in tali uiſo. Quemadmodum enim qui librum uult præeligere, neceſſe eſt in ea ſe uertat, quæ in libro ſunt perſcripta: ita de reminiſcentia & intelligentia iudicandũ eſt. Intelligentia cõparatur legenti: cor, libro: uiſa & phantaſmata, litteris. Diximus & hoc olim memoriam & reminiſcentiam corporales motus eſſe, cuius rei ſigno eſt, quòd ſæpe nobis, quamuis aliud magis ſuſpicantibus, cogitatio aliqua de repente obrepit, quam intercidere aut reprimere nullo conatu poſſumus, quin deſiſtat, procedatq; pertinax, & inuitiſſimus nobis erumpat. Prohinc ſimul humor in corde adagitari cœpit (quod fit, quotiens reminiſci aliquid conamur) euenit ut facili præterea ſiſti & ſufflamari non poſſit. Ergo perinde afficimur, ac ſiquis nos raperet tranſ-

uerſos,& quamlubet pugnantes in ſe conuerteret. Tentantur ualidiſſime hoc morbo melancholici bilioſiq;. Sunt enim permobiles propterea, quia ſpiritu multo & caſſo conceptacula cordis ſui habent referta. Quom primum igitur imago aliqua in iis excita eſt, ſtatim exagitantur aliæ conſequio & faſceatim ac turmatim proſiliunt, propter mobilitatem humoris, qui ſitus in corde eorum eſt. Sed & illud probat memoriam aut reminiſcentiam iuris noſtri non eſſe, quòd nec quodcunq; collibuit, nec quotiens collibitum eſt, reminiſci ſemper poſſumus. Quamobrem ut miſſum telum ſiſtere, aut reuocare non licet, ita quom reminiſci & ueſtigare aliquid uolumus, neſcio quid corporeum commouemus, cui affectio hæc commiſſa mãdataq; eſt, nec ultra partes noſtræ ullæ ſunt. nec enim per ſe moueri aliquid poteſt, quod incorporeum ſit. ita ratione recta factum eſt, ut motum eum rumpere, cum quis uelit, in ſua manu non habeat. Et quemadmodũ quærenti locum in codice ut legat, nõ ſatis eſt adire aperireq;, aut ſchedas euoluere, niſi id quoq; quod quærit, inueniat: ita de intelligentia & ſimulachris dicendum, quæ in corde ſeruantur, ut tametſi ea quamlubet tractes uerſesq;, reminiſci tamen nequeas, niſi in illa ipſa offendas quæ requiris. Vnde, ut dixi, euenit, ut ii maxime imaginoſi cogitabundiq; ſint, in quibus redũdatior uis humoris ſtagnat ea ſede, in qua imagines rerũ locantur. Non enim facile tranquillantur agitatione ſemel inita, & quouſq; aſſequentur & continuentur ea quæ uolunt, recto inceſſu ſcaturiunt, identidem & ſuboriuntur imagines. Quamobrem iræ in illis & metus, & reliquæ eius generis affectiones ſimul paulò commotæ irritatæq; ſunt, exacuunt, accenduntq; ipſæ ſe ultro, & uires obiter corrogant, conualeſcuntq;, ita ut labore etiam ſummo comprimi, ſedari, & extingui non poſſint. Exempli gratia: Iudicat ratio iniuriã acceptam eſſe, cor ſtatim iracundia æſtuat. mox acceſſione ſanguinis feruet, quo tanquam auxiliaribus copiis confirmatum recalefactumq; retro concalefaſcit & exaſperat ſanguinẽ. Eodem modo metus contrariis ex cauſis refrictu & cõtractu cordis perfectus non facile deponitur. Quod & accidere ſolet iis, qui in cantibus paulò ualidius exuibriſſant, aut qui orationem proſam uerſam ue contenta & exerta uoce pronunciant. Iis quãquam in fine ratio ſua ſit, eoq; & quieſcendum habeant, tamen uox impetu concepto, & quaſi ex procurſu longius procedit, & ceſſantibus iis aliquãdiu poſt ſuperſtes eſt.

¶ *Quibus ex cauſis pomiliones, pueri, ſenes immemores ſint.* Caput XX.

CAeterum illi maxime immemores eſſe deprehenſi ſunt, quibus ſuperiora proportione reliqui corporis ſunt uaſta, ut pomilionibus, ratione quòd uis ſenſus primatis grauata in iis oppreſſaq; pondere eſt, quodq; in tam obeſa & craſſa materia deſignari aut exprimi formæ rerum non poſſunt, ſed quaſi fruſtrantur & diſſiliunt plagæ, nec initiis modo imaginibus præduri & ſpiſſi ſenſus reſiſtunt, ſed ſi quàs ob inſignem earum pulſum admiſerint, hauſerint ue, non ita uidentur admittere, ut cum reminiſci uolunt, facile ad imperium ſubeant, aut recto itinere ad conditum ſequantur. Sanè admodum pueri & admodum ſenes ideo impotentes memoriæ ſunt, quod in motu continuo uerſantur. Pueri propter natiuum crementum, ſenes quòd aſſidue minuuntur. Nam in pueris & illa ratio eſt, quod per aliquot annos ſimiles nanis exigunt.

¶ *Peroratio.* Caput XXI.

DE memoria & quid ſit meminiſſe recordariq;, & de tota ea natura, & de parte animæ, cuius illud officium eſt: item de reminiſcentia, & quid ſit reminiſci, & memoria quemadmodum redintegretur, repareturq; amiſſa, & unde proficiſcatur, dictum.

THEMISTII IN LIBROS DE MEMORIA ET REMINISCENTIA, PARAPHRASEOS. FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EPISTOLA.

HERMOLAI BARBARI, ZACHARIAE FILII PATRICII VENETI IN LIBRVM DE SOMNO ET Vigilia Themistij, præfatio ad Hieronymum Donatum. A. F.

OPTAVI tecum esse mi Hieronyme his diebus, quibus interpretationi nostræ in paraphrasim Themistij summam manum imposui, vt coram communicare tibi omnia ea possem, & quod tuum in iis iudicium esset, præsens intelligerem. Ac legisti tu quidem olim hæc, & quod meminerim, probasti. Sed siue in peius effinxi, & vt ille, inquit, ab archetypo decidi, siue dispendium limæ nonnihil profecit, certe in totum alia sunt, quam quæ vidisti: quod si affuisses tu, periculum non erat, vt ab iis quæ commutassem, detraxissemue laberer. Alioquin in hæc impensius studium contuli, quam volebam. Proinde non dubito futuros, qui nostram diligentiam cauillentur, quasi tantum curæ argumentum ambitus sit, & magnæ alicuius de se persuasionis, quæ profecto in me non sunt. Nam seu quod scimus hæc anteludia quædam & quasi crepundia esse ingenij nostri, seu quod maiora in hoc genere cogitamus, dici non potest, quam in iis nec satisfaciam mihi, nec placeam. Sed utinam multorum error, aut stirpitus velli, aut alleuari posset, quibus cum se peripateticos bonos appellent, quia infantissimi sint, nec latine loqui sciant, nec græce (vt quã leuissime dicam) tam conuenit cum ea familia quam iys qui multis seculis ante Aristotelem fuerunt. Certe partim fando, assistendoq;, partim scribendo & commentando daremus operam, vt quantum in nobis esset recognoscerent se & intelligerent eos, quia philosophia eloquentiam separant, minutos plebeosq; & plane ligneos philosophos haberi. Nunc persuasio ea tam alte dedita in venas est, tam pertinaciter inhæsit in viscera ribus, tam difficilem callum obduxit, vt nedum nos qui nec authoritate valemus, nec fere in doctrina quicquam promouimus, sed quamuis etiam absolutissimus, & qui omnia ad manum in numeratoq; habeat, tantas radices succidere aut medicinam adhibere ægritudini tam deflæte non possit. De quo quoniam plura paramus alia epistola, illud tantum dicturi sumus, vt hortemur te, non vt tu cum studiis philosophiæ bonas literas coniungas (quippe in quo ne admonitore quidem eges) sed vt alios istuc exemplo & sapientia tua compellas. Nec enim quod in quibusdam deplorata res videtur, ideo minus laborandum tibi est, tum quod sententia Hippocratis, qui conclamatis & desperatis negat admouendas manus, ad morbos animi referenda non est, quod ij non semper incurabiles sunt: tum quod vt ratio ista cum iys nihil proficiat, ab alys certe pestem illam defendet. Infinitum enim, quantas iacturas facturæ literæ sint, si non habeant qui huic labi obsistat. Nos quidem tempus omne quod viximus, & quod deinceps Deum voluntate victuri sumus, in illam curam destinauimus, ut pro uirili parte naturalis philosophia cum studys humanitatis in gratiam redeat. Vale. Libellum de somno & uigilia, quem ad te uertimus, scio tibi pro tua in me beneuolentia non ingratissimum fore.

Venetijs. M. CCCC. LXXX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII PARAPHRASEOS, LIBER DE SOMNO ET VIGILIA, INTERPRETE HERMOLAO BARBARO PATRITIO VENETO.

¶ *Quæstiones ad somnum & uigiliam pertinentes.* Caput I.

DE SOMNO & uigilia considerandahæc arbitror. Primum quid sint, & cui parti & potestati animæ credita: & utrum soli animæ cõmissa, ut priuatæ eius affectiones, an & corpori quoq; promiscua: & quamobrem tributa animalibus sint: & utrum utrunq; omnibus, an alteris hoc, illud alteri seorsum. Deinde quid sit insomnium, & quod ii qui dormiunt, modo somnient, modo non somnient. Item utrum somnient quidem semper, sed experrectos memoria non committitur, an secus. & hoc si est, quam ob causam fit. Præterea sint ne præscita aliqua animi quiescentis, nec ne. & si sint, qua ratione fiant, utrum ex eo numero sint quæ aguntur ab homine, an quorum causa sit aliquis deus, aut natura, aut temeritas.

¶ *In eadem particula somnum & vigiliam collocari.* Caput II.

PRimum illud haberi pro explorato debet ad eandem animalis partem somnũ & uigiliã pertinere, tum quòd oppositainuicem sunt, tum quòd priuatio esse intelligitur uigiliæ. Opposita porrò & extrema tam quæ artis sunt, quàm quæ in natura spectantur, in eodem recipi solent, & eiusdem subiecto affectiones uidentur. Exempli gratia: Integritas & oblæsio, temperies & intemperies, morbus & ualentia in eodem corpore sunt. Pulchritudo & fœditas in eodem membro consistunt. Firmitas & debilitas in eodem neruo cernuntur. Visus & cæcitas in eodem oculo habentur. Similis & in cæteris sensibus ratio. Item clarius ex iis quæ sequuntur liquebit. Nam argumento, quo uigilare aliquem cognoscimus, eodem & dormire deprehendimus. Vigilantem sanè cognoscimus, aut quia externo sensu aliquo uisu, auditu, olfactu pellatur, aut quia intestina ratiocinatione, cogitatione, imaginatione. Sensus uero uice habitus est, insensibilitas uice priuationis. In eodem igitur subiecto locanda hæc sunt. Ex quo illud quod uolebamus conficitur, somnum & uigiliã eodem subiecto stratoq; contineri.

¶ *Somnum & vigiliam affectiones esse corpori & animæ communes.* Caput III.

QVom autem sentire ipsum, neq; animæ, neq; corporis proprium sit (nam ad idem genus, tum actus, tum potentia pertinet) sensus autem qui in actu sit, est quidam animæ motus interuentu & comitatu corporis conualescens; manifestum est affectionem hanc (dico ipsum sentire) nec peculiarem animæ esse, neq; item corporis propriam: quando quidem corpus inanime nullam sentiendi uim obtinet, sed summæ permixtionisq;. Porrò quom uires animæ habeantur distinctæ, ita ut altrix abiuncta à reliquis sit, reliquæ seorsum ab hac non possint consistere, certum est ea quæ augentur modo & minuuntur, ut arbores, dormire & uigilare non posse, quia sensu deficiuntur, de cuius mentis natura somni & uigiliæ dependet. Nam sensus à ratione uitali, quæ & uegetalis dicitur essentia, & potestate interstitio plurimo & manifesto dispescitur, etiam si non id constaret, utrum subiecto & magnitudine differant,

¶ *In animalibus omnibus somnum & vigiliam vitibus contingere.* Caput IIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

AAm mihi à lunari circulo caducũ ſubciſiuumq; eſt, quod ſi ſomni & uigiliæ ca/pax ſit, aut ſemper dormiat, aut ſemper uigilet, ſed utrunq; animalibus ſingulis tributum à natura eſt, nullum omnino animal pari eo caret, ſed tantum inanima. Quom de animalibus loquimur, ſemper excipiuntur diuina. Nam eorum actio iugis æternaq; nec triſtis oneroſa'ue eſt, & uigilia in iis omnis cõtrarii eſt expers. Nam ſomnus & uigilia, ut ſæpe ali'as diximus, affectiones ſunt circiter cor, ubi domicilium optimatis ſenſus locatur. Præterea quæcunq; naturalem aliquam functionem habent, ſimul paulò plus laborant, quàm ſua cuiuſq; natura patitur, ægritudinem ſentiunt: cumq; præ/rea operari non poſſint, dant manus & remiſſionem quaſi laboris merentur. Nam & ueteri/na ſarcinis, & uiæ ſpatio defecta offendunt ſe terre, nec loris ullis aut fuſtibus ad ingrediendum exurgunt. Legendo, ſcribendo, ædificando, demum agendo quidlibet, aut condendo laceſſi/mus, & motum ſemper ſubſequitur & excipit requies. Poſtremo oculi, aures, manus, pedes, & reliquæ partes officiales aliquando à muneribus quæq; ſuis ceſſant. Continenter gerere & adminiſtrare non poſſunt, ſed ſpatio exacto in quantum uires eorum durare & ſufficere operi poterant, uacationem quandam feriarum uice impetrant, cæterum quom ſomnus uigiliæ contrarius ſit, contrariorum uero quæ interſtitio careant, & quæ ſibi per priuationem & ha/bitum reſpondent, ſi alterum abeſt, alterum neceſſe adeſſe ſit, ſequitur ut dormire animalia oporteat quotiens non uigilant. Quamobrem quemadmodum morbi aliqui, peruigilium & inſomnium afferunt. nam comperti ſunt, qui nouem dies exertis & inconniuis oculis egerint: & quemadmodum hoc idem ſæpe citra ægritudinem accidit, ut gracilentis & præaridis, qui naturæ ſuæ ratione longas uigilias patiuntur: ita ſomni copia interim inualentibus, interim ualentibus contingit. Nam ex his qui febre tentantur inuenti aliqui ſunt, quos altus ſopor in iuſtum triduum attinuerit. Paruuli uero tum propter cibos iunctumq;, tum propter humo/rem infantilis ætatis longiſſimo ſomno utuntur. Hæc ſi ita ſunt, quicquid ſomni capax eſt, idem uigiliæ particeps, & retro. Nam ſi ſomnus quædam affectio eſt, & quaſi nodus & uin/culum ſenſus: ſenſus autem omnis ſentire actu poteſt: omnis uero potentia aliquando in actũ refertur, neceſſarium eſt, ut id quod dormit, & quod potentiam habet, ut uigilet excitetur, omnino & actu euigilet. Ita nullus ſit ſomnus, qui non poſſit rumpi, & qui (ut ita loquar) ex/pergiſcibilis non ſit.

¶ *Quamobrem animalia omnia dormiant, plantæ non dor/miant.* Caput V.

ANimalia certe omnia pedeſtria, uolatilia, nantia, ſomno participant. Nam aqua/tilium genera, & ea quæ molli cruſta integuntur, ſoporari cernuntur: & præ/terea quecunq; oculos habent. Nam & quibus corneoli prædurique ſunt, & inſe/cta, dormire indicio ſilentii & conticeſcentiæ credam apparet. quanquam exi/guum quiddam talia: ita ut nos lateant plerunq;. Vtrum uero ea quibus ſilicea teſta obducitur, dormiant, nemo quidem adhuc, quod ſciam, fuit, qui uiderit aut argumen/to aliquo notauerit, ſed ratione tamen perſuaderi id poteſt. Nam animal eo finimus, quòd ſenſum obtineat. Somnus uero immobilitas & quodammodo pedica & obligamentum eſt ſen/ſus: contrà exolutio eius uigilia eſt. Non habent uices has plantæ, quia ubi ſenſus non eſt, ibi neque ſomnus eſſe, neq; uigilia poteſt: ubi autem ſenſus eſt, ibi dolor & uoluptas: ubi dolor & uoluptas, ibi cupiditas. Plantis nihil horum poteſt concedi. Nulla enim ratio eſt, quę cogat fateri, dolere has, oblectari, concupiſcere aut ſentire. Neq; item quæcunq; aleſcunt, ne/ceſſario etiam ſentiunt: quanquam contrà eſt, quæcunq; ſentiunt, ut neceſſario etiam aleſcãt. Sed quemadmodum ſæpenumero docuimus, alimenta hæc quibuſdam habentur, ut plan/tis. Hoc uero demonſtrat ea ratio, quòd uis quæ nutrit munus ſuum nauius & expeditius cõ/ſopitis, quàm uigilantibus nobis abſoluit. Nam eo tempore probius & alimur, & corpulentia perficimus, ut pote ut quas actiones nihil adminiculentur ſenſus.

¶ *In ſomno omnes ſenſus haberi immobiles.* Caput VI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IVnc differendum uidetur,quamobrem dormiat & uigilet animal, & ſecundum quos ſenſus Si ſecundum plures eſt, aut ſi ſecundum unum,quiſnam illic unus ſit,de quo ſomnus aut uigilia pédeat. Sanè quom animalium quibuſdam omnes ſenſus,quibuſdam non omnes,ſed guſtus,& tactus ſunt(eſt enim latiſſime fuſus, & maxime communis omnibus tactus,ut in libris de anima dictum eſt)fieri autē non poſſit,ut dormiens animal ullo ſenſu uigilet,manifeſtum eſt animantes omnes in ſomno affici oportere eodem modo,id eſt,ſumma illa immobilitate & inſenſibilitate offundi.Nam ſi dormienti auditus in miniſterio & officio ſit,uiſus non ſit, erunt ſimul in eodem duæ res pugnantiſſimæ, quia ſcilicet dormiens aliquis ſentiet,quod impoſſibile eſt.

¶ *Soporem,tactus & immobilitatem ſenſus cōmunis cauſam eſſe ſomni.* Caput VII.

ILlud nūc lubet quærere,utrum ſenſus omnes æqualiter ſopiantur in ſomno, an ſit præcipuus aliquis, quo ceu ſoporato potiſſimum dormiat animal. Num hoc uni duntaxat tribuendum tactui eſt? qui & maxime neceſſarius & natura longe primus eſt ſenſuum,& quod amplius eſt idem ſubiecto cum ſenſu cōmuni? Nam quom natura ſingulis ſenſibus certa quædam munia penſaq; imperarit,oculis ut intuerentur,auribus ut auſcultarent,& cæteris quibuſque ſuis:quomq; non ſolum peculiariter hæc ſenſibus iniunxerit,ſed in commune quoque rationem quandam in omnes ſparſerit,qua & uidere,& audire,& demum ſentire ſe ſentiant;non enim uiſu uidere nos uidemus,nec uiſu enūciamus aut guſtu diſtare dulcedinem à colore,neq; ſeorſum,neq; ſimul utroq; ſenſu,ſed particula quadam cōmuni,quæ adiuncta ſenſibus omnibus ſit,quā ſimpliciter & proprie ſenſum communem uocamus,hæc autem una proprie eſt,etiam ſenſorium eius unum. Verum quanquam hic ſenſus unus eſt, tamen ratione in plures hiat, quia in tot diſtrahitur, quot genera ſubiecta ſigillatim quinq; ſenſuum habentur,nam calor à ſono euariat & ab utroq; odor & ſapor. Ineſt uero ſenſus communis primum & maxime in ſenſu tactus,quòd ſolus hic ſeorſum à cæteris ſeparatus ſpectatur,ab hoc cæteri non ſpectantur,de quibus omnibus affatim in uoluminibus de anima explicatum eſt.Poteſt tota ratio ſic concludi,ſomnum & uigiliam ad ſenſum communem & ad eius ſenſorium pertinere,id eſt,ad ipſum cor.Et quom ſenſus communis ſubiecto idem cū tactu ſit, neceſſe eſt ut animalibus omnibus uigilia & ſomnus communicari dicatur, quia tactus quoque,ut dixi,communicatus omnibus eſt.

¶ *Impotentia omnium ſenſuum non eſſe ſomnum, etiam ſi omnes ſenſus in ſomno impotentes redduntur.* Caput VIII.

PRorrò ex iis quæ ſequuntur certiſſimum fiet, ſomnum non eſſe requiem & pigritiam ſenſuum omnium,ſed ſolius tactus.hoc ita intelligitur:Si non eſt neceſſe,ut ſenſus omnes ſimul in opera ſint,eodem modo non uidetur neceſſe, ut omnes ſimul ferientur.ſed enim primum patet(nihil enim cogit is,qui non uidet,ut etiam audiat,aut qui guſtet,ut ſimul etiam olfaciat)igitur & ſecundū,præſertim quom propēſior ratio uideatur eſſe,ut ſimul omnes operentur,quàm ut ſimul quieſcant.Si ergo quod potius ius habet,ut ſit neceſſarium non eſt omnes ſenſus ſimul pelli, ne illud quoq; multo magis,cui deterius laceſſitumq; eſt omnes ſenſus ſimul immobiles quieſcere. Quāquam uero hoc ita eſt,tamen tactu ſopito neceſſe eſſe conſequio reliquos ſenſus conſopitos eſſe:nec eo ualet hoc ut ſoporationem omnium ſenſuum cauſam eſſe ſomno dicamus,ſed ſolius tactus. Nam quom princeps ſenſuum,& quò cæteri referuntur,afficitur,neceſſario & ſatellites eius affectioni accumbunt.Contrà,ſi illi afficiantur,non continuo neceſſe eſt ſenſum principem conſentire.Illud uero argumento eſt ſomnum non ea re cōſiſtere,quòd ocioſi omnes ſenſus ſint, quodq; ii actus ſuos exercere non poſſunt.Quom enim quis animo linquitur & iacet immortuum, quod genus lipopſychiam,id eſt,defectum animæ appellant, quanquam & hoc nexus quidam & impotentia ſenſuum uidetur, non tamen dici ſomnus poteſt.Idem in deliriis & furore contingit, ut accedente morbo nonnulli neq; uideant,neq; audiant ſæpe, neq; omnino aliquid ſentiant, alioquin non ſæuirent in corpus ſuum,nec carnem ſuam dentibus peterent,ſi ſenſum aliquem haberent

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

doloris. Præterea duabus uenis in collo, quæ à iugulo ubi ſcindũtur, caput ſubeunt, foris ualide apprehenſis collabuntur homines ſenſibus ereptis, nec tamen dormire dicuntur. Proinde impotentia ſentiendi nõ ea, quæ in cæteris ſenſibus ſit, quia & orbata deminutaq; ſenſibus ſentire nõ poſſunt, nec tamen dormiunt, neq; ea quæ ex aliqua iniuria aut morbo contingat, ſed (quemadmodum ſum teſtatus) ea, quæ in primo ſenſorio contineatur, id eſt, in corde ubi primus eſt ſenſus, quæ tum ex laſſitudine aliqua, tum ex longa excubia ſubſequi ſoleat, nimirum talis impotẽtia ſenſuum proprie ſomnus eſt. Nam quom ſenſorium illud communis ſenſus impotens & incontinens ſui redditur, neceſſario & cæteræ officinæ laſſantur, non ediuerſo.

¶ *Quis finis, quod agens, quæ forma, quæ materia ſomni ſit.* Caput IX.

His ita conſtitutis quærenda cauſa eſt, propter quam dormire animalia ſit neceſſe, & qualis item affectio ſomnus ſit. Ac quatuor quidem cauſarum genera in naturalibus libris enumerauimus: Finalem, cuius gratia omnia cõſiſtant & fiant: agentem, unde oriatur & inſtituatur motus: rationariam, quæ rebus naturam ſuam & ſpeciem largiatur: materialem, ex qua inſita conſtitui & generari omnia ſoleãt. Somni igitur cauſæ hæ ſunt: Finis, ſalus & conſeruatio animalis: agens, ſpiritus uitalis q in corde eſt: materia, uapor qui caput ſubierit, deinde in locum inferiorem defluxerit: forma, ſitus & diſpoſitio illa membrorum & partiũ corporis, quæ in dormientibus extra intusq; cernitur.

¶ *De cauſa finali ſomni & neceſſitate eius.* Caput X.

Primum quom natura nihil committere fortuito, ſed ſuper agere gratia alicuius ſoleat, quietem uero utilem eſſe, atq; adeò neceſſariam animalium uitæ conſtet, quia continue moueri cum uoluptate non poſſunt, manifeſtum eſt ſomnum ad incolumitatem fuiſſe animalibus iunctum & ad quietem. Vnde uaga & uulgo etiam recepta tranſlatio eſt, ut ſomnus quietis nomine indicaretur, quaſi ueritas ipſa ita planè cogeret. Vigilia uero maxime finem attingit. Nam ſentire & ſapere finis omnibus eſt, quibus unum eorum competit, utrunq; enim optimum eſt. Finis autem, eſſe optimum requirit, brutis ſenſus, homini ſapientia & prudentia finis eſt. Videtur uero neceſſarius eſſe animalibus omnibus ſomnus: non quidem ſimpliciter, ſed neceſſitate illa quam expoſito & ex adiunctione uocauimus. Verbi gratia: Extra quã ſi periere ſatius iis eſt. Si enim animalia eſſe debent, & naturam ſuam ſeruare, neceſſario quædam adeſſe iis oportet, quibus poſitis alia ſubinde adiungenda ſint. Nam ſi conſtituatur quid animal eſſe, neceſſe eſt ut alatur, quo conceſſo neceſſarium eſt cibo uaporem ſuſtolli, è quo neceſſario conſequitur ſomnus.

¶ *De cauſa agente ſomni. Item omnis motus principium eſſe cor habentibus ſanguinem, & carentibus quiddam uice cordis & ſpiritum interiorem.* Caput XI.

Nunc dicendum eſt, quo motu actione ue corporis eueniat animalibus, ut aut dormiant, aut uigilent: demumq; de tota ratione agentis cauſæ diſſerendum. in quo & prolixiuſculi erimus. Ac primum quidem admoneri noſcentes hæc uelim, omnia animalia, ſiue ſanguinem habeant, ſiue exanguia ſint, aut eandem, aut perſimilem cauſam ſomnii habere. Quamobrem quom de ſanguineis utpote iunctioribus & cognobilioribus diſputauero, communi ratione de omnibus obiter diſputatum, & peroratum putent. Principium ſenſus eadem parte proficiſci, qua & principium motus demonſtratum ſuprà eſt. Principium uero in animali locus is uidetur, qui inter aluum & caput medius ſit In iis quæ prædita ſanguine ſunt ea pars quæ circum cor eſt, locum medium obtinuit. Quæcunq; autem ſanguinem habent, habent & cor. Eſt igitur ſentiendi & mouendi principium cor, in quo & ſpiritus uitalis & refrigerationis principium continetur. Videtur enim natura refrigerationem in humido, & reſpirationem ornaſſe ad calorem eius partis temperandũ ſeruandũq;, de quo ſeorſum in loco docebimus. In iis uero quæ carẽt ſanguine & inſectis, & iis quæ nõ reddunt nec accipiunt halitum, ſpiritus quidam interior additus, non in corde ſed in eo quod emu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lum cordi eſt,qui attolli uicibus & ſubſidere cernat. Atque hoc maxime deprehẽdi poteſt in iis, quæ generis totipẽnis ſunt,qualia ueſpæ,apes,& muſcæ.nam diuulſis diſiectisq; iis, pars quæ proxima præciſamento eſt,modo dilatatur modo contrahitur.Quoniam autem animal nec mouere quicquã,nec moliri ſine intentione uiriũ poteſt(intenduntur autem uires preſſo & incluſo ſpiritu exteriore)neceſſariũ eſt ut animal quod ſpiret,uires illas ſibi extrinſecus corroget: quod uero nõ ſpiret,intrinſecus.unde inſecta ea quæ pẽnata diximus,quotiẽs ſe mouẽt, quoddã murmur ædũt,quod aura illa iis incluſa intus manente ſonanteq; accidit.Hanc enim quotiẽs atterũt ad mẽbranã quæ ſepto tranſuerſo ſubdita,cinctũ corporis determinat, bombos illos uolãdo eliduntIta ſonus agitatu interioris ſpiritus non anima aut ſpirabilibus ullis uiſceribus redditur. Sunt tamen quæ attritu exterioris aër ſonent,ſed ea tantũ quæ ſciſſurã ſub præcinctu continẽt.

¶ *In corde vigiliam & ſomnum oriri,eiusq; affectiones eſſe.* Caput XII.

Cientur autem omnia animalia aut ſenſu familiari,aut peregrino.Familiarẽ ſenſum appello,qui in interno motu,tanquã è domo promptus.abſoluitur,qualis quom ſimulachris quæ intra nos habentur,impellimur.Peregrinũ ſenſum uoco,qui extrinſecus inuehitur,& à generibus exterioribus uenit. Ex iis arbitror conſtare & quo in loco,& qua primũ particula ſomnus & uigilia contingere uideantur:nempe in illa cuius affectiones hæ ſunt.Porro cordis affectiones ſunt, ac dormientes quidẽ agitatiõe cordis quadã mouent.Ideoq; & pleraque agũt,qualia quom uigilãt,ſolẽt,quod certe ſine uiſiõe aliqua aut ſenſu nõ poſſet cõtingere.Nã ſomniũ quodãmõ uiſum & ſenſum quiddã eſt, de quo inferius tractabitur.Sed unde nã fit,ut ſomno excuſſus experrectusq; inſomnia memineris,ſed q̃ per ſomniũ ſimilia uigilantiũ operibus geſſeris,non memineris,declaratũ in problematis eſt.

¶ *Quemadmodum cibi conuertantur in ſanguinem,de quo ſcire oportet,quia præcipua ratio ſomni ſunt cibi.* Caput XIII.

His definitis conſequens eſt,ut qua motione aut unde ſomni & uigiliæ animalibus contingant,aperiatur.Fortaſſe enim hic locus cauſam agentem & materialem facilius & diſtinctius mõſtrauerit.Clarum eſt oportere animal ſimulatq; accipit ſenſum, tum primum ali & creſcere in eo quod animal.Nam quando intra uterum partus eſt,enutritur quidem & creſcit,non tamen ut animal,ſed ut planta.Quom autem accedit ſenſus,tunc primum(ut dixi)nutritur & augetur ut animal. Nam anima ſenſualis & poſterior aduenit.Plane alimentum eſt id,quod ex cõcoctione poſtremũ & nouiſſimũ ſubſidet,habentibus ſanguinem ſanguis:carentibus ſanguine,quod uicem ſanguinis prebeat.Conceptacula ſanguinis ſunt uenæ,initium uenarum eſt cor. atq; hoc ex commentatione diſſectionum liquido iudicat.Deuoratus enim & ingeſtus per os cibus,indeq; in locos ſuos,id eſt in inteſtina & uentriculum collatus euaporatur,& ſurſum reſpirat per uenas, per quas deinde permanat ad iecur, in iecinore mutatur,& natura ſanguinis tingitur,à iecinore influit & ſubit ad cor, in corde uincitur & conficitur pleniſſime, inibiq; in ſanguinem perfecte conuertitur. Ac uenæ quidẽ aliæ cor adeunt,aliæ à corde proueniunt.Venæ quæ adeunt cor,tanquã miniſtræ ac gerulæ ſunt,ut quæ à iecinore ad cor incoctum & imperfectum ſanguinem conuehant, quẽ cor ſuſceptum ſua uiſceracum & abſolutum ſanguinem reddit.At uenæ quæ à corde pertinent,comparatæ ad alium uſum ſunt,uidelicet ut ſuccus per eas concoctus iam perfectusq; in totum corpus diſtribuatur atq; dedatur.Sane de hoc copioſe agitur in libro de alimento. Nunc in tranſcurſu attinguntur,ut principia motionum earum,de quibus modo quæritur,& ut quidam illud ſit,quo uis & portio ſenſibilis affecta aut ſomnum aut uigiliam miniſtrat,planius ſciatur. Nec enim ſomnus quæcunque impotentia & ereptio ſenſuum eſt,ut retro oſtendimus,argumẽto eorum qui dementarent aut deficerent animo,aut in ſtrangulatione & aſtrictione uenarũ iugularium uiderentur intermori.nã in omnibus iis intercepti ſenſus ſunt, nec tamẽ obdormiũt.

¶ *An imaginatio eorum qui linquantur animo uideri inſomnium poſſit, & an morbus ipſe ſit ſomnus.* Caput XIIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

NAm quom accidat aliquando, ut defeſſi animo uideri aliquid & imaginari dicantur, controuerſiam habet locus: quia ſi contingit dormire eum qui ita linquitur, utiq; poteſt contingere ut imaginatio illa ſit ſomnium: ſed enim primum non eſt, neq; igitur ſecundum. Nam illud conſtat quãquam non ſemper nec omnium, tamen maiori ex parte & complurium, quæ in ſomnis uiderimus excitatos nos comitari ſolet memoria. Qui uero tempore quo morbo illo corripitur imaginatus aliquid eſt, demum recreatus nihil omnino commeminit. Porrò multa dicunt, qui ita uehementer tentantur, & qui extinctæ animæ ſpeciem præbent, quorum nihil (ut dixi) reuiuiſcentes exuſcitatiq; recordantur. Quamobrem uiſiones eas ſomnia putare non poſſumus, neq; ipſam ægritudinem ſomniũ. Idem ſentiendũ de iis qui delira fantur, & qui compreſſis iugularibus uenis præfocati moribundiq; coruunt. Et quia (quod ſæpius dixi) non omnis interceptio aut impotentia ſentiendi ſomnus eſt, ſed ſolum ea quam diuaporatio alimenti committit.

¶ *Quando incipiat dormire animal, & quando perfecte conſopitum dicatur.* Caput XV.

PLane neceſſe eſt id quod in uaporem ſoluitur tabeſcitq;. aliquatenus ſuſtolli, deinde reditum capeſcere, & ad inſtar eurypi refluere. Nam omne calidum in ſublime natura effertur. Eò loci refrigeratur à cerebro & conſiſtit, mox reciprocat & deſcẽdit ad cor. Refrigerato eius feruore ſomnus obrepit. Ita efficitur ut ſomnus maxime à cibis proficiſcatur. Nam alimonia ad ſummũ caput uiam molita, quãdiu fluxum cerebro immiſcet, attentat & aggrauat. Hinc ſalebræ ille uerborũ incertæ: hinc oculos, nares, caput, uergere, irrigendi ſe facultatẽ auferri contingit. Cũ uero iam commeant cibi, & incidentes cordi calorem eius irrigant, à quo ſemper uis illa humifica & corpulenta in caput leuatur tum profundo ſomno demergamur, & altum ſoporem flare incipimus. Quàm uero humentia & corpulenta genera grauedinoſa ſint capiti, indicium illud eſt, quod quibus ineſt uis ſomnifera, eandẽ grauedinem capiti afferunt, craſſitudine humoris eius, qui ſurſum reſpirat, ſeu poculẽta hæc ſit, ſiue eſculenta, ut papauera, mandragoræ, themetũ, proflatus. Ergo hunc in modũ ſomnus uenit, maxime à uino & à cibis, iccirco quia multa exhalatio eſt quæ indidem attollitur.

¶ *Labores & morbos ſomnum inducere. Item paruulos plurimum dormire, ideoq; frequenter incidere in comitialem morbum.* Caput XVI.

ALiquando & fatigatiõe multa pertentamur ſomno, cuius ea ratio eſt, quòd labor diffundit in quædã nobis, tabeſcere facit quæ uicem incocti alimenti præbent, niſi colliquamentũ id frigidũ ſit. Ita inteſtinorũ calor qui ex attritu laboreq; exprimit irrecrementa quædã emolit, quæ ad ſuperioré locũ redundantia ſomnũ inducũt. Interdũ & morbi hoc faciũt qui ex humidis & calidis excremẽtis cõualeſcũt, quod genus in febre & lethargo cernimus. Homo genitus præmit ſomno per aliquot dies, & infantia magis quã ætate alia, cuius ratio ea, quòd tum alimentũ omne ſurſum halat. Hoc adeo declarat caput in paruulis, quod portione partiũ inferiorũ maximũ eſt, quaſi neceſſe fuerit ea membra capacitate auctiſſima eſſe, in quæ plurimũ alimoniæ conderet. Atq; hæc cauſa eſt. quamobrẽ hæc ætatula morbo comitiali opportuna ſit. eſt enim peſtis ea perſimilis ſomno, quòd & qui dormiunt, & qui ita corruunt ceſſante anima & ſenſu erepto uiſuntur. Hinc origo eius morbi per ſoporem fere accidit, & qui infecti eo ſunt, in ſomno frequentius quàm in uigilia collabuntur, propterea quòd quom effluentia illa quæ in ſomno ſurſum effertur, loci ſuperioris ui conglatians ritu æſtus reciprocat, ſubdeq; alius ſpiritus continuo ſuffitu alimenti copias miniſtrantis attolli tur, neceſſe eſt concurſu hoc uenas inflari, deinde obrui & obturari meatus ac ſemitas animæ. Hæc intercluſio & inſtrangulatio officii ſpiritalis fonticus & diuinus morbus eſt. Quom igitur in puero ſupiora oppleta cibis ſeu ſpiritu ex cibis expreſſo collectoq; habeantur, temperandũ iis uino eſt, quia ſpiritoſum impendio ſit, præſertim atrũ. Sed nec nutricibus præbendũ. nihil enim intereſt nutrices an alumni hauriant, niſi dilutũ & modicũ ſit. Vſq; adeo autem ſuperiora pueri plena cibo continent, eoq; (ut diximus) incremento eius partis exuperant, ut longo tempore caput continere non poſſint, ſed quinq; menſium ſpacio collum rigidum & inflexibile habeant. Plane pueri ſimiles ebriis uidẽtur, quòd in utriſq; larga humoris copia ſupioribus ſe immiſcet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Eadem ratio conuenire poteſt, quamobrem initiis fœtus quieſcere intra parté uideantur.

¶ *Quod qui venas conditas habent, item quod pueri & nani ſomnolenti ſint.* Caput XVII.

IN plenum ſomniculoſi ſunt qui incertas & conditas uenas habent, & qui capite prægrandi ſunt, & pomilionũ genus. Priores, quia prætenues & anguſti in iis meatus, per quos à capite remeat ſpiritus, facile obſtipantur adaggerantur q; . Exigua enim & parua modicis acceſſionibus muniuntur. Propterea frigefactis uenis (nam & uentres oppleti frigeſcunt) neceſſarium eſt ut eo loci immoretur ſpiritus, donec ſe calor colligat, qui alimentũ diſſipari diffundiq; faciat. Quanto igitur hic diutius in uenis manſitat, eo ſomnus diuturnior ſit oportet. Quemadmodum enim aqua per fiſtulas graciles ducta guttatim & lente decurrit, per amplas miſſa celeriter effluit: ita & ſpiritus ille corpulentus per arctiuſculos meatus ægre tranſmittitur. Hac de cauſa ſomniculoſi ſunt, quorum uenæ ſunt conditæ. Nani uero & quorũ uaſta ſunt capita, iccirco premunt ſomno qa multa in illis euaporatio eſt, quæ ſurſum ad caput feratur. magna enim capita exiguo alimento nõ implent, neq; paruis copiis ſaturant. Ergo quõ multa ſit materia, quæ in capite collecta eorũ eſt, ſequit multũ eſſe quod decidat & refluat. Porro uis tãta calore eo, à quo in caput relata eſt, tarde uincit, & ſero pcoquit.

¶ *Quod melancholici parum dormiant, & multum comedant.* Caput XVIII.

HI autem quorum ẹditæ & conſpicuæ uenæ ſunt, propter amplitudinem & latitudinem unitatum ſoporulenti eſſe non poſſunt, niſi quid incidat quod temperiẽ cõtrariam inducat. Neq; item melancholici. nam quom natura eorũ prægelida algioſaq; ſit, euaporatio multa ui caloris inteſtini tolli non poteſt. hinc & edaci auiditate ſunt, quia ſicca & retorrida eorũ temperatura eſt. Et præterea ſunt illis corpora ita affecta, ut quo ueſcuntur nõ fruãtur, nec eat in corpus, ſed ſimilia uideant infœlicibus lignis & quæ in regione arida & ſicculoſa naſcunt. Nã bilis atra quæ naturaliter frigida eſt, frigefacit uentré & iecur, quæ conceptacula nutrimenti ſunt, & alia loca in quibus humor hic redundat.

¶ *Quod contemplantes ſomnus inuadit.* Caput XIX.

AT uero quod plerunq; accidit, ut contemplantibus ſurrepat ſomnus, eam cauſam habet, quòd quom in motu & ſolicitudine cogitatio noſtra ſit, eoq; impediat concoctio, neceſſe eſt craſſa eſſe euaporamenta quæ commeant. Erit igitur ſomnus collecta copia interni caloris in corde, & naturalis reciprocatio propter eas cauſas, quæ à nobis enumeratæ ſæpius ſunt.

¶ *Quemadmodum animal dum dormire incipit, alteraſcat.* Caput XX.

QVom uero calor adima ſubterfugit, frigeſcũt palpebræ, & frigefactæ comprimuntur & confluũt. Ita quibus palpebræ ſunt, conniuendo obdormiſcunt. nihil enim aliud cohibet, mouet, intemperat, regit in corpore quàm calor. Frigent igitur ſuperiora in ſomno, & circunquaq; extrema corporis: contrà, recaleſcunt inferiores loci, ut pedes, & interiores ut uiſcera, & cætera quæ intrinſecus continentur.

¶ *Quod ſomnus refrigeratio quom ſit, cauſas tamen calidas habeat, & quod homo ſolus quom dormit, ſternatur iaceat ue.* Caput XXI.

SEd dubitari poteſt quòd à cibo & potu altiores ſomni ingruant, & quòd uina itẽ ſoporifera ſint & extera, quibus eadem caliditas naturæ adeſt, quoniam duo hæc ſibi cohærere non uidentur, ut ſomnus refrigeratio & frigidus ſit, & cauſæ nihilominus ſomni ſint calidæ. Solutio: An hoc eò accidit, quòd quemadmodũ ieiunus & inanis uéter calidus eſt, ſaturatus friget, ſuffocatur enim & obruitur calor nimietate. quemadmodũ & ignis congeſtu lignorum, ita meatus pertinentes ad caput, effluétia alimenti euaporantis frigeſcunt, ubi cibus denſatus & concretus deorſum uice imbris funditur. atque hoc cauſæ eſt, quòd homines ex crapula potiſſimũ attentent. Deinde quẽadmodũ aſpgine

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

calida perfuſi continuo inhorreſcimus,quia frigus exterius conducitut in unum, & ſuffugiente calore margines corporis deſertas libere adoritur:ita illic aſcendentẽ calorem ad caput frigiditas cerebri in ſeſe collecta,eoq; iuuantior & animoſior facta ſummis uiribus aggreditur, & quaſi in regno ſuo comprehenſum retardat atq; debilitat,ita cogit concreſcere.Poſtremo ſic acceptũ domo deuerſus expellit. Adhæc quemadmodum macerie grandi poſita ignis reſtinguitur, ita multo cibo ingeſto quaſi offunditur & exoleſcit calor internus, nec ante erumpit quàm paulatim ſubacta & ſublucata ſylua hæc ſit.Contingit enim ſomnus eo more(quo dixi)reditu ſcilicet corpulenti humoris,quem calor in ſublime per uenas leuauerit. nam quom non poteſt diutius eo loci,quo ſubiit alimentum morari,ſed congelaſcens aggrauansq; de arce capitis deductu ponderis ſui pellitur,effici ſolet ut primum oculi marcentes ſomno decidant: deinde ipſa animalia conſiſtere ueſtigiis non poſſint,ſed pedibus deuacillent & corruãt.Nam calor qui ſubrectos nos tenet in intima conuerſus deſerit. Ac homo quidem porrectus affuſusq; iacet quom dormit,propterea quòd ſolus animalium erectus incedit.Cadens uero primum quaſi externatur animo.& ſenſum omnem amittit,deinde imaginationibus & uiſis illuditur obumbraturq;.

¶ *Non omnes cauſas ſomni calidas eſſe,ſed aliquam eſſe frigidiſſimam.Item partẽ cibi fluxiones mouere,partem ſomnum facere.* Caput XXII.

SEd an ſolutiones hæ uulgariæ & futiles uidentur,nec ad ueritatem potius quàm ad probabilitatem quandam ornatæ?illa uero ſummatem & ſolidam rationẽ dormitionis attingit,quam nos modo executuri ſumus. Cerebrum(ut & alias dixi/mus)frigidiſſimum comparatione reliquarum corporis partium animalibus eſt iis,quæ eam obtinent partem,& iis quæ carent eo quod uice cerebri ſubrogatur. Hoc igitur ſimile generationi imbrium euenire intelligendum eſt. quemadmodũ enim quom ex aqua terraq; humor exhalat,& ui ſolis effertur in ſublime, ubi ſupernum aëris locum ſubrit,frigiditate regionis eius concreſcit,denuo in aquam cõuerſus,in terram defluit: ita uapor ad cerebrum uiam capeſcens primum frigidus conſiſtit,deinde concrementa ex eo in pituitam & ſaniem uertuntur,è quo & fluctiones mouentur,quæ ob eam rem ex capite oriri probantur. At ea pars alimenti quæ non morbifica,nec extrementia,ſed frugi eſt,deſcendit, & caloré cordis delata & congeſta refrigerat. Ad refrigerationem uero,& ad ſeram euaporationem gracilitas & exilitas uenarũ cõducit,quæ circiter cerebrũ habent,quibus præ tenuitate earũ minus caloris iunctũ eſt.Porro ubi calor deeſt,frigus redũdat.Et hęc refrigeratiõis ſomniq; uniuerſa definitio eſt.

¶ *Quando animalia expergiſcantur, & quemadmodum alentis ſanguinis efficiatur diſcretio.* Caput XXIII.

EXpergiſcitur animal quom primũ abſoluta & profligata concoctio eſt, quomq; intimus calor qui ambientis frigoris metu in anguſtum ſe contulerit,tandem uictis difficultatibus & ſuperior factus è latebra emicat,quod nõ ante accidit quã ſanguinẽ feculentũ & turbidũ à mundo & puro diſcreuerit. Eſt enim tenuiſſimus & mundiſſimus ſanguis,qui cõmittit capiti:contrà craſſiſſimus & corpulẽtiſſimus qui inferioribus partibus mundatur.Omnis autem ſanguinis origo cor eſt,ut hic & aliubi dixi/mus.Ex tribus uero ſpecubus qui habent in corde,is qui in medio eſt, cõmunis efficitur utriq; extremo. Ac extremi quidẽ uentriculi ſanguiné ab utraq; uena recipiunt maiore & minore,quæ ahorte appellatur.Sunt enim duo hæc caua,quibus ſanguis à iecinore incoctus & indigeſtus efluit.In medio aũt cordis ſinu diſcriminatio ſanguinis fit.Sed de his alio loco diſſerẽdũ uberius eſt.Cæterũ quãdiu ſanguis ex cibo indiſcretus eſt,ſopor infuſus edurat,nec ante ſoluitur, quàm ſyncerus ea loca quæ diximus,peteſſat:turbulentus membris inferioribus riget, quo facto animalia quaſi onere depulſo excitantur & uelicantur è ſomno.Dictũ eſt quæ cauſa dormiendi animantibus ſit,corpulenti ſcilicet uaporis naturali calore ſublati reciprocatio ad principem ſenſuũ. Dictũ eſt quid ſit ſomnus,impedimentũ & nexus primi ſenſorii,ita ut ſentire non poſſit, & quidem neceſſarius nexus,quia conſiſtere animal non poſſet,niſi eſſent præſidia quibus tueri & cõſeruare ſe poſſet,inter quæ præcipuum eſſe alimentum uidetur,ex quo uapor exhalat.Dictũ eſt & illud,ſomnum animalibus exhibitum ad ſalutem,quæ potiſſimum de quiete contingeret.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

EPISTOLA.

HERMOLAI BARBARI, ZACHARIAE FILII PATRICII VENETI IN Paraphraſin Themiſtij de inſomnijs, ad G. Pōticū Facinū Præfatio.

DIcaui pridem tibi (ut noſti) interpretatiunculam de inſomnijs, quod pro mea in te beneuolentia, & pro ea ſpe quam de ingenio & doctrina tua cōceperam, uolens feci. Nūc ceu fato quodam noſtra adoreola ſine te ne non poſſit ſtare, Themiſtbius noſter te rogat, vt ſe tranſcribas. Periclitatur enim niſi ſuppetias venis, ne (quæ deſidia & nequitia librarij eſt) anteuortat ſe impreſſorum diligentia, quos præterquam quod lucriones aginatoresq; ſunt, mea cauſa feriari iniquum eſt, præſertim tanto operarum diſpendio, quas & præſtinare magno & paſcare ad ſaginā oportet. Ego totus in recognitionē perdius pernoxq; incumbo, nec ſupereſſe huic oneri vacat, alioquin nec poſſum. Scis quā non ſim pigerrimus, quā oderim nebulones, & qui inſinuatis (ut aiunt) manibus exigunt moleſtæ mūdo ſarcinæ. Sed hæc alias. Tu ſi ueneris (ſed venire te neceſſe eſt, atq; adeo ad cōdictū) & librario meo ſuccenturiaberis, & Themiſtiū aſſerens, & me tibi arctius vincies. Si igitur p te non ſtat librarius meus, id eſt ipſum veternū ſucceſſorē accepit, reſignatus eſt. tu (ſi voles) eris accenſus. quāquā nō multū operi deeſt Nec tā fuit ille aſinus quin plus quā dodrantē laboris exegerit. Phyſica, & libros de anima, & alia quædā abſoluit, quod ſubſiduū eſt, tibi quædā ſors reſeruat implendū. Tu conſtitue, malis opera in diem vendere, an redimere ſarctam paginam. equidem te optauerim mancipem. Fere enim plus vigilāt, q in rē ſuā procuratores ſunt. Sed iocor. ergo propera, nihil excuſa, omnē ueniā negabo. niſi ſumme atq; impēdio mihi opus eſſet te, careres hac moleſtia. Nūc ea vis eſt, vt etiā ſi ſcierim incōmodaturū me tibi, tamē inuerecundū eſſe neceſſe ſit. Quod ſcribis ſuperiores literas, quas ad te nudiuſquartus dedi, vt iocis eruditulis frequētes probari, certe nō diſſimulauerim epiſtolam eā paulo hilariorē fuiſſe, etiā ſi nō habuerit (de quibus placeret) ſexcēta. Planeq; ſi philoſophū ſpectes intemperantiuſculus ut vna ea fui. Neq; id vnde mihi acciderit compertū adhuc habeo, alioquin ſobrios credo & liberales iocos nō dānaſtis. Et hercules miratus ſum vnde mihi tantū ocij ad ſales, præſertim tā occupato, quā ante hac nūquā. Et niſi quod ad te ſcribebā q quom licuit inſanire manias & intēperias incidiſſe me uererer. Vale. Venetijs. M. CCCC. LXXX.

THEMISTII PARAPHRASEOS, DE INSOMNIIS LIBELLVS, INTERPRETE HERMOLAO BARBARO,

Inſomnia ſenſu non percipi. Caput I.

POST Hæc de inſomniis eſt agendū, primumq; illud quærendum, quoi animæ poteſtati compareant, & utrum affectio mentis, an ſenſus ſit. His enim duabus uiribus tantum noſcantur ea, quæ ad perceptionem hominis pertinent. Certe neq; mentis neq; ſenſus inſomniū eſt, idq; ita demōſtrari explicariq; poteſt: Si oculorum officiū contuitio eſt, & aurium auſcultatio, & pari ratione ſua ſingulis ſenſibus certa: ſi potentias animæ functionū & actuum gratia inſtitutas eſſe conſtat: ſi ſenſilium generum quedā cōmunia habētur, ut figura, magnitudo, motus, & cætera iis confinia, quæ pluribus ſubiecta ſenſibus ſunt, quædam impromiſcua & propria, ut color, ſomnus & ſapor: ſi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

præterea impoſſibile eſt,ut animal dormiens & compreſſis oculis cernat,aut alio ſenſu percipiat, clariſſime concluditur inſomno nihil ſentire qui dormiunt.Ergo inſomnia quæ ſibi uidere dormientes uidentur,nullo ſenſu noſcuntur.

¶ *Inſomnia non eſſe opinionem,nec actum intellectus.Item quid præter ſomnium.* Caput II.

SEd neq; intelligentiæ,aut opiniones,aut affectio poteſt inſomniũ putari. Quom enim in ſomno non equi modo & homines, demumq; ſubſtantiæ fere omnes occurrant,ſed etiã albedo,dulcedo,& huiuſmodi,quæ citra ſenſum opinione cõprehendi non poſſunt,ſenſus autem feriantur & ociantur in ſomno,efficitur ut inſomnia ad opinionem aut intelligentiã referri non poſſint.Deinde præter uiſa quę obiiciuntur in ſomno,ſolemus ſæpenumero intelligere aliud quiddã.Nã quẽadmodũ uigilantibus ſentientibusq; conſyderare interim contingit aliud quidã,præter id quod ſenſu percipiũt, ita dormientibus non ea modo accidunt quæ uocantur ſomnia,ſed etiam præter ſomnia pleraq;.Poteſt enim accidere ut quis uidere inſomnis.Socratem uideatur, & extra hoc animaduertat Socratem ſe uidere per ſomniũ. Equidem ſæpe uiſus ſum mihi comperiſſe librũ,quem diu optauerim legere,ſed ſomniare me ſciebam. Amicus alius noſter quom Panſeptum præceptorẽ ſuũ reuocatũ ab inferis uideret,intelligebat ſe etiam num dormiens ſomnium uidere. Iam illud frequentarium eſt,ut inueniſſe theſauros ſomnies,& antequã expergitus ſis,deprehendiſſe ſomniũ uidearis,& adhuc dormiens,illuſum te ſomnio amicis,qui ſibi ſomnianti aſſiſtere uiderentur, enarrares.Cæterum in ſomno non ſemper hoc euenit, ut intelligamus ſomnium eſſe quod uidemus,at in opinione ſemper id quod opinamur,opinari nos ſcimus.Itaq; efficitur etiam ratione hac,ut ſomnia in opinionem conferri non poſſint.

¶ *Non omne quod dormienti apparet, ſomnium eſſe.Item quid ſit proprie inſomnium, & quid uiſum.* Caput III.

SImul quoq; illud arbitror liquere,non quicquid apparet in ſomno, dici inſomniũ poſſe.nam tunc proprie inſomnium eſt, quom is qui ſomniat exiſtimat uera eſſe quæ ſomniat.Quòd ſi quis ita ſomniat,ut intelligere poſſit ſe dormire ſomniareq;,hoc proprie ſomnium non eſt,ſed uiſum quoddam atq; phantaſma. Ac uidentẽ quidem hæc eſſe inſomnia,ſed non ſunt,imo(ut dixi) uiſa potius & phantaſmata. Viſum adeo proprie illud eſt,quom in ipſo uigiliæ & quietis adultæ interliminio poſiti,iſta quæ uere ſenſu hauſimus,& quæ initio ſomni impreſſa atque allita noſtro animo ſunt, reddunt & offerunt ſeſe,ita ut uideamur aſpicere,& adhuc diſcernere poſſimus formas eas eſſe, quas in prima illa ſomni nebula ſenſu acceperimus. Eſt enim quædã quaſi uigilia ſomnus is,in quo intelligere & deprehendere ſomnium poſſimus.Quod uero ſæpenumero eueniat, ut aliud quidã præter ſomnia cognoſcatur, experiri facile iis eſt,quibus repetere ſomnia quotiens exurgunt curæ ſit.Nam ut ii quibus ſtudium eſt iiſdem uerbis reddere & repreſentare memoriter, quæ audierint firmius & facilius recordantur,quã illi ipſi à quibus acceperint, propterea quòd alteri præcepta memoriæ colendæ ſequentes,audita & pronunciata quibuſdam locis cõſtituũt, alteri ſimulatq; effati ea ſunt nihil ultra ſe ad memoriã eius exercẽt:ita hos melius, quã alios ſomnia meminiſſe contingit,qui recenſendis & recurrendis inſomniis operam dant.

¶ *Qua ratione dormiendo inſomniis fallimur.* Caput IIII.

EX iis omnibus illud quoq; conſtat eandem rationẽ,qua morbo quodam aliqui in uigilia falluntur,facere uti in ſomno quoq; decipi ſoleamus.Vt enim ſpiritus quidam in ægrotis ad caput uiam molitus creſſamento ſuo uiſibilem ſpiritũ uehemẽter conturbat,committitq; ut omnia quæ tuentur gemina uideantur,& ut lineamenta albarii operis immanium belluarũ ſpeciem referant(nam ſimulachra deliniaturarũ ſine materia intra oculos recepta,& cum ſpiritu uiſuali male habito & laceſſito confuſa.formas illas animalium truces præſentant)ita & in ſomno ille idem ſpiritus cauſa eſt erroris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sed & ualentes quoq; atq; adeò ſcientes interdū falli contingit, ut ſi res nimio tractu remota & longule deſita ſit, aut ſiqua oculi montiuncula obſtupeſcant: nam & pedalis ſol ſpectantibus, & terra moueri, & commeare nauigantibus uidetur. Quod ſi hoc uerum in ſcientibus & ualentibus eſt, quanto in ægro uerius ſit, & adhuc in dormiente propenſius?

¶ *Quā quam in ſomno nihil ſentiant ſenſus, tamen afficiuntur intus.* Caput V.

CAeterum ſiue eadē pars animæ ſit, quæ imaginetur & ſentiat, ſiue diſcrepēt diuerſæq; habeantur, nunquā ſine uiſu aut ſenſu aliquo labimur. Nam hallucinari & obaudire dicuntur ii, qui uerū quidem aliquid uident, audiuntq;, non tamen ita ut uidere & audire ſe credunt. Vtrunq; in ſomno conſtitutū eſt, neq; uideri quicquam neq; audiri, neq; autem omnino ſenſu alio commoueri. ſed num quamuis in ſomno nihil ſentiri ſit uerum, tamen nullo modo ſenſu affici in ſomno non eſt uerum, quia formæ ſenſiliū generū, quæ animo detinentur impreſſæ euagantur, & obuerſantur in ſomno, & principiū ſentiendi petēres, id eſt, cor ualide feriūt, nec magnopere ſequs atq; in uigilia laceſſunt.

¶ *Quod imaginibus ſomnii modo fallimur, modo non fallimur.* Caput VI.

SAnè interdum ita uiget animus, ut ludificari ſe in ſomno ſentiat, fitq; hoc quotiēs euaporatio nō multa defluit, & tunc ſomnus ille minimo minus uigilia eſt: interdū ita ſoporatur, atq; ita in ſeſe mediū recedit, ut nihil omnino intelligat. atq; hoc euenit quotiēs offundit' redūdātia deſcēdētis cibi, & tūc quaſi uinctus addictusq; manus dat, & ad ea q̄ uiſa ſūt, quaſi accepta ſenſibus ueraq; ſint, aſſenſum adiūgit.

¶ *Inſomniū eſſe potētiæ ſentiētis affectionē, nō qua ſentiēs eſt, ſed q̄ imaginatrix.* Caput VII.

HActenus cōſtat inſomniū, neq; ad opinionē, neq; ad intelligētiā, neq; omnino ad rationē aliquā intelligēdi opinandi'ue pertinere, ſed ne ad ſenſum quoq; ſimpliciter cōſtabit. Nā quidet, & q audit, neceſſe eſt ſimpliciter ſentiat: qui uero ſomniat, nō ſimpliciter ſentit. Sed tamē ad quendā modū referri poteſt ad ſenſum, quod uti intelligere oporteat, mox conſiderabimus. Primū illud quod clariſſimū eſt, nobis confeſſum ſit, inſomniū ſenſibilis potentiæ affectionē eſſe: nā & ſomnus, ut demōſtratū ſuprà eſt ad eandē particulā ptinet. Nec enim fieri uidetur poſſe ulla ratione, ut animal alia particula dormiat, alia ſomniet. Quom uero probatum in libris de anima ſit imaginandi uim, quàm phantaſiam appellant, eandem eſſe ad numerum cum potentia ſentiendi, quamuis eſſentia rationeq; differant: imaginatio autem ſit motio ſenſili abiuncto inita, cuius originem impulſio ſenſus oblata extrinſecus habuit, inſomnium quoque imago quædā & phantaſma eſſe uideatur (nihil enim aliud inſomnium eſt, quàm uiſum quod apparet in ſomno, ſiue illud ſimpliciter, ſiue quodam genere contingat) indubitabili luce colligitur, inſomnia ſenſualis potentiæ alumnia eſſe, utiq; non quatenus ſenſualis, ſed quatenus imaginaria ſiue phantaſtica eſt.

¶ *Cauſa producens inſomnia, & iterum quando erremus aut non, in ſomniis.* Caput VIII.

QVid ſit inſomniū, & qua ratione concurrant dormientibus uiſa, ex iis maxime doceri poſſumus, quæ accidere uiderentur in ſomno, quæq; ſenſilia promouent & excitant ſenſum in nobis iacentē. Formæ uero eorū expreſſæ & conſignatæ in ſenſoriis non modo habentur tunc, quom ſenſus in geſtione actuq; eſt, ſed etiā tunc, quom ab opera diſceſſit, ſenſilibus abiunctis. Ex iis quæcunq; intus ſeruantur, niſi penitus obliterentur copia exhalationū, dormientibus nobis illudunt, & deſcendente ſpiritu, qui ui caloris efferebatur ad caput, iciunt & commouent ſenſum, ita ut ſomnia ſæpe talia eueniant, quæ ueris ſimillima eſſe uideant'. Quod ſi multa admodū collectio reciprocantis ſpiritus ſit, ita ut ea quæ nobis appareant, qualianā ſint, animaduertere liquido non poſſumus, tunc errare labiq; cōſueuimus, & quæ ſimulachra mera & imagines nudæ ſenſiliū rerū ſunt, tanquam ipſas res uere intueri & contrectate nos credimus: ſi uero modica affluentia ſit, & quæ præ ſua copia obruere, aut perſtringere totā acié mentis nō poſſit, ſed iudiciū ei incolume & inobſoletū relinquat, tunc nullo errore trahimur uiſis, ſed obſiſtimus. Proinde quom ita accidit, ſolemus dormiendo dicere, Videtur quidem hoc Socrates, non tamen Socrates eſt, ſed Socratis ſpectrū. Manifeſtum eſt igitur reditu uaporis immodici deerrare prægrauariq; animum, temperato cibo nec falli, nec opprimi. Contrà eſt in quibuſdam ægritudinibus, in quibus cauſa hallucinationis non eſt, deſcendens ac decidens ſpiritus, ſed ſubiens atque aſcendens.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Poſt receſſum rei ſenſilis imagines & affectiones in ſenſu manere.* Caput IX.

QVàm uero abeuntibus & abiunctis ſenſilibus, aliquádiu formæ eorũ in opificiis ſenſuũ eruent, poteſt uel hinc apertiſſime intelligi, quòd quémadmodũ telũ ſimul de manu iaculantis receſſit, ſuo quidé motu differre uidetur: ſi origo tamé motus ad uim referť, propterea quòd ille qui mittit, primoré aëré cõmouet, qui colliſus ſubinde aliũ aëré propellit, atq; hic deinceps aliũ cõtinenti ſerie donec cũ uires ſe neſcãt, atq; ita telũ quieſcat. Hoc & in aëre, ut diximus, locali motu & in humore cernitur. In alteratione quoq; nõ abſimilis ratio eſt. Aquæ feruent ignibus ſubditis, & ferũ cãdeſcit mollitũ flãmis. Alia iis admota calorem ebibũt, & hæc in alias ité res trãſmittũt, duratq; ſucceſſio hæc quãdiu prima uis pollet, necdũ ſatiſcit aut flaccet. Ita in ſenſu ſtatuendũ uideť, alioquin tanto propẽſius, quòd ſenſum qui in actu cõſtitutus ſit alterationé eſſe quandã olim probauimus. Hæc igiť cõmotio imaginũ nõ modo uigilantibus nobis, ſed etiã quieſcẽtibus, ſeu leui ſomno, ſeu profundo contingit parte ea, quæ uiſa & imagines cõcipit. Hoc adeò uideť planiſſimũ argumẽto, quòd ſi quis conſpectũ ſuũ ab aliquo, quod intẽtiſſime obtutus ſit, cõuerterit, comitabiť nihilominus eũ forma rei, quã ſpectauerit, quaſi affectis poſſeſſiſq; priore pulſu oculis. Prohinc qui de ſole in opacũ ſe conferunt, confutatis præ nimio ſplendore luminibus nõ cernunt. Item ſi quid præcandidũ aut uiride diutius aſpexeris, quicquid oculis inciderit, uidebitur concolor. Sed & ſi oculos contra ſolẽ, aut aliqd quod fulgeat, tendas, deinde conniueas primũ talis aliquis color uidebitur, qualis albedo aut uiriditas eſt, tum is ſe in puniceũ conuertet, proxime in purpureũ, atq; ita deinceps in alios, poſtremo in atrũ à quo euaneſcit exoleſcitq;. Eodé modo, quæ motu cito mouentur obtutos noſtras cõfringunt, ut ſi in profluentẽ rapidũ direxeris. Facit porrò æſtuatio & uertigo, ut qnæ ſtent uideanť moueri. Sed & ualidus demensq; ſtrepitus ſurdaſtros reddit, & odor qui uehementer oboleat odoratum corrumpit. Hæc omnia euenire ita ut dixi, certiſſimũ eſt.

¶ *Senſus differentiis leuibus pelli, nec ſolum pati, ſed agere. Item de ſpeculo quod aſpectu ſordeſcit.* Caput X.

VErũ quã celeriter ſenſus uel modicas differentias perſentiant, indicio eſt id, quod accidere in ſpeculo uidenť, & de cuius ratiõe quãquã poteſt ſeorſum quæri, tamé uſus eius hoc loco tantiſper is eſt, ut argumento eius ſciať, uiſum non modo pati ſemp & affici, ſed etiã agere aliquid interim ſolere. Nã ſpeculorum fulgor aſpectu mulieris præſtringiť temporæ menſiũ. Statim enim ſuperficiẽ illã quedã ueluti nebula ſanguinis obducit, adeò ſi nouitiũ ſpeculũ ſit, haud temere maculam eluas, ſi peruetus facile abſtergas. Cauſa ea quã dixi, quod nõ ſolũ ab aëre uiſus mouetur, ſed aliquando eſt, ut etiam mouere poſſit. Nã ſplendida mouẽdi uim habẽt, de genere auté ſplẽdidorũ oculi ſunt. Hoc igiť tẽpore quo menſes patimur (nã & uiri ſua menſtrua patiunť) eodé modo lumina, quo cæterum corpus afficimur. Omnia enim mẽbra aſpergine menſtruorũ riganť, præcipueq; oculi, quia maxime foraminoſi uenulẽtiq; ſunt. Quãobré tẽpore genitalis profluuii, quod cõmotione & inflãmatione ſanguinea ſolet contingere, obſcurũ qdé diſcrimé in maſculis eſt, eoq; ſi tũ ſpeculũ inuiſant, nihil id polluitur, quod euidens ſit, ſed tamen polluiť & operitur eluiecula, eo modo quo quom mulieres tuenť. Eſt enim natura ſeminis & ſanguinis mẽſtrui eadẽ, ſed qua candidũ illud & quaſi concolor ſpeculo eſt offectio peruideri nõ poteſt. Planè primũ inficiť & moueť aër à ſanguine genitura' ue, quæ fuffuſa oculis ſunt, aër infectus aliũ aëré inficit, qui ſpeculo proximus ſit, ab hoc poſtremũ ſpeculo inquinamentũ illud allíniť, quod nitoré eius hebetat. Quémadmodũ igiť candidæ ueſtes omné notã & ſurſum facillime contrahunt (nã in puro quoq; atq; mundo omnis color externus aſpectabilis & conſpicuus eſt, & quæcunq; ſordecula quaſi prominet) idẽ ad ſpeculũ referto. Sanè æs quod leue eſt inſperſiões & infecturas omnis exaudibiles facit: quod uero nitidũ atq; purũ manifeſtas euidenteſq; obtinet. Scire auté neceſſe eſt tangi ab aëre ſerẽ idẽ eſſe quod atteri, oblini, aſpergi, perfundi. Ergo ut leuia corpora egregie perſonãt, propterea quòd aër in iis eliditur incolumis, nec facile diſſilit diſſipatur' ue: ſic ſpecula munda & ſplendida macũlas ſuas habent & perſpicuas, ideo quòd offectura in iis propter terſitudiné in quandam unitaté coit. Quãobré uero maculæ nouis ſpeculis inductæ aboleri ægerrime ſoleãt, ea ratio eſt, quòd & in omnes partes ſerpunt, & in profundũ deſcendunt. in profundum, quòd ſpecula plura ſunt: in omnes partes, quòd terſa. In uetuſtis auté nõ perinde, quòd pertinaciter ſunt, quia non eodem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

adhæſu, neq; tam alte figuntur, ſed ſuperficie quaſi marginibus innatant. Ex iis conſtat (quod uolebamus) tenues differentias cõprehendi à nobis, easq; celeriter excitare, uellicareq; ſenſum. Itẽ nõ modo pati uiſum, ſed etiã facere. Iis quæ diximus ad ſtipulari uidẽt, quod in uino & unguentis conſpiciẽt. Nam oleũ, quod in hoc genus miſcẽt, ocyſſime iniectos odores capeſcit. Vini quoq; natura mira eſt alienos ſapores in ſe trahendi, nõ modo earũ rerũ, qbus intus additis corrigi medicariq; ſoleant, ſed etiam earum quæ ad dolia extrinſecus iuxtim aut locantur, aut naſcuntur.

¶ *Facile decipi qui morbo aut affectu tentantur. Item aliquando decipulum intelligi, quia iudicium animi à iudicio ſenſuum diſcrepat.* Caput XI.

AD eã uero cõſiderationẽ, quæ nobis initio inſtituta eſt, unũ ſubiũgi oportet, quod & patere põt ex iis quæ dicta ſunt, abeuntibus ſenſilibus nõ abire ſpectra, ſed detineri & ſeruari depoſita. Itẽ facile decipi & oberrare eorũ ſenſus. qui affectu aliquo perturbati poſſeſſiq; ſint. adeò pro ut quicq; alicui uitio addicti ſunt, ita in eo frequẽs fallunt meticuloſi in metu, amatores in delitiis ſuis. Proinde utricq; tenui ſimilitudine earũ rerũ, quas ii formidãt, illi depereũt, facile laceſſuntur, meticuloſi imminere quæ timeãt, leuiter ſuſpicent, amãtes quæ ament. & quo qs obſtrictius tenet, eo leuiori ſimilitudine circunſcribitur. Eodẽ modo q obiraſci faciles ſunt, demũq; qui quacunq; alia pturbatione aut libidine ptentant: propẽſius uero qbus immodica hæc ſunt. Quãobrẽ & febriẽtes mõſtruoſa quẽdã animalia uidentur in parietinis cernere, quod quidẽ accidit iis exigua ſimilitudine, quã interpollationes quædã & liniaméta intectoriis referunt. Ceterũ hic error pro qualitate morbi maior minor'ue. Sæpe enim leuius premunt, quã ut ſe de iis. quæ uident uidere, falſos haberi nõ agnoſcant: interim uſq; adeò tẽtant, accũbuntq; morbo ut uiſis ducant & aſſenſionẽ adhibeãt. Cauſa uero quãobrẽ hæc fiãt uidet ea eſſe, quòd nõ una tãtũ in nobis iudicãdi uis eſt, ſed geminæ. Eſt més q̃ primatũ obtinet. eſt ſenſus unde ortũ habet imaginatio. Huius rei ſigno eſt, quòd quom ſenſui ſol uideat pedalis, corrigit aſpectũ ratio, quæ intus eſt maiorẽ eẽ, quã uideat, dictat. Quod ſi una tãtũ eſſet potẽtia, quæ iudicaret de oĩbus, nõ poſſet ſol nõ tãtus putari quãtus uidet. Planè nõ inficior qbuſdã morbis effici, ut ratio quoq; atq; més erroré ſenſus ſequatur, quod uſu uenit in deliriis ab alienationeq; animi, quo tẽpore & lineaméta moueri & animalia eſſe creduntur.

¶ *Iudicia ſenſuum inter ſe contraria eſſe deſidereq;.* Caput XII.

SEd quid opus eſt dubitare, an ſenſus iudicia à iudiciis animi differant? quãdo uel ipſi ſenſus inter ſe perſpicuo euariant? Nã in iis, q ſupiores optimatiresq; ſunt, exq̃ſitius iudicãt & coarguũt cæteros. Atque hoc in uiſu & tactu liquet. Si enim digito uno uicibus ſcalpas, tactui, unũ quod eſt, uidebunt duo: uiſui nõ uidebuntur, ſed unũ, qa uiſus acrior & certior tactu eſt. Quod ſi aut ſolus tactus eſſet, aut uterq;, ſenſus iudiciũ idẽ haberet, pronũciarent duo eſſe quod unũ eſſet. Cauſa aũt circũuentionis & decipuli ea eſt, quoniã ſenſilia nõ tãtũ quotiẽs mouent moueri nobis uident, ſed etiã ſtantia quotiẽs ipſi in nobis ſenſus mouent: utiq; ſi eodẽ modo moueantur, quo ſolent à ſenſilibus cieri. Ita littus uidetur nauigantibus moueri & recedere dum uiſus ab alio impellitur.

¶ *Quod dormiẽtibus & noctu magis, quã interdiu & uigilãtibus uiſa occurrãt.* Caput XIII.

EX iis planũ arbitror factũ nõ modo uigilãtibus nobis motiões illas cõtingere, quę per eos ſenſus accipiunt, q foras proſpectãt, & quaſi extra corpus ſunt, ſed etiã illas quas ſentimus, quom affectio ea ingruit, quã ſomnũ uocamus. Alioquin & tunc impenſius id patimur, quã tẽpore alio, quia interdiu excidunt multa & uaneſcũt ſenſibus opere ſuo detentis, & mente uariis cogitationibus obruta. Nam paruus ignis luce maioris offunditur. Lætitiæ itẽ & ægritudines modicæ acceſſu immodicarũ & inſigniũ exoleſcũt. Quieſcẽtibus uero minima quæq; aduolant, allinunturq;, noctu prę̃ſertim, quòd eo tẽpore obſolutis ſenſibus & functionem ſuarum quaſi miſſionẽ & uacationẽ habentibus, & calore in uiſcera condito, motiunculæ omnes inobſoletæ & incolumes ad ſenſum principẽ confluant, deinde æſtu paulum ſedato ſeſe dormientibus reddant.

¶ *In ſomno quod imagines multæ occurrant. Item quæ primæ, quæ mediæ, quæ noũiſſimæ motiones dicantur in ſomno.* Caput XIIII.

Certe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

CErte hoc intelligi poteſt ſimile, ut in fluuiis, euenire. Vt enim humor ibi qui fertᵉ & profluens mouetᵉ, interim inoffenſus abſoluto uertiginũ orbe decurrit, interim offenſaculo retardatus in multas quaſi propagines ſcindiᵉ dehiſcitq́, & in uarias formas ſubinde reſoluitur, idẽ ſtatuere de motionibus ſenſariis oportet. Motionẽ appello excitationẽ depoſitarũ imaginũ & delationẽ earũ ad cor, per quã uis in eo ſentiendi interpellatur. Quẽadmodũ igitᵉ eo exẽplo, quod modo attulimus, antequã uertigines conſiſtant, mediæ formæ multiplices cõparent, ita & motiones imaginũ, quæ in ſubiecto ſpiritu, aut in corde, aut in ſanguine continentᵉ, ſi quid obuariauerint, id eſt, ſi in alterã motionẽ offendẽrint, quæ ſuccedat in multas ſimilitudines ſecantᵉ, diuelluntur q́, & eas medio itinere præſentãt, antequã in nouiſſimã concedant. Igitur ſenſus primus non ſolũ à primis & ultimis motionibus, ſed ab intermediis laceſſitᵉ. Vt enim ſi nubecula primo effigie leonis occurreret, deinde ſe in uarias animaliũ figuras uerteret, poſtremo ſimilitudinẽ hominis referret, non modo formas leonis & hominis uideremus, uerumetiã animaliũ eorũ, in quæ medio tranſitu abiiſſet, antequã hominẽ redderet, ſeu iocũdæ illæ allubeſcẽtes q́, ſeu contrà ingratæ alioquin infenſæ q́ oculis accidiſſent: ita & in ſomno non ſolũ extima à ſenſu primo, ſed & intermedia uiſitantᵉ, ſiue ea rariculamẽtis & portẽtis ſimilia ſint. ſiue placida & tranquilla, & quæ ſtatũ naturæ contineant.

¶ *Quod ſtatim à cibo non ſomnient animalia. Item quod nec pueri. itẽ quod modo ſomnient animalia, modo non ſomnient. item deturbatis & tranquillis inſomniis.* Caput XV.

AT uero ſtatim à cibo non ſomniant animalia, neq; quom primum egreſſa in lucem ſunt, ut infantes, quia multa dum agitatio motioq́ eſt propter alimentariũ caloreᵉ. Quamobrem quemadmodum humore aliquo uehementer commoto, aut nulla effigies redditur, quæ appareat, aut redditur quidem aliqua, ſed laceſſita & tortuoſa uſque adeo, ut alia omnino uideatur eſſe quàm ſit, quieſcente autem & ſtagnante res in eo ſimili colore, & incolumi forma reſpondent: ita dormientibus eueniunt uiſa & motiones à ſenſibus quandoq́, ut peruideri non poſſint, quòd multo fluxu alimoniæ obruuntᵉ, quãdoq́ diſtortæ, præpoſteræ, & mõſtroſæ, & omnino deterrima ſomnia, qualia quæ melancholicis & temulẽtis & febrientibus accidũt. Quom enim morbi hoc genus ſpiritoſi uaporu lentiq́ ſint, cõmotionẽ & perturbationem plurimã afferũt: ſimul uero à fluctu cõſtitut & diſcretus ſanguis eſt, iiſq́ ſanguinẽ obtinent, ſignificationes à ſenſibus omnibus uenerunt incolumes, & diſtincta digeſtaq́ ſomnia ſunt, ita ut ad ſimilitudinẽ ueri expreſſa occurrant.

¶ *Quod ſynceris inſomniis animus modo obſiſtat, modo conſentiat.* Caput XVI.

AC inſomnia quidem idcirco exiſtimantur uera, quia quom tam ea quæ inuehit oculorum ſenſus, quàm ea quæ cæteri ſenſus renunciant, ſecundum quietem ad ocum principem integra ſynceraq́ tranſmittuntur, neceſſe eſt, ut uideantur planè cerni, teneriq́ ac perfecte ſentiri. Eo enim quòd motiones ſui quæque generis ad principium ſentiendi meracæ & inobſoletæ perueniunt & uulnerant cor, fieri nõ poteſt, quin uideri, uidere, audire, ſentire, non ſecus atq́ in uigilia oporteat. Proinde animus tũc iudicia comitatur ſenſuum. Verbi gratia: Si in illa uiciſſitudine digitorum, de qua diximus ſuprà, non fallitur uiſus, ſed tactus, neq́ utiq́ in ſomno animus uniuerſus falletur, ſed pars tantum ea quæ ſenſui tactus reſpondet. Ita altera eius portio, id eſt, uis tactoria per ſomnum unã rem duas eſſe pronunciat: altera, id eſt, uiſibilis conſtanter obſiſtit, & quaſi uigilans teſtatᵉ unã rem eſſe, quæ uideantᵉ duæ, Quod ſi nõ fallitur ea pars animi, qua uidemus, quippe quæ exquiſitior & quaſi rationabilior ſit, quã pars ea qua tangimus, longe hoc fidentius adiungendũ & tribuendũ mẽti eſt, utpote in qua ſedes & domicilũ iudicii ſit. Nec temere ſopori accũbit, niſi defluxus ſpiritoſi oris exuperet. Ac cõſentiret qdẽ ſemp in ſomno anima, & imaginibus quæ à ſingulis ſenſibus oriuntᵉ, fidẽ adiungeret, niſi uirtus aliqua potior & uegetior cõtrairet. Quale enim quicque eſt, quod ſenſus apportat, tale à primo ſenſu etiã iudicatᵉ, habeturq́. Quapropter quom tactus ſæpe quod unum eſt, duos eſſe renunciet, & uiſus ſolem pedaleᵉ eſſe ſemper decernat (niſi quæ alia ratio haberetur, quæ quaſi intercederet) neceſſariũ eſſet, ut animus ſemp iudicia ſenſuũ aſſertione ſua approbaret: atq; ita ſemper unam rem duas eſſe conſtitueret, & ſoleᵉ pedaneũ ſciſſeret. Nunc continetur quædam uis in nobis quæ efficit, ut quãquã pedalis appareat, non tamen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

uideaꝫ pedalis. nō enim omne quod apparet etiā uidetur, niſi quom languore corporis ſoporata uis illa arbitra eſt, ut ſæpenumero diximus, aut quom non mouetur motu legitimo nec ſuo.

¶ *Motiones in ſenſibus factas inducere ſomnia. Item quę actu earum quæ potentia ſint. Item ſomnia explanatoria vltimis ſomnis afferri.* Caput XVII.

QVemadmodum uero dictū eſt, uehementes affectus facere, ut quiuis in ea re quoi afficitur, facile capiaꝫ: ita & ſenſuū motiones in ſomno, & cætera quæ in ſenſu contingunt, uidenꝫ cōmittere, ut dormientes mentientibus ſomniis etiā à tenui ſimilitudine coganꝫ accedere. Nam quom dormientibus nobis ſpiritus uel ſanguis reciprocat ad cor, unà & motiones illæ imaginariæ ſenſuum cōmeant, quæ in materia ea tanquā in ſubiecto ſuo cōſiſtunt. Cæterū aliquæ actu, aliquæ potentia continentur, hoc eſt, aliquæ cunctantur, necdū mouent: aliquæ præſto ſunt, & principiū ſentiēdi ad repreſentationem & noticiam ſui appellant. Vt igitur queq; prior accedit & intrat locū, ita prior extimulat, & prior ſe aſſerit, hac abſumpta aboleta ue, ſequentes ſuo quæq; ordine rogantur & inferunt ſeſe. Declaratur hoc huiuſmodi exemplo: Fingat quis ranas quinque in doliū ſalis coniectas, deinde eas ita diſponat, ut unam in ſummo, unam in imo, tris medio ſpatio: atque omnes inter ſe paribus interſtitiis collocet, hoc eſt, ut extimarum alteram ad os & labia dolii, alteram ad fundum, medias in medio ſitu interuallis & proportionibus ſuis conſtituat, ita tamen ut omnes operiantur ſale. Simul igitur cœperit ſuprema pars ſalis tabeſcere, rana quæ parte illa condebantur, prima uendicabitur, & prima ſuperficiē obtinebit, & prima uſurpabitur conſpectu: tū deinde ſequentes ſerie, qua ad eas colliquatio ſteterit, ita prodibunt in lucem. Quom uero in imum diffuſio decubuerint, tunc emerget quæ ſepulta inibi fuerat. Eadem cōditione ſunt ſimulachra ſenſilium & motiones, quæ in ſomno uerſantur. Quæ prima incurrunt, prima animum exercēt & commouent: at quæ potentia contineri & tardius percutere diximus, quia tum ſanguis is, qui corpulentior ſurſum halauerat, & prohibebat offerri ſimilitudines ueras, attenuatus dilutuſq; habetur, inſomnia exquiſitiora explanatoraq; repreſentant. Hinc eſt ut nouiſſimi ſomni afferre nobis ſoleant conſtantiores & certiores imagines. Quom enim quaſi refrixit ac deferbuit cauſa illa, ea quæ imagines rerum turbabat, neceſſe eſt, ut ea quæ olim ſenſibus accepta eo tempore deferuntur ad cor, puriora, ſyncerioraq; uideantur.

¶ *Animam ſopiri alimoniæ, nec tamen ſemper ſopiri. Item non idem eſſe aliqua apparere & videri.* Caput XVIII.

EA igitur conuariatio & commutatio phantaſmatum, quæ in ſomno accidit, conferri poteſt ei quæ in nubibus contingit, quo ius & ſupra mentionem habuimus. Nam & illæ quom modo effigiem hominis referant, mox ſe tranſitu ocyſſimo in centauros conuertunt. In uniuerſum, quicquid apparet in ſomno, ut dictum inter initia eſt, ex reliquis & ueſtigiis eſt inhærentibus earum rerum, quas quis uigilans ſenſerit, geſſerit, cogitauerit. Digreſſo autem ſenſili atq; abducto, ſi uis illa, quæ in nobis principatum iudicii & pontificium obtinet, etiam dormiendo ſoluta ſit, neć copia defluētis ſanguinis obteratur, ludibria ſomniorum detegimus, & hoc quod uidetur Coryſcus, ſcimus Coryſcū non eſſe, ſed ſpectrum Coryſci, ita tum quoq; animus uerum Coryſcum intelligit: ſi uero penitus merſa, effuſaq; ſit, tum ſimilitudo rei creditur ipſa plane res eſſe. Nec ita mouet, ut in uigilia aſſolet, ſed ita, ut uigor animi totus iacens ſepultusq;, omni eius ſenſu linquatur. Tanta uis ſoporis & ſomni eſt, ut diſcerniculum hoc menti eripiat. Quemadmodum igitur ſi quis oculo digitum ſubderet, nec ſciret digitum ita ad motum committere, ut omnia ei gemina apparerent, tunc non modo apparerent gemina, ſed etiam uiderentur crederenturq; gemina: ſi uero id ſciret apparerent quidem gemina, ſed uideri aut credi non poſſent: ita in ſomno, ſi quis intelligat obdormire ſe, & præterea aliquid ſomniet, apparebunt quidem ei quæ ſomniat, ſed ſecum dicet, quanquam apparet hoc Coryſcus eſſe, non tamen eſt Coryſcus. Nam ſæpiſſime hoc euenit, ut quis dormiendo dicat intus ſomnium eſſe quod uidet. Quod ſi dormire ſe neſciat, dabit manus, approbabit, & adhibebit aſſenſum.

¶ *Imagines rerum abſentium modo in ipſis ſenſoriis, modo in corde verſari.* Caput XIX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

AT uero esse ut dicimus,& motiões imaginarias & figuras & simulachra sensiliũ di uersari in primo sensu,id est,in corde etiã rebus abiũctis & cessantibus,de quibus omnis ludificatio & commenta omniũ somniorũ prodeant, clare demonstrat argumento quod subiungit:Id quod in secundis est,longe magis ascisendũ & ascribendum est primo. Sed in cæteris sensoriis etiã ociosis & uacantibus reliquiæ & uestigia quædã rerũ seruant.Multo igitur æquius est in corde hoc cõcedi,unde illa proficiscuntur & quo ius beneficio functionibus suis supersunt.Esse autẽ hæc in sensoriis experiri manifestarie quiuis potest,si adhibeat animum, & animaduertere ad id conetur, quod nobis à somno recens excussis solet accidere.Nam plerumq; uisa & motiones,quæ se modo quiescentibus obtulerant,continenter uel excitatos expergefactosq; comitantur, & aliquãdiu post desistunt. Nam quom quis insomno datus & uidere somnium occipiens casu aliquo expergiscitur, fere semper accidit, ut ei simulachra quædam ob oculos stare obuersariq; uideantur. Pueris certe noctu à somno quidem recentibus,sed plane uigilantibus aspectantibusq;, multæ sese imagines præsentant,quæ passim uagari & moueri uidentur,ita ut illi se præ metu sæpe intra inuolucrũ expauidi occulant. At hæc nihil aliud sunt,quã motus à sensilibus profecti impressiq; oculis.

¶ *Definitio insomnij,& quæ in somnia videantur quom non sint.* Caput XX.

EX iis omnibus ratiocinatione certa colligit,somniũ esse uisum,quod secũdũ quietem occurrit, quotiens uis quæ iudicat obligata desertaq; languore corporis est. Quapropter neq; uisa ea & terriculamenta,de quibus paulo ante habita oratio est proprie insomnia esse possunt,neq; aliud quicquã quod sensibus excubantibus & solutis appareat.neq; item quicquid occurrit in somno insomnium est, nisi ratio ea quæ iudicat,possessa omnis & obruta sit.Nam quod nonnulli experiuntur in somno,ut quo dammodo cernant,degustent,exaudiant,uulsi & contrectati præsentiant, sed languide alioquin & quasi de longinquo,non potest insomniũ putari.Qui enim ita leuiter obdormiscũt, ut quasi in collimitio somni & uigiliæ sint,siquis strepitum moueat:aut lumen obtinens prætereat locũ in quo quiescunt,fieri solet ut strepitũ & lucẽ oculis accipiant, quasi utrũq; incolumi fieri sentiant,eoq; & excitatus aliquis dicat:Tu quid perstrepis?aut, nunquid tu cum lumine accedebas? ita me hercule uidere somnium uidebar:cæterũ non fuit somniũ,sed gesta hæc sunt.Proinde ut se habet is qui simpliciter uigilat,ad eũ qui aliquatenus uigilat: ita sensus simpliciter ad aliquatenus sensum. Ac illi quidẽ in somno palpebras non conducunt,sed discuneatis exiguo calle oculis,& dehiscentibus dormiunt.Quom ergo accensum lumen in cubiculo uiderint, arbitrati esse insomnium,expergiscunt,& lumen uerũ fuisse dignoscunt.Sed & gallinaceorũ cantus & latratus canũ exaudiunt in somniis,& existimãtur insomnia,quæ mox expergiti animaduertũt somnia nõ fuisse. Iam uero comperti,qui quom dormirent ad interrogatũ responderint, sed ii experrecti, respondisse se non meminerint.Certe constat,qui ita dormiunt,quãquam solutos habere sensus uidentur,non tamẽ uigilare simpliciter,alioquin somno excusso recordarentur:neq; simpliciter dormire,alioquin percunctantibus non responderẽt.Ex hoc genere nihil potest somniũ uocari.neq; si quid aliud potest præter somniũ in somno uere intelligi:qualis ea deprehensio siue iudicium est,quo quis dormire se quom dormit, sentit, sed simulachrum uisum'ue, quod ortum & profectum à sensibus in dormitione animalibus affertur, in eo quòd dormiunt, hoc proprie somniant esse & appellari debet.

¶ *Quamobrẽ aliq nunquã somniẽt,& quãobrẽ quidã somniare sero incipiãt.* Caput XXI.


PRodunt certe qui nunquam quicquã somniarint in uita.Exẽpla etiam sunt alios ad multã ætatem non somniatos esse,causa eadem, quæ facit ut & infantes quoq; non somnient,neque cæteri statim à pastu.Quorũ enim ita constat temperamentũ,ut ad superiorẽ locũ plurimus è cibis fluxus succedat,necesse est ut quom delatu ad ima humoris eius multæ motiones citẽtur,nullũ his phantasma aut uisum appareat.Proficiscente uero ætate concocta & subacta materia nihil prohibet,quin somnia illis possint restitui.nam immutatione uel ætatis uel affectionis aliquouis secuta,necessarium est naturam quoque ipsam & temperamentum mutari.

FINIS LIBELLVS DE INSOMNIIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

THEMISTII PARAPHRASIS DE DIVINATIONE PER SOMNVM, INTERPRETE HERMOLAO BARBA.

¶An existimandum sit aliquam diuinationem haberi per somnum. Caput I.



IVINATIONEM In somno aliquã esse, quæ dormientibus nobis prouenire dicatur à somniis, neq; pertinaciter resistendũ, neq; temere assentiendũ puto. nã quod aut omnes, aut plurimi arbitrant, inesse aliquid diuinitatis in somno, & uisa pleraq; occurrere prænuntia futurorũ, argumento est, huiusmodi persuasione, quæ usq; adeò infixa hominũ mentibus sit, & fere gentiũ firmata consensu, ab experientia & rerũ euentis ortũ aliquẽ habuisse. Accedit, quòd fere nemo est, quoi euenire signa aliqua dormienti nõ soleant. Nõnullarũ etiam rerũ præsensa eẽ quædã in somno atque presita credi par est, quippe quod omnino ratione non careat, nec fere ullum insomniũ incidat, ex quo addiuinatio, aut coniectio, aut interpretatio aliqua duci nõ possit. Parte alia quom nulla grauis & efficax ratio uideat. unde isthæc diuinatio proueniat, efficitur ut difficile sit homini docto fidẽ suã in hoc obstringere. Nam putare deũ esse qui mittat somnia, præter alias rationes quibus infirmari hoc cõfutariq; potest, illa est efficaciæ exploratæ, quòd subabsurda res sit significationes futurarũ rerũ p somnia nõ optimis sapientibus, sed sine lege ulla, ac fere pessimis qbusq; & abiectissimis hominibus euenire. Porro sublata origine hac, nulla præterea potest idonea alia uel fingi. Nã quod dicitur quosdã esse in Boristhene & Gadibus, qui uaticinẽtur futura, adhuc rationis incompertæ est, & hercules maius quiddã quã ut in hoc captus ingenii nostri sufficiat.

¶Somnia alia causas rerum esse, alia signa, alia fortuita, & quẽadmodũ sint signa. Caput II.



Neesse igitur est somnia aut causas earũ rerũ quæ preuident putari, aut signa intelligi, aut omnino haberi fortuita. Membra hæc uel omnia congruunt somniis, uel duo ex his, uel unum. Causam accipio, ut lunam, quæ causa est ut sol deliquio obscuretur: & defatigationẽ, quæ causa est ut quis febrem incidat. Signũ deliquii est, quom subit planeta & ad interuentũ tendit: signũ febris est scabrities linguæ. Fortuita res est, inambulante me solem delinquere, quia neq; causa neq; signũ deliquii inambulatio mea potest uideri. Quapropter fortuitæ res neq; semper, neq; maiori ex parte uisunt. Probanda itaq; partitio ea est, somniorũ alia pro causis, alia esse pro signis, alia temere ac uice fortuita euenire. Signa sunt per quæ affectiones aliquæ animi aut corporis notant. nã & medici fidi, & q paulo peritiores sunt, ægrotantiũ somnia diligenter exquirenda & spectanda percipiunt, utpote quæ in morbis plurimũ referant, & ad salutẽ & ad coniectationẽ euentus. Decernunt autẽ ita ratione recta artifices & operarii alioquin, sed qui sup aliquid tamen meditari philosophariq; habeant. Nã motiones quæ interdiu & secundũ uigiliã contingunt, nisi admodũ euidentes amplifi catæq; sint, delitescunt & offunduntur incursu & adumbratione maiorũ. At in somno cõtrariũ euenit, ut exiguæ motiones, præsertim silentio noctis, insigniter & ualide feriant. Indicium huius rei, quòd fere nemo est, qui non sit in somno expertus, quàm modico sæpe strepitu exaudito acceptoq; auribus, fulminare aut tonare crediderit. Interim tenui pituita distillante, gustare mel aut dulcem aliũ saporem uidemur. Interim partibus corporis quibusdam leuiter calefactis, super ignes ambulare & audiri putamus. Excitati uero animaduertimus ita esse rem, ut est. Quãobrẽ quom rerũ omnium minuta & languida initia sint, clarũ est ut principia morborũ & affectionum quæ cõtinent in corpore, parua esse imbecillaq; oportere. Ea semper in somno sese manifestius produnt, quã in uigilia. Dictum est quemadmodum somnia possint signa intelligi.

¶Quẽadmodũ somnia possint esse causæ actionũ nostrarũ. Caput III.



Vnc quemadmodũ cause possint censeri, & quæ sint illa quæ possint, differemus. Primũ illud cõuenit, somnia causas nostrorũ actuum potius quã alienorũ uideri. Vt enim plerũq; qui acturi aliquid sunt, aut qui modo id agunt, aut qui iam ege-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rũt absoluerunt q; illud ipsum per somnia ad eundẽ modũ contuentur & gerunt, quia diurna cogitata cœpta q; ad talẽ motũ quasi uiã quandã præparant: ita è conuerso frequẽtariũ est, ut ui / sa per somnium principia sint rerũ quæ interdiu molimur, qa mens nocturnis motionibus mol/lita imbuta q;, ad eas actiones potissimũ sese accõmodat, quarũ simulacra in somnis imaginata es/set. In hunc modũ somnia aliquãdo signa rerũ sunt, aliquando ut causæ actionũ habentur.

¶ *Quæ sint fortuita & temeraria somnia.* Caput IIII.

Reliquum genus fortuitũ est, & temere proueniens, præsertim quotiens ardua illa extrema q; uehementer, & supra omnẽ fidẽ hominis posita somniamus: Demũ ea, quorũ origo sita in nobis non est, ut naualis pugnæ eius, quæ in terra Persidæ cõ/missa sit: postremo ea omnia, quæ à nobis procul geruntur. Plane de iis eo modo statuendũ est, quo statuitur, quom quis procedẽtibus nobis obuius uenit, quem modo peregre commorantẽ cogitabimus. Quid enim prohibet in somno, quid decerni idẽ pos/sit sanè: imò uero in somno iustius. Quemadmodũ igitur ea cogitatio mẽtio/ue, neq; signo, neq; causæ potest fuisse, quamobrem nobis amicus occurrerit: ita neque somnium causa, aut signum eius rei, quæ euenerit dicendũ, etiã si eo modo prorsus quo apparuerat euenit, sed tota ea ratio fortuita est, & casu consistit. Eo fit, ut plurima somniorum mentiantur, quia quæ fortuita sunt, neq; semper, neq; propensius accidunt.

¶ *Somnia non venire à deo. Itẽ quod melancholici aliquando præsagiant.* Caput V.

Generatim uero quom & bruta quoq; somnient, dici nõ potest uenire cœlitus som nia delegante deo, neq; ad eam finem adiuncta hominibus fuisse. Sanè quãquã di/uinitus non mittuntur, sunt tamen quæ possis dæmodia dicere. nã & natura dæ/monia est, non diuina. huius rei argumẽto est, quòd parte plurima indocti & gre/garii somniare & uaticinari uidẽtur futura, ut intelligaẽ nõ somniare illos autho re deo. Verũ prout quisq; natura blatero, loquax q; est, aut melãcholicus, ita uisionibus & insom niis multiplicibus utiẽ. Porrò quom plurimis & uariis uisis horũ animus pulsetur, non est ut sit mirandum euadere interim ex iis aliqua, quæ prædixerint. Nam & qui totũ diẽ iaculanẽ, ali/quando collimant, & præmiũt capiunt: uetus adagium est, Si sæpe iactaueris aliquãdo uenerim iacies. Idẽ de somniis uidetur, si quando id consequitur, quod quoi apparuerit secũdũ quietem.

¶ *Quod pauca somnia euadant. Itẽ non sequi semper, quorũ signa præcesserint.* Caput VI.

Nec uero dissentaneũ est pauca euadere ex iis quæ obiiciuntur & monstrantur in somno, quom nec ea quoq; somnia, quæ signa affectionum corporis sunt, semper eueniãt. Nã neq; ex omni præsagio suæ tempestates sequuntur ut imbres, aut uen ti, quos significatio aliqua è cœlo prætenderit. Si enim ualidior & uehemẽtior mo tus, quã sit is quẽ ratio prognostica denunciat, prorũpat, tum significatio aut præ/monitio futuræ hyemis nulla fuerit. Pari modo interim morbum incurrit, qui uisus in quiete sit ambulare per cœnũ. Nam humores, qui putruerint & agitari acceperint in somno, facile sen/tiuntur. Itẽ qui super prunas ire se somniat, aliquando est, ut paulò post corripiaẽ febri: aliquãdo contrà euenit, ut qui hæc uiderint in somniis, non tamen decumbant, quòd natura in iis præpo tentior causis illis sit, quæ ægritudinẽ afferunt, eoq; subactis, aut dissolutis humoribus interclũ dat aditũ morbo. Quotiens porrò luna coronas circa se habet, præsagiantur flatus & pluuiæ, & tamen uisitata sunt, nec insecuta quæ imminebant, quasi reciprocantibus, ac pedem referentibus causis, & ambiente contraria motione impulso. Iam consilia quæ summa alioquin & optima ra/tione inieris plurima in irritũ recidunt, & elisa maioribus aliis dissoluuntur. Prorsus non omne fit, quod fieri debetur periclitaturq;, neq; idem est fieri quicquã debere & futurum esse, sed pro/gressiones & principia passim sunt, è quibus euenta sua nunquam spectantur, & significationes rerum multæ, quas nulla consecutio approbet.

¶ *Democritum somnia imaginibus à corpore fluentibus tribuisse, Peripateticos motionibus quibusdam.* Caput VII.

Somnia uero quorum principia hæc non habentur, sed quæ à nobis, aut tempori bus, aut locis abiũcta aut magnitudine & genere aliena, aut siqua omnino ad nos uicinitate societateq; referuntur, nõ tamen principia eorũ cõtinemus. Huiusmodi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſomnia ſi quando prænuncia aliquo ius euentus ſunt, fortuito committuntur, & nulla ratione naturæ. Nam & Democritus hoc uolebat, qui dormientium animos pulſari cenſet extrema & aduenticia imaginũ uiſione, quæ tanquã membranæ à corporibus direptæ continenter fundarent & fluerent. Ex iis alias eſſe beneficas, alias ſequioris ingenii, perindeq; maleficas & magnitudine & pernitie portentoſas. Has accedere in ſomnis ad homines, & ſignificare quæ præſentirent futura. Eſſe uero, quibus ſimulachra hæc aduenient meditantia, commentantiaq;, & uoces mittentia talioquin quæ in ſomno tantũ intelligentibus ſentiantur. Quamobrẽ optabat Democritus imagines optimatis notæ ſortiri. Nos quoq; tametſi ſimulachra eſſe ulla, quæ uolitare ultro citròque & uagari per auras poſſint, negamus, tamen motiones aliquas eſſe concedimus, quæ nos uice ſimulachrorum exerceant. Illas ex initiis quibuſdam earum rerum prodire, quæ dicenda nobis agenda'ue ſint, mox aëre primũ mutato, tum deinde per auriũ foramina, & nariũ meatus tranſmiſſas ad cor, facere ut in ſomniis futurarũ rerũ exitus prænoſcere uideamur. Vt enim ſi quis humorem aut aërem primo cõmoueat, ea pars quæ ita commota eſt, ſubinde aliã cõmouet, fitq; hoc diutius, authòre etiamnum ceſſante abiunctoq;, ita nihil obſtat, quin motus quidã & ſenſus attingere ad animas quieſcentes dicant, ab his rebus profecti, à quis Democritus ſimulachra decedere & exuuias illas mitti commotus eſt.

¶ *Quod præſcita noctu potius, & ſtolidis, quam ſapientibus præbeantur.* Caput VIII.

SAne motiones eæ, quæ ita perueniunt ad animã, nõ poſſunt alio tempore ſenſum ſui, quàm noctu ampliorem inuehere, cum interdiu ad ſenſum delatæ obiter exoleſcant, & facillime diſſoluant. Eſt enim aër noctis ab omni turba liberior, qa tempus adſilentius conticeſcentiusq; eſt. Proinde in ſomno etiã minima ſenſum laceſſunt. nã motiunculæ & ſtrepitus puſilli, dormientẽ amplius quàm uigilantẽ uidẽtur ciere. Motus igit hauſti ſenſibus, & uiſa ex iis cõcepta, idẽtidemq; ad principiũ ſentiendi trãſfuſa, præſenſionẽ futurorũ dormientibus afferũt. Atq; hæc ratio eſt, quãobrẽ ſomnia hæc fatuis potius quã prudentibus præbeant. Alioqn ſi deus nobis uiſa hæc dat, nõ ſecũdũ quietẽ & noctu modo, ſed etiã diu & ſapientibus daret. Quòd ſi ita (ut diximus) præuident in ſomnis futura, ratio eſt, ut contemptiſſimis quibuſue ſtolidiſſimisq; præſagire contingat. Ineſt enim iis mens ſilenta deſertaq;, & cogitationibus uacua, quarum plenus philoſophantium animus eſt, & quarum agitatione ſolitarius & ocioſus eſſe non ſinitur.

¶ *Quod ecſtatici futura præuideant, & quod de amicis uera ſint ſæpe ſomnia.* Caput IX.

QVoſdam uero eſſe, qui quom exceſſu mentis tentantur, prædicant futura. Id cauſa eſt, quòd quom inteſtinis & propriis motibus non infeſtentur, eminus uelicantur & alienos excipiunt, ita ut ea maxime ſentiant quæ extrinſecus gerãtur. Eſſe item aliquos, quibus ſomnia de neceſſariis & amicis certiſſima eueniãt, inde proficiſcitur, quòd de neceſſariis ſuis impẽſæ ſolicitus quiſque eſt, Vt enim de longinquo ii uice mutua ſe agnoſcunt, ita motiones quæ in corde ſeruãtur rerum quas familiares charasq; habemus, notiores nobis ſunt, & promptius ſe reddunt.

¶ *Quod melancholici & phanatici futura præſentiant.* Caput X.

MElancholici adeo præ naturæ ſuæ uehementia ſimiles uenatoribus uidentur. Vt enim illi & coniectatione & telo quaſi poſſident feram, antequàm accedant manuq; tollant: ita melancholici pernicitate animi rapida præcipites quaſi anticipant & anteuortunt futura. Quòd enim imaginatiões in iis uolucres de deſultoriæ ſunt, leui pulſu excitæ, tanquam ſigno dato, & que his proximæ ſunt, demumq; uniuerſæ prorumpunt. Vt enim poëmata Philegidæ, quia nec perſonarum nec narrationũ diſparilitate interpollantur, ſed conſequentia annexaq; ſunt, & ſeriem quandam cohibilem continent, facile audimus, & properantes abſoluimus, ac ſi uenerem quis à principio diceret, & adusq; exitum premeret: ita inſani & phanatici uiſiones ſuas quas perinde colligatas continentesq; & p mobiles habẽt, celeriter recurrũt, quo fit ut ſimilia pcipiant, & cõſequẽtia lõge antea puideãt ut inſtãtia. Tãta porro in iis cõcitatio eſt, ut motus ii alio motu elidi aut ſufflaminari nõ poſſint.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ *Quis artificioſiſſimus ſomniorum interpres ſit.* Caput XI.

EXquiſitiſſimus uero ſomniorum coniector is, qui ſimilitudines rerum acutiſſime poteſt perſpicere & diſcernere. Nam recta claraq; ſomnia interpretari cuiuſuis eſt. Similitudines accipio, quæ nobis ſecundum quietem uariæ obiiciuntur, & uelociſſime tranſformantur, ut quæ de rebus reſpondent in profluente. Si enim uehementior motus ſit, ſimulachra in eo ueris rebus diſſimilia & tortuoſa reddunt. Idem in ſomno ſtatuimus: ſi redundantior & concitatior materia ea ſit, quæ à ſummo capite ad ima cordis defertur, ſimilitudines expreſſæ aut puræ haberi non poſſunt, quoniam multa commotio ſynceritatem ſomniorum confundit, & conſtantiam uiſionum intercipit. Nimirum uterque exercitatiſſimus & acerrimus fuerit, & qui formas illas in torrente præpoſteras, inconditas, diſtortasq; ſciat diſtinguere, & ueris exemplaribus reddere, ut hominis hāc, illam equi deſignet, quarum tamen neutra incolumis abſolutaq; cernatur: & qui hoc ipſum præſtare explanandis & explicandis inſomniis poſſit. Quid ſit ſomnus, & quin inſomnium, quamobrem utrunq; animantibus iunctum: item qualis nam diuinatio ea ſit, quæ proficiſcatur ex ſomniis, dictum iam eſt. Nunc de communi animalium motu agendum uidetur.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

Duerni ſunt.

✠ ✠✠ a b c d e f g h i

Terni uero

k l m n o p q r ſ t u x y z & ꝓ ꝯ

aa bb cc dd ee ff

Item duerni ſimiliter

gg hh.

Venetijs Apud Hieronymum Scotum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours